Digitized by Google

8
28 H
14
ROMA
CENTRALE V. E. II

HISTORIARVM
SERAPHICÆ RELIGIONIS LIBRI TRES

ſeriem temporum continentes, quibus breui explicantur fundamenta, uniuerſiq; ordinis amplificatio, gradus, et inſtituta; nec non uiri ſcientia, uirtutibus, et fama præclari.

A F. Petro Rodulphio Toſſinianenſi Con Fran



Vera Dei hic famuli pictam, quam
cernis imago,
Franciſci, hæc anima, cui pia
ſola deeſt

[illegible] apud [illegible] de [illegible]



SANCTISS. PATRI, AC SVMMO CHRISTIANAE RELIGIONIS ANTISTITI, SIXTO V. PONT. MAX.

F. Petrus Rodulphius Toſsinianenſis Conuentualis Franciſcanus, Felicitatem.

HISTORIAM SERAPHICAE RELIGIONIS NOSTRAE, multò antè ſanctiſſimo Beatitudinis Tuę nomini cōſecratam decreueram (BEATISSIME PATER) in lucē proferre, cum ad me peruenit feliciſſimus ille nuncius, quo magnopere gauiſus ſum, te ad celſiſſimam ſummi Pontificatus ſedem, diuinæ benignitatis munere, ingentiq́ue totius Orbis applauſu aſcendiſſe: quam quidem hiſtoriam vt ſedulò abſoluerem, & ad exitum perducerem, me tuis cohortationibus benignè inuitaſti, ac tuo ſapientiſſimo iudicio comprobaſti, perinde atq; piiſſimus pater, qui excelſo animo præditus ſit, & ſtudioſus cunctarum rerum, quæ mortales iuuare poſſunt. Quo ego conſilio, in ſpem meliorem erectus, hanc ſalutarem cogitationem ex animo ſuſcepi, & flagranti pietatis ſtudio incenſus, incubui in hanc curam, laborauiq́; nonnihil, vt res eorum præclarè geſtas ſcriptis mandarem, & ab interitu vindicarem, qui ob ſpectatam fidem, & ſingularem probitatem virtute, & liberalium artium fama, cum magno ipſorum ſudore illuſtrauerunt hunc noſtrum Minoritanum Ordinem. In quo quidem Tu, qui modò poteſtatem ſummam in terris in tua grauiſſima perſona ſuſtines, altus, & doctus fuiſti, cuius doctrina, & ſumma prudentia, velut ſplendidiſſimum ſydus in firmamento, in Dei Eccleſia cæteros colluſtrauit. Vnde diuino conſilio factum eſt, vt Tu, qui per omnes religionis gradus aſcendiſti, & calamitoſis, & difficillimis tēporibus Te cum præſtitiſti, vt inter bonos optimus ſemper maxima cum laude extiteris, nunc eiuſdem religionis, & totius catholicæ Eccleſiæ clauum tenens, ad rectam viuendi rationem omnes (Deo Opt. Max. adiuuante) & inſignioribus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

plis, & rectis ſapientiæ documentis inflammares, atque Orthodoxam Eccleſiam ſalubriter gubernares. Ego verò (BEATISSIME PATER) non ſum paſſus (quicquid eſt operæ meæ) tot Illuſtrium virorum egregia facta in tenebris deliteſcere, vt pateat, quibus initiis, quibuſque gradibus tam exiguus Minorum numerus, ex præclaris ſeminibus, cœpit paulatim accreſcere, & augeri, vt demum ad tam ſublimem ſtatum honoris, & dignitatis, & mirandam vitæ ſanctitatem peruenerit. Neque exiſtimo fore, vt probi homines aſpernentur hoc meum ſtudium, quippe qui proceres, & illuſtres quoſque viros noſtræ Franciſcanæ familiæ deſcripſerim, cum paſſim videamus Ducum, Philoſophorum, & ſapientum præclara facinora à Græcis, Latiniſq; diligenter perſcripta, & ſempiternæ memoriæ conſecrata fuiſſe, quorum tamen gloria exigua, & perbreuis eſt, de Diuis autem noſtris, quibus nihil auguſtius eſſe cenſeo, ne verbum quidem memoriæ proditum eſt. Illi nonnunquam genus ſuum ementiti, aliorum laudes ſibi vſurpant, nos verò religionis noſtræ vera incunabula tenebris inuoluta ſitu, & carie corrumpi patiemur? Hæc ergo (qualiacunque ſint) ſanctiſſimo tuo nomini peruulgare, atque edere grata animi beneuolentia conſtitui: tum quia ſperant omnes fore, vt hoc felici ſeculo omnium virtutũ ſplendor reuiuiſcat, & collapſa obedientia, diuina nominis tui Maieſtatẽ, piaq; commendatione reſtituatur: tum etiam, vt labor hic meus in manibus præſentium, & futurorum ſit tanquam teſtis ſempiternus aliquando meæ perpetuæ erga Beatitudinẽ Tuam, & pietatis, & ſummę obſeruantię. Quod ſi maiora pręſtare potuiſſem, id libentius feciſſem. Interim Deum Opt. Max. precabor, vt pro ſanctę ſedis Apoſtolicę dignitate, & pro Chriſtianę Reipub. ſalute Te (SANCTISSIME PATER) dum vixeris, ſaluum, & incolumem ſeruet, atq; cuſtodiat.

VENETIIS, *Pridie Idus Septembris*, M D LXXXVI.

PRAEFATIO

Continens Auctoris intentionem, intentionis cauſſam, & vniuerſi operis diſciplinam & methodum.

CVM ſuperioribus annis Franciſcanam hanc noſtram Familiam viſendo percurrerem vnà cum Ioanne Pico Camerte Generali, cuius ingentem pietatem, & dexteritatem in hoc ipſo munere obeundo à ſecretis Ordinis biennio familiariter ſum expertus. vitandi ocij cauſſa (quandoquidem longiores erant noctes) redibam in gratiam cum libris meis, & more apum, quæ non integros flores depaſcunt, ſed eos ſolum ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quicquid attulerint, per fauos digerunt, incubui in hanc curam, collegiq; ſedulò (vt potui) cunctos claros, & honeſtos viros, qui vitæ morumq; ſanctitate, grauiq; doctrina ornauerunt hunc noſtrum Minoritanum Ordinem, quique pro fide Chriſti ſacrum profuderunt ſanguinem, atque in eius militia laborarunt ad tuendam & augendam Chriſtianam Rempub. vt tot gemmæ ex hoc cæleſti theſauro fulgentes, in conſpectum hominum prodirent, & detectæ ad vſum, eruditionem, cultumq; vitæ communis, & totius Seraphicæ religionis ornamentum omnibus paterent. Pro eo itaque munere, quod in hac Franciſcana familia ſuſtineo, quæ me à pueritia mea ſuo lacte nutriuit, confeci hunc Librum, in partes tres diuiſum: in quarum prima & altera breui complexus ſum D. Franciſci vitam, & mores; necnon ſociorum eius exempla, dignitates, præcepta, inſtitutaq; noſtræ familiæ, vniuerſiq; Ordinis amplificationem, gradus, & res geſtas Generalium, qui cum laude dignitati huic præfuerunt, principemq; locum obtinuerunt, quique in cuiuſque ætatis curriculo vel ſcriptis, vel ſecus ſacroſanctum Ordinem tueri, ac defendere non defuerunt: qui præterea, quot ve numero pro eius defenſione ardua certamina, atque acerborum tormentorum perpeſſione varijs temporibus confecerunt, & quotquot prima illa ſecula florentes habuere, atque hæc ætas habet egregijs factis, & probata virtute claros volui recenſere. Cum enim plerique deliteſcerent, ac temporum vetuſtate intermorituri cum tineis rixantes propemodum exoleſcerent, æquum fore duxi, vt cum Dei gloriam & ſancti huius honorem illuſtrarem: tum etiam vt communi Reipub. Chriſtianæ vtilitati, & commodo conſulerem. Cum ex ea re maxima vtilitas percipiatur: præſertim quia adoleſcentuli, in imbecilliori ætate conſtituti, faciles ſunt ad ea mente comprehendenda, quæ primò perceperunt, & quæ ſemel hauſerint firmiſſime retinent: tum verò propenſiori honorum ſtudio cupiditate compulſi ad ſectanda maiorum ſtudia inflammantur, quid enim turpius homini poteſt accidere, quàm ab illis ipſis deſciſcere ducibus, quorum & ſanctionibus ſe deuouerit, cuiuſque auſpicijs ſe victurum profeſſus fuerit? Si enim animi hominum mouentur ſimulachris, & imaginibus, quæ pro roſtris pro templis, aut aliquo conſpicuo loco ad alicuius rei bene geſtæ memoriam collocantur, vt ij, qui ea intuentur, eorum ſimiles eſſe elaborent, quod à pleriſque perſæpe factum fuit, quantò magis adoleſcentuli noſtri cum procerum ac ſanctorum virorum imagines viderint, ac eorum res geſtas perlegerint, quos virtus extulit, labor & induſtria commendauit, gloriæ, & ſanctitatis æmulatione excitati, teneras ſuas mentes ad eam viuendi rationem conuerte

Redditur rō conſcribēdæ huius Hiſtoriæ.

Summo emolumēto probatur hiſtoria, quæ plura ſtudioſis parit commoda.

Simile.

re moueri, aut deleri vnquam poſſit. Sed eò dedecoris res ipſa progreſſa eſt, vt egregia eorum facta tam incerta, & obſcura ſint, vt quo loco, quo ordine vel tempore acta ſint inueniri ſatis non poſſit; Pleriſque enim viris eruditis pernicioſa conſuetudine deprauatis à ſe alienum eſſe videtur olfacere, ac ne primoribus quidem labris attingere ea, quæ ad religionem ſpectant, tanquam eſſent fœtida atque amara; & ea quidem vt vilia & deſpecta paruipendunt, & veluti inſulſa & inſuauia ſtomachantur; & idcirco ab omnium lectione amouenda eſſe voluerunt. Multa quoque temporis iniuria oblita, plurima etiam temporibus D. Bonauenturæ ſublata, atque deleta, forſan, quia erant minus certa, multaq; alia, quæ nuſquam (quod cognouerimus) memoriæ prodita ſunt (Dij boni) quid à ſancta Chriſtianorum diſciplina magis auerſum? quo quidem factum eſt, vt innumerabilium Sanctorum res geſtæ exempla, & inſtituta partim ſuperiorum temporum negligentia, pœnitus interierint, quia defuerunt, qui ea ſcriptis commendarent, & aſſidua exercitatione concelebrarent: partim verò adeò rudi, & inepto ſtylo contexta fuerunt, vt illorum maieſtati multum detractum ſit. Fateor quidem in hac conſcribenda hiſtoria quædam in manus meas perueniſſe, quæ niſi ſummis vigilijs, ſummoq; ſtudio expuncta, quin potius maxima ex parte obliterata fuiſſent, quid tam indecorè tam fœdè legi poterat? quia non ſolum barbarè & ineptè, ſed etiam magnis, & impudentibus mendacijs, & fictis commentitijſque ſententijs ad affectum potius ſcribentium, quàm ad veritatem conformandam fuerunt expreſſa: ex quorum ſcriptis nil profectò colligi poteſt, quod ſit rebus noſtri temporis comparandum, niſi forte quis ſit, qui cum præclaram aliquam ciuitatem tranſierit, aut ſeorſum pictam viderit, putet ſe præterea vniuerſi orbis ſitum, figuram, atque ordinem intellexiſſe. At mihi diuerſa admodum ratio conſilium multo præclarius tulit, qui non tam diligenti quàm alacri ſtudio, ſedulus (ingenua tamen verecundia perfuſus) huc omnem operam meam contulerim, & ſi non ſine maximis quidem corporis laboribus, & periculis perueluі varia vetuſta monimenta & tabularia, ſepulchrorum inſcriptiones, pictos parietes, & tabulas, præter diplomata, priuilegia, & huiuſmodi multa, & præterea quæ in ſexcentis libris ſparſa, magna diligentia reperire potuerim, vt hæc hiſtoria in corpus coaleſceret. Nihil ſanè in hac materia fuit, quod vel non excerpſerim, vel amicorum beneficio, vel etiam multis pro tenui fortuna mea ſumptibus ab alijs haud grauatè habendum curauerim. Peregrinationem quoque huius rei cauſſa longam, & laborioſam, ſolum iuuandi ſtudio ſuſcepi, tametſi mearum virium ſim conſcius, nec de me maiora quàm poſſim pollicear, cognoſco enim quantum mihi onus ſubeundum ſit, cum ob exiguam meam dicendi facultatem: tum etiam ob tantam rerum obſcuritatem, vt non ſine magna difficultate veritas erui poſſit. Verumtamen à Dei Opt. Max. numine, ac B. Patris FRANCISCI auxilio, cuius cauſſa agitur, tantum mihi virium ſubminiſtrabitur, vt hanc rem magnificè ac luculenter abſoluere non deſperem. Neque exiſtimo fore, vt probi homines aſpernentur hanc meam operam, non illiberalem, nec pœnitendam, quamuis adhuc res ſit informis, ſicuti vſui venire ſolet in laborando omnibus hominibus, qui primum labores ſuos neſcio quomodo, veluti fœtus informes edunt, deinde paulatim quaſi lambendo perpoliunt, atque perficiunt, præſertim, quia neminem habui, qui tenore vno atque continuo religionis hiſtoriam conſcripſerit. In tertia denique & vltima parte omnium ſcriptorum, qui in hoc Seraphico Ordine cæteris virtutibus præſtiterunt, nomina, cognomina, genus, dignitates, tempora, varietatem, ſtylum, ac eruditionem recenſeo, vniuerſa hæc ſumma fide, & breuitate oſtendens. In quo vno vehementer à ſcribendo deterreor, cum optimè ſciam rerum maximarum argumenta præſtantiſſimos requirere enarratores, qui dicendi vi eas valeant explicare, ne inornata orationis tenuitate earum amplitudo imminuatur, vnde cogor illud dicere.

[C]ælum vndique, & vndique pontus.

Margin notes:

[...]orum temporum negligentia.

Tempore D. Bonauenturæ Generalis totius Ord. multa ſcripta detruncata & deleta ſũt, unde ueritas non facilè percipi poteſt.

Cur veritas non ſatis haberi poſſit eorum, quæ in Religione acciderunt. hoc ſanè fuit negligentia ſuperiorum temporum, ſed Græcorum & Latinorum Auctorum maximam rationem habuerũt Plinius Suetonius Tranquillus, Plutarchus Cheronẽſis, Cornelius nepos cum Tacito, Vopiſco, Spartiano, Lampridio, ac Herodiano Græco, qui plures illuſtres uiros monimentis comendauunt.

[P]ulchra comparatio.

Excuſat ſe auctor à ſuſcepto opere.

Velut urſus, qui carnem informẽ, lambendo paulatim figurat, ut docet Plinius lib. 8. cap. 36. naturalis hiſt.

Verùm

Verùm aſſiduis me ad munus hoc ſuſcipiendum adhortantium precibus non poſſum non obtemperare, ea præſertim ratione vt ſit omnibus calcar, & ſtimulus tuendæ huius noſtræ communis parentis, quæ multa incommoda perpeſſa eſt, agitataq; non paruis tempeſtatibus, ac procellis: ſiue quia res noſtræ priuatim labuntur, ſiue quia generatim hoc accidit. Nam vniuerſa Chriſtiana natio ſeneſcens, multum amiſit veteris illius ardoris, quo flagrabat primis illis temporibus exorientis noſtræ religionis. Quamobrem te appello FRANCISCE *Pater Seraphice, niſi enim tu, qui magnam huius rei efficiendæ poteſtatem adeptus es, ſuccurras, & clementiſſimo tuo foueas gremio, vereor ne hæc nauicula, cuius tu clauum tenes, tuoq; conſilio, & ſapientia moderaris, ſæuis ventis iactata, ad ſcopulum compulſa frangatur; ſiue in breuia ſyrtimq; aliquam feratur, vnde exire nullo ſtudio multorum, viribuſq; valeat, niſi diuinitus implorata ſubſidio præſtò adſint, & incredibilis tua ſolicitudo, & patrocinium, quibus ſanè (vt ſperamus) ſub* SIXTO V. PONT. MAX. CHRISTI JESV *ſedem tenente reuiuiſcet tua familia, atque vberes fructus, & incrementa plurima reportabit. Te etiam appello* SIXTE PONT. MAX. *qui inuictiſſimus Dei athleta electus ad crucem* CHRISTI *deferendam, prædicandam, atque fidelium mentibus infigendam, te diuina bonitas nobis largita eſt, veluti noſtrum, & uniuerſi orbis patrem optimum, ut ea quæ tuo ſanctiſſimo nomine propugnatione ac defenſione cohoneſtanda, ornandaq; ſuſcipientur, ita florebunt, ut nunquam quidem intermoritura dubitemus, & ut non modo religioſus quiſque, ſed quilibet Dei cultor adhæreat, atque illi perpetuo tenore inſeruiat. Hæc uerò (qualiacunque ſunt multis ſudoribus ſuſcepta) nulla priuata temeritate edo, ſed interim rogo pium Lectorem, ut ſi quid minus rectè dictum, & imprudenter aberratum nouerit. (nam in multis offendimus omnes) ne id aut arrogantiæ, aut malitiæ tribuat, at potius iuuandi ſtudium meum agnoſcat. Vale itaque, & quod dare poſſum benignus accipe, in reliquis excuſatum me habe.*

Cauſſa, quæ impulit auctorē ad ſcribendam hiſtoriā.

Apoſtrophe ad B. Franciſcum.

Ad Sixtum Pont. Max. conuerſio auctoris.

APPENDIX QVA AB AVCTORE EXPLICATVR ratio, & ſeries ſcribendi hanc Hiſtoriam.

Scripturus (candide Lector) ſacram Franciſcanæ Religionis hiſtoriam, præter ea, quæ ſuperius annotata ſunt, hæc quoque pauca addenda eſſe duxi, me ſcilicet non inconſultè, nec incommodè uoluiſſe ſumere initium à B. Patris FRANCISCI *progenie, & genealogia, necnon ab exemplis eius ſociorum, ſed id ob eam cauſſam à me factum fuiſſe, ut omnes eorum ſanctitatem imitentur, atque ita incitentur ad cœleſtem gloriam, quæ ſola eſt uirtutis ampliſſimum præmium, ut noſmetipſi uiui & mortui perfruamur: mouentur enim plerunque homines ſimulachris, & monimentis maiorum. Qua in re ſi ducta quadam ſerie à B. Franciſco deſcripſi probatiſſimos mores, & res præclarè geſtas illuſtrium uirorum, rei potius ueritati, quam elaborato ſtylo incumbens, & ſi quorundam expreſſas imagines, quas non ſine maximo labore habere potui, apponendas curaui, quorundam uerò memoriam ſubticui, nemo mihi iraſcatur. Nec quiſquam putet, me aut confingere aliquid, aut aliqua animi affectione impulſum id facere, à quo quidem longè natura abhorreo: nam ſolum ea deſcripſi, quæ bona fide habere potui, licet forſan non tam accurate, uel tam culto, & candido ſtylo quàm opus erat, quia ſermo rudis (ait ſacer Hieronymus) cor penetrat, politus paſcit aures. quid prodeſt clauis aurea, ſi aperire quod uolumus nequit? aut quid obeſt ferrea, ſi hoc poteſt? quando ni-*

il

hil quærimus, niſi ut id pateat, quod clauſum eſt? Noui tamen ingenium hominum, nec ignoro me in hac deſcribenda hiſtoria grauem ſubiturum cenſuram, qui uel alibi mancus, uel alicubi ſuperuacaneus in multis uidear. quia plerique ſunt, quos ex ſe ipſis de aliorum ſcriptis iudicium facere ſummopere delectat, quæ tamen ſe aut nolle, aut non poſſe præſtare cognoſcunt. Verùm ſi quis uel mea, uel aliorum culpa error ſubrepſerit, ueniam dabis, hoc uno modo ſubuentum eſſe arbitrabor, quia in his, quæ perpendi ratione debent, nemo ne tantillum quidem moueatur, niſi quantum ratio ipſa admoneat, atque perſuadeat. Cui conſilio ſi inniteremur, non tot falſa pro ueris complecterentur homines, ſuis opinionibus nimium addicti. Interim quicquid à me dari potuit, æqui boniq; conſule. Vale.

INDEX
ALPHABETICVS,
ET LOCVPLETISSIMVS,

QVI OMNIVM RERVM MEMORABILIVM,
ET INSIGNIORVM
diſtinctam notitiam ſubiicit.

A, OSTENDIT PRIMAM FACINAM,
B verò ſecundam.



TYPOGRAPHVS LECTORI
TETRASTICHVM.

Sedulus inquirens ſemper tua commoda Lector
Incidi in eximias Codicis huius opes.
Has facilè vt videas, præſenti hoc indice pando,
Tu fruere, ac auida mente reconde tibi.

AVCTORVM NOMINA

Ex quibus aſsidua, ac diligenti perſcrutatione hæc excerpta Hiſtoria eſt.

ANDREAS Eborenſis.
Antoninus ſanctus in Chronicis.
Bartholomæus Piſanus auctor Conformitatum.
Bonauentura Seraphicus.
Carolus Sigonius.
Cæſarius Spirenſis in tractatu de ſeptem tribulationibus Seraphici Ordinis manuſcriptus.
Faſciculus temporum.
Franciſchina, lingua vernacula.
Fundamenta trium Ordinum.
Garganus in tractatu de Protectoris auctoritate.
Honuphrius Panuinius.
Iacobus Bergomenſis ſupplementum.
Iacobus de Voragine.
Iacobus de Vitriaco Hiſtoria Hieroſolymitana.
Iacoponus Tudertinus.
Ioannes Baptiſta Fulgoſius.
Ioannes Baptiſta Platina.
Ioannes de Beſſa Aquitanus.
Ioannes de Celano Samnis.
Ioannes Palianodorus.
Ioannes Villanus Florentinus.
Iordanes Saxo Eremita Auguſtinianus.
Leander Albertus in Chronicis Prædicatorum.
Legenda trium ſociorum.
Marcus Antonius Flaminius.
Marcus Antonius Benalius.
Marcus Marullus.
Marcus Polus Venetus de rebus Tartarorum.
Martinus Chromerus.
Matthias de Machouia de rebus Polonicis.
Pelegrinus Bononienſis.
Philippus Peruſinus.
Samothæus.
Syluius Italicus in Commentariis.
Surius in Comment. rerum geſtarum.
Thomas Egiſlon Anglicus.
Vaticana Bibliotheca antiqua tabularia.
Vaſco quidam citerioris Hiſpaniæ.
Vincentius Belluacenſis, & alij quamplures.

INDEX MATERIERVM,

QVÆ IN HOC OPERE TRACTANTVR,

& omnium, quæ inſigniter dicta ſunt.

IVXTA CAPITVM, ET LITTERARVM

ordinem ſtudioſè digeſtus.

EX PRIMO LIBRO.

DE B. Franciſci origine, ſtemmate, atque eius in quartam progeniem genealogia libro 1. folio 1

Arbor conſanguinitatis B. Franciſci in quartam progeniem. folio 2.

De patria B. Franciſci. ibidem.

De ortu B. Franciſci. ibidem.

De ſtatura & Phyſiognomia eius. ibid.

Verba Thomæ Spalatenſis de B. Franciſco. 4

Menſura ſtaturæ B. Franciſci. ibid.

Indicium de vera B. Franciſci effigie. 5

De ſancta eius conuerſione. 6

Nudat ſe coram Epiſcopo Aſsiſij. ibid.

De tunica & de Caputio quadrato. 6

[illegible], qui dicunt B. Franc. fuiſſe Eremitam. 7

De cultu Religionis. ibid.

De inſtitutione Seraphicæ Religionis. ibid.

Honorius per litteras Apoſtolicas commendat Minores. ibid.

De excellentia Seraphicæ Religionis. 8

Quòd intentio Spiritus ſancti fuit inſtituere Seraphicam Religionem. 8

Appendix. ibidem.

Cùm tot Sancti Ordines approbati eſſent in Eccleſia Dei, cur B. Franciſcus nouam Regulam voluit inſtituere. 9

B. Franc. Fratres ſuos vocari voluit Minores. ibid.

Propagatur ſacra B. Franc. Religio non tam hominũ genere, quàm ſpectatæ fidei exemplo. ibid.

Initium Seraphici Ordinis. 10

Declaratur dicendi efficacia B. Franc. qua omnes ad pietatem hortatur. 11

B. Franc. dictus eſt Seraphicus, & qua ratione. 11

Supradicta cõfirmantur oraculo Beatorum Angeli, Domioici, & Franciſci. 12

Additio.

Vaticinium Sybillæ Erithreæ de inclytis confeſſoribus Franciſco & Dominico. ibid.

Argumentum in vitam B. Franciſci. 12. & 13

Prologus D. Bonauenturæ in vitam S. Franc. 14

De conuerſione S. Franc. 14

De perfecta conuerſione eius ad Deum. 16

De inſtitutione religionis, & approbatione regulę 17

De profectu Ordinis ſub manu ipſius. 19

De auſteritate vitæ. 21

De humilitate & obedientia. 23

De amore paupertatis. 26

De pietatis affectu. 28

De feruore charitatis. 29

De ſtudio & virtute orationis. 31

De intelligentia ſcripturarum. 33

De efficacia prædicandi. 35

De ſtigmatibus ſacris. 37

De patientia ipſius & tranſitu mortis. 39

De canonizatione & translatione ipſius. 40

Incipiunt quædam de miraculis eius. 52

De mortuis ſuſcitatis. 43

De his quos à mortis periculo ſuſcitauit. 45

De liberatis à vinculis. 47

De liberatis à periculo partus. 48

De cæcis illuminatis. 49

De liberatis à diuerſis infirmitatibus. 50

De non obſeruantibus feſtum. 51

De quibuſdam alijs miraculis. 53

De vita & moribus ſociorum eius. 55

De B. Bernardo Quintaualle. 58

Quo conſilio B. Bernardus abdidit ſe in religionẽ 58

De ingreſſu eius ad Ordinem. 58

De perfectione vitæ eius. 59

De excellentia virtutum. ibid.

De admiranda contemplationis quiete. ibid.

De inſigni conſtantia animi B. Bernardi. 59

De ſingulari benedictione collata Bernardo à Beato Franciſco moriente. 60

De felici tranſitu eius. ibid.

De Petro Cataneo. 61

De B. Aegidio Aſiſiate. 62

De præſtantia virtutum B. Aegidij. ibid.

De raptu B. Aegidij. 61

De ſpiritu prophetico. 62

De inſigni eius doctrina. 63

De conſilijs animarum, & de fide. ibid.

De dilectione, humilitate, & timore. ibi. 64

De patientia, ocio, & contemptu mundi. 65

De ſpirituali cautela, de uia ſalutis, de ſciẽtia vtili. 65

De verbis bonis, de perſeuerantia, religione obedientia. 66

De contemplatione, & obitu Aegidij. ibid.

De B. Sabbatino, Morico, Ioanne Capella, & aliis ſocijs. 67

De quinque martyribus. 68

Colimbriam Luſitaniæ vrbem peruenientes, ab Vrraca excipiuntur humaniter. 69

Mittuntur Siuyliam, vbi fidem Chriſti conſtanter prædicant. 60

Inſigne miraculum quod accidit tribus Fratribus Minoribus. 70

Quinque Martyres ab iniquo Rege mortẽ adiudicatur. 70

Inſigne Bernardi miraculum, & de immani feritate Scytharum. 71
Traduntur iidem à Rege Marochiorum 72
Miracula præclara eorum. ibid.
B. Franciſcus audito martyrio quinque Fratrum, benedixit locum Alenquer. 72
B. Accurſius Adiutus
Adam ibidem.
Albertus de Sartiano.
B. Aldemarius Aldobrandinus
Ambroſius à Maſſa. 73
Andreas Dulcis Andreas Hiſpellas
Andreas Hungarus
Angelus à Monteleone Reatinus. 74
De ſeptem martyribus. 74
Epiſtola ſeptem Fratrum Minorum. 74
Coram Arbaldo Rege ſiſtune. 75
De eorum canonizatione. 75
Antonius Bonfadinus 75
Antonius alter iacet Nurſiæ 76
Antonius de Roſate
Antonius de Monteleone
Antonius Toletanus
Antonins Tegrinus 76
Antonius Dyrrhachinus 77
Antonius Patauinus 77. eius ortus 78. ſingularis eruditio: teſtimonium Abbatis Vercellenſis de eius eruditione & animi integritate. 78
De efficacia eius in dicendo. 79
Vexatur à Diabolo: de præclaris eius miraculis. 79
Intrepidè reprehendit Eccelinum. 81
Declinans cōgreſſum hominum domicilium in agro Patauino parat. 82
Venerandum corpus B. Antonij Patauium portatur. 82
De eius ſepultura, & Arca diuinitus inuenta 83
De eius canonizatione.
Peroratio in vitam eius. ibidem.
Templum D. Antonij ibidem.
Beatus Auguſtinus
Beatus Athanaſius ibidem.
Benedictus Aretinus 84
Bentiuola & eius miracula. ibidem.
Benuenutus 82
Benuenutus Anconitanus 85
Bernardinus Tomitanus 85
Bernardini Senenſis effigies. 86
Vita & clara miracula, atque eximia eruditio D. Bernardini. 87
Vaticinium B. Vincentij Valentini de Beato Bernardino 87
De eximia paupertate & humilitate eius. 88
De efficacia prædicationis. ibidem.
De auſteritate vitæ, & de ſumma in aduerſis tolerantia. 89
Collabentem Ordinem ad frugalitatem reducit. ibi.
De eius obitu & canonizatione. 90
De præcipuis eius miraculis. 90
Templi huius magnifica & ampla conſtructio. 91
Bernardini Aquilanià Foſſa uita. ibid.
Bonauenturæ effigies 92
Eruditio ibid.
Doctrina & ſcripta doctrinā copioſam teſtantia. 94
Obitus & reliquiæ ibidem.
Miracula ibid.
Octauiani Sueſſani oratio 95
Canonizatio 97
Bonifacius à Riparolo
Bonizo
Clemens ibidem.
Colinus
Conradus Offidanus, & eius miracula 98
Damianus Patauinus
Daniel Prouincialis Calabriæ
Diego de Alcala
Deodatus de Ruticinio ibidem.
Dominicus
Donatus Drodo
Electi multi. 99
Foreſtus Anglicus
Franciſcus Pouerellus
Franciſcus Dyrrhachinus
Franciſcus de Paula ibid.
Franciſci Fabrianenſis effigies 100
Franciſcus de Maleficijs
Franciſcus Picens
Franciſcus Spoletinus ibid.
Franciſci Ticinenſis vita & miracula 101
Inſignis humilitas & obedientia. ibid.
De viſionibus diuinis, quibus fuit illuſtratus, ſæpius a Diabolo tentatus. ibidem.
De ſpeciali virtute eius.
De felici eius tranſitu 102
Gabriel Anconitanus ibidem.
Gandulphus Mediolanenſis effigies & uita 103
Gæſpar a Florentia
Gaſpar Vrbinas
Gratia Blandes
Gentilis Picens
Gerardus Mutinenſis ibidem.
Gerardi Valentini vita & miracula ibidem.
Gratianus ex Prouincia Romandiolæ
Gualterius de Brugis
Guilelmus Anglicus cum alijs.
Guidus Cortonenſis 105
Guidus de Spathis, & eius uita, & miracula carmine expreſſa. 106
Hermanus Heruęus
Hieronymus Garibbus
Honuphrius laicus
Hugo de Digna
Humilis Peruſinus
Iacobus Aſsiſias
Iacobus è Falcrono
Iacobus Florentinus
Iacobus de Maſſa. ibidem.
Iacobi de Marchia vita.
Diſputatio de ſanguine Chriſti habita Romæ. 108
Infirmitas eius, & obitus 109
Iacobi Tudertini vita 109
De conuerſione eius.
Carmen eius de contemptu mundi ibid.
Ioannis Lauernicolæ vita.
Henricus ſcribit ad fauorem eius 110

Ioannis

Ioannis Capiſtrani vita, & miracula. 112. 113. & 114
Ioannes Aetheus. 115
Ioannis Parmenſis effigies & vita. ibid.
Ioannes Pechanus. 117
Ioannes Picens. ibid.
Ioannes Simplex
Ioannes ex Ciuitate Slenical
Ioannes Stronconius. 118
De Conuentu Valentiæ, & virtutibus eius. ibidem.
De B. Leone, & eius uita. 119
Leonardus Fulginas
Lucas Patauinus. ibidem.
Ludouici effigies, & uita. 121. & 122
Marcus Hungarus. 1.123
Martinus Fulginas
Maſſeus ſocius Sancti Franciſci. ibidem.
Mattheus Narnienſis 124
Maurus
Michael Magothi
Monaldus.
Nicolaus de Monte Corbino ibidem.
Odorici effigies, vita, & miracula. 125
Otho 126
Pacificus
Paulus Spoletinus
Petrus à Sancto Andrea
Petrus Cataneus
Petrus à Monteulmo ibidem.
Philippi Aquilani effigies, & uita 127
Philippus Aſsiſias
Philippus Iacus. ibidem.
Petrus Nicola, ſiue Nicolaus Valentinus 128
Raynerius & eius miracula. ibidem.
Richardus
Rigerius ibidem.
Rufinus, eius uita, & miracula 129
Sagrianus
Sanctes. ibidem.
Simon de Aſsiſio
Simon Miniſter Turoniæ
Sigiſmundus. ibidem.
Theobaldus Aſsiſias ibidem.
Thomas de Florentia 130
Thomas Linarius
Thomas Tolentinus. ibidem.
Epiſtola F. Bartholomęi ad F. Saloiu
Valentinus de Narnia
Zacharias Romanus ibidem.
De ſecundo Ordine 132
Hymnus in B. Claram, & eius uita, & miracula. ibid.
Epiſtola B. Agnetis ad Virginem Claram ſororẽ. 136
ibidem.
Agnes Boema
Angela. 237 Antonia
Balbina Beatrix
Benedicta Bonauentura
Caterina Bononienſis ibidem.
Cecilia Peruſina Chriſtina
Clara Vbaldina Coleta ibidem.
Conſtantia Florentina
Eliſabetha, & eius vita. 138
Euſtachia
Felix Mediolanenſis
Franciſca Meſſanenſis
Franciſchina de Eugubio
Gemma Sulmonenſis ibidem.
Helena Paduana 139
Hortulana Humiliana Florentina
Iacoba Aquilana ibi. Iulenta Polona
Lucia Paduana
Margarita Columnenſis
Michelina Piſaurenſis
Pacifica Aſsiſias ibidem.
Paula Fulginas 141
Paula Mantuana Philippa Medicea
Salomea Polona ibi. & uita eius 142
Sanctia ibidem.
Roſa Viterbienſis 143
Hymnus ad B. Claram primiceriam 144
Tertius Ordo Pœnitentum 146
Angelinus Bonauita
Elzearius Galeotus
Iuo Britannus ibidem.
Lucheſius
Thomaſinus Fulginas ibidem.

EX SECVNDO LIBRO.

De varijs inſtitutis lib. 2. 149
De Conuentualibus. ibidem.
Tranſumptum Innocentij Quarti de appellatione Conuentualium 149
Vis vocis Conuentualis contra Seraphinũ Regiũ. ibi.
Cùm ſint tres ſpecies Reipub. ad quam Conuentualium inſtitutum reduci debet. 150
An ſeruetur Monarchia in Ordine B. Franc. ibid.
An ſubditus teneatur in omnibus parere ſuo ſuperiori. ibidem.
In qua ſpecie Ciuilitatis ſit vniuerſitas Fratrum Minorum. ibidem.
An Conuentuales poſsint propria tenere. 151
Exemplum de quodam Fratre proprietario. ibidem.
De inſtitutione Tertij Ordinis. ibidem.
De Fratribus de Familia. ibidem.
De eorũ propagatione in prouincia Aquitaniç. ibid.
Decretum ſacri Concilij Conſtantienſis. ibidem.
Franciſci Politiani effigies 2.154
Paulinus Trincius ibidem.
De regulari obſeruantia nouæ familiæ. ibidem.
Quomodo in partibus Luſitaniæ ſancta reformatio fuit introducta. ibid.
De Cæſarenis. 155
De Clarenis. De Coletanis. ibidem.
Amadei effigies vita, & miracula. 157
Caperolani. ibidem.
Matthæi de Baſchio effigies, & uita. ibidem.
Capuccini 158
Refelluntur qui alium Capucinorum auctorem conſtituunt. ibidem.
Vitæ & geſta Generalium 160
Franciſcus primus Generalis. ibid.
Conditiones quibus inſignitus debet eſſe Generalis Præfectus. ibid.
Regula B. Franciſci. ibidem.
De ſeueritate qua vſus eſt B. Fran. cõtra Regulę ſuæ contemptores. ibid.
Quantæ perfectionis ſit Seraphica Religio. 2.162

Argumentum in Regulam B.Francifci. ibid.
Breuis Regulæ explicatio. ibid.
Quæ culpa atrox ex declaratione Ioannis XXII. ibi.
Quod in Regula multa dubia acciderunt. ibid.
De Regulæ obſeruantia. ibi.165
Dubitationes & ſolutiones incidentes circa Regulam. ibid.
De Regulis Nouitiorum. 168
Verba quibus vtitur nouitius ante profeſsionem. 169
Decem perfectiones quibus vnuſquiſque debet animum ſuum informare. ibidem.
Statuitur dies feſtus S. Franciſci. 170
De translatione eius corporis. ibidem.
De priuilegijs quibus Summi Pontifices hunc Ordinem decorarunt. ibidem.
Viſio ſtatuæ Nabuedonoſor, qua deſcribitur Ordo Sancti Franciſci. 173
Quædam Oracula Beati Franciſci. ibidem.
Memorabilia quædam ſelecta. ibidem.
Epiſtola B. Franc. exhortatiua ad dilectionem. ibid.
Oracula alia B. Franciſci. ibidem.
Signum Tau ſigillum B. Franciſci. 2.176
Generales poſt Beatum Franciſcum. ibid.
Ioannes Parens. ibidem.
Qua occaſione ingreſſus eſt Ordinem S. Franc. ibid.
Helias Generalis. 2.177
Acerba calamitas tempore F. Heliæ. ibidem.
Mandatum Gregorij IX. ad F. Heliam. ibi.
Viri qui floruerunt tempore Fratris Heliæ. ibid.
Epiſtola S. Franc. ad Fratrem Heliam. ibidem.
Albertus Piſanus Generalis. 2.178
Haymo Generalis. ibid.
Exemplum quod diuina prouidẽtia ſuis electis non defuit vnquam. ibidem.
Creſcentius Generalis. ibidem.
Epiſtola trium ſociorum ad F. Creſcentium. 179
Ioannes Parmenſis Generalis. ibidem.
Iacobi de Maſſa viſio de F. Ioanne Parmenſi. ibid.
Aliud exemplum.
Ingens perturbatio in Religione. 180
Bonauentura Fidanza Generalis. ibidem.
Bulla Alexandri IIII. in cauſa Minorum & Eremitarum. ibidem.
Gregorius X. quatuor Fratres mittit ad Græcorum Imperatorem. 183
Reſponſio Paleologi. ibidem.
Gregorius Andronico Paleologi filio. ibid.
Exitus ſupradictorum lætus. ibidem.
Hieronymus Aſculanus Generalis. 184
Bonagratia Generalis. ibid.
Arlottus Generalis. ibidem.
Mattheus Aquaſpartanus Generalis. ibidem.
Raymundus Gauſredus Generalis. ibidem.
Ioannes à Muro Vallium Generalis. 185
Gondiſaluus Generalis. ibidem.
Alexander ab Alexandria Generalis. 2.185
Michael Cæſenas olim Generalis. ibidem.
Epiſtola F. Gerardi Odonis ad F. Michaelem Generalem. ibidem.
Gerardus Odo Generalis. ibidem.
Epiſtola Sanctiæ F. Gerardo Odoni Generali. ibid.
Fortaner[illegible] Generalis. ibidem.
Gulielmus Farinerius Generalis. ibidem.
Ioannes Bucchius Generalis. ibidem.
Marcus Viterbienſis. 2.195
Thomas Frignanus Generalis. ibidem.
Leonardus Giphonenſis. ibidem.
Ludouicus Donatus Venetus. ibidem.
Petrus de Conzano Generalis. ibidem.
Martinus Sangeorgius. ibidem.
Henricus Alferus Generalis. ibidem.
Antonius Angelus Generalis. 2.190
Appendix.
Angelus Saluettus Generalis. 2.191
Antonius Ruſconius. ibidem.
Eugenius Quartus Antonio Ruſcono. ibidem.
Angelus Serpetri Generalis. ibidem.
Iacobus Buſolinus Generalis. ibidem.
Iacobus Sarzuela Generalis. ibidem.
Franciſcus à Ruuere Generalis. ibid.
Zanettus Generalis. 193
Sanſon Generalis. 2.194
Aegidius Delphinus Generalis. ibid.
Alexander VI. Pont. Aegidio Generali. ibid.
Raynaldus Gratianus. 195
Philippus Porcatius Generalis. ibid.
Bernardinus Prato Generalis. ibid.
Antonius Marcellus Generalis. ibid.
Laurentius Spatha Generalis. ibid.
Bonauentura Pius Generalis. ibid.
Iacobus Montefalchius Generalis. ibidem.
Iulius Magnanus Generalis. ibidem.
Ioannes Antonius Ceruienſis Generalis. ibid.
Ioannes Antonius Delphinus Generalis. 197
Antonius a Sapientibus Generalis. ibid.
Felix Perettus Vicarius Generalis. ibidem.
Ioannes Tancredus Generalis. ibidem.
Ioannes Picus Generalis. 198
Petrus Antonius Camillus Generalis. ibid.
Antonius Fera Generalis. ibidem.
Clemens Bontadoſius Generalis. ibidem.
Euangeliſta Pelleus Vicarius Generalis. ibid.
Generales Fratrum de Familia. ibid.
Chriſtophorus Numaius Generalis. ibid.
Franciſcus Gonzaga Generalis. 200
Vicarij generales Familiæ. ibidem.
Quanta fuerit Vicariorum generaliũ auctoritas. 200
Generales Fratrum Capuccinorum. ibid.
Tranſumptum Bullæ Pij Quarti de confirmatione Patrum Capuccinorum. 201
Vitæ Summorum Pontificum. 2.205
Nicolaus Quartus Pont. ibidem.
Nicolaus V. Antipapa. ibid.
Alexandri V. vita. 207
Sixti Quarti vita. 208
Sixti V. effigies & vita deſcribitur. 210
De Regibus & Imperatoribus, qui aſſumpſerunt habitum S. Franciſci. ibid.
Ioannes Brenna. ibidem.
Henricus Cypri Rex. ſolio 212
Ioannes Armeniæ Rex. ibidem.
Iacobus Rex Maioricarum. 213
Petrus Iacobi Aragoniæ filius. ibidem.
Robertus Hieruſalem & Siciliæ Rex. ibidem.

Index Materierum

De Fratre Adulpho. ibidem.
De his qui deuotionis cauſa habitum S. Franciſci aſſumpſerunt. 215
Epiſtola Clementis Quarti. ibidem.
Cardinales ex Ordine Beati Franciſci. ibidem.
Bonauentura Cardinalis. 216
Vicedominus Cardinalis. ibidem.
Bentiuenga Cardinalis. 217
Hieronymus Aſculanus Picens Cardinalis. ibidem.
Mattheus Aquaſpartanus Cardinalis. ibidem.
Iacobus Caietanus Cardinalis. 219
Andreas ex familia Comitum Cardinalis. ibidem.
Gentilis à Monteflorum Cardinalis. ibidem.
Reginaldus Archiepiſcopus Cardinalis. 220
Leonardus Patraſſus Cardinalis. ibidem.
Ioannes à Muro Cardinalis. ibidem.
Bertrandus de Turre Cardinalis. ibidem.
Paſtor Albernaco Cardinalis. ibidem.
Helias de Annibaldis Cardinalis. ibidem.
Gulielmus Farinerius Cardinalis. 222
Fortanerius Cardinalis. ibid.
Marcus Viterbienſis Cardinalis. ibidem.
Bertrandus Cardinalis. 223
Thomas Frignanus Cardinalis. ibidem.
Ludouicus Donatus Cardinalis. ibidem.
Bartholomeus à Coturno Cardinalis. ibidem.
Leonardus Giſonis Cardinalis. 224
Bartholomæus Vliarius. ibidem.
Petrus Philaretus. ibidem.
Petrus Comes Cardinalis. 225
Franciſcus de Ruuere Cardinalis. ibidem.
Petri Riarij effigies & vita deſcribitur. 226
Petrus de Comitibus Cardinalis. ibidem.
Gabriel Rangonus Cardinalis. ibidem.
Helias Gallus Cardinalis. 227
Clemens Groſſus de Ruuere. ibidem.
Marcus Vigerius Cardinalis. 228
Franciſcus Ximenius Cardinalis. ibidem.
Chriſtophorus Numaius Cardinalis. 229
Franciſcus Zuignetius Cardinalis. 230
Clemens Dolera Cardinalis. ibidem.
Petrus Anglicus Cardinalis. ibid.
Felix Perettus Cardinalis. ibidem.
Mandat B. Franc. dari protectores. 231
Qua auctoritate præfulgeat Ordinis Protector. ibi.
Decretum Gregorij IX. Pontificis de poteſtate Protectoris. ibid.
Alterum Decretum Sixti Quarti. ibid.
Protectores Seraphici Ordinis. ibid.
Vgolinus Cardinalis Protector. 232
Raynaldus Oſtienſis Protector. ibidem.
Ioannes Caietanus Protector. ibidem.
Philippus Sancti Marcellini Protector. ibidem.
Iordanus Vrſinus. 233
Beſſarion Nicenus Cardinalis. ibidem.
Iulianus à Ruuere. ibidem.
Dominicus Grimanus. ibidem.
Franciſcus Quignonius. ibidem.
Rodulphus Pius Cardinalis protector. ibidem.
Carolus Borromeus protector Cardinalis. ibid.
Iulius Feltrius de Ruuere Cardinalis protector. ibi.
Franciſcus Alciatus Cardinalis protector. ibid.
Philippus Guaſtauillanus protector. ibidem.
Epiſcopi Ordinis Minorum. 233
Comitia Generalia. 237
Epiſtola B. Franciſci ad futurum Capitulum generale. ibid.
Eiuſdem ad Sacerdotes ſui Ordinis. ibid.
Epiſtola Gregorij IX. ne Ciſtercienſes tranſeant ad Minores, & uerſauice. 238
Exemplum de quodam Fratre Minore, qui ingreſſus fuerat ad Ordinem Ciſtercienſium. ibidem.
Epiſtola Paſchalis de martyrio quorundam Fratrum Minorum. 241
Martyrium quorundam Fratrum Minorum. ibid.
Bernardini Senenſis epiſtola ad Petrum Thomaſium Phyſicum. ibid.
Prouinciarum ſacri Ordiois origo. 247
Templum S. Franciſci. ibid.
Epiſtola de vera viſione corporis S. Franciſci. ibid.
Gregorius IX. Miniſtro Ord. Minorum. 250
Sepultura S. Franciſci. ibid.
De ſacris reliquijs in ſacro Conuentu. ibid.
Locus S. Mariæ de Portiuncula. ibid.
Confirmatur Indulgentia S. Mariæ. ibid.
Quod ſit conueniens credere indulgentiam S. Mariæ. fol. 252
Porta Eccleſiæ Angelorum. ibid.
Cuſtodia Peruſina. ibid.
Cuſtodia Caſtelli. ibid.
Cuſtodia Tudertina. ibidem.
Cuſtodia Eugobina. ibidem.
Cuſtodia Vallis. ibid.
Cuſtodia Montanorum. 255
Cuſtodia Regni. ibidem.
Prouincia Marchiæ. ibidem.
De ſecuritate hominum cura Sixti V. ibidem.
Cuſtodia Aſculana. ibidem.
Cuſtodia Camerini. 256
Cuſtodia Anconitana. ibidem.
Cuſtodia Aeſina. ibi. 257
Cuſtodia Firmana. ibid.
Cuſtodia Fanenſis. ibidem.
Cuſtodia Feretrina. 258
Prouincia Romana. ibid.
Cuſtodia Romana. ibidem.
Cuſtodia Viterbij. 259
Cuſtodia Vrbeuetana. ibidem.
Cuſtodia Reatina. ibidem.
Cuſtodia Tiburtina. 260
Cuſtodia Maritima. ibidem.
Cuſtodia Campaniæ. ibidem.
Prouincia Tuſciæ. ibid.
Cuſtodia Piſana. ibidem.
Cuſtodia Lucana. ibidem.
Cuſtodia Florentina. ibidem.
Cuſtodia Senenſis. 261
Cuſtodia Aretina. ibidem.
De ſacro Aluernæ monte. 262
Quomodo mons Aluernę ſit conceſſus S. Franc. 263
Comparatur mons Aluernæ ad reliquos montes ſacræ ſcripturæ. ibid.
De ſacris ſtigmatibus. ibidem.
Conſecratur mons Aluernæ à ſeptem Epiſcopis.

Saphicum carmen, quo declaratur ſingularis Chriſti dilectio erga B.Franciſcum. fol.264
Sanctorum reliquiæ, quæ in ſacro Aluernæ monte aſſeruantur. ibid.
Cuſtodia Cluſina. 265
Cuſtodia Maritima. ibid.
Prouincia Bononiæ. ibidem.
Cuſtodia Ferrariæ. 267
Cuſtodia Parmæ. ibid.
Cuſtodia Rauennæ. 268
Cuſtodia Foroliuienſis. ibidem.
Prouincia Sancti Antonij. ibidem.
Cuſtodia Venetiarum. 271
Cuſtodia Fori Iulij. ibid.
Cuſtodia Veronenſis. ibidem.
Prouincia Mediolani. 275
Cuſtodia Brixiæ. ibidem.
Cuſtodia Nouocomana. ibidem.
Cuſtodia Vercellarum. ibidem.
Cuſtodia Medoetiæ. ibidem.
Prouincia & Cuſtodia Genuę. ibidem.
Cuſtodia Aſtenſis. 274
Cuſtodia Albingani. ibidem.
Cuſtodia Pedemontana. ibid.
Cuſtodia Montisferrati. ibidem.
Cuſtodia Papiæ. ibidem.
Prouincia Dalmatiæ. ibidem.
Cuſtodia Raguſina. ibidem.
Cuſtodia Iaderenſis. ibidem.
Cuſtodia Iſtriæ. ibidem.
Prouincia Terræ laboris. ibidem.
Cuſtodia Neapolis. 275
Cuſtodia Salernitana. ibidem.
Cuſtodia Principatus. 276
Cuſtodia Beneuentana. ibid.
Cuſtodia Sancti Benedicti. ibidem.
Prouincia Sancti Bernardini. ibidem.
Cuſtodia Aquilæ. 277
Cuſtodia Pennenſis. ibidem.
Cuſtodia Theatina. ibidem.
Cuſtodia Aridenſis. ibidem.
Cuſtodia Aprutina. ibidem.
Cuſtodia Marſicana. ibidem.
Prouincia Sancti Angeli. 278
Cuſtodia Comitatus. ibidem.
Cuſtodia Ciuitatis. ibidem.
Cuſtodia Montis Sancti Angeli. ibidem.
Cuſtodia Capitinatæ. ibidem.
Prouincia S. Nicolai cum ſuis cuſtodiis 278
Prouincia Calabriæ cum ſuis cuſtodiis. 279
Prouincia Siciliæ cum ſuis cuſtodijs. 280
Prouincia Romaniæ cum ſuis cuſtodiis. 283
Prouincia Sancti Iacobi cum ſuis cuſtodijs. ibidem.
Prouincia Caſtellæ cum ſuis cuſtodiis. 284
Prouincia Aragoniæ cum ſuis cuſtodiis. 285
Nicolaus Quartus deputat Minores Inquiſitores. ibi.
Prouincia Aquitaniæ cum ſuis cuſtodijs. 286
Prouincia Prouinciæ cum ſuis cuſtodiis. ibidem.
Prouincia Burgundiæ cum ſuis cuſtodiis. 287
Prouincia Turoniæ cum ſuis cuſtodiis. ibidem.
Prouincia Franciæ. ibidem.
Prouincia Angliæ cum ſuis cuſtodiis. ibidem.
Prouincia Hiberniæ cum ſuis cuſtodiis. ibidem.
Prouincia Datiæ cum ſuis cuſtodiis. 289
Prouincia Coloniæ cum ſuis cuſtodiis. 290
Prouincia Argentinæ cum ſuis cuſtodijs. ibidem.
Prouincia Saxoniæ cum ſuis cuſtodiis. 291
Prouincia Poloniæ cum ſuis cuſtodiis. ibidem.
Martyrium quorundam Fratrum. 292
Prouincia Auſtriæ cum ſuis cuſtodiis. 293
Prouincia Hungariæ cum ſuis cuſtodiis. 294
Vicaria Sardiniæ. 295
Vicaria Corſicę. ibidem.
Extenſio Franciſc. Relig. in partibus Indiarum. ibid.
Quantum in partibus Indiæ laborauerunt Minores. ibidem.
Frater Martinus apud Indos fidem plantauit. ibidem.
Frater Diegus de Herrera tranſit ad Inſulam Senarum. ibid.
Datur aditus Minoribus ad infideles. ibidem.
Minores & Prædicatores miſsi ad Tartaros. 296
Exemplum litterarum Baiethnoi ad Innocentium Quartum Pontificem. ibid.
In pluribus prouinciis Minores fidem Chriſti plantauerunt. ibid.
Pernicioſa ſeditio à quibuſdam Doctoribus contra Mendicantes. 297
Qua ratione reſiſtendum Diabolo ſit. 298
Loca Fratrum de Familia. ibid.
Item eadem loca. 303
Loca Fratrum Capuccinorum. 298
Admonetur pius lector. 302
Martyrium aliquot Minorum apud Indos. 306.b.
Litterę Generalium Minorum & Prędicatorum pro communi concordia ſeruanda. 307
Ex Tertio libro Auctores & Scriptores illuſtres ordine alphabetico, prout in Indice ſequenti ſigillatim & clarius apparebit.

INDEX RERVM OMNIVM MEMORABILIVM IN TOTO OPERE COMPREHENSARVM.

ABBAS Vercellenſis præceptor D. Antonij Patauini, vir ſummæ eruditionis, & religionis eximiæ. lib. 1. 78. b
Ab Aquilanis Templum D. Bernardini extruitur, lib. 1. 108. a
Abozaidæ Carnifici quinque martyres puniendi traduntur. lib. 1. 70. b
A Cæleſtino V. Pont. max. obtinetur breue, à quibuſdã fratribus viuendi ſeorſum in puritate Regulæ. libro 2. 180. b
Accommodatus modus pro reformatione fratrum. lib. 2. 172. b
Accurſius laicus, cui B. Virgo apparuit Florentiæ. libro 1. 72. b
Accurſius legum gloſſator. lib. 2. 267. a
Adalbertus B. Salomeæ confeſſarius. lib. 1. 141. b
Adam cognomento Rufus multis miraculis clarus. libro 1. 72. b
Adam Saſbuoth ſcriptor illuſtris lib. 3. 305. a
Adamus eius nominis ſcriptores ibidem.
Adamus. ſocius B. Antonij Dyrrhachini. lib. 1. 72. b
Ad Chriſtophorum Numalium Card. variæ principum epiſtolæ. lib. 2. 229. b.
Ad corpus D. Antonij Patauini contrectandum per globos, & cuneos multi confluunt. lib. 1. 82. a
Ad famam B. Franciſci multi concurrunt. lib. 1. 52. b
Adit Franciſcus Summum Pont. pro confirmatione ſuæ Regulæ. lib. 1. 18. b
Aditus Minorum ad infideles ad propagandam Chriſti fidem. lib. 2. 296. a
Adiutus vnus ex quinque martyribus. lib. 1. 72. b
Admirabile ſepulchrum, in quo eſt conditum corpus B. Franc. lib. 2. 250. b
Amiranda contemplationis quies, qua mens à terrenis abſoluta rapitur. lib. 1. 59. a
Admirans Stigmata B. Franc. neque perpendens ſublimitatem miraculi grauiter vulneratur. lib. 1. 43. a
Admonetur lector circa nominum propriorum varias appellationes. lib. 2. 272. b
Ad obſeruantiam, & frugalitatem Regulæ Franc. fratres ſuos inducit. lib. 1. 21. a
Ad Saracenos Franc. ire paratus, reflantibus ventis, & vndis aduerſis, in partibus Sclauoniæ conſtitit. lib. 1. 30. a
Adulphi mira humilitas. lib. 2. 115. a
Adulphi præclarum humilitatis argumentũ. li. 2. 215. a
Adulphi ſingularis animi liberalitas lib. 2. 215. a
Adulphus Comes Holſatiæ. lib. 2. 114. b
Aedes D. Antonij extructa cælato, & inciſo eleganti opere. lib. 1. 83. b
Aedes, & Templa apud Indos. lib. 2. 295. b
Aegidij Albernotij obitus. lib. 2. 189. a
Aegidij Amerini infelix obitus. lib. 2. 194. b.
Aegidij Amerini iniquitas, & pertinacia. lib. 2. 194. b
Aegidij Aſſiſiatis apophtegmata, & dicteria varia. lib. 1. 63. a
Aegidij dictum ad Ioannem Parmenſem. lib. 2. 179. a
Aegidij varij ſcriptores. lib. 3. 313. b
Aegidius Albernotius Cardinalis. lib. 2. 249. a
Aegidius Aſſiſiás. lib. 3. 313. b
Aegidius Aſſiſiás quando additus eſt aliorum numero. lib. 1. 67. a
Aegidius B. Franc. ſocius ſanctitate vitæ eximius. libro 1. 18. a
Aegidius B. Franc. imitator præcipuus. lib. 1. 62. b
Aegidius caputium dedit cuidam pauperi. lib. 1. 62. b
Aegidius cognouit in ſpiritu S. Ludouicum Regem Franciæ. lib. 1. 63. a
Aegidius coram quinque miniſtris raptus, & eleuatur. lib. 1. 63. a
Aegidius de Monte Epiſcopus Dauentinus. lib. 2. 215. a
Aegidius erogat palliolum egenæ famellæ, quo ipſe tegebatur ad præceptum Franciſci. lib. 1. 62. a
Aegidius mitis, & virtutum cultor humilitatem in omnibus cum pari grauitate coniunxit. lib. 1. 62. b
Aegidius vir idiota, ſed altæ cõtemplationis. li. 1. 62. a
Aeneas Syluius Epiſcopus Senarum ad Ioannem Capiſtranum ſcribit. lib. 1. 114. a
Aequipollentiæ Regulæ ſunt decem, quorum tranſgreſſio eſt mortalis. lib. 2. 162. a
Aeris maxima intemperies, & peſtis omina. li. 2. 193. b.
Affectus eximiæ diſciplinæ, & deuotionis in B. Franc. Ex ſola recordatione paſsionis Chriſti. lib. 1. 15. b
Afflictorum mira affectio in B. Fran. lib. 1. 28. a
Agnellus Piſanus primus Miniſter Angliæ. lib. 1. 72. b
Agneti à conſanguineis infertur grauis, & acerba tentatio. lib. 1. 134. a
Agnetis B. Claræ ſororis conuerſio. li. 1. 134. a Et ingreſſus ad ordinem. lib. 1. 136. a
Agnetis ad B. Claram ſororem epiſtola. lib. 1. 136. a
Agnes poſt mortem S. Claræ ſororis ſuæ miſit velum nigrum, quod ipſa geſtabat in capite ad moniales montis Colij. lib. 1. 136. b
Agnes Boema voluntaria paupertate contenta ingentes diuitias aſpernatur. li. 1. 136. b Vita, & præclara miracula. ibi.
Albertus de Marcheſijs, & alij Alberti nomine ſcriptores. lib. 3. 305. a
Albertus Magnus, Thomas, & Bonauentura ſcripſerũt contra Gulielmum de S. Amore. 2. 297. b
Albertus Piſanus Generalis. lib. 2. 178. a
Albertus Pomerinc Epiſcopus Tripolen. & Suffraganeus Oſſen. lib. 2. 235. b
Albertus Piſanus in Anglia primus Franciſcanam Religionem plantauit. lib. 2. 178. a
Albertus Piſanus publicum Gymnaſium in Anglia inſtituit, ſed poſtea abdicauit, & quare. lib. 2. 178. a
Albertus Pius contra Conuentuales fratribus de Familia fauit. lib. 2. 196. a.
Albertus Sartianus durè arguit Mediolanenſium Ducem. lib. 1. 72. b
Alberti Sartiani obitus. lib. 1. 73. a Fuit gratus Eugenio IIII. Pont. 72. b

Albertus Sartianus floruit cum laude in ſacro Concilio Florentino. lib. 1.73. a
Albertus Sartianus prædicator inſignis, & vir latinè, græceque doctus. lib. 1.72. b Et lib. 3. 305. a
Alcoranus vbi lex abominabilis conficta eſt de Maomethe conſcriptus, cui Diabolus auctoritatem, & induſtriam adminiſtrauit. lib. 2.75. a
Aldemarius Aquitanus. lib. 1.73. a
Aldrobandinus de Amanatis Florentinus. li. 1.73. a
Alexander ab Alexandria Generalis lib. 2.185. a
Alexander de Alexandria, & alij.
Alexandri nomine ſcriptores. lib. 3.306. b
Alexander Alenſis præceptor D. Bonauenturæ in ſacro Theologiæ ſtudio. lib. 1.92. b eiuſdem ſententia de B. Bonauentura. ibid. 97. a. idem quæ ſcripſerit. eius effigies & vita. lib. 3.306. a
Alexander IIII. Pont. maxi. rigorem Regulæ in multis miſericorditer temperauit. lib. 2. 151. a
Alexander V. Bononienſis, vt quidam dicunt, quod ipſemet affirmare ſolebat. lib. 2. 207. a idē à Galeatio Vicecomite in pretio habitus, & laborās in extremis Cardinales ad ſe vocat, & eos ad pacis ſœdera cōponēda commonuit et Ladislaū Regno priuauit; et liberalitatis virtute præditus. Et effigies 206. b quoſdam Cardinalium titulos mutauit, ne plures eſſent in eodē Sacerdotio titulares. 207. b Eiuſdem obitus & Epitaphium ibidem.
Alexander VI. Pontifex ſcribit ad F. Aegidium Amerinum Generalem, & ad patres congregatos in Capitulo. lib. 2.194. b
Alexius Salamanca. lib. 3. 306. b
Alonſus de Mantua Hiſpanienſis lib. 3.306. b
Alfonſus à Caſtro ſcriptor eruditus. lib. 3.306. b
Alfonſus Boroxius Prouincialis Caſtellæ. lib. 2. 154. b
Alfonſus Cauallexio Epiſcopus Sardonſis. lib. 2.233. b
Alfonſus de villaſia Epiſcopus Sabulen. & Suffrag. Aſſanenſis. lib. 2.234. a
Alfonſus Romero Epiſcopus Scaleos. lib. 2.234. a
Alonſus Telius Colymbriam detulit oſſa quinque martyrum, & honorificè condidit. lib. 1. 172. a
Aloyſius Puteus. lib. 2. 199. a
Altare conſecratum D. Antonij Patauini. lib. 1.83. b
Altare maius Aßiſij vbi conditum eſt corpus B. Fran. lib. 1.250. b
Aluarus Gometius vitam Francisci Ximenij Cardinalis ſcriptis proſecutus eſt. lib. 2.228. b idem li. 3. 306. b
Aluarus Pelagius. lib. 3.306. b
Aluerna Beati Franciſci domicilium. li. 2. 262. eiuſque deſcriptio.
Amadei ſocij familiares. lib. 2.157. a
Amadei vera Effigies lib. 2.156. a eiuſdem comitas, & in rebus agendis admiranda modeſtia. 156. b ingens perturbatio item.
Amadei, qui alio nomine dicūtur de pace. eidem Mons S. Petri qui & Ianiculum, conceditur, Sixto IIII. Pont. familiaris, à Deo edoctus induit habitum S. Frāciſci. à fratre Iacobo Sarzuela accepit tunicam B. Frāciſci, fuit eques Luſitanus, & quomodo induit habitū S. Franc. martyrii deſiderio accenſus in Bethicam appulit. manſit aliquando in ſacro Conuentu Aßiſij ibidem. Franciſco Sfortiæ Mediolanēſium Duci charus. li. 2.157. a Eius fama celebris vbique diuulgata. idem ſcripſit librum viſionum. lib. 3.307. a
Amandus Belga. lib. 3.307. a
Amata monialis Aßiſiās ſancta Claræ neptis. libro 1. 136. b
Ambitionis lethale virus. lib. 1. 60. a
Ambroſianorum origo. lib. 2.149. a
Ambroſii Maſſani quædam præcipua miracula. libro 1. 73. b
Ambroſius à Maſſa vitæ ſanctitate clarus. li. 1. 73. a
Ambroſius Capicius Epiſcopus Antibaren. li. 2.235. b
Ambroſius Maßanus ſpiritu prophetico plenus diem, & horum Tobiæ ſocij eius prædixit. lib. 1.73. a
Amicus ille optimus eſt, qui in calamitatibus adeſt. lib. 1. 60. b
Amor Dei in Sanctis ſuis quantum poſſit. li. 2. 297. b
An bona ingredientium Religionem poſsint retineri. lib. 2.166. a
Andrea Nicolai V. Pont. max. magiſter. lib. 1.102. a
Andreas Anagnius Alexandri IIII. Pont. maxi. nepos, qui dignitati Cardinalatus ſponte abnuit. lib. 1.73. b
Andreas Ceruora Epiſcopus Cardonen. & coadiutor Arben. lib. 2.235. b
Andreas (cognomento Dulcis) qui aduerſa omnia amore Chriſti ſuperabat. lib. 1.73. b
Andreas de Cortili ſcriptor. lib. 3.307. a
Eiuſdem nominis alij ibidem.
Andreas de Plano. lib. 2. 265. a
Andreas ex comitibus Cardinalis, qui excelſo animo Cardinalatum abnuit. lib. 2.219. a
Andreas Hiſpellas miraculorum copia inſignis. libro 1, 73. b
Andreas Hungarus martyrio coronatus. lib. 1.73. a
Andreas Inſulanus. lib. 2. 199. a
Andreas Tixerius Epiſcopus Roſenſis, & Suffrag. ſancti Flori. lib. 2.234. b
Andreæ Anagnini inſigne quoddam miraculum. libro 1.73. b
Andreæ Anagnini obitus apud Piceuſes. li. 1. 73. b
Andronico primo genito Paleologi ſcribit Greg. X. Pont. maxi. lib. 2.183. b
An fratres poſsint inducere homines ad dandum conuentibus. lib. 2.166. a
Angela Fulginas celebris, et eius miracula. li. 1.137. a
Angeli Chri Iuſtiniani effigies, & vita deſcribuntur. libro 3.308. a eiuſdem nominis alij ibidem.
Angelinus Daneſius Politianus. lib. 1.146.
Angelus à Clauaſio, & alij.
Scriptores ſub eodem nomine. lib. 3.307. a
Angelus à Monte Leone ſacco contentus pauperem vitam duxit. lib. 1.73. b
Angelus Capranica Legatus Bononiæ, quo tempore obijt ibidem Catherina Bonon. lib. 1. 137. b
Angelus de Clauaſio Vicarius. lib. 2.200. b
Angelus Etruſcus fundator Conuentus Piſarum, libro 1.74. a
Angelus Reatinus ſocius B. Franc. lib. 1.73. b
Angelus Reatinus Dæmones pertimeſcens quomodo eos depulit & intrepidus factus. lib. 1.67. b
Angelus Saluetus Senenſis Generalis. lib. 2.190. b
Angelus ſer Petri Generalis. lib. 2.191. b
Angelus Tancredus ſocius B. Franc. lib. 1. 67. b
Anima Beati Franciſci in obitu apparuit Epiſcopo Aſſiſij. lib. 1.40. a
Anima B. Franciſci inſtar ſtellæ præfulgidæ à candida nube ſubuecta in Cœlum fertur. lib. 1.40. a
Anima humana vis & potentia triplex. lib. 3.336. b

Animalia ſponte ſibi oblata libera dimittebat B. Fran. libro 1. 28. b
Animarum ſaluti nil præferendum. lib. 1. 30. a
Animus excolitur virtutibus, declaratur pulchra ſimilitudine. li. 1. 67. a. & lib. 3. 336. b
Anſelmus de Oliuerijs Epiſcopus Veſſanen. li. 2. 235. a
Anſer Pictus apud veteres ſignificat vigilantiam ideo apud Romanos in pretio. lib. 1. 1. a
Antonia Florentina monialis fundauit monaſterium Aquilæ. lib. 1. 137. a
Antonius. eius nominis ſcriptores. lib. 3. 308. a
Antonianorum dux, & origo. lib. 2. 149. a
Antonij Cauallini egregiæ picturæ. li. 2. 249. a
Antonius Fera Generalis & Epiſcopus Mrſicanus natura, & mores acerbi. lib. 2. 193. b
Antonij Maſſę ſingulare dictum de paupertate. li. 2. 190. b
Antonij Pireti Generalis de Ioanne Capiſtrano prædictio. libro 1. 112. a
Antonij Patauini Vaticinium de Philippo Aquerio. libro 1. 127. b
Antonij Patauini corpus altiori loco conditum. li. 1. 83. a
Antonij Tubetæ mores, eruditio, & ſcripta deſcribuntur. libro 3. 309. a
Antonij varij ſcriptores. lib. 3. 308. a
Antonio de Monte Falcono. lib. 2. 200. b
Antono de cruce Chriſti prædicanti apparuit de improuiſo B. Franc. lib. 1. 79. a
Antonio Patauino tribuitur à ſancto Franc. facultas prædicandi vbique. lib. 1. 78. a
Antonius Patauinus Guardianus Lenonicenſis, hæreticos confutat. lib. 1. 80. b
Antonius Bonfadinus Ferrarienſis. lib. 1. 35. b
Antonius Dyrrhachinus. lib. 1. 76. b
Antonius Patauinus à F. Helia Generali malè affectus. libro 2. 177. b
Antonius Patauinus declinans hominum congreſſum domicilium in agro Patauino parauit. lib. 1. 81. b
Antonius à Maſſa Generalis. lib. 2. 190. b
Antonius Angelus Generalis. lib. 2. 190. a
Antonius Patauinus multitudinem pertęſus laboribus, et aduerſa valetudine fractus honeſto ſolatio recreatur. libro 1. 81. b
Antonius à ſapientibus Generalis. lib. 2. 197. a
Antonius à ſapientibus in Concilio Triden. ab Epiſcopis Hiſpaniæ habitus in pretio. lib. 2. 197. a
Antonius Patauinus ob ſingularem eius eruditionem Arca teſtamenti eſt appellatus. lib. 1. 78. a
Antonius Marcello Generalis. lib. 2. 196. a
Antonius Marcello cæpit vocari magiſter generalis. libro 2. 196. a
Antonius Rufconius Generalis. lib. 2. 191. a
Antonius Patauinus non ſolum habitu ſed martyrio copulari affectabat. lib. 1. 78. a
Antonius Saſſelinus Generalis. lib. 2. 196. a
Antonius Patauinus durè reprehendens Eccelinum prouocauit in ſe iram noui Herodis. lib. 1. 81. a
Antonius Patauinus in prædicationibus ſummæ vis fuit, & efficaciæ. lib. 1. 79. a
Antonius Patauinus prædicans trigintamillia hominum ad ſacram concionem mouet. lib. 1. 79. a
Antonius Patauinus vbique clarus miraculis apparet. libro 1. 80. a
Antonius Patauinus primus Lector in Ordine. li. 1. 78. b
Antonius in Eremo ſancti Pauli in Flaminia panem comedebat in pondere, & aquam bibebat in menſura. libro 1. 78. a
Antonius Patauinus requiſitus fuit a F. Gratiano miniſtro prouinciæ vt celebraret miſſam in Eremo ſancti Pauli. libro 1. 78. a
Antonius Patauinus Vercellis literis operam dedit. lib. 1. 78. b
Antonius Patauinus prius Fernandus dictus. li. 1. 77. b
Antonius Patauinus à S. Franc. durè increpatus ob ſtudia. lib. 1. 78. b
Antonius Patauinus mediocris ſtaturæ fuit, & obeſi corporis. lib. 1. 77. b
Antonius Tegrinus Piſanus. lib. 1. 76. a
Antonius Toletanus. lib. 1. 76. a
Antonius de Roſate Mediolanenſis. lib. 1. 76. a
Antonius della Cruz Epiſcopus Caſſauenſis. li. 2. 234. b
Antonius de Cazas Epiſcopus Nicaragnenſis. libro 2. 235. a
Antonius do Luxiar Epiſcopus Mundomienſis. libro 2. 235. a
Antonius Polus de Matthæis Epiſcopus Roſnen. libro 2. 235. a
Antonius Paſchalis Epiſcopus Roſſenſis. li. 2. 233. b
An tutum ſit Minoribus fratres penes ſe aliquid proprii habere. lib. 2. 180. a
Apparuit Franciſcus cuidam fratri haſitanti de ſacris Stigmatibus. lib. 1. 42. b
Apparuit Franciſcus Gregorio IX. Pont. ſubdubitanti de impreſſione ſacrorum ſtigmatum, à quo omnem hęſitationem amouit. lib. 1. 42. b
Appellationem, quam fixit Michelinus de Cæſena Ordo non admiſit, neq; approbauit. li. 2. 187. a
Appēdix qua declaratur Ordo interruptus Generalium vitio temporis. lib. 2. 190. a
Apoſtata de fide ad Ordinem non eſt recipiendus iuxta ſententiam Ioannis Parentis. lib. 2. 176. b
Apoſtolicæ ſedis perturbatione, deturbatur quoq; Generalium ſeries. li. 2. 190. a
Apoſtrophe D. Bonauen. ad B. Fran. ex impreſſione ſacrorum ſtigmatum. lib. 1. 38. b
Apoſtrophe D. Bonaventuræ ad B. Franciſcum. libro 1. 152. b
Appropriare quid ſit. lib. 2. 167. a
Apta ſimilitudine declaratur patientia Bernardi Quintanallæ. lib. 1. 59. b
Aqua ſit vinum optimum, & ſaluberrimum ad preces B. Franc. lib. 1. 22. b. & lib. 2. 304. a
Aquam Franciſcus è petra ſuis eduxit precibus. libro 1. 27. a
Aquæ mira vis, qua B. Franc. vulnera ſua aſpergebat. libro 1. 38. a
Aquilæ extat camera ſancti Bernardini: vbi ſpiritū Deo reddidit. lib. 2. 277. a
Aquitania vnde dicta. lib. 2. 285. b
A quo B. Franc. fuit factus Generalis non ſatis conſtat. lib. 2. 160. b
Arbaldo malè cedit, qui abiecta religione iniuit fœdus contra miniſtros eccleſiæ Chriſti. li. 1. 75. b
Arbaldus ſeptem martyres tentat auertere, vt à ſancto propoſito eos abducat. lib. 1. 75. a
Arbor conſanguinitatis B. Franc. lib. 1. p. 2. a
Arbor quamuis propagata non tamen ſtatim coaleſcit. libro 1. 66. a
Arca Diui Antonij diuinitus inuenta à quatuor coronatis

tis elaborata creditur.lib.1.83. a
Ardua res eſt homini mundana relinquere, quibus ipſe mirificè oblectatur.lib.1.58. a
Aretium meritis, et exemplis B.Benedicti Aretini libera tur.lib.1.84. b
Argentinæ capitulum vbi maxima eleemoſynarum copia viſa eſt. lib.2. 241. b. ibi. 239. b. ibid. 243. a. ibi.284. b
Argumentum in Regulam B.Franc.lib.2. 163. a
Argumentum in vitam ſancti Franc. & beatorum ſui Ordinis. lib.1.12. b
Arlottus Pratenſis auctor concordantiarum Bibliorum. lib.2.184. b. Idem Generalis.lib.2. ibid.
Armacanus Hiberniæ primas acerrimus Mēdicantium oppugnator.lib.2.188. b
Armeni ad obedientiam Eccleſiæ deducuntur piis moni tis, & ſalutaribus inſtitutis F. Alberti Sartianenſis. libro 1.72. b
Arnaldus Montanerius damnatus & quare. libro 2.189. a
Ars & ſumma calliditas verſipellis Diaboli. lib.1.69.a
Ars inuentiua Raymundi Luly.lib.3.311. a
Aſinus quo Bernardinus Senas vehebatur à mulieribus depilatus fuit, vt aliquid ſaltem S.viri haberent.libro 1.88. b
Aßiſium in decliui Apenini iugo ſitum.lib.2. b. & natale ſolum B. Franc.lib.1.2.b. felix patria ob ortum eius ibidem precibus B.Claræ liberatur ab hoſtium impetu et inſidiis.li.1.133.a. ibi celebratur generale capitulum. Hoc tempore ſuſceptus fuit ad Ordinem Aluarus Pelagius.lib.2.239.b. lib.2. 240. b.ibi.241.a. ibidem 243. a
Aſpectu ſacrarum quinq; martyrum reliquiarum Antonius Patauinus vehementius commotus fuit ad martyrium elephantis more. lib.1. 77.b
Athanaſius Mediolanenſis.lib.1.83. b
Auarus talpæ per ſimilis.lib.1.64. b
Auctoris ſolicitudo & cura in memoria inquirenda ſcriptorum Seraph.lib.3.304. b. eius ſcopus in huius operis partitione .lib.3.336. eius vita.lib.3.333.
Auctoritas vicariorum generalium.lib.2.200. b
Aues alloquitur Franciſcus, & auſcultant, lib. 1.35. b. eum aſcendentem in montem Aluernæ excipiunt. lib. 2.262. b. ſorores ſuas vocat, quia earum garritu admonitus laudes Domino decantabat.li.1.28. b
Aues & non formicæ erant gratæ B. Franc. quia illę ad diuina peruolant, iſtæ vero temporalia congregant.libro 1.64.b
Auguſtinus Aſiſias primus miniſter prouinciæ Terræ laboris. lib.1.83.b. obiit eadem hora, qua B.Franc.ab humanis ſublatus eſt.lib.1.40. a
Auguſtinus. eius nominis ſcriptores.lib.3.309. b
Auguſtinianorum origo & Dux.lib.2. 149. a
Auguſtini Righini effigies & vita deſcribitur. libro 3. 310. a
Aurea verba B.Aegidij.lib.1.64. b
Aurelius de Calcena Epiſcopus.lib.2. 234. a
Aurelius de Gueuara Epiſcopus. lib.2. 234. a
Aurelius Pieri Epiſcopus.lib.2.235. b
Aurelius de Vetunouo.Epiſcopus. lib. 2. 235. a
Aurelius de Samigiol ibi.
Aurelius Monilianus.ibid.
Auſtergij Cardinalis obitus.lib.2.248. b
Auſterinus vitæ diſcretionis carens condimento diſplicebat B.Franciſco.lib.1.22. b
Aycethon illuſtris Baro Armeniæ vocat ad ſe fratres Minores.lib.2.180. b
Azotus immanis hoſtis Chriſtianorum.lib.2.284. b
Azotus per Minores ad Chriſtum cōuertitur. lib. 2.ibid. b

B.

BALBINA Aſiſias neptis beatæ Claræ. libro 1.137. a
Baldus Vbaldus Peruſinus iuriſc. habitu Minorum indutus. lib.3.310. b
Baleares inſulæ.lib.2.213. b
Balthesar de Ebora Epiſcopus.lib.2.234. b
Baltheſſar Olympius. lib.3.310. b
Barbarus ſocius B. Franc. ſanctitate vitæ clarus.libro 1. 67. b
Barbari ſuperſtitionibus vanis pertinaciter inhærētes obdurant ſe contra manifeſtam veritatem. lib.2.75. a
Barchinone celebratur generale capitulum vbi decernitur Minorum habitus qualitas.lib.2.240. & 241. a. & b.
Bartholomæus 3 eius nominis ſcriptores.lib.3.311. a
Bartholomæus Corradinus ante aram D. Antonij Patauini quadam verba diuinitus audiuit, atque ea multis coram narrauit.lib.1.81. b
Bartholomæus Martinocius Policianus à Saracenis per medium diſſectus.lib.1.83. b
Bartholomæus Coturnus Aquitanus Card.lib.2. 223. b
Bartholomæus Pucci Franciſcus Policianus.lib. 1.83. b
Bartholomæus Cumanus.lib.1.146. a
Bartholomæus Oliarius Card.lib.2. 224. a. & b
Baſilica ſanctorum duodecim Apoſtolorum Romæ.libro 2. 259. a
Beatrix Aſiſias.lib.1.137. a
Beligarius à monte acuto.lib.1.84. a
Beltrandus à turre Cardin.lib.3. 311. a
Beltrandus Lagerius Card.lib.2.221. a
Beltrandus à Boliga. lib.1.84. a
Belludorum Patauinorum perilluſtris familia. libro 1. 119. b
Benedicta Aſſiſias poſt beatam Claram Abbatiſſa S. Damiani.lib.1.137. a
Benedictio loci Alenquerii, qui ſacro Minorum Ordini quinque purpureos flores produxit.lib.1.72. a
Benedictina religio bene merita de Franciſcana q ei multa monaſteria contulit.lib.2.304. a
Benedictione ſingulari B. Franc. Bernardum Quintaualle primogenitum muniuit in ſuo obitu.lib. 1.60. a
Benedictus Apulus. lib.1.84. a
Benedictus Mugillanus.lib.1.84. b
Benedictum eſt illud malum dicebat Aegidius, quod in bonum conuertitur.lib.1.65. a
Benedictus Aretinus ex Babilonia detulit digitum Danielis Prophetę. li.1.84. b. ſuſcepit ad Ordinem Ioannem Imperatorem Conſtantinopolis. ibid.
Benedictus Saugallus.lib.3. 311. a
Beniaminus ſanctitate & moribus clarus.lib. 2. 180. a
Bentiuola à ſancto Seuerino.libro 1.84. b. eiuſdem obitus ibidem.
Bentiuenga de Bentiuenghis Card.lib.2.217.
Beneuenutus Anconitanus.lib.1.85. a
Beneuenutus Eugubinus, & eius miracula.lib.1. 85. a
Berardus martyr fidei clypeo munitus, vt alter Moyſes aquam eduxit de petra.lib.1.70. b

Bernar

Bernardus Freſaedo Epiſcopus Conchenſis . libro 2. 135. a
Bernardus Idonailli Epiſcopus.lib.2. 234. b
Bernardus Podius Epiſcopus Aguthenſis . libro 2. 235.b
Bernardus Quintanalle admiſſus à Deo tanquam vnus ex commenſalibus regni cœleſtis.lib. 1.59.b. paupertatis cultor præcipuus ibidem a. facie in Deum ſemper erecta, idque per annos quindecim. Bononiæ à pueris ſaxis & luto impetitus iniurijsque laceſſitus.ibid. Concepit animo ſequi B.Franc.pauperem.lib.1.57.b excubias facit ad explorandam vitam S.Franc.ibi.. 57.a. nulla fractus iniuria cuncta pro Chriſto patienter ſuſtinebat lib.1.59. b. Ordinis fundator dicebatur à S.Franc.lib.1.58.b.primogenitus B. Franc.lib.1. 18.a.dum profert in medium Regulam ſancti Fran. appellatur ſeruus Altiſſimi.lib.1.59.b. eius affectus admirandus in pauperes.ibi.vir altiſſimi cordis & iudicij.lib.1.58. b
Bernardus Vigilantius ſocius B.Franc.lib.1.67.b
Bernardus &
Bernardinus.eius nominis ſcriptores.lib.3.311. a
Bernardinus Cremonenſis Epiſcopus.lib.2.234. a
Bernardini Feltrii effigies.lib.1.85. b
Bernardinus Gronemu Epiſcopus.lib.2. 233. b
Bernardinus Feltrius .lib.1. 85. b
Bernardinus Senenſis adhuc iuuenis cohortatur ad infirmorum curam.lib.1.85. a.ibidem ſumma vigilantia & ſobrietas.a.pietas in pauperes.lib.1.87.b.mira eruditio.ibi.Pontifici Romano & Cardinalib. carus.li. 1.88.b. primus Vicarius nouæ familiæ.lib.2.200.a. per totam Italiam Euangelium cum fructu animarum prædicat.lib.1.88.b.venit Bononiam. li.2.266. b.ſanctitatis eius prima rudimẽta.lib.1. 87. b. ſermo eius in ſacris Concionibus ad populum ad tres horas & interdum ad quinque protrahebatur. lib.1. 88.b. ſpiritu propbetiæ quo præfulſit. lib.1. 87.b. ſumma auſteritas & tolerantia in aduerſis.li.1.89.a. dignitates non ſemel recuſauit.lib.1.89.b. duodecim iuuenibus iunctas ſuſcipit curam ægrorum.lib.1.88.a.fluxum ſanguinis patiebatur. libro 1.89.a. ſales admiſcebat in ſacris concionibus,quibus breuiores redderet horas.lib. 1.88.b. celeritatem linguæ longo dicendi vſu maximè temperauit idque diuino conſilio. lib. 1.86.b.accuſatus coram Martino V. ſtrenuè ſe defendit.87.a.ordinem collabentem reſtituit. 89. a. eiuſdem miraculum.303. b
Bernardonus Moriconus Aſſiſias auus B. P. Franciſci. lib.1.1.a
Bertandus à turre Card.lib.3.311. a
Bertoldus Ratiſpon. miracula fecit quadam inſignia.libro 1.91.b.concionator inſignis. ibi.
Beſſarion Cardinalis Nicænus Sixti IIII. Pont.familiaris & in minoritas Contubernalis.lib. 2. 208.b. & Ordinis protector ibidem.233. a
Biblia beati Ludouici Tholoſani.Senis relicta.li.1.121.b
Biblia Bonauenturæ manu ſua ſcripta.lib.1.94. a
Biga ſalutis.vide Hagarias.lib.3.321. a
Bindus Senenſis ſcriptor.lib.3.311. b
Biretum beati Bernardini Feltrij aſſeruatur Papiæ cauſa deuotionis & ocularis.lib.1. 90. a
Bogardorum Abbatum ortus.lib.2.149. a
Bonauentura.eius nominis ſcriptores.lib.3.311. b
Bonauentura amplectitur inſtitutum ſancti Franc. li.1. 95.b.anno ſuæ ætatis.32.inter primores Religionis habitus ibid. 92. b.ſcripſit legendam ſancti Franc. li.1.13. a Cardinalis Epiſcopus Albanenſis.93.b. et lib.2.216.a.canonizatur. 97. b
Bonauentura Curcureus pulchra oratione hortatur Leonem X.Pont. ad capiendum arma contra Turcas furentes in chriſtianos.lib.2.196. a
Bonauentura de Introdoco Aquilana fit monialis ſanctæ Claræ.lib.1.137. a
Bonauentura Nacterini Epiſcopus Roſſen. lib.2.234. b
Bonauentura Caſtaciarius Epiſcopus.lib.2. 234. b
Bonauita de Lugo Turdoſii in emilia oriundus . libro 1. 146. a
Bonellus hæreticus Arimini conuertitur ad prædicationem & miracula ſancti Antonij.li.1.80. a
Bonettus ſcriptor.lib.3.311. b
Bonifacius Raguſinus Epiſcopus Stagnenſis. libro 2. 235. a
Bonifacius de Riparola.lib. 1.97. b
Bonifacius de Cæna ſcriptor. lib.3.311. b
Bonizo Bononienſis. lib.1.97. b
Bononiæ celebratur capitulum generale. lib.1. 240. b generaliſsimum.243.b. fuat decreta 245.b
Bonus religioſus lupo comparatur,qui non exit niſi fame vrgente. lib.1.65. a
Bononiæ conuerſio prædicationibus beati Guidi de Spathis.lib.1. 106: b
Bononinus Ariminenſis hæreticus vide ſupra Bonellus.
Borromeus prædixit in Ordine futuras tres ſciſſuras.li. 2.173. b
Brandolinus ſcriptor.lib.3.311. b
Breue hoc. Ecce crucem Domini fugite partes aduerſæ quantæ virtutis ſit.lib.1.83. a
Breuiarij nomine quid intelligant quatuor magiſtri. lib. 2.166. b
Breuiarium beatæ Catherinæ Bononienſis minio & figuris ornatum.lib.1.137. a
Breuis declaratio duodecim capitum Regulæ beati Frãciſci.lib.2.:1.64. a
Bridas ſcriptor.lib.3.311. b
Brigidæ Ordo à Brigida Vidua.lib.2.149. a
Britto ſcriptor.lib.3.311. b
Bubones quid, & quid Glandularum nomine. libro 1. 88. a
Buccella panis beatus Frãciſcus curauit morbum teterrimum.lib.1.36. b
Bulla Alexandri IIII.Pont max.in cauſa Minorum & eremitarum.lib.2.181. b
Bulla Calixti III. Pont.de inſtitutione generalis præfecti renocata.lib.2.191. b

C.

CALIXTVS III. Pont. Max. prohibet ne fratres de familia Conuentualibus loca ſurripiant.lib.2. 192. a
Calixtus Neapolitanus ſcriptor . libro 3. 311. b
Camaldulenſes auctore Romualdo Rauennate. libro 1. 2. a
Camerini celebratur generale capitulum quo tempore Selinus Turcarum imperator cum Venetis pacis fœdera irrita fecit.lib.2.245. a
Camillus Cæſureus ſcriptor.lib.3 311. b

Cano-

Canonici regulares.lib.2. 149. a
Canonizatio S.Bernardini ipſo iubilei anno. li.1.90. a
Cantans Franciſcus gallicè hymnos incidit in latrones. lib.1.16. b
Capilli beati Franciſci rem efficiunt ad mirandam. lib. 1. 27. a
Capituli generalis Lugdunenſis pia inſtitutio de translatione D. Antonij Patauini.lib.1. 83. a
Capitulum Aſsiſii celebratur anno 1245. quo tempore Minores eiecti ſunt de Apulia.lib.2.238.a.& lib.2. 233.b. & lib.2.237. b. capitulum ſtorarum ibi.
Capitulum Bononiæ vbi quædam pro reformatione & declaratione regulæ quædam inſtituta ſunt. libro 2. 237.b
Capitulum Genuæ.lib. 2.238. a
Capitulum Romæ. ibidem.
Caperolanorum inſtitutio.lib.2. 157. a
Capucini & eorum inſtitutio.lib.2.158. a
Caputium S.Franc. Aquilæ.lib.2. 277. a
Caputium quadratum.lib.2. 202. a
Caputium cuiuſdam fratris in medio flammarum incenditur ob eius in obedientiam.lib.1. 25. a
Capſa argẽtea vbi aſſeruaretur precioſum corpus ſancti Bernardini miſſa Aquilam à Rege Francorum.lib.1. 91. a
Captiuus hæreticus abiurat hæreſim & liberatur. libro 1.47. b
Cardinales electi in ſchiſmate.lib.2.206. a
Cardinalis Oſtienſis venit Aſsiſium vt Claram Virginem inuiſeret.lib.1.135.b
Carlinus Grimaldus guardianus Genuæ lib.1.124. a
Carlinus de Craſsis de Caſtro nouo.lib.3. 311. b
Carmelitæ à Carmelo Syriæ monte.lib. 2. 149. a
Caro humana eſt velut ſus in volutabro, vel ſicut ſcarabeus.lib.1.65. a
Carolina herba vnde dicta. lib.2.262. a
Caroletta per illuſtris fœmina Aloyſio Philiberto nupta Taurinum detulit ſacram Syndonem.libro 2. 274.a
Carolus Borromęus Cardinalis protector.libro 2.233. a
Carolus primus fundauit locum ſancti Laurentii Neapoli.lib.2.120.a
Cariſsimus Clugienſis.lib.1. 97. b
Carthuſianorum origo.lib.2.149. a
Caſsinenſes ibid.
Caſus æquoreus auctoris.lib.2. 274. b
Caſtitas eſt velut ſpeculum, quod inficitur ſolo anhelitu. lib.1.63. a
Caſtitas rerum copia periclitatur.lib. 2.151. a
Cathalanus zelator altiſsimæ paupertatis lib.1.97. b
Catherina Cibo præcipua Capucinorum cultrix. libro 2. 158. a
Catherina Bononienſis multas habuit reuelationes de ſanctiſsima Trinitate, & de verbi Incarnatione.lib. 1.137. a
Catherina Bononienſis fit monialis fugiens ocium malorum omnium ſcaturiginem.lib.1. 137. a
Catherina Bononienſis vidit animam B. Ioannis de Toſsiniano Epiſcopi Ferrariæ volãtem in cœlum inter Angelorum agmina.lib.1.137. a
Catherina Bononienſis vidit bis beatum Franciſcum. li. 1.137. a
Catherinæ Bononienſi glorioſus obitus, quem multa miracula conſecuta ſunt.lib.1.137. b
Catherinæ Bononienſi nocte natiuitatis Domini apparuit beata Virgo.lib. 1.137. a
Caturci celebratur capitulum, & ordinationes conſtituuntur.lib.2.240.
Cœleſtinus V. pontificatu ſponte ſe abdicat, & ad pri-
Cœleſtinorum inſtitutum.lib.2.149. a
uatam vitam redit.libro 2.181.a
Cæſarem à F. Cæſareo Spirenſi initium capiunt, & augmentum.lib.2.155.a
Cæſar Laura ſcriptor.lib.3.311. b
Cæſar Epiſcopus Periſtachen.lib.2.234.a
Cæſar Nardus Fanenſis Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis.li.2.235.b
Cecilia Gualterij Cacciaguerra in monaſterio S. Damiani Aſsiſii.lib.1.137.b
Cecilia Peruſina in monaſterio ſanctæ Luciæ Fulginei.libro 1.137. b
Celabat Franciſcus ſuam ſanctitatem ex induſtria, nec popularis aura ſtrepitus interiore mercede eum fruſtraret.lib.1.32. a
Celarii à cellulis, in quibus ægris operam dabant. lib. 2. 149. a
Chorda beati Franc. deuotionis cauſa exhibita ægritudines curabat.lib.1.36. b
Chriſtina familiaris beatæ Claræ. li. 1.137. b
Chriſtiana perfectio in dilectione conſiſtit. li.2. 174. a
Chriſtiana pietas obſequiis diuinis enutrita nil perhorreſcit.lib.1.88.a
Chriſtianus Honſius ſcriptor.li.3.313. b
Chriſtianorum cędes apud Damiatam.li.1. 33. b
Chriſtophorus eius nominis ſcriptores.lib.3.311. b
Chriſtophori Numaii Card. effigies, et inſignia. li.2.229.
Chriſtophori Numaij eruditio. ibid.
Chriſtophorus à Capitefontium.li. 2. 197.a
Chriſtophorus de Numaijs Cardinalis & generalis Min. Con.li.2.233.b
Chriſtophorus de Pergellis Epiſcopus Golubricenſis, & Suffrag.li.2.233. b
Chriſtophorus Numaius declaratus eſt miniſter generalis à Leone X. Pont. maxi. lib.2. 196. a
Chriſtophorus Numaius Foroliuien.li.2.199. a
Chriſtophorus Romandiolus.li.1.198. b
Chriſtus apparuit Antonio Patauino decubanti in extremis.li.1.81. b
Cibo diuinitus aucto, et ſedato mari Franc. Anconam appulit.li.1.30. b
Cicada à Franciſco inuitata ſine mora cantare cœpit.lib. 1.29. a
Cilicio porcino vtebatur Clara ad nudas carnes. libro 1.133.b
Cimaboni picturæ egregię.li.2.249. b
Circularis eſt noſtra peregrinatio.li.1.75. a
Ciſtercienſes. li.2.149. a
Clara cogitur eſſe Abbatiſſa quamuis inuita. libro 1. 137. a
Clara cur ſic nuncupata.li.1.132.b
Clara cordula nudas carnes cingit li.1. 135. a
Clara dicta Agnes Vbaldina.li.1.137. b
Clara induta à beato Franc. in monaſterio de Panto collocata.li.1.132.b
Clara inter ancillas ſaſtum declinans ſubeſſe libentius cupit, quam ſeruiri. li.1. 133. a
Clara commonet moniales ſuas, vt fugiant Diaboli laqueos.li.1.135. b
Clara priuilegium paupertatis à D. Papa.li.1.133.b

Clara ſuis precibus Dæmones incendit. li. 1.134. b
Clara totam hęreditatem ſuam erogat pauperibus.li.1. 133.a
Clara Virgo Agnete ſorori prędixit ſuum obitum. libro 1.135.b
Clara verbis, & exemplis docet paſsionem Chriſti commemorari.li.1.135. a
Clara videt prę ſepe Domini in ſpiritu, ibid.
Clara Virgo aſsidue commonebat moniales, & aſsiduo pietatis ſtudio confouebat.lib.1.135.a
Clara virgo diuinitus rapiebatur. ibid.
Clara virgo miſit ad Agnetē Boemam ſcutellam ſuam pater noſter, & velum quod geſtabat in capite deuotionis gratia.lib.1.136.b
Claræ orationis ſtudium familiare.lib.1, 132.b
Claræ delibamenta virtutum in domo fraterna. ibid.
Claræ de vnico pane domi aſſeruato eximium exemplū. lib.1.133.a
Claræ eximia deuotio, & reuerentia in ſacroſanctam Euchariſtiam.lib.1.134.b
Claræ feruens amor erga Chriſti paſsionem. libro 1. 135.a
Claræ fiducia in extremis laborans quam vitę optime tranſacta conſcientia pręſtat.li. 1.135.b
Claræ ieiunium, & eximia auſteritas.li.1.133.b
Claræ parentes.li.1.132.b
Claræ precibus panis exiguus augetur.li.1. 133.b
Claræ primiceriæ eximia humilitas.ibid.
Claræ primiceriæ ortus.li.1.132.b
Claræ ſanctitatis præludia. ibid.
Claræ ſingularis virtutum exercitatio.ibid.
Claræ virginis eximiæ humilitatis paradigma. libro 1. 133.a
Claræ virginis inſignia quædam miracula. li.1.135.a
Claræ virginis tranſitus, et miracula quæ conſecuta ſunt. ibid. b
Claræ virginis vehemens deſiderium fuit audiendi verbum Dei.ibi. a
Clareni à Claro monte dicti, vnde initium capiunt. libro 2.111.a
Clarus ſummiſta ſcriptor.li.3.312.a
Claui diuina virtute viſuntur in carne ſancti Franciſci. li.1. 40.b
Clauigerorum ordo.li.2.149.a
Claudius Medulla ſcriptor.li.3.312.a
Clemens Dolera Monelianus.li.2.230.a
Clemēs generalis Ordinum Min.Epiſcopus Neocaſtrenſis.lib. 2.235.b
Clemens Groſſus de Ruuere Card.li.2.227.b
Clemens Monilianus generalis Card.li.2.234.b
Clemens VII. Pont. maxi. confirmat Bullam fratrum Capucinorum ſub obedientia generalis Conuentualium.lib.2.201.b
Clemens, qui iacet Aluernæ.lib.1.97.b
Clemens Monelianus.lib.2.159.a
Clemens Bontadoſius generalis, & Epiſcopus. libro 2. 159.a
Climacus doctor ſpiritualis li.1.67.b
Cluniacenſes.li.2.149.a
Coleta à Corbia vnde Coletani deriuant.li.1.137.b
Coleta monaſterium Biſuntinenſe reformauit, libro 1. 138.a
Coletani à Coleta.lib.2.155.a
Colūbarij locus emiſit plures inſignes viros.lib.2.305.b
Colymbria vrbs fortiſsima non tam ciuium nobilitate, quam ſtudiorum frequentia.lib.1.69.a
Commercium cum mundo B.Fran.nullum fuit.libro 1. 39.b
Comeſius Hiſpanus ſcriptor.lib.3.312.a
Comparatur mons Aluerna ad reliquos montes ſacrarum ſcripturarum. lib.2. 263.a
Compaternitas prohibetur Religioſis niſi in caſu mortis. lib.2.168.a
Conceptio B.Virginis diuerſa diſputatione agitatur.li.3, eam Ioan.Scotus tuetur & veneratur.ibid. 326.b
Concilium Baſilienſe Boemis, & Morauis conceſsit vſum duplicis communionis.li.2. 112.b
Concilium Lugdunenſe quare celebratum.li.2.194.a
Concilium Conſtantienſe ſeparat fratres de familia à Conuent.lib.2. 190.a
Concordia carnis, & ſpiritus in beato Franc.li.1. 39.a
Conditiones intrātiū in Religionem ſunt ſex.li.2.163.a
Conditiones, quibus inſignitus debet eſſe generalis miniſter.lib.2.160.b
Confeſsio deuota valida vox apud Deum.li.1.43. b
Confeſsionis ſacramentalis vis quanta ſit. li.1.49.b
Confirmatio Greg IX.Pont.max.de impreſsione ſacrorum ſtigmatum.li.2.263.b
Conflagratio ſacrarij eccleſię Ariminenſis.li.2.269.a
Conelianum oppidum à vi Barbarorum ereptum precibus B.Marci.lib.1.123.b
Conradus, eius nominis ſcriptores.lib.3.312.a
Conradi præclara miracula.lib.1. 198.a
Conradus de Marpurk Eliſabetham illuſtrem fœminā griſeam tunicam induit.lib.1.138.a
Conradus Offidanus.lib.1, 98.a
Conſilium Bernardi Quintaualle datum ſuis fratribus in obitu.lib.1.60.a
Conſtantia animi Bernardi Quintaualle.li.1.59.b
Conſtantia animi patientiæ ſoror, & ſanctitatis propugnaculum.lib 1.59.b
Conſtantia Donata Florentina,lib.1.138.a
Conſtantia neptis Friderici Imperatoris. ibid.
Conſtantius.eius nominis ſcriptores.lib.3.312.b
Conſtitutiones pulcherrimę inter generales Mendicantium habitę in Conc.Baſilienſi. lib.2.193.a
Conſuluit Beati Franc.vt ſi quid vltra proprios vſus poſſideas in medium ponendum cures.lib.2.173.b
Conſuluit Fran. fratres an concionibus, vel precibus, vacaret, vt ingenium ſuum exerceret.lib.1.35.a
Contemplationis ſtudium quid effecit in B. Franc.lib.2. 174.a
Contemplatio internæ lucis clariſſima dies.lib.1.59.b
Contractum ſanat Franc.ſigno crucis.lib.1.33.b
Contra eremitas vagantes in habitu ſancti Franci.libro 2.181.b
Contumelia habet aculeum, quem ferre æquo animo non poſſumus.lib.1.60.a
Conueniens eſt credere indulgentiam ſanctæ Marię de Portiuncula.lib.2.251.b
Conuentio egregia inter generales Mendicantium & alios lib.2.192.b
Conuentuales.S.Fran.primogeniti nomen Apoſtolicum. lib.2.149.b
Conuentus Brixiæ deſcribitur.lib.2.273.a
Conuentus ſacer Aſsiſij nulli ſubijcitur præterquam Romano Pontifici.lib.2.250.a
Conuentus Senarum.lib.2.261.a

Conuentus Valentiæ quomodo datus fratribus Conuentualib.lib.1.118.b
Conuerſio eius, & ingreſſus B.Pacifici ad Ordinem.li.1.126.a
Conuicia illata patientiſsimè ſuffert B.Fran.& ſocij.lib.1.20.b
Cordium arcana nouit B.Fran.lib.1.34.a
Cornelius Muſſus.lib.3.313.a
Et eius nominis ſcriptores. ibid.
Cornelius Odaiberius Epiſcopus Dunen. & Conetén.lib.2.235.b
Cornelius Vic.Epiſcopus Laonen.lib.2.235.b
Corporis D.Bernardini tranſlatio.lib.1.91.a
Corpus B.Franc.ex anime futuræ gloriæ ſpeciem præſeferebat.lib.1.40.b
Corpus B.Franc. vt precioſus theſaurus in eccleſia ſancti Georgij reponitur.lib.1.41.a
Corpus humanum eſt veluti Aſinus, qui imperio domini ſui ſubijcitur.lib.1.63.a
Corpus ſuum flagellabat B.Franc.dicens. ſic decet te ſubire flagellum.lib.2.173.b
Corradus Probus ſcriptor.lib.3.312.b
Corruptela noſtrorum temporum.lib.1.121.b
Corruptio nulla in corpore Beati Antonij Patauini.lib.1.83.a
Cortona fit ciuitas à Ioanne XXII. Pont.lib.1.105.b
Creatura Franc. ſeruiebat ad nutum. lib.1.23.a
Creaturas viles vocat Franciſcus fratres vel ſorores.li.1.28.b
Cremonæ capitulum.li.2.245.a
Creſcentius Aeſianus generalis fit Epiſcopus Aſſiſij, ſed conſiderata mole ingenti, abnuit, & rediit ad ordinem.lib.2.178 b
Creſcentius generalis vocatus ad Concilium Lugdunenſe ire recuſat.lib.2.178.b
Creſcentius poſsidendi libidine accenſus multa molitur cõtra puritatem Regulæ.lib.2.178.b
Crucigerorum ordo.lib.2.149.a
Crux admiranda Helenæ in Conuentu Cortonæ. libro 2.265.a
Culpas aliorum non palpabat, ſed pungebat B. Franc.li.1.36.a
Cunegundis filia Regis Hungariæ perilluſtris fœmina, cuius vita, & mores deſcribuntur.lib.1.137.b
Cupiditas terrena venenum charitatis.li.2.151.a
Cur Chriſtus noluit à principio mittere diſcipulos ſuos ad prædicandum.li.2.167.b
Cur Religioſi frequenter habitant in Vrbibus. libro 2.155.b
Cuius frater Conſtantiæ Florentinæ aggreditur ſororē.& per vim rapit eam furineta ſicario.lib.1.138.a
Cuſtodia Aeſina, & locorum eius deſcriptio. libro 2.257.a
Cuſtodia Agenenſis, & ſua loca.li.2.286.a
Cuſtodia Agrienſis.lib.2.293.b
Cuſtodia Agrigentina.lib.2.280.b
Cuſtodia Albienſis.lib.2.285.b
Cuſtodia Albienſis.lib.2.294.a
Cuſtodia Albingani.li.2.274.a
Cuſtodia Aleſti.lib.2.286.b
Cuſtodia Alſatiæ.lib.2.290.a
Cuſtodia Alaerniæ.lib.2.287.a
Cuſtodia [illegible]conitana.lib.2.256.b
Cuſtodia [illegible]guſtina.lib.2.277.b
Cuſtodia Aquilæ.lib.2.277.a
Cuſtodia Arbenſis.lib.2.275.a
Cuſtodia Arelatenſis de familia. lib.2.286.b
Cuſtodia Aretina.lib.2.261.b
Cuſtodia Aridenſis.lib.2.277.b
Cuſtodia Aſculana, & locus Aſculi.lib.2.255.b
Cuſtodia Aſtenſis.lib.2.274.a
Cuſtodia Aſiæ.lib.2.290.a
Cuſtodia Aſsiſij.lib.2.247.a
Cuſtodia Atrebatenſis.lib.2.288.a
Cuſtodia Auinionis. lib.2.286.b
Cuſtodia Aurei Montis.lib.2.291.a
Cuſtodia Aurelianenſis.lib.2.287.b
Cuſtodia Aurienſis.lib.2.283.a
Cuſtodia Auxitana.lib.2.286.a
Cuſtodia Baionæ de familia.lib.2.286.a
Cuſtodia Baionæ.ibid.
Cuſtodia Balberſtratenſis. lib 2.291.a
Cuſtodia Barolitana.li.2.278.a
Cuſtodia Baſilienſis.lib.2.290.b
Cuſtodia Bauariæ.ibid.
Cuſtodia Beneuentana 276.b
Cuſtodia Biſuntina.287.a
Cuſtodia Biturlcenſis.287.b
Cuſtodia Beſſaliæ.289.
Cuſtodia Boſnæ.294.a
Cuſtodia Brabantiæ.290.a
Cuſtodia Brandeburgen.291.b
Cuſtodia Brenenſis.ibid.a
Cuſtodia Briſtolenſis.288.b
Cuſtodia Britanniæ.287.b
Cuſtodia Brixiæ.273.a
Cuſtodia Brunduſij.278.b
Cuſtodia Bulgariæ.294.a
Cuſtodia Burdegalen.de familia.286.a
Cuſtodia Burdegalenſis.ibid.
Cuſtodia Camerini, & deſcriptio conuentus Camerini cum alijs.256.a
Cuſtodia Campaniæ cum ſuis locis.260.a
Cuſtodia Campaniæ.288.a
Cuſtodia Cantabrigiæ. ibidem.b
Cuſtodia Caphæ.283.a
Cuſtodia Capitinatæ.278.a
Cuſtodia Cariathiæ.293.a
Cuſtodia Caſelenſis.289.a
Cuſtodia Caſtelli.253.a
Cuſtodia Caturci de familia.286.a
Cuſtodia Caturci.ibid.
Cuſtodia Cæſarauguſtæ.285.a
Cuſtodia Chauſtrenſis.294.b
Cuſtodia Ciſtarlati.286.b
Cuſtodia Ciuitatis 278.a
Cuſtodia Claſina.265.a
Cuſtodia Comana.272.b
Cuſtodia Comitatus Moliſæ.278.a
Cuſtodia Conibricenſis.283.b
Cuſtodia Conſtantinopolitana.294.b
Cuſtodia Corcagenſis.289.a
Cuſtodia Couini.294.a
Cuſtodia Craconiæ.291.b
Cuſtodia Catronis.279.a
Cuſtodia Dauentriæ.290.a
Cuſtodia de Greben.294.a
Cuſtodia Diaionis.287.a

Cuſtodia Diepani.281.b
Cuſtodia Dulmnæ.294.a
Cuſtodia Eborenſis.283.
Cuſtodia Eboracenſis.288.b
Cuſtodia Eugubina.254.a
Cuſtodia Fanenſis, & locorum eius deſcriptio.libro 2. 257.b
Cuſtodia Feretrina.257.b
Cuſtodia Ferrariæ deſcribitur, & eius loca.267.a
Cuſtodia Flandriæ.288.a
Cuſtodia Florentina.260.b
Cuſtodia Fori iulii.272.a
Cuſtodia Foroliuienſis.268.b
Cuſtodia Firmana, & locorum eius deſcriptio.257.a
Cuſtodia Gazariæ.294.b
Cuſtodia Geſnenſis.293.b
Cuſtodia Girmienſis.293.b
Cuſtodia Gneſnenſis.292.a
Cuſtodia Gremenſis.293.b
Cuſtodia Hilerdæ, & loca eius.285.a
Cuſtodia Hilerda vbi iacet Rex Alphonſus.285.a
Cuſtodia Holandiæ.290.a
Cuſtodia Iaderenſis.275.a
Cuſtodia Ianerienſis.293.b
Cuſtodia Iſtria.275.a
Cuſtodia Laci.290.b
Cuſtodia Lancopenſis.289.b
Cuſtodia Lauſanæ.287.a
Cuſtodia Legionenſis.283.b
Cuſtodia Lemonicenſis de familia.286.a
Cuſtodia Lemonicenſis.286.a
Cuſtodia Leodienſis.288.a
Cuſtodia Lindenſis.289.b
Cuſtodia Lipſenſis.291.a
Cuſtodia Lituaniæ.292.a
Cuſtodia Lothoringiæ.288.a
Cuſtodia Lucana.260.b
Cuſtodia Lucernæ.290.a
Cuſtodia Lumbicenſis.291.a
Cuſtodia Maindiburgenſis.291.a
Cuſtodia Maioricarum.285.a
Cuſtodia Maritima.265.a
Cuſtodia Maritima.260.a
Cuſtodia Marſiliæ.286.b
Cuſtodia Marſicana.277.b
Cuſtodia Martanorum.255.a
Cuſtodia Maſſilia vbi quieſcit venerabilis theſaurus, corpus videlicet Sancti Ludouici.286.b
Cuſtodia Materana.278.b
Cuſtodia Mazuæ.294.a
Cuſtodia Miſnenſis.291.a
Cuſtodia Modoetiæ.273.b
Cuſtodia Montisferrati.274.b
Cuſtodia Montis Peſſulani.286.b
Cuſtodia Montis S. Angeli 278.a
Cuſtodia Moraniæ.293.a
Cuſtodia Murtienſis Segobienſis Palentina Burgenſis. Victorienſis.284.a
Cuſtodia Narbonenſis.287.a
Cuſtodia Narniæ.254.b
Cuſtodia Nauarræ, & ſua loca.285.a
Cuſtodia Nauarræ.285.a
Cuſtodia Nicoſiæ.283.a
Cuſtodia Nigropontis.281.b
Cuſtodia Normanniæ.288.a
Cuſtodia Nouicaſtri.288.b
Cuſtodia Octonienſis.289.b
Cuſtodia Opolienſis.293.a
Cuſtodia Oxonienſis.288.b
Cuſtodia Panormitana, & deſcriptio locorum eius. 281.b
Cuſtodia Papiæ.274.b
Cuſtodia Parmæ, & loca deſcripta.267.b
Cuſtodia Pedemontana.274.a
Cuſtodia Peunenſis.277.a
Cuſtodia Peruſina.253.a
Cuſtodia Petragoricenſis.286.a
Cuſtodia Pictuenſis.287.b
Cuſtodia Piſana.260.b
Cuſtodia Pontenſis.289.a
Cuſtodia Pragenſis.293.a
Cuſtodia Principatus.276.a
Cuſtodia Pruſſiæ.292.b
Cuſtodia quinque eccleſiarum.293.b
Cuſtodia Raguſina.274.b
Cuſtodia Rauennæ.268.a
Cuſtodia Reatina, & eius loca.259.b
Cuſtodia Regij.278.b
Cuſtodia Regni.255.a
cuſtodia Rhenenſis.290.b
cuſtodia Ripenſis.280.b
cuſtodia Roſchildenſis.289.b
cuſtodia Ruſsiæ ſiue Leopolienſis.292.a
cuſtodia Ruthenenſis de familia.286.a
cuſtodia Ruthenenſis.286.a
cuſtodia Salernitana.275.b
cuſtodia Salmaticenſis.283.b
cuſtodia S. Antonij, & deſcriptio locorum.269.b
cuſtodia S. Benedicti.276.b
cuſtodia S. Iacobi.283.a
cuſtodia Saraiæ.294.b
cuſtodia Saraniæ.285.b
cuſtodia Scotonenſis.289.b
cuſtodia Senenſis.261.a
cuſtodia Stentinenſis.291.a
cuſtodia Strigonienſis.293.b
cuſtodia Styriæ.293.a
cuſtodia Sueuiæ.290.b
cuſtodio Syria.283.a
cuſtodia Tarentina.278.b
cuſtodia Theatina.277.b
cuſtodia Thebana.282.b
cuſtodia Thuringiæ.291.b
cuſtodia Tiburtina, et eius loca.260.a
cuſtodia Toletana. 284.a
cuſtodia Tranſiluana.294.a
cuſtodia Trapezuntis.294.b
cuſtodia Treuerenſis.289.b
cuſtodia Tudertina.254.a
cuſtodia Valentina, & ſua loca.285.a
cuſtodia Vallis ſiue Caſtrouillarum.279.b
cuſtodia Vallis Spoletana.254.b
cuſtodia Vemenſis.288.a
cuſtodia Venetonſis.289.a
cuſtodia Vercellen.273.b
cuſtodia Veromandiæ.288.a
cuſtodia Veronenſis.272.b
cuſtodia Viennæ.287.a
cuſtodia Vigorniæ.289.a
cuſtodia Viterbij, & loca.259.a
Cuſtodia Vlyſſiponenſis.lib.2.283.b

Cuſtodia Vratiſlauienſis.lib.2.291.b
Cuſtodia Vrbegeaſis.lib.2.289.b
Cuſtodia Vrbenetanz,& loca eias.lib.2.259.a
Caſtodia Vſſoiæ.lib.2.294.a
Cuſtodia Zagabienſis.lib.2.293.b
Cuſtodia Zamerenſislib.2.283.b
Cutis vix reſtas B.Fran.a morbis.lib.1.39.a
Cypras Inſula in Pamphilio mari in ſiau maximo. lib. 2. 112.a

D

DAMIANVS de Capella lib.3.313.b
Damianus Pataninus.lib.1.98.b
Daniel cum ſocijs.pericalis ſe expoait pro amore Chriſti.lib.1.74.a
Daniel de ſpalato Epiſcopus Dameneu.lib.2.234.b
DANIEL Miniſter Calabriæ.lib.1.98.b
Daniel Agricola ſcriptor.lib.3.313.b
Dauid Teutonicas.lib.3.313.b
De cæcitate miraculam.lib.1.49.a
Decem perſectiones B. Franciſci quibus vnuſquiſqae debet eſſe iaſigaitus.lib.2.169.a
Decem præcipua in B.Fran. quæ tanquàm teſtimonia affirmant eum vt Dei nuncium Euaagelium prædicaſſe. lib.1.36.b
Declaratio Ioannis xxij. Pont.Max. qua ealpa cenſeada ſit modica, & leais in Religione.lib.2.164.b
Decreta Martiaiana in fauorem Regulæ.lib.2.153.a
Decretum Bonifacij viij.pro concordia Reformatorum cum alijs fratribus.lib.2.181.a
Decretum Concilij Conſtantienſis circa fratres Reformatos.lib.2.153.a
Decretam de præſentaado Vicariam Capuccinorum Generali Conuentaalium.lib.2.202.a
Decretum Gregorij xij. de fratribus peccantibus. lib. 2. 165.b
Decretum ſalutare Concilij Lateranenſis, de educatione pueroram.lib.2.168.b
Decretum Sixti iiij. Pont.Max.de auctoritate protectoris, lib.2.231.b
De duobus examinandus eſt quilibet iagrediens Religionem.lib.2.166.a
Deiectio maxima B.Ludouici.lib.1.121.b
Dæmones per delicioſa veſtimenta,& ſtrata promptias hominibus inſidiaatur. Qaod B.Franciſcus cōtigit per plumeam ceruical.lib.1.22.a
Dæmon ex prærupto montis cacamine Franciſcum ab oratione deturbare conatur.lib.2.262.b
Dæmon fugit excelſam virtutem humilitatis. 25.a
Dæmonibus iuſſa B.Franciſci ab Arctio fugatis Aretini pacis fœdera inter ſe ineunt.lib.1.24.b
Dæmoniam pellit B.Fran.ſuis precibas. lib.1.36.a
Dæmonum horribiles pugnas præſentit B.Franc.li.1.32.a
De obedientiæ laudibus illuſtre dictum.lib.1.8.a
Deodatas de Rabicinio,& eias miracula.lib.1.98.b
De peccatis moderatè dolendum.lib.1.63.b
Deploratio Bonauentaræ Generalis circa Fratrum multiplicia negocia.lib.2.163.a
De quodam iuaene Ferrarienſi.lib.2.267.b
De ſacris ſtigmatibus quæ B. Franc.ſuſcepit in carne ſaa, lib.2.296.b
Deſcribitur conaentus Boaoniæ.lib.2.266.a
Deſcribitur [illegible] uentas Genuæ.lib.2.272.b
Deſcriptio A[illegible] carmine Aſclapiadeo.lib.2.272.a
Deſcriptio conaentus Bononiæ.li.2.267.a
Deſcriptio conuentus Mediolani. lib.2.272.b
Deſcriptio vrbis Salerni,& loci fratrum.lib.2.275.b
Deſideria abſentiam fratrām aoaii B.Fran. lib 1.34.b
Deſiderium flagrans martyrijia B.Fran.lib.1.30.b
De ſumma in adaerſis tolerantia B. Iuniperi. lib.1.118.b
Determinatio Eccl.ſemper eſt à cauſa legitima.186.a
Detractionis vitium abhorrebat B.Fran. velut ſerpētinum morſum.lib.1.28.a
De Vicariis.lib.2.294.a
Deuotionis affectas in B.Michaelem.lib.1.30.a
Deas in prælato nou homo conſideratur. lib.1.24.a
Deus interdum permittit ad ſui gloriam diuiaa myſteria fœda lingua publicari..lib.1.84.b
DEVS MEVS, & omnia,dictam familiare B.Fran.in ſuis precibus. lib.1.58.a
Deas nanquàm deſtituit hominem ſaa ſpe.lib.2.160.a
Deus quid ſit iuxta Pl. toaicos.lib.1.63.b
Deas ſolet multa tuela [illegible] boni.lib.2.172.b
Diabolo nil aobis infeſtius dicebat.B.Fran.lib.2.178.b
Diabolum cuidam fratri inſidentem contemplatus eſt B. Fraacif.lib.1.34.b
Diabolus in etan.cua la itans fruſtra nititur imponere viro Dei.lib.1.26.a
Diabolas inuidentiæ parens,& antiquus hoſtis quotidie nobis impedimentorum repagula obicit.lib.1.79.b
Dicentes Minores priuilegiatos non potiri indultis eccleſia eſt dicere illam errare.lib.2.152.a
Dicta qaædam notabilia.B.Fran.lib.2.169.b
Dictum lepidum B.Iuniperi.lib.1.118.b
Dictum facetam & mordax Galcoti Martii.lib.3.316.a
Dictum facetum Iacobini Bargienſis.lib.3.322.a
Dictam cautum ex tempore Pij auorum ad Boaifacium Papam.lib.3.
Didacas de Landa Epiſcopus de Yacaaſan.lib.2.235.a
Didacas de Medellia epiſcopas Sancti Iacobi boni extremi.lib.2.235.a
Didacus valade ſcriptor.lib.3.313.b
Diego de Alcala,& eius miracula.lib.1.98.b
Diegus Herrera tranſit ad iaſulam ſenarum.lib.2.296.a
Diegus ſtella.lib.3.311.b
Diffidentia à paaperibas Chriſti procul eſſe debet.27.a
Dionyſius Græcus Epiſcopus Falminenſis, & Ziarien.& ſuffrag.Nicoſien.lib.2.234.a
Dionyſias odiera Epiſcopus Magionen.lib.2.235.a
Dionyſius Sac Epiſcopus Darien, & ſuffr....lib.2.233.b
Dionyſius Siracuſanorum tyrannus ob patris ſacrilegia Regno ſpoliatus.lib.1.7.a
Diſceptatio Auinione habita de paupertate fratrum Minorum.lib.2.151.b
Diſceptatio de ſanguine Chriſti Romæ habita difficultate ſaboria per prædicationem F.Iacobi de Marchia. lib.1.108.a
Diſcretio Chriſtiana virtutum auriga eſt.lib.1.22.b
Diſcrimiaa,quibas ſubiectus F.Iacobus de Marchia prædicans verbum Dei.lib.1.108.a
Diſputatio.de Regulæ obſeruantia orta.lib 2.185.a
Diſputatio magna orta Romæ tempore Io. Capiſtrani.lib. 1.114.a
Diſtinctiones rerum diuerſa diſputatione agitantur.308.b
Diuina vltio in blaſphemam.lib.1.44.a
Diuina vocatio Bernardi Quintaualle.lib.1.58.a
Dominicanorum inſtitutio.lib.2.149.b
Dominici confeſſoris obitus Bononiæ.lib.2.248.b
Dominicus Feitus Fabiancuſis.lib.3.313.b

Domi-

Dominicus Grimanus Venetus.lib.2.233.a
Dominicus in loco S.Martini.lib.2.99.a
Dominicus Paſtorellus Epiſcopus Algaren.lib.2.234.a
Donaldus obecham Epiſcopus Kildarenſis.li.2.234.b
Donatus de S.Agatha.lib.3.313.b
Donatus.lib.1.99.a
Donnulus.lib.1.99.a
Drodo,cui Angelus ſeruiuit in Miſſa.li.1.99.a
Dubitatio circa approbationem prædicatoris.li.2. 165.b
Duodecim diſcipulos eligit primo B.Franc.veluti ſacratiſſimi ordinis fundamenta.lib.1.57.a
Duo inſignia miracula Ioannis Parentis dum adhuc in humanis ageret.lib.2.177 a
Dura B. Franciſci increpatio in Bernardum Quintavalle ob inſignem loci ſtructuram Bononiæ.lib.1.56.b
Durandus Campanus.lib.3.313.b
Duriſſimè Franciſcus caſtigat corpus ſuum..lib.1.21.b

E

ECCELINI immanis ſæuitia, & obitus. 81.a
Efficacia dicendi B.Fran.li. 1.11.a & li.3.315.a
Efficacia prædicandi B.Fran.li.1.79.a
Effigies ad viuum B.Antonij Patauini.lib. 1.77.a
Egidius aſſiſias.lib.3.313.b.vide etiam Aegidius, & alij ſcriptores ibidem.
Electus carnem ſuam catena ferrea edomabat.lib.1.99. a
Electus martyr,& eius martyrium.lib. 1.99.a
Electus ſpiritu prophetico clarus.li.1.99.a
Eliſabetha à cognatis reiecta omnia pro amore Chriſti ſuſferebat.lib.1.138.b
Eliſab tha Cathalogo ſanctorum aſcripta.lib.1.138.b
Eliſabe ba inuitata ad ſecundas nuptias volens in paupertate caſtitatem ſeruare recuſat..li.1.138.b
Eliſabetha Ludouici Thuringiæ vxor, lib.1.138.a
Eliſabetha ne quem grauaret manibus proprijs victum quærebat.lib. 1.138 b
Eliſabe.ha reiectis ingentibus diuitijs ſola caſtitate gaudẽs habitum S.Fran.induit.lib. 1.138.a
Eliſabetha ſpirituali ſolatio recreata dicebat . Ita Domine mi, tu vis eſſe mecum,& ego tecum.l b.1.138.b
Eliſabethæ eximia humilitas inter cæteras fœminas.138.a
Eliſabethæ nobiliſſimum genus.lib.1.138.a
Eliſabetha Regina Catholicæ fidei,& Romanæ auctoritati infenſa additio. li.2.289.a
Elzearius Ariani Comes.lib.1.146.a
Epatis ſplenis, & ſtomachi morbo laborans B.Frãciſcus ad infideles ire non potuit.lib.1.30.b
Epiſcopus Aſiſias interturbans Franciſcum orantem loquelam amiſit.lib.1.32.a
Epiſcopus Venetiarum olim mortuorum dicebatur.271.a
Epiſtola B.Franciſci exhortatoria ad dilectionẽ Dei. 174.a
Epiſtola Bartholomai ad F.Saloin Vic.Generalem.130.b
Epiſtola Bonauenturæ Generalis ad vniuerſos Miniſtros, & cuſtodes ordinis. lib.2.181.b
Epiſtola Bernardini Senenſis ad Petrum Thomaſium phiſicum lib.2.243.b
Epiſtola Clementis iiij.Pont.qua exponitur diſcrepantia ordinum Minorum,& prædicatorum. lib.2.215.
Epiſtola de vera viſione corporis B.Fran.lib.2.247.b
Epiſtola B.Franciſci ad Capitolum Generale, qua admonet Sacerdotes ad reuerentiam exhibendam Sacratiſſimo altari.lib.2.337.a
Epiſtola B. Franciſci ad Capitulum Generale, qua ardentius cohortatur fratres ad Dei cultum.li.2.237.a
Epiſtola Dominæ Sanctiæ ad Gerardum Odonem Generalem.lib.2.188.a
Epiſtola hortatoria B. Franciſci ad F.Antonium Patauinum.lib.1.78.b
Epiſtola ſeptem fratrum ad Vgonem ſacerdotem per duos Monachos.lib.1.74.b
Epiſtola F.Leonis Rufini,& Angeli ad F.Creſcentium Generalem. lib.2.178.b
Epiſtola B.Fran.ad F.Heliam, qua docet omnes cõditiones ad Generalem præfectum attinentes.lib.2.178.a
Epitaphium ſuper titulo B.Ioãnis à Capiſtrano. li.1.144.b
Eremitarum varius habitus reformatur.lib.2.181.b
Eremita S.Fran.lib.2.180.b
Errant qui volunt Franciſcum Eremitam egiſſe cum tunica,& baculo retorto.lib.2.160.a
Eruditio eximia B.Antonij Patauini.lib.1.78.b
Euangeliſta de Cænobio.lib.2.201.a
Euangeliſta Marcellinus.lib.3.313.b
Euangeliſta Pelleus Forcianus Vicarius Generalis. 199.a
Euangeliſta Peruſinus.lib.2.200.b
Eugenius iiij. abſoluit obſeruantes fratres a regimine Conuentualium. lib.2.191.a
Eugenius iiij.Pont.Max.conſtituit quatuor Cardinales,qui declarãt auctoritatem Vicariorum Generalium. 200. b
Euſtochia Meſſanenſis floret Meſſanæ in Monte Virginum lib.1.138.b
Exempla quædam ſingularia de Indulgentia S. Mariæ de Angelis.lib.2.252.a
Exemplum cuiuſdam fratris Minoris tranſeuntis ad Ciſtercienſes.lib.2.238.a
Exemplum de Beatoo Bernardino apud Ducem Mediolanenſium prædicante. lib.1. 89 b
Exemplum de quodam fratre Camerini.lib.2 256.a
Exemplum de quodam Iuuene Picente , qui petijt ad ordinem recipi.lib. 1.26.a
Exemplum de tribus mulieribus ſalutantibus B.Franciſcũ ſub nomine paupertatis.lib.1.26 b
Exemplum eximiæ charitatis B.Benuenuti.lib.1.85. a
Exemplum Ioannis Scholaſtici de eoco qui ex intuitu ignis materialis cogitabat flammam Inferni.lib.1.73.a
Exemplum literarum Baiothnoi ad Innoc. iiij. Pont. Max. lib.2.296.b
Exemplum militis volentis intrare Religionem. libro 2. 215.b
Exemplum quod diuina prouidentia electis ſuis nunquàm defuit.lib.2.178.b
Exhortationes ad bonum faciendũ vndecim continentur in Regula.lib.2.162.b
Eximia mutatio ſeruorum S. Franciſci ſub eius Regula. lib.1.10.a
Eximiæ charitatis paradigma in B. Franciſcum aduerſus ſocium ſuum temerè pauperem indicantem. libro 1 . 15.b
Eximia humilitatis B.Ludouici paradigma.lib.1.122. a
Eximius in Franciſcum zelus altiſſimæ paupertatis.lib. 1.26.b
Expoſitio myſtica ſtatuæ Nabucdonoſor.lib.1.8.b
Extenſio Franciſcanæ Religionis in partes Indiarum . lib. 2.295.a

F

FABER multis tunſionibus fabricat cultellum antequàm perficiatur.lib 1.65.a
Facies Bernardini Senenſis viſa eſt ſolari irradiare ſplendore.lib.86.b

Facta in B.Franciſco non homanæ induſtria, ſed diuinæ ſapientia aſcribi debent.li.2.162.a
Falco cantu ſuo excitabat Franciſcum de nocte ad diuinas laudes.li.1.29.a
Familia B.Franc.extendit palmites vſque ad extrema terra.lib.1.6.a
Fauoronus B.Claræ pater optimus antequã ſuſciperet Claram filiam viſitauit loca ſancta.lib.1.139.a
Felix Mediolanenſis.lib.1.138.b
Felix Mediolanẽſis varias Dæmonũ illuſiones paſſa.138.b
Felix obedientia quæ iuxta D.Aug.verba.li.1.59.a
Felix Perettus Vicarius Generalis Apoſtolicus,li.2.197.a Et ſcriptor illuſtris.lib.3.315.a
Felix Perettus de Mõte Alto Epiſcopus S.Agathæ.235.a
Felix Perettus de Monte Alto creatur Cardinalis.235.a
Felix Perettus Cardinalis.lib.2.230.b, idẽ ſcripſit.315.a
Femoralibus ad axillas protendentibus cõtegebat B.Fran. vulnus laterale.lib.1.38.a
Ferdinandus de Varrio nueuo Epiſcopus Sancti Iacobi de Nueuo extremo prouincia.lib.2.235.a
Feſtum inuentionis B.Guidi Cortonenſis celebratur Cortonæ conceſſum à Gregorio xiij.lib.1.105.b
Feudum falſarum diuitiarũ negligit Franc.Beatus.126.b
Filius cuiuſdam ſuſcitatur fide concepta.B.Fran.44.a
Flagellatur Franciſcus à Dæmonibus, vt Magnatorum frequentiam declinet.25.a
Florentiæ Capitulum.245.a
Florentinus Leydanus.315.a
Florentinus Igeranenſis Epiſcopus Cheoneuſis, & Laopenſis.lib.2.234.a
Foreſtus Anglicus.lib.199.b
Foribius multa conſtituta.243.a
Fortanerius Vaſellus Aquitanus.188.b
Fortanerius Vaſellus Aquitanus Cardinalis.22.a
Frãciſcus Abracinus de propagatione familiæ B.Frã.8.a
Francigeni à Fran.dicti tanquam adoptionis filij.2.b
Franciſcus Becharia.lib.1.99.b
Franciſcana Religio, quamuis vni præfecto Generali ſubijciatur non tamen ſortitur nomen Monarchiæ.150.a
Franciſcani.lib.2.194.b
Franciſci excellens humilitas.25.b
Franciſci Fabianenſis uita deſcribitur.100.b
Franciſci firma promiſſio de eroganda eleemoſina pauperibus pro Chriſti amore petentibus.14.b
Franciſci Gonzagæ effigies & eulogium.lib.2.199.b
Franciſci miſeratio erga pauperes.lib.1.14.b
Franciſci Phyſiognomia qualis.lib.1.4.a
Franciſci præcipua deuotio in ſacerdotes.lib.1.15.b
Franciſci Sanſonis admonitio lepida vrbanaque reprehenſio.lib.2.244.b
Franciſci Sanſonis Generalis effigies.lib.2.194.a
Fran.ſeculum verè aureum.lib.1.4.a
Franciſci varij ſcriptores.lib.3.315.b
Franciſci Ximenij Cardinalis vita deſcribitur.228.b
Franciſcus Caruſa Epiſcopus.lib.2.234.b
Franciſcus de Curia Epiſcopus ibidem.
Franciſcus de Frangipanibus Epiſcopus Agrien.ibid.
Franciſcus de Maleficijs Florentinus.lib.1.100.b
Franciſcus Mora Epiſcopus.lib.2.234.b
Franciſcus de Marchia apud Damiatam.lib.1.100.b
Franciſcus de vebaredo Epiſcopus.lib.2.234.b
Franciſcus O-[illegible] Epiſcopus ibidem.
Franciſcus [illegible] Paula.lib.1.99.b
Franciſ[illegible] de po[illegible]entia Epiſcopus ibidem.
Franciſcus de Ruuere Cardinalis.lib.2.275.a
Franciſcus de Salazar Epiſcopus.lib.2.234.b
Franciſcus, & Dominicus prædicant Bergomi, & præclara faciunt.lib.2.273.a
Franciſcus Panigarola Mediolanenſis.lib.2.235.b
Franciſcus Zuignones Card.lib.2.230.a
Franciſcus de Montepoliciano & eius vita.lib.2.153.b
Franciſcus Acſinus Generalis Capuccinorum.201.a
Franciſcutius B.Franciſci Conſanguineus.lib.1.1.a
Franciſcus ab Epiſcopo Imolæ reiectus cum humilitate rediens ab eodem receptus fuit.lib.1.24.b
Franciſcus à Francis dictus hoc eſt audax.lib.1.2.b
Franciſcus aliquando habuit in animo fieri miles.li.1.6.a
Franciſcus amore Dei flagrans cogitauit nouum inſtituere ordinem.lib.1.7.a
Franciſcus Anſeri comparatur, & quomodo.lib.1.1.a
Franciſcus Aſſiſij depoſito omni timore mendicat.libro 1.17.a.nudat ſe coram Epiſcopo ibi.6.a.cãdentis ferri nec timet nec præſentit incendium.ibi.22.b. ceſſit præfecturæ generali vt liberius Deo vacaret.lib.2.160.b.voluit per omnia Chriſto conformis fieri.lib.1.39.b.Carnis titillatione deprehenſus corpus quaſi aſinum chorda flagellat inſuper ſe in niuem demergit.lib.1.22.a.coram Solthano intrepidus conſiſtit.lib.1.29.b.eius ſtatura lib.4.a.Cæteris datus in exemplum, prius facit deinde docet.lib.1.18.b.dimiſſa fucoſa eloquentia ad perpendiculum verba non componit.lib.1.4.denudatus à patre. iterum veſtitur ab Epiſcopo.lib.1.16.b.diuinitus reuocatur à militia quam intendebat.li.1.15.a.diuino amore perculſus dominam paupertatem ſibi in ſponſam elegit.lib.1.6.a.diuinum expectans nutum quieuit à mundanis.lib.1.15.a.docet fratres ſuos orare.lib.1.20.a. dum ligneam adorat crucem oraculo iubetur collapſam reſtaurare eccleſiam.lib.1.16.a.fulcris humerorum ſuſtinuit molem mille modis quaſſatam.lib.2.160.a
Franciſcus Dominicus, & Angelus Carmelita ſe mutuis eorum interſe delatis honoribus ſalutant, & de ſe ipſis mutua annunciant vaticinia.lib.1.12.a
Franciſcus & ſocij habitant in tuguriolis vbi ſanctiſſimam vitam ducunt.lib.1.20.a
Franciſcus Euangelicæ perfectionis ſingulare exemplar.lib.6.1.a
Franciſcus exemplo Chriſti quoſdam diſcipulos elegit ex quouis numero vt hac potiſſimum via alliceret homines ad ſuaues Dei amplexus.lib.1.57.a
Franciſcus fratres ſuos volebat laborare ne ocio marceſcerent, & per illicita diſcurrerent.lib.1.22.b
Franciſcus fratres ſuos voluit vocari Minores, & qua ratione.lib.1.9.b
Franciſcus fratribus ſuis voluit præcludere viam auaritiæ.lib.2.151.a
Franciſcus numerum duodenarium ſuorum fratrum deducit ad Sanctam Mariam de Portiuncula.li.1.20.a
Franciſcus auis inſtar in proceris arboribus nidum ſibi conſtituit.lib.7.a
Franciſcus habitu anachoretico aliquoties fuit conſpectus.lib.1.7.a
Franciſcus humanæ ſalutis per anxius Solthanum Aegypti Imperatorem adiuit.lib.1.67.b
Franciſcus infirmitatibus attritus confortatur ab Angelo.23.a.In ſeipſo rigidus nihil ex inchoata vitæ formula ſibi remittebat.6.a.inter fluctus maris immobilis redditur.36.a.ita mẽte eleuabatur vt videretur homo alterius ſeculi.4.a.laqueo collo iniecto nudus i publicũ egreditur.24.a.latebroſos montes, & ſingulares receſſus perquirit vt Deo inſeruiat.7.a.leuita Chriſti Sanctum Euãgelium

gelium cantat.lib. 1.32.b.nominans IESV nomen lingebat labia præ dulcedine.lib. 1. 4. a.nulli rei magis quàm humilitati ſtudet.lib. 1.7. b. proiecit pecuniam per feneſtram ad reparandam materialem eccleſiam. lib.1.16.b. pro nihilo ducit vincula carceres & verbera.lib.1.36. b. ſeipſum de pusillanimitatis ignauia arguens prodit in publicum.lib.1.b. ſpiritu ſancto afflatus petit ſibi dari Cardinalem in protectorem ordinis. lib.2. 150.a.multos attrahebat ad amorem Dei vi dicendi.lib.1. 11.a. toto curſu vitæ ſuæ tunica Chordula & fœmoralibus contentus fuit.lib.1.25.b.tunicam ſibi formauit cũ cemento inſtar crucis,& crucifixi. lib.1.7.a. vir hierarchicus curru igneo ſurſum vectus.lib. 1.13.b. vocatur ad diuina per ægritudines. lib.1. 15.a. nolait fratres ſuos promoueri ad dignitates Eccleſiaſticas vt magis perficerent in vinea Domini. lib.1.24 b. voluit inſtituere nouam regulam & quare. lib. 1.9.a. vt alter Noe arcam ſibi fabricauit tricameratam per tria vota. lib.1.9.a.vt ſe à carnis incendio liberaret merſit ſe crebro in aquam gelidam.lib. 1.22.a. cur cenſendus ſummus inter ſcriptores. lib.3. 315.a. in inſula lacus Sumeni celebrat quadrageſimam.lib. 2. 303.b.aquam in vinum vertit.lib.2.304.a

Frãciſcus de Eſcalo deprehẽſus eſt ſecum portare 200. florenos & quid acciderit.lib.2.178.b

Franciſcus Eaiguanius Hiſpanus.lib.2 199.a

Frãciſcus Riuerius Toſſimanẽſis à ſecretis ordinis.196. b

Franciſcus Tamera.lib.2.199.a

Franciſcus Maronius in ſuo tractatu de paupertate multa differit. lib.1.151.b

Franciſci Ticinenſis corpus magna pompa transfertur ſpoletum.lib.1.102.a

Franciſci Ticinenſis mira deuotio. & attentio in celebrandis horis canonicis. lib.1.101.b. eius comitas ibidem. mira in pauperes Chriſti liberalitas.lib.1.100.b.ſpiritus prophetia. lib.1. 101.b.magna efficacia ad permouendos animos.lib.1.102.a.Nil magis habuit in animo quam Chriſto inſeruire. lib.1.101. a.eidem reuelatum fuit,vt intraret religionem Cæcorum.lib.1.100.b.à Diabolo fuit pluries dinexatus.lib.1.101.b.diuino lumine in itinere illuſtratus.lib.1.101.b

Franciſci nomine ſcriptores.lib.3.313.

Franciſ.Titelmanus ſcriptor nobilis & religioſiſſimus.ibi.

Fratres de familia.lib.2.152.b

Fratres miſſi in diuerſas partes ad propagandam Chriſti fidem.lib.2.237.a

Fraticellorum ſecta adhuc graſſatur in quibuſdam partibus Galliæ.lib.2.154.a

Fridericus Eccleſiæ Catholicæ hoſtis acerrimus. lib.1.1.a. Innocentio iiij. Pont.Max.temerè minas intentat.ibidẽ. Aſſiſium obſidet.lib.1.132.b.in diſcrimen adductus ab Honorio diſponitur.lib.1.1.b.terras Eccleſiæ & templũ Hieroſolymitanum occupat ibid.

Fulgur immenſi ſplendoris in facie D.Antonij Patauini ab Eccelino conſpicitur.lib.1.81.b

Furtũ reputat Frãciſcus quod magis egẽti denegatur.28.a

G

GABELLA Croci ad annos decem ab Aquilanis deputatur pro conſtructione templi D.Bernardini.lib.1.108.a

Gabriel Anconitanus.102.a.preclara eius miracula ibi.

Gabriel delicia Epiſcopus Policaſtri.li.2.235.a

Gabriel Mediolanenſis Epiſcopus.li.2.233.b

Gabriel Picolomineus Epiſcopus Cluſæ.li.2.261.a

Gabriel Rangunus Mutinenſis Cardinalis.226.b.& 27.a

Gabrielis nomine ſcriptores.lib.3.318. b

Galeotus Malateſta.lib.1.146.a

Galeoti Martij ridiculum dicterium.lib.3.316.a

Galganus Maſſanenſis Vicarius Prouinciæ Tuſciæ. 87. a

Gallus lector deuotus.li.1.102.b

Gandulphi doctrina & vitæ probitas.lib.1.103.b

Gandulphi Mediolanenſis miracula præclara.203.a.& b.

Garganus ſcriptor.lib.3.318.b

Garzia Blandes Hiſpanus.lib.1.103.b

Gaſpar Florentinus qui herbis crudis abſtinentiæ ſtudio veſcebatur.lib.1.103.b

Gaſpar Vrbinas miraculis clarus.lib.1.103.b

Gaſpar ſcriptor.lib.3.318.b

Gaudebat Franciſ. Seraphicus ſui ipſius contẽptu. 23.b

Gedeonis exemplum de propagatione Religionis.li.1. 2.b

Gemitus duros & ſuſpiria ab imo pectore trahebat Franciſcus,ne quod latebat interius exterius propalaret.32.a

Gemma Sulmonenſis vita,& res geſta.lib.1. 139.a

Generalis Miniſter tria habere debet lib.2.150.a

Generalis debet eſſe priuatus affectu humano.lib.2.150.b

Generalis præfecti munus.ibid. non ſit oneroſus fratribus ibid. quomodo ſe habere debet erga fratres ſuos.171.a

Generalis præfectura eſt p electionẽ & nõ p inſſionẽ.192. b

Generalis Conuẽtualiũ non ſe debet intromittere in cauſis Capuccinorum.li.2.202.b

Gentilis ſcriptor.lib.3.318.b

Georgius ſcriptor.ibid.319.a

Gerardi valentini vitã eleganter deſcripſit Bartholomeus Piſanus.li.1.104.b.eius effigies & miracula ibidem.

Gerardi Mutinenſis vita & miracula.li.1.103.b

Gerardi Odonis Generalis Epiſtola cõtra Michaelem de Ceſena quòd ſe opponeret Romano Pontifici.105.b.Epiſcopus Catanenſis.li.2.188.a. idem li.3.319.a

Geraldus de villa Abbatis contra minores.li.1.96. a

Germanus ſcriptor. lib.3.319.a

Germen producens odorem vineę Domini per prædicationem B.Fran.lib.1.120.a

Giottus Florentinus pictor ſui æui clarus.li.2. 185.a.egregia pictura eius Aſſiſij.li.2.249.a

Girlandinus Raguſinus lethali percuſſione q. aſſatus per intercesſionem S.Franciſci ſanatur.li.1.44.b

Giſmvadus in loco ſylua miraculis clarus.104. b

Gonſaluus Generalis viſitans religionẽ vt omnia ſuperflua reſecabat.li.2.185.a.idem generalis ſcripſit litteras ad Guardianum pariſijs pro expeditione doctoratus Ioannis Scoti duns.li.3.325.b.

Gonſaluus nomen Hiſpanis familiare cognomento ſanctij. lib.1.104.b.idem.li.3.319.a

Gratiani miracula præclara.li.1.105.a

Gratianus Prouinciæ Romandiolę.li.1.105.a

Gratianus Brixianus ſcriptor.lib. 3.319.a

Gratiarum copia in loco S.Mariæ de Angelis. li.2.252.a

Grazas ſcriptor. lib.3.319.a

Græci in Cõcilio Lugdunẽſi Eccleſiæ Rom.ſubſcribũt.96.a

Gracinus Reatinæ Diœceſis.lib.1.29.a

Gregorius ix. Pont.Max.mãdat ne fratres Ciſtercienſes trãſeãt ad minores & econtra.li.2.238.a.diuerſos fratres mittit ad iorgianos.lib.2.237.b.inhibet ſub graui pęna anathematis ne fratres moleſtentur in conſtructione loci Meſſanæ.li.2.280. a.ſcribit magiſtro Ordinis Minorum in Nauarra vt hæreticos ibi graſſantes inquirat. li.2.285.b.preces Sanctæ Claræ magni facit.li.1.134.

Gregorius x. mittit quatuor fratres minores ad Paleologum Græcorum Imperatorem.lib.2.183.a. Bonauenturam Cardinalitia dignitate donauit.lib.2.21

Gregorius xi. Pont. Max. decretum emittit de poteſtate Protectoris.lib.2.231.a
Griphon Flandrenſis. lib.3.319.b
Gualterius de Burgis.lib.1. 105.a. eiuſdem miracula ibi.
Gualterius ſcriptor.lib.3.319
Gubernatio Fratrum Minorum quodammodo eſt regia dignitas.150.b
Guidi Cortenenſis caput diuinitus illæſum inuentum in puteo.lib.1.105.b.eiuſdem mors & miracula ibidem.
Guido Brianzonus ſcriptor in 4.ſen.lib.lib.3.319.a
Guidi de ſpathis effigies expreſſa ad viuum eius miracula & efficacia in dicendo.lib.1.106.a
Guido Cardinalis & Epiſcopus Bononienſis eum reuerentia corpus D.Antonij altiori loco collocat.lib.1.83.a
Guidus Florentinus & alij ſub eodem nomine.105.b
Guidus ſcriptor.lib.3.319.a
Guardianus Aſſiſij dum narratur cuſtodiēdum eſſe ad inueniendū corpus B.Fran.timore concutitur.lib.2.248.a
Gulielmus Anglicus.lib.1.105.a
Gulielmus à caſali Generalis multa declarauit ſuper Regulam S.Claræ.lib.1.138.a
Gulielmus à S. Amore ſcripſit libellum Contra Minores. lib.2.297.a
Gulielmus Duffid Epiſcopus.lib.2.234.a
Gulielmus de Falcario.lib.2.284.b
Gulielmus de lanettis de ſubereto Generalis in ſchiſmate. lib.2. 190.b
Gulielmus Farinerius Generalis, qui decreta D.Bonauentura Generalis obſeruanda præcepit.lib.2. 188.b. Cardinalis.lib.2.221.b
Gulielmi ocham ſcripta.lib.3.319.b
Gulielmus Petus Epiſcopus.lib.2.234.b
Gulielmi ſcriptores varij.lib.3.319.a
Guilibertus Tornacenſis ſcriptor.lib.3.320.a
Gutierius Treius ſcriptor.ibidem.

H

HABERE annales cenſus & prædia eſt cōtra puritatem Regulæ.lib.2.151.b
Haymo Generalis & eius ſcripta.lib.2.178.a eius mandato Regula declaratur à quatuor magiſtris.lib.2.151.a. Breuiarium Romanum emendauit tempore Innocentij iiij.li.2.78.a.ſcripſit.li.3.320.a
Helena Paduana corpus integrum aſſeruatur Paduæ. lib. 1.158.b.eius vita & obitus, viſiones, & miracula deſcribuntur.lib.1.139.a
Helia Pulcia nobilis Florentina.lib.1.139.b
Helia frans ad omnes.lib.2.177.a.Generalis Apoſtaticus lib.2.186.a.equis curſorijs & gradarijs vtebatur. li.1. 58.b. furebat in uiros probos Religionis.lib.2.177.b. Cortenam detulit Crucem admirandam. lib.2.177.a. primus cepit religioni laxiores habenas dimittere ibidē fruſtratus benedictione S.Franciſci quam callide tentauit præripere S. Bernardo primogenito.lib.1. 60.a.pro conſtructione templi S.Fran. Aſſiſij varijs modis pecunias extorquebat.lib.2.247.a
Helias de Annibaldis Card. lib. 2.271. b. idem ſcripſit. lib.3.320.a
Helias Gallus Card. lib.2.227.a
Helmanus ſcriptor.lib.3.320.a.qui & Hermanus.32.a
Henricus Alſerus Generalis lib.2.189.b.ab officio Generalatus abdicatus lib.2.177.a
Henricus VI. Imperator ſcribit ad fauorem Ioannis lanernicola ad comites cluſentini.lib.1.110.a
Henricus [illegible] Rex aſſum[illegible] ſit tunicam B.Fran.li.2.117.a
Henricus [illegible]der Epiſcop[illegible] lib. 2.233.b
Henricus ſtaudeſch.epiſcopus ibidem.
Henricus ſiculus Epiſcopus Aliſanus.lib.2.235.b
Henrici nomine ſcriptores.lib.3.320.a
Hæreticorum multorum ad fidem Chriſti per Minores conuerſio.lib.2.189.a
Hermanus de cuius ſepulchro aqua guttatim manabat.lib. 1.107.a
Hermolaus de Hermolais epiſcopus.lib.2.234.a
Herniosus.ſanatur per merita S.Fran.lib.1.50.b
Heruæus Toletanus.lib.1.107.a
Hieremias ſcriptor.lib.3.320.b
Hieronymus Albernocius Epiſcopus.lib.2.235.a
Hieronymiani ab ipſo Hieronymo.lib.2. 149.b
Hieronymi Aſculani mores.lib.2.184.a
Hieronymi varij ſcriptores.lib.3.320.b
Hieronymus Magnanus Patauinus.lib.2.270.a
Hieronymi Monteniani panegyricus ad odoricum vtinenſem.lib.1.126.a
Hieronymus Vginus Epiſcopus.lib.2.234.a
Hieronymus de Villa Carillo Epiſcopus.lib.2.235.b
Hieronymi nomine ſcriptores.lib.3.320.b
Hippolytus pantotius poeta inſignis.lib.3.320.b
Hirundo garriens & ſuo garritu prædicationem S. Franc. impediens quaſi edocta audito eius nomine ſe illi cuſtodiendam commiſit.lib.1.35.b
Hiſpani ſub nigro colore nitent.lib.1.77.b
Hominis vita & mores triplicis generis ſunt ſecundum triplices animæ vires,lib.3.336.b
Hominem immaniter vulneratum ſanat B.Fran.in viſione.lib.1.43.a
Hominem ocioſum muſcam appellat B.Fran.lib.1.22.b
Homo quanto gratioſior fuerit eo magis a Diabolo impugnatur.lib.1.69.a
Honor exhibitus Ioanni Pochano inſigni doctrina viro. lib.1.117.b
Honorius iiij.Pont.Max. confirmat Regulam B.Fran. anno 1224.lib.1.19 b
Honuſrius laicus de Sagiano.lib.1.107.a
Horret grandia humilis ſimplicitas.lib.2 279.a
Hortulana Aſſiſias Claræ & Agnetis charisſima parens. lib.1.139.b
Hoſtes audito nomine IESV apud Belgradum in fugam conuerſi.lib.1.113.b
Hugo de digna vita ſublimis.lib.1.17.a
Hugolinus Cardinalis protector.lib.2.231.a
Humanitas eximia B.Fran.erga Pœnitentes.lib.1.25.a
Humanas laudes ſummopere deteſtatur Franciſcus. 24.b
Humanæ carnis morbida qualitas.175.a
Humeros ſupponit Franciſcus imbecilles vt pauperes ſubleuaret.lib.1.28.a
Humiliana Virgo Florentina.lib.1.140.a
Humilianæ virginis mira abſtinentia.140.a. eius oſſa ibi.
Humiliatorum Ordo celebris in Germania.lib.2.149.a
Humilis Peruſinus miraculis clarus.lib.1.107.a
Humilitas B.Iuniperi.lib.1.218.b
Humilitas excellens Franciſci Ticinen.lib.1.101.a
Humilitas neſcit loqui, patientia non audet.lib.1.64.a
Hymnus in honorem S.Humilianæ.lib.1.22.b.
Hymnus in honorem S.Mariæ de Angelis.lib.2.252.b
Hymnus.O glorioſa Domina qui apud Hiſpanos eſt in maxima reuerentia.lib.1.81.b
Hymnus quo ſanctarum virginum explicantur virtutes. lib.1.144.b.
Hymnus in D.Ioannem Capiſtranum.lib.1.115.a

IACOBA

I

IACOBA Aquilana ſilentij cultrix.li.1.140.a
Iacobus de Ancona Epiſcopus Martorani.234.a
Iacobus Aßiſias.lib.1.107.a
Iacobus Balečtarius. lib.2.265.a
Iacobus Caietanus Cardinalis.lib.2.219.a
Iacobus Kiſcaris Epiſcopus, lib.2. 235.a
Iacobus de Marchia mittitur ad Hungaros & Teutonicos componendos.li.1.107.b.eius vita,& miracula.ibid.b. diuino illuſtratus præſidio in loco S. Mariæ ab Angelis habitum S.Franciſci ſuſcepit. ibid.a. habuit aliquando in animo intrare Ordinem Carthuſiorum.ibid.b. manſit aliquando in loco Carcerum, qui eſt locus Nouitiorum.ibid.vnà cum ſuis ſocijs mittitur ad prædicandam cruciatam. lib.2. 191.b. ob ſingularem eius ſanctitatẽ Paulo II. charus fuit.lib.1.108.b.ter miſſus eſt in Hungariam, ibid. multa conſtruxit cœnobia in Alemania. ibid. Mediolani effecit vt prophanæ mulieres in vnum locum adducerentur. lib.1.107.b. ſponte ceßit Archiepiſcopali eccleſiæ Mediolani.ibid.
Iacobus de Maſſa præfulſit gratia raptus.lib.2.179.b
Iacobus de Cęua Dux Fraticellorum.lib.2.185.b
Iacobus cuſtos Syriæ. lib.1.109.a
Iacobus Buſolinus Generalis.lib.2.191.b
Iacobi Mozanica mors.lib.2.192.b
Iacobus Sarzuela ſponte ceßit generali præfecturæ. ibid.
Iacobus Menrranca Epiſcopus.lib.2.234.b
Iacobus Patauinus martyr.lib.2.270.a
Iacobus primogenitus Regis Maioricarum, lib.2. 213.a
Iacobus Tiphernas profeßione laicus, lib.1.129.a
Iacobi nomine ſcriptores.lib.3.322.a
Iacobinus Bargienſis.ibid.
Iacoponi Tudertini conuerſio, vita, ingreſſus ad Ordinem lib.1.109.a. de contemptu mundi. ibid.b. tranſitus & mira eius deuotio.lib.1.110.a. Audiens Chriſti paßionem præ dulcedine lacrymabatur. ibid.
Idem ſcriptor, lib.3.322.a
Ianus Lacinius Calaber ſcripſit pretioſam margaritam vtilem Chymiſtis.lib.3.322.a
Ieſuitæ ab Ignatio Hiſpano originem ducunt. lib.2.149.b
Illuminatus ſocius B.Fran.lib.1.110.a
Imago Crucifixi pulcherrima Friderici Imperatoris aſſeruatur Panormi.lib.2.281.
Imperatores exercituum Sixtus Quartus pulcherrimis ſtatuis decorauit.lib.2.209.a
Improbantur illi, qui Ioanni à Capiſtrano ambitionis notam inurunt.lib.1.113.a
Improbatur eorum ſententia, qui affirmant B. Franciſcum fuiſſe Eremitum.lib.1.7.a
Immunda cogitatio quæ ſit.lib.1.6.a
In Capuccinis videntur reuiuiſcere prima religionis Franciſcanæ ſemina. lib.2.158.a
In canonizatione alicuius Sancti quæ requiruntur 1.95.a
In capitulo Aßiſij celebrato anno 1219. mittuntur Fratres ad prædicandum per vniuerſum mundum cum literis Apoſtolicis.lib.2.237.a
In concilio Viennenſi octoginta dubia incidentia in Regula fuerunt propoſita.lib.2.181.a
In die Veneris B. Franciſcus Crucifixi dolorem præſentiens in memoriam paßionis Chriſti nullum remedium vulneri laterali apponebat.lib.1.29
Indoles venerabilis in B.Franciſco.lib.1.35.a
Indulgentia in loco S. Mariæ de Portiuncula. lib.2. 25.a. confirmata per Martinum V. Pont.ibidem.non impedit tranſitum aliarum. ibid.
In Iaponenſi inſula propagatur Ordo B.Fran.lib.2.244.b
In viſione B.Franciſci cernentes ſtupore rapiuntur. 248.a
Ingens miraculum B.Franciſci Corneti in Apulia.1.85.a
Ingredientium ad Ordinem S.Fr.conditiones.lib.2.166.a
Innocentij Tertij Pont.amor ſingularis in B. Fr. lib.1.19.a
In obitu Bonegratiæ Generalis campana inſonuit nullo trahente. lib.2.184.b
In periculoſa via de nocte B. Franc. fuit ſupernaturali lumine illuſtratus.lib.1.23.a
In qua ſpecie ciuilitatis ſit vniuerſitas Fratrum Minorum. lib.2.150.b
In ſeueris & tetritis rebus vita non vita eſt, ſed calamitas. ibidem b.
Inſigne Chriſtianæ pietatis indicium de B. Simone Aſtiſiate.lib.1.129.b
Inſigne documentum Sanctitatis D.Bonauen. lib.1.94.b
Inſigne eximiæ charitatis exemplum B.Fran. lib.1.15.a
Inſigne miraculum de B.Agnete.lib.1. 134.a
Inſigne miraculum in prædicatione D. Antonii Patauini. lib.1. 79.b
Inſigne portentum de B.Antonii imagine.lib.1.77.b
Inſigne quoddam de ſingulari obedientia Bernardi Quintaualle.lib.1.59.a
Inſignia domus B.Fran.erant tres anſeres, lib.1.1.a
Inſignia quædam miracula poſt obitum Sanctorum quinque martyrum.lib.1.72.a
Inſtitutum B. Franc. humanę pietatis mira ſuſcepit incrementa.lib.1.7.b
Inſtitutio iuuenum,& educatio magnum quid.li.2.188.a
Intentio Spiritus ſancti fuit nouam inſtituere Regulam in B.Franciſco.lib.1.8.b
In Tana paßi ſunt B.Thomas Tolentinus & ſocii. 125.b
Intrepide B. Antonius Patauinus reprehẽdit Eccelinum, qui maxima cæde furebat.lib.1.81.a
Inuocatus S.Fran.ter apparet mulieri.lib.1.53.a
Ioachim Abbas vir excellentis & prope diuini ingenii de B.Franc.lib.1.4.b
Ioanna filia Regis Nauarræ.lib.1.140.a
Ioannes Armenorum Rex. lib.2.212.b
Ioannes Bonus non fuit pręceptor S. Franc. vt quidam temerè affirmant.lib.1.7.a
Ioannes Buchius Generalis.lib.2.188.b
Ioannes Bremia Viennę eques.lib.2.211.b
Ioannes Caietanus Ordinis protector.lib.2.232.b
Ioannes Caluus, lib.2.299.a
Ioannes Caicedus, & Ioannes Vincentius Britones multa pro Chriſto paßi.lib.2.295.a
IOANNES Capiſtranus in Boemia multa egregia facit, lib.1.114.a. Ad diuerſa munera mittitur à multis Summis Pontificibus.li.1.112.a. Aduerſus Iacobellum, & Ioannem Rochezanum ſtringit calamum.ibid.b. Vicarius nouæ familię in Italia. lib.2.200.a. Anno ſuæ ætatis trigeſimo ingreditur Ordinem S.Fran.li.1.111.b. Annos quadraginta ſacrum concionandi munus exercet. lib.1.ibid. A Sbigneo in Craconiam euocatur. ibid. Biretum D.Bernardini penes ſe tenens deuotionis cauſa infirmorum capitibus admouebat. li.1.113.b. Breuis ſomni & ſummæ abſtinentiæ. li.1.112.a. Cicadis ſilentium indicis.ibid. Fraticellorum domos combuſſit. lib.1. 114.a. In Germania habetur in pretio ſicut Propheta. lib.1.112.a. In prætorio Vratislauienſi diſertam habuit orationem.li.2.191.b. Viennam perueniente eatus fuit hominum cõcurſus, vt nulla caſ[illegible]ſtea. li.1. 113.b. Mittitur ad Philippum [illegible]n Ducem. lib.1. 112.b A Nicólao V. mittitur [illegible]rbem ve-

ſcor-

reformaret monaſteria. lib.1.113.b. Duodecim millia hominum ad fidem Chriſti reduxit. lib.1.112.a. Orto ſchiſmate inter Peruſinos & Malateſtas, eos conciliare pertentat. lib.1.111.b. Pro reformatis verba facit Romæ coram Cardinalibus. lib.2.155.a. Loca quatuordecim conſtruxit in Alemania ſub titulo S. Bernardini. lib.1.112.b. Semel comedebat in die. ibid. Turcarum pauor, & pugil inuictus.li.1.113.b
Ioannes de Caulibus. lib.2.261.a
Ioannes de Deſt Epiſcopus, lib.2.233.b.
Ioannes Delphinus Vicarius generalis, & ſcriptor illuſtris, lib.2.197.a.& lib.3.323.b
Ioannes de Laudibus, lib.1.115.a
Ioannes Parens Generalis, lib.2.176.b
Ioannes de Penna à Dæmonio vexatus, lib.1.117.b
Ioannes de Ripis, lib.2.255.b
Ioannes de Legeſtro, lib.2.200.b
Ioannes de Valle, lib.1.118.a
Ioannes Fauſtus primus inuentor artis impreſſoriæ, 193.a
Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis laudibus proſequitur doctrinam D.Bonauenturæ, lib.1.92.b
Ioannes Hiſpanus de Cetina, lib.1.115.b. multos Iudæos adduxit ad lumen fidei. ibid.
Ioannes Hungarus, lib.1.118.a
Ioannes Imperator Tartarorum, lib.2.185
Ioannes multi Epiſcopi ſub hoc nomine, lib.2.233.a,& b
Ioannes de S.Paulo protector, lib.2.232.a
Ioannes xxij. Pont. Max. Michelinum Cæſenatem hæreticum appellat, lib.2.186.a
Ioanni Patriarchæ Gradenſi committitur cauſa examinanda locorum Montis Syon, & vallis Ioſaphat.li.2.190.b
Ioannes in Auſtria Regni Legionis, lib.1.120.a
Ioannes Lauernicola B. Iacobi de Falerono diſcipulus, & imitator, lib.1.110.a
Ioannes Lombardus B.Thomæ de Florentia diſcipulus. lib.1.110.b
Ioannes Lucenſis ſanctitate clarus, lib.1.110.b
Ioannes Maria de Tuſa Siculus Generalis, lib.2.201.a
Ioannes Martinocius Politianus, lib.1.115.a
Ioannes Neapolitanus, lib.1.115.a
Ioannes Parens de Carmignano, lib.1.115.b
Ioan.Parens iudex ciuitatis Caſtellanæ, lib.2.176.b
Ioan.Parens magiſter lacrymarum dictus. lib.1.115.b
Ioannes Parens nudatis pedibus totum viſitauit ordinem. lib.2.176.b
Ioannes Parens reducit Romanos ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ, et prædicit Tyberis colluuionem, li.1.115.b
Ioannes Parens vir iuſtus præfecturæ generali ceſsit. libro 2.176.b
Ioannes Parmenſis à Mamele Patriarcha Conſtantinopolitano Angelus pacis dictus, lib.2.179.a
Ioannes Parmenſis in loco Camerini tumulatus, l.1.116.b
Ioannes Parmenſis inter Beatos relatus. lib.1.116.b
Ioannes Parmenſis quotidie in Aurora Miſſam celebrabat. lib.2.180.a
Ioannes Parmenſis ſponte cedens officio in loco Grecij angelicam potius quàm humanam vitam duxit.1.116.b.
Ioannes Parmenſis ſponte ceſsit officio. lib.2.179.a
Ioannes Parmenſis totum ordinem viſitauit lib.1.116.b
Ioannes Pechanus Archiepiſcopus Cantuarienſis à Nicolao Tertio Pont.Max.lib.1.117.a
Ioannes Pechanus B.Bonauenturæ diſcipulus. lib.1.116.b
Ioannes [illegible] nus Doctor inſignis Pariſiis, & Oxoniæ. libro 1 [illegible] 6.b
Io. Pech[illegible] hæreticorum validiſſimus oppugnator.116.b
Ioannes Pechanus lector ſacri Palatij. lib.1.117.a
Ioannes Pechanus inter delicias ciborum inſipidorum comedebat. lib.117.a
Ioannes Pechanus ocij perpetuus hoſtis. lib.1.117.a
Ioannes Pechanus vir ſummæ abſtinentiæ. lib.1.116.b
Ioannes Philippus Prouincialis prouinciæ Turoniæ.152.b
Ioannes Picens de Penna S. Ioannis ingreſſus ad Ordinem vitæ, & morum deſcriptio, & obitus. lib.1.117.b
Ioannes Picus generalis. Ventriculi imbecillitate correptus obijt. lib.2.197.b.
Ioannes Picus Mirandula inſignis Philoſophorum phœnix. lib.1.93.a
Ioannes à Ruuere Dux Soræ voti compos obtinendæ prolis fit cultor B.Franc. & in eius habitu ſepelitur.li.2.205.a
Ioannes Vigerius generalis, lib.2.196.a
Ioannes Riſtaurus vir probitate vitæ, & literis conſpicuus præceptor D.Bernardini Senenſis lib.1.87.a
Ioannes Parmenſis generalis. lib.2.179.a
Ioannes Ibenical, lib.1.118.a
Ioannes xxij. Pont. prohibet inſuetam formam, quæ parit confuſionem. lib.2.181.b
Ioannes Tancredus generalis, lib.2.197.a
Ioannes Tentalben, lib.1.118.a
Ioannes Valcis Arbor vitæ nuncupatus, lib.1.118.a
Ioanni Parmenſi celebranti Miſſam Angelus inſeruiuit. lib.2.180.a
Ioannes Simplex puritatis exemplum. lib.1.118.a
Ioãnis Aethei vita, mores, obitus, & miracula li.1.215.a
Ioannis Pici generalis effigies. lib.2.197.b
Ioannis Capiſtrani apud Belgradum mira conſtantia. libro 1.113.a
Ioannis Capiſtrani ægritudo, & obitus. lib.1.114.b
Ioannis Capiſtrani effigies. lib.1.111.a,& b
Ioannis Capiſtrani eximia patientia, & memorabilis ſimplicitas. lib.1.112.b
Ioannis Capiſtrani feſtum celebrandum, & Bernardi Cardinalis de eo atteſtatio. lib.1.115.a
Ioannis Capiſtrani fides, qua inducebat homines ad quoduis credendum, vel faciendum. lib.1.112.b
Ioannis Capiſtrani inſignia miracula. lib.1.114.b
Ioannis Capiſtrani ortus, & educatio. lib.1.111.a
Ioannis Capiſtrani paupertatis, & orationis magnum ſtudium. lib.1.112.b
Ioannis Capiſtrani profectus in literis ſuper omnes ſuos coætaneos. lib.1.111.b
Ioannis Capiſtrani ſepulchrum. lib.1.114.b
Ioannis Capiſtrani ſpiritus propheticus. lib.1.113.a
Ioannis Capiſtrani vitæ ſcriptores. lib.1.111.b
Idem ſcripſit & propter eius inſignem eloquentiam à Calixto Papa mittitur in Germaniam ad prædicandam cruciatam. lib.3.322
Ioannis de Grecio B. Franciſci familiaris ſingularis viſio. lib.1.32.b
Ioannis Parmenſis effigies. lib.1.116.a
Ioan.Philippi Parui frater, & eius miracula, lib.1.118.a
Ioannis Pechani ſigna caſtitatis, & pudicitiæ. lib.1.117.a
Ioannis Perini ſententia circa legitimam diſpenſationem Fratrum Min. lib.2.151.a
Ioannis nomine ſcriptores lib.3.322.b.& ſequent.
Ioannis Scoti vitæ, & eulogium lib.3.325.b. eius diſcipuli præclari.327.a
Ioannucij Spoletini miracula, & virtutes. lib.1.110.b
Ioannucius Spoletinus, ibid.b.
Iordanus Vrſinus Cardinalis protector. lib.2.232.a
Ioſaphath Rex inito fœdere cum Ochozia Rege Iſrael, percuſſus

percuſſus fuit à Deo, libro primo, 75.b
Ioſephi Girlini opinio de inſtitutione Fratrum Capuccinorum reprobatur.lib.2.258.a
Ioſephus de Puzonarijs Epiſcopus Naxien,& Parin.li.2.234.a
Ioſephi nomine ſcriptores, lib.3.328.a
Iſabella Francorum Regis filia.lib.1.140.a
Iulenta Polona Duciſſa Caliſienſis.lib.1.140.b
Iuliani Apoſtata mors, & fera in Ieſum Chriſtum rabies. lib.1.69.a
Iulianus Apoſtata Chriſtiani nominis hoſtis lethale vulnus accepit.lib.1.69.a
Iulianus Teutonicus vir notæ ſanctitatis.lib.1.118.b
Iulius Magnanus generalis vir comis,& manſuetus.196.b
Iulius à Corrigio ſcriptor.lib.3.328.a
Iuniperi obitus,& miracula conſecuta. lib.1.119.a
Iuniperi præſentiam Dæmones ſuſtinere non poterant.118.b
Iuniperus ſocius B.Franciſci. lib.1.118.b
Iuniperus Viterbium intrauit ſeminudus. lib.1.118.b
Iuo Britannus,lib.1.146.a
Iuo Bituricenſis magiſt.ſcriptor, lib.3.328.b
Iuſtiniani Imperatoris tempore cœpit inſanabilis bubonum morbus.lib.1.88.a
Iuuenis de Burgo Celani miraculum.lib.1.45.b

L

LABOR multiplex.lib.2.162.a
Lacrymas ita B. Franciſcus dilexit, vt viſu mallet, quàm lacrymis priuari.lib.1.22.b
Lactantius Acturus, ſcriptor.lib.3.328.a
Landus Tarentinus, lib.1.119.a
Landulphus Caracciolus ſcriptor,lib.3.328.a
Laurentius Spatha Epiſcopus Caluenſis.lib.2.134.b
Laurentius Spatha generalis vir doctus.lib.2.196.b
Laurentij nomine ſcriptores,lib.3.328.b
Lectus non mollis, ſed durus ex ſarmentis vinearum Beatæ Claræ.lib.1.133.b
Legitima diſpoſitio vt propria in communi teneantur. lib.2.150.b
Leo cum duobus alijs conſcripſerunt legendam, quę dicitur trium ſociorum.lib.2.178.b
Leo de Perago, ſiue Valuaſorius. lib.2.233.a.& 3.328.b
Leo Arshiepiſcopus.lib.1.146.a
Leo Archiepiſcopus Mediolanenſis.lib.1.119.a
Leo Beatus Euangelicæ paupertatis zelator præcipuus. lib.1.119.a
Leo miraculoſe occurrit tribus Fratribus Minoribus.70.a
Leo ſocius,& familiaris S.Fran.lib.1.119.a
Leo ſolus inter ſocios B.Fran. meruit laterale vulnus tangere.lib.1.119.b
Leo vnus ex ſeptem martyribus.ibid.
Leonardus Cardinalis à quo.lib.2.189.b
Leonardus Fulginas.lib.1.119.b
Leonardus Giſonenſis generalis. lib.2.109.b
Leonardus Giſonenſis, lib.2.224.a.& 3.324.b
Leonardus Patraſſus Cardinalis,lib.2.220.a
Leoni oranti apparuit B.Fran.lib.1.119.b
Leonis ſocij B.Fran.mira ſimplicitas.ibid.
Leonis ſpiritus vehemens,& mirabilis extaſis. ibid.
Leonis viſio mirabilis expoſita à B Franc.ibid.
Leonora Regina Siciliæ detulit aliquando habitum S.F R. lib.2.282.b
Leproſis fit obſequio B.Fran.lib.1.17.a
Leproſorum curatio à B.Fran.qui Chriſtum in leproſo oſculatus fuit.lib.1.15 a
Leuinus Gallus,lib.1.19.b
Liber de quinta eſſentia manuſcriptus Ioannis de Rupeſciſſa, libro tertio, 328.a
Libertatis Regulæ ſex continentur in Regula, lib.2.162.b
Lingua D.Antonij Patauini laudibus ſublimata à D. Bonauent.lib.1.79.b
Loca cuſtodia enumerantur.lib.2.272.b
Loca Fratrum Capuccinorum,lib.2. 301.a
Loca Fratrũ de familia, quorũ notitia haberi potuit. 298.a
Locum S. Mariæ de Portiuncula ſingulari amore proſecutus eſt B.Fran. lib.1.17.a
Locus Arimini,lib.2.269.a
Locus Bononiæ oblatus Bernardo Quintauallæ. lib.1.59.b
Locus Carmignani, vbi floruit Ioannes Parens. li.2.261.a
Locus Fulginei,lib.2.254.b
Locus Gualdi Nuceriæ,ibid.a
Locus Interamnæ, ibid.b
Locus Mirabelli prouinciæ Turoniæ fuit primus locus nouæ familiæ.lib.2.162.b
Locus Montis Alti,lib.2.255.b
Locus Nurſiæ,ibid.a
Locus Narniæ,lib.2.254.b
Locus Nuceriæ,ibid.a
Locus Piſtoiæ, ſeu Bruliani,lib.2.154.a
Locus Pregij,lib.2.253.b
Locus Ripæ Tranſonum,lib.2.255.b
Locus Rhodigii, lib.2.231.a
Locus S.Mariæ de Pace Mediolani, B.Amadei opera conſtructus,lib.2.157.a
Locus S. Mariæ B. Franciſco datur ab Abbate Montis Subatii,lib.2.251.a
Locus S.Mariæ de Portiuncula,lib.2.251.a
Locus S.Mariæ de Plano,lib.2.254.a
Locus S.Fortunati, ibidem.
Locus S.Seuerini, lib.2.256.a
Locus Serræ Petronum, ibid.
Locus Treuii,lib.2.254.b
Locus Eugubii, ibidem, a
Locus Tyburis, lib.2.260.a
Locus Taurini inſignis ſacra Syndone, qua inuolutum fuit corpus Chriſti.lib.2.274.a
Locus S.Iacobi in Palude Venetiis, lib.2.271.b
Locus Anconæ,& eius conſtructio. lib.2.256.b
Locus Carcerum, & S.Damiani,lib.2.253.a
Locus Ophidæ, lib.2.256.a
Locus Montoni,lib.2.253.b
Locus Cauarum, vel Gabiorum,lib.2.260.a
Locus Aracœli ad Capitolium,lib.2.257.b
Locus Bellunæ inter Noricos, lib.2. 271.b
Locus Beſonæ,lib.2.253.a
Locus Peruſii, ibidem.
Locus Montisfalchii, lib.2.254.b
Locus S.Laurentii Neapoli in mercato veteri. lib.2.275.a
Locus Coſtaciarii, vbi floruerunt inſignes viri.lib.2.254.a
Locus Citernæ, lib.2. 253.b
Locus de Riuotorto, ibid. a
Loturam manuum B. Franc. immaniſſimam luem cohibet, lib.1.38.a
Lucas Belluda Patauinus genere,& ſanctitate clarus, libro 1. 119.b
Lucas Patauinus ſocius S.Antonii,lib.2.269.b
Lucæ Patauini mirabilis conſtantia aduerſus Antediſium Eccelini, lib.1.119.b
Lucæ Patauini ſermones, l[illegible].1.119.b
Lucæ nomine ſcriptores, lib. [illegible]328.b
Lucheſius de Podi[illegible] Bonantis, lib.1.119.b

Lucheſius

Luthesius ex villa Gagiani.lib.1.146.b
Lucia Paduana monasterio Arcelli,lib.1.140.b
Lucidus,cuius lingua glorioſa Spirituſancto edocta. 119.b
Lucidus Veronenſis ſcriptor, lib.3.328.b
Luciferi cathedram Franciſco aßignatam, quidam affirmant. lib.1.7.b
Lucius primus ex Ordine Pœnitentum,lib.1.146.a
Ludouici Beati ęgritudo,& obitus.lib.1.122.a
Ludouici beati in pauperes magna charitas.lib.1.121.b
Ludouici Bononienſis varia fortuna. lib.2.166.b
Ludouici canonizatio.lib. 1.122.b
Ludouici corpus Maßiliam ſolēni pompa defertur.122.b
Ludouici pietas,& in pauperes Chriſti beneuolētia.121.b
Ludouici Tholoſani egregia indoles. lib.1.120.b
Ludouici Tholoſani modeſtißimus pudor.ibid.
Ludouici Tholoſani ortus. ibid.
Ludouici Tholoſani vera effigies. ibid.a
Ludouici inſignia quędam miracula.lib.1.122.b
Ludouico Sancto apparuit Diabolus, quem à ſe profligauit.lib.1.121.b
Ludouicus abſtinens ab omni vaniloquio.ibid.a
Ludouicus Capara Epiſcopus ſanctæ fidei,lib.2.235.a
Ludouicus Chabonus Epiſcopus Tarraconenſis, & ſuffraganeus Valentinen.lib.2.234.a
Ludouicus Cherigaitus Epiſcopus Antibaren,lib.2.234.a
Ludouicus Donatus Cardinalis.lib.2.223.b
Ludouicus Donatus Generalis, lib.2.189.b
Ludouicus fugiebat fœminarum congreſſus, atq; colloquia. lib.1.121 a
Ludouicus de Vincentia Vicarius,lib.2.200.b
Ludouicus incedit palam ab Aracęli,ad S.Petrum.121.a
Ludouicus Nouman Epiſcopus Martyrienſis, & ſuffraganeus Columbrienſis,lib.2.235.a
Ludouicus peregrinis pedes proprios abluebat.lib.1.122.a
Ludouicus quanta affectione amplexus eſt crucem Chriſti. lib.1.122.b
Ludouicus quibus Religionis ſignis ſacratiſſimam Altaris Euchariſtiam ſuſcepit.lib.1.122.a
Ludouicus Sanctus Barchinone obſes.lib.1.121.b
Ludouicus Tenalia Foroſempronien. Generalis Capucinorum, lib.2.201.a
Ludouicus Teutonicus, lib.1. 122.b
Ludouicus Rex Galliæ, lib.1. 146.b
Ludouicus Tholoſanus coram F.Ioanne de Muro Generali emiſit profeßionem. lib.1.120.b
Ludouicus Vicentinus ſcripſit vitam, & geſta Bernardini Senenſis. lib.1.87.a
Ludouici nomine ſcriptores,lib.3.328.b
Lugduni Capitulum,vbi Græci cum Latinis cōuenere,li.2. 239.a. ibi ordinantur quædam pro communi concordia Prædicatorum,& Minorum.
Lugduni vbi floruit Sertorius Valentinus Hiſpanus.240 a
Lupus prædæ auidus à B.Franciſco Ticinenſi redditur domeſticus. lib.1.
Lutheri hæreſis graſſatur ſub Leone X.lib.2.244.b

M

MAGNA deiectio in B. Antonio Patauino, qui prędicari iuſſus velut fons erupit.1.78.a
Magna inter Indos charitas, & neceßitudo. lib.2.295.b
Magnis morbis magna ſunt opponenda medicamēta. 67.a
Ma. Xrio Franciſcus ſui quæ agniculum ferocißima ene- c. .. & illa perijt. lib.1.28.b
Ma' [illegible] arum origo.lib.2.269.a
M. [illegible] extat,vbi prædicabat Paulus Apoſt.281.b
Mamotreptus à Regio Lepidi ſcriptor, lib.3.329.a
Mandatum Gregorij IX.ad F.Heliam Generalem. 177.b
Mantuæ Capitulum,quædam inſtituta ibidem. lib.2.243.a
Maomethis ſectatores impugnat B.Fran. qui vino,& venere rationem amittentes,beſtiarum morę humi iacebant, lib.1.30.b
Marci nomine ſcriptores,lib.3.329.a
Marcheſinus Peto ſcriptor. ibidem.
Marci Antonij Columnæ ſumma liberalitas in Religionem Franciſcanam, lib.2.184.b
Marci Vigerij eruditio,lib.2.228. a
Marci Hungari effigies expreſſa ad viuum.lib.1.123.a.& eius vita. ibidem.
Anno 1337. Vniuerſitas Coneliani ordinauit cooperiri Arcam B. Marci Hungari, & quod fieret ſolennis proceſsio, non eſt certum an fuit Hungarus, vel de Coneliano.
Marcus Adantinus Cretenſis Epiſcopus Arien.li.2.234.a
Marcus Antonius Paganus Forolinienſis,lib.2.268.b
Marcus Bononienſis, quo tempore electus eſt Vicarius nouæ familię. lib.2.191.b
Marcus de Vlyßipona Epiſcopus Portugallenſis.2.235.b.
Marcus Elephantutius Bononienſis.lib.1.123.b
Marcus Vigerius Cuſtos S.Angeli.lib.2.228.a
Marcus Vigerius Sauonenſis Card.li.2.228.a.& 3.329.a
Marcus Viterbienſis concionator inſignis. lib.2.189.a
Marcus Viterbienſis, lib.2.22.a
Marianus de Florentia ſcriptor, lib.3.329.a
Marinus Maurus Venetus ſcriptor. ibid.
Margarita Cortonenſis ab imagine Crucifixi admonita ſuſcepit habitum S.Franc.lib.1.140.b
Margarita Cortonenſis magnis miraculis illuſtris.1.140.b
Margarita Romana Columnenſium genere orta.ibid.
Margarita Sulmonenſis.ibid.
Margarita Romanæ mira religio,& deuotio.ibid.
Margaritonus Aretinus effinxit D.Franciſcum, & ad viuum expreßit.lib.1.4.b
Marianus Tyburtinus Epiſcopus Aquilanus.lib.2. 235.b
Maria Hungariæ habuit tres fratres omni ſanctitate claros. lib.1.120.b
Marius à Mercato Saracino Generalis.lib.2.201.a
Marſilius Patauinus damnatur vt hæreticus,& hæreticorum fautor.lib.2.270.a
Martinus de Oſacanio Epiſcopus Taxcalenſis, li.2. 234.b
Martinus Fulginas charitate plenus.lib.1.123.b
Martinus Sangeorgius Generalis.lib.2.189 b
Martinus Valentinus multa paſſus eſt pro fide Chriſti. libro 2. 295.b
Martyres quinque ſacri Ordinis primitiæ, qui humanæ ſalutis auxij, ſanguinē pro Chriſti gloria effuderunt. 67.b
Maſſarius Maſſanenſis Neram matrem S. Bernardini Senenſis in matrimonium collocauit, & qua ratione. 87.a
Maſſæi dictum notatu dignum. lib.1.123.b
Maſſæi orandi efficacia. ibid.
Maſſęus comes D.Fran.in Galliam.ibid.
Maſſæus de Bardes Epiſcopus Piſſinen,lib.2.235.b
Maſſæus de Marignano.lib.1.123.b
Maſsiliæ Capitulum, lib.2.240.a
Maſsilię,vbi mandatur obſeruari decreta D.Bonauenturę. lib.2.241.a
Maſsimianus Beniaminus Cremēſis Inquiſitor Paduę Epiſcopus Clodien.lib.2.235.b
Matthæi nomine ſcriptores, lib.3.329.a
Matthęi Aquaſpartani Cardinalis varia ſcripta. 2.118.b
Matthęi Aquaſpartani effigies, & inſignia. lib.2. 218.b

Matthæi de Baſſo pia adhortatio ad Carolum Quintum. lib.2.158.b
Matthæi vera effigies,lib.2.57.a
Matthæus Agrigentinus ſocius B. Bernardini, & Epiſcopus Agrigentii, lib.2.280.b
Matthæus de Baſſo Vmber Capuccinorum origo. 2.158. a
Matthæus de Viuarijs Epiſcopus Amidenſis, & ſuffraganeus Raguſienſis. lib.2.133.b
Matthæus Epiſcopus Regij, lib.2.279.a
Matthæus Fauentinus, lib.1.124.a
Matthæus de Baſſo abſtinentiæ ſtudioſus.lib.2.158.a
Matthæus de Baſſo in exercitu Caroli V.contra Lanthgrauium imaginem Crucifixi defert.lib.2.158.a
Matthæus Baſchius primus Capuccinorũ Generalis. 200.b
Matthæus Narnienſis ſanctitate approbatus. lib.1.124.a
Matthæus Aquaſpartanus Generalis,lib.2.184.b
Matthæus ſanctitate præclarus, lib.1. 124.a
Matthæus Vrſinas protector, lib.2.232.b
Matthiæ nomine ſcriptores, lib.3.329.a
Maturinus Lebreth ſcriptor, lib.3.329.a
Maturinus quadratus ſcriptor, ibid.
Mauritius de Porta ſcriptor, ibid.
Mauritius Ophilius Epiſcopus Roſſen. lib.2.234.b
Mauritius Tholoſanus, & inſigne eius miraculum.124.a
Maxilla D. Antonij in ſacrario Paduæ aſſeruata.li.1.83.b
Maximianus Beniamini,& alter Volaterranus.li.3.329.a
Medicus admiratur patientiam B.Franc.& Dei magnalia prædicat.lib.1.22.b
Mediolani Capitulum generaliſſimum, vbi prouincia Pennenſis nouo titulo ornata fuit. lib.2.244.a
Mediolani Capitulum, lib.2.244.b
Mediolani Capitulum, lib.2.239.b
Meditatio mortis eſt præcipuus inter gradus contemplationis, lib.1.66.b
Melcheſer Soldanus Babiloniæ Achrienſem vrbem inuadit,& oppugnat.lib.1.143.b
Melchioris nomine ſcriptores, lib.3.329.b
Memoria paſſionis Chriſti videbatur extincta in mentibus hominum aute aduentum B.Franc.lib.1.8.a
Mendicando obtinent ſocij B. Franciſci, quod pecunia non poſſunt. lib.1.27.a
Mendicare aliquid ſuperfluum eſt ſpecies furti. lib.1.9.b
Menſura B.Franciſci, lib.1.4.b
Menſura habitus B.Franciſci egregia forma conſtituti deſpectionem indicabat.lib.1.6.b
Meſſanæ loci deſcriptio, lib.2.279.b
Meſſanæ verſatus eſt S.Antonius de Padua.lib.2.279.b
Michaelis nomine ſcriptores, lib.3.329.b
Michaelis de Ceſena Generalis ſingulare dictum de Petro Aureolo.lib.2.185.b
Michaelis de Ceſena Generalis varia ſcripta. lib.2.185.b
Michaelis Generalis tempore Ordo Minorum multa paſſus eſt.lib.2.185.b
Michaelis Mediolanenſis oratio Peruſiæ habita medio foro. lib.2.193.a
Michael Florentinus inſtitutor B.Humilianæ,lib.1.140.a
Michael Magothi profeſſione laicus,lib.1.124.a
Michael de Ponte Epiſcopus Nicopolienſis, & ſuffr. Tarraconenſis,lib.2.234 b
Michael Riperborius Epiſcopus Sagienſis,lib.2.255.b
Michelinæ Piſaurenſis vita,& miracula, lib.1.140.b
Mi eſius Magna Epiſcopus Dunenſis,& Concrenſis in Hibernia, lib.2.2 5.a
Miletius Forolinienſis imaginem Sixti Quarti ad viuum expreſsit. libro ſecundo, 209.a
Minores donare non poſſunt ſecundum Scotum, quia donatio non ſolum requirit liberam dationem in dante, & recipiente, ſed non prohibitionem legis, vel ſuperioris. libro 2.151.b
Minores, & Prædicatores miſſi ad Tartaros mirificè proficiunt. lib.2.296.a
Minores hoc nomine dicti triplici ratione . lib.1.9.b
Minores in Daan pro fide Chriſti occiſi. lib.2.296.b
Minores multa paſſi pro fide Chriſti propaganda.242.a
Minores occiſi varijs in locis pro fide Chriſti . lib.2. 297 a
Minorum Ordo approbatus in monte Alaerna. li.2.262.b
Minorum quorundam martyrium cum miraculis.242.b
Minorum ſententia circa ſanguinem Chriſti. lib.1. 108.b
Minorum theſaurus eſt paupertas virtutum omnium Regina, lib.2.151.a
Mira acceleratio auxilij, dum inuocatur S.Fran. li.1.48.a
Mirabilem efficaciam habuit Franciſcus , Deo operante, ſanandi ægritudines,lib.1. 17.a
Miracula B.Bentiuoli in morte, & vita.lib.1.48.b
Miracula F. Iacobi de Carchia . lib.1.108 b
Miracula frequentia in obitu B.Bentiuoli.lib.1.85.a
Miracula plura, & hæc quidem ingentia B. Bernardini Senenſis, lib.1.90.b
Miracula præclara D. Antonij Patauini,lib.1.80.a
Miracula prope innumera in mari per innocationem Sancti Franciſci,lib.1.46.b
Miracula, quæ mortem Beati Ioannis Parmenſis conſecuta ſunt. lib.1.116 b
Miracula, quæ obitum B.Salomeæ conſecuta ſunt.1.142.a
Miraculis coruſcare cæpit B.Franciſcus poſt eius obitum. lib.1.41.a
Miraculorum B.Franciſci clarum teſtimonium. 2.170.a
Miraculum de locuſtis, lib.1.118.a
Miraculum D. Antonij de Aleondino milite vitrum proijciente, lib.1.80.b
Miraculum inſigne B.Franciſci inter cætera. lib.1.45.b
Miraculum inſigne trium Fratrum Minorum , dum inter duos Reges Mauritanos pacis ineunt fœdera . li.1.70.a
Mirandum ſtudium paupertatis in B.Fran. lib.1.17.b
Miri ſplendoris radij prowicantes ab oculis B. Bernardi Quintanallæ.lib.1.59.b
Mittit Franciſcus ſocios ſuos ad prædicandum.lib.1.18 a
Mittitur B.Franciſcus in exemplum fidelibus,lib.1.13.b
Modi ſeruandi à recipientibus intrantes ad Ordinem ſunt ſex.lib.2.162.a
Modus dicendi B Antonii Patauini,quo vſus eſt in ſacris concionibus.lib.1.79.a
Maomethes miniſter Sathanæ, lib.1.76.a
Mola complanatur vt bonam farinam emittat.lib.1. 65.a
Monaldus Anconitanus in Argenga Saracenorum vrbe. lib.1.124.a
Monaldus Iuſtinopolitanus Dalmata ſcriptor, lib.329.b
Monaldus Franciſcum , quem abſentem credit præſentem intuetur,dum prædicaretur de titulo Crucis, lib.1.21.a
Monacebia in Ordine S.Franciſci non admittitur,licet una ſit inconſutilis tunica,& vnus viuendi modus.2.150.a
Monaſterium corporis Chriſti Piſanum, lib.1.138.b
Mons Aluernæ conſecratur à ſeptem Epiſcopis mandato Alexandri IIII. Pont.max.lib.2.264.a
Mons Aluerna datur Beato Franciſco , & quomodo. libro ſecundo, 263.a
Mons Aluernæ eſt veluti altera Hieruſalem. libro ſecundo, 264.a
Montcolinetenſes, lib.2. 149
Montis Calerii Capi[illegible] lib.[illegible].243.b

Montis Peſſulani,lib.239.b. ibi.ſiunt quædam Decreta.

Morici Crucigeri conuerſio ad Ordinem Beati Franciſci. lib.1.20.b

Monaſterium Minorum Pariſiis magnificum, & ſtudioſis bonarum artium commodiſsimum. lib.3.329.b

Morici mira abſtinentia, qui crudis herbis vtitur defereus loricam ſerream ad nudas carnes, lib.1.20.b

Moricus miniſter Franciæ miraculis illuſtris, lib.1.67.a

Moricus ſalutari remedio ſanatur, quem medici deſperauerant. lib.1.20.b

Moricus ſocius S.Franciſci,& eius conuerſio. lib.1.66.b

Mortem ſubitaneam prædixit Beatus Franciſcus cuidam hoſpiti, lib.1. 33.b

Mortificatio carnis in B.Clara Primiceria, lib.1.137.b

Moyſes ieiunio purgatus audiuit voces interne, lib.1.59.b

Mula Sanctorum Reliquias deferens in terra inclinata procubuit.lib.1.72.a

Mulierem liberauit B. Franciſcus à Dæmone, lib.1.36.b

Mulier, quam dolor partus vrgebat auxilium implorans exaudita eccleſiam conſtruit in honorem S. Franciſci. lib.1. 48.a

Mulierum familiaritates aſpectus, & colloquia vitanda. lib.1.22.a

Multa illuſtria miracula in vno Fratre, lib.1.46.b

Multa miracula poſt obitum B. Franciſci cum admiratione, & laude ſubſecuta, lib.1.53.a

Multi ampla prædia aſpernati ob ſcientiæ humanæ acquiſitionem, lib.2.161.a

Multi deuotionis cauſsa habitum S.Franciſci detulerunt. lib.2.115.a

Multi diuino conſilio commoti ingreſsi ſunt Seraphicum Ordinem, lib.2.211.a

Multi reuiuiſcunt mortui. lib.1. 41.b

Multi ſeruantur in acquis per merita, & inuocationem B. Franciſci.lib.1.46.b

Multitudo quinque millia Fratrum conuenit in generali Capitulo, lib.1.21.a

Multos Franciſcus conuertit ad Chriſtum.lib.1.18.a

Mundo non renunciat quiſquis intra cordis arcana loculos reſeruat.lib.1.26.a

Murmuratio peſsima eſt, quoniam quanto quis plus murmurat, eo magis ſe onerat.lib.1.64.b

Mutua inter duos Ordines charitas, & neceſsitudo. lib.2. 215.b.

N

NARBONAE celebratur Capitulum, vbi viuendi forma præſcribitur. lib.2.238.a

Nauis, qua vehebatur B. Antonius Patauinus dehiſcentibus vndis ſaluatur. lib.1.78.a

Neapoli ad preces Donnæ Ioannæ Hieruſalem Reginæ. libro 2. 242.b

Neapoli Capitulum, vbi Domina Sanctia ſcribit ad Fratres congregatos, lib.2.240.a

Neceſsitas manifeſta quæ ſit.lib.2.166.b

Nemo debet aliquid audire, vel loqui, niſi ad vtilitatem. lib.1.65.b

Nemo laudandus cuius incertus eſt exitus, lib.1.24.a

Neſtor Dionyſius ſcriptor, lib.3.329.b

Nicolai nomine ſcriptores, lib.eod.ibid.

Nicolai IIII, Pont.Max.effigies, lib.2.203.a

Nicolai IIII. obitus, & epitaphium, lib.2.205.b

Ni[illegible] V.conteſtatio de B.Ioanne Capiſtrano.li.1.112.b

Nic[illegible] Burreauenſis E[illegible]copus Sarrepton, & ſuffrag. T[illegible]aceuſi, lib.2.23[illegible]

Ni[illegible] Creulcer Epiſcopus Teuzienſis, lib.2.233.b

Nicolaus de Monte Corbino martyr. lib.1.124.b

Nicolaus de Valle Epiſcopus Madaurenſis, & ſuffrag. Militon.lib.2.234.a

Nicolaus Epiſcopus Auconæ, lib.2.233.b

Nicolaus Hungarus cum tribus ſocijs in ciuitate Bidini paſſi ſunt. lib.2.189.a

Nicolaus IIII. Pont. max. deputat Minores Inquiſitores. lib.2.285.a

Nicolaus V. Antipapa, lib.2.205.b

Nicolaus V. cupiens videre corpus B.Franciſci cauſas ambiguitatis auſert.lib.2.248.a

Nicolaus V. inhibet ſub grauiſsimis pœnis, ne Fratres de Familia Conuentualibus loca ſurripiant. lib. 2. 191.a

Nicolaus profeſsione laicus, lib.1.124.b

Nicolaus Vgrinouich Epiſcopus Samandricen. li.2.235.a

Nil patiebatur B.Franciſcus, quod mentem eius euocaret. lib.1.32.b

Nomen Domini inuocans B. Franciſcus præ dulcedine labia ſua lingebat, lib.1.32. b

Nomina à futuro euentu interdum à conſilio ſuo proprio, & certo vocabulo plerunque imponuntur. lib.1.2.b

Nomina rerum ſigna indicatiua, & rerum proprietatibus pleruaque imponuntur. lib.1.132.b

Non eſt dignus pauperibus Chriſti iungi, qui pauperes fraudauit.lib.1.26.a

Non eſt dimittendum bonum opus propter inanem gloriã. lib.1.63.b

Non eſt mendicandum, niſi ad neceſsitatem. lib.2.167.a

Non priuilegiati ordinis noſtri S.Franciſci cauere debent. lib.2.151.b

Non reputo minorem virtutem ſcire bene tacere, quàm bene loqui.lib.1.66.a

Nouitij quid mebitari debent in clauſtro.lib.2.169.a

Nouitij quid meditari debent cùm ſunt in menſalibus. libro 2.169.a

Nouitij quid facere debent cùm ad Chorum accedunt. libro 2.168.b

Nouitij ſtudere debent vt illuſtrentur ad ignoſcenda, & deteſtanda peccata. lib.2.168.b

Nouitii, quæ facere debent cum è lectulo ſurgunt. 2.168.b

Nouitius quid cogitare debet antequàm eat cubatum. libro 2.169.a

Nulla regula incipit ab obſeruantia Euangelii, præter Regulam S.Fran.lib.2.164.a

Numos muſcas appellabat B.Franciſcus, lib. 1.26.b

Nuncii Inſulæ Iaponenſis ad Gregorium XIII.Sum.Pont. lib.2.244.b.

O

OBEDIENS verè comparatur corpori exanimi. lib.1.24.a

Obedientiam Fratri promittebat Franc. cum quo ambulabat.lib.1.24.a

Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda. lib.1.59.a

Obitus B.Aegidii, & præclara eius miracula. lib.1.66.b

Obitus B.Bentiuoli, lib.1.85.a

Obitus F.Iacobi de Marchia, lib.1.109.a

Obitus Matthæi de Baſſo, lib.2.158.b

Obitus S.Franciſci feliciſſimus, lib.1. 39.b

Obmuteſcit obtrectator S.Franciſci.lib.1.52.a

Ob peſtem defecit B.Franc.genealogia, lib.1.pag.1.a

Obſeruantes triplici vinculo aſtringuntur ad paupertatem. lib.2.151.b

Obſeruantiæ regularis nouæ familiæ apud exteras natio nes, lib.2.154.b
Ocioſitas mala.lib.1.64 b
Ocium ſummopere fugiendum. lib.1.22.a
Octauiani Sueſſani oratio de S.Bonauen turæ.lib.1.95.a
Octauianus Præconius Epiſcopus Monopolitanenſis. lib. 2.234.b.idem ſcripſit, & eius encomium, libro tertio, 330.b
Octauianus Vbaldinus Cardinalis conſtruxit Monaſterium prope vrbem Florentiæ.lib.1.137.b
Oculus cæco reſtituitur.lib.1.49.b
Odorici inſigne miraculum de muliere volente amputare auriculam eius præ deuotione poſt mortem .lib. 1. 125.b
Odorici mira,& perdifficilis peregrinatio .lib. 1.125.a idem ſcripſit.lib.3.330.b
Odorici Nauonenſis vera Effigies.lib.1.125.a
Odorici ſeptuaginta miracula enumerata in vita eius. lib.1.125.b
Odorico deferenti ſanctorum reliquias mare velut animal domitum ſeſe præbuit lib.1.125.b
Odoricus in Armeniam maiorem tranſit. libro primo, 125.b
Odoricus in oppido Zathon ſanctorum martyrum oſſa honorificè condidit.lib.1.125.b
Officium de Trinitate approbatum ab eccleſia compoſitum à Ioanne Pechano in proteſtationem ſuæ fidei.lib. 1.117.a
Olandia ab Vgonottis capta. lib.2.197.b
Oliuerius Mayllardus natione britannus. libro tertio, 330.b
Omnia loca illuſtrabat B.Franciſcus doctrina pariter, & miraculis. lib.1.36.a
Opera hominis non penſantur iuxta hominum æſtimationem,ſed iuxta diuinum beneplacitum,libro primo. 64.a
Opinio varia tyranni in quinque martyres Ordinis Minorum lib.1.70.a
Opuſcula laude digna Aegidij, quamuis idiota eſſet. lib. 1.63.a
Oracula B. Franc. quibus plurimos ad fidem Chriſti inſtruebat.lib.2.174.a
Oracula B.Fran.& alijs quibuſdam nunciata, quod ordo eius vexaretur. lib.2.173.b
Oratio frequens B.Fran.lib.1.31.b
Orationis vis,& natura. lib.1.65.a
Oratorium ſingulare in caſtro Alenquerij Dominæ Sanctiæ.lib.1.69.a
Ordo S. Franciſci eſt via ad promerendam vitam æternam. lib.1.101.a
Ordo Seraphicus Frugifer in eccleſia. lib.2.202.a
Ortus B.Franc.lib.1.13.b
Ortus D. Antonij Patauini.lib.1.77.b
Oſualdus Laſco Saxo ſcriptor.lib.3.330.b
Oſſium B.Bonauenturæ. lib.1.94.a
Otho in ciuitate Alberſtader.lib.1.126.b
Othonis martyris firma conſtantia, & in tyrannum obiurgatio intrepida. lib.1.71.a
Othonis Sacerdotis adhortatio ad martyrium. libro primo, 71.b
Otho Tula miraculis clarus. lib.1.126 a
Ouis à B. Franciſco præcipuo amore dilecta ſine alicuius informatione flectebat genua, & ante Euchariſtiam flexis curuabatur poplitibus.lib.1.28.b

P.

PACIFICA Aſſiſias impetrauit aquam à Deo in oppido Hiſpelli tum ſiti laboraret.lib.1.141.a
Pacifica Aſſiſias.lib.1.140.b
Pacifici conuerſio ad ordinem B.Franciſci,& modus.lib. 1.20.b
Pacificus Picens meruit videre ſignum Tau in fronte S.Fran.lib.1.126.a
Pacificus Picens Poeta inſignis.lib.1.126.a
Paduani à duro Eccelini iugo liberati meritis B. Antonij. lib.1.83.b
Paduanus de Graſſis ſcriptor. lib.3.330.b
Paduæ Capitulum. lib.2.239.b
Paduæ Capitulum, quo tempore periculoſum fuit ſciſma. lib.2.243.a
Paduæ Capitulum vbi fuerunt multæ Conſtitutiones à patribus conditæ.lib.2.240.a
Paduæ,& Romæ in Lateranenſi viſitur.B. Antonij Patauini Effigies.lib.1.77.b
Paleologi Græcorum Imperatoris reſponſio ad Gregor. x.lib.2.183.a
Palliolum B.Franciſci, & infula cum qua cantauit primum Euangelium Florentiæ aſſeruantur. libro primo, 137.b
Panegyris in laudem Sixti V.lib.2.255.b
Panem eleemoſinæ panem Angelorum appellabat B. Franciſcus.lib.1.26.b
Panis diuinitus oblatus Franciſco: & socijs eius in itinere feſſis.lib.1.19.b
Parentes D. Antonij Patauini.lib.1.77.b
Pariſijs celebratum Capitulum anno 1266. vbi ceptum eſt haberi varias diſputationes. lib. 2.239 a
Pariſijs vbi facta eſt noua ſtatutorum compilatio. lib. 2. 240.b
Pariſius vbi Ioannes Petrus reuocauit quod dixerat. lib. 2.239.b
Paſchalis epiſtola de martyrio quorundam fratrum.lib. 2.241.b
Paſtor Albernatus Narbonenſis Cardinalis. libro ſecundo, 221.b
Patientiæ virtus. lib.1.64. b
Patrem renunciauit B. Franciſ.lib.1.16.b
Patres abijciebant terrena, vt diuinis vacarent.libro primo, 9.b.
Patritius Machinace Epiſcopus Ardacadenſis. libro 2. 234.b
Paula de Mazanachis Bononienſis.libro primo, 141.a
Paula Fulginas in Monaſterio Euchariſtiæ Fulginei floruit.lib.1.141.a
Paula Mantuana.lib.1.141.a
Pauli iij.Pont.Max. Diploma circa vſum rerum conceſſum Minoribus Conuent.lib.12.152.a
Paulus Amaltheus.lib.3.330.b
Et eius nominis ſcriptores ibidem.
Paulinus doctor, quidam inſignis ibidem.
Paulini Trincij obitus.lib.2.154.b
Paulino Trincio cõmittitur cura 15.locorum. libro ſecundo, 189. b
Paulinus Trincius.lib.2.154.a
Paulinus Trincius præfulſit ſpiritu prophetiæ. libro 2, 154 a.

Paulus Clodienſis inter primores Fratres Capuccinorum annumeratur. lib.2. 158.a
Paulus Epiſcopus Collocenſis, lib.2. 233.b
Paulus Guardianus Ancone fraternæ dignitatis inuidus, lib.2.180.b
Paulus Piſſotus, lib.2.199.a
Paulus Spoletinus, lib.1.126.b
Pauperiem percupiens Franciſcus vniuerſa diſperſit. libro 1.25.b
Paupertatem Ordinis ſui fundamentum, cui omnis ſtructura Religionis innititur, dicebat Franciſcus. libro primo, 26.a
Paupertatem pro ſuis delicijs ſibi, & ſuis elegit Franc. lib.1. 6.b
Paupertatem veram ſyncerè ſectantes ſuſcipiendi ſunt. lib.2. 152.a
Paupertatis excellentia commendatur. libro primo, folio 20.b
Paupertatis gradus triplex. lib.2. 151.a
Paupertatis ſtadium B.Franciſci, quo in magalijs aſperam vitam ducebat. lib.1.26.b
Peccator ieiunare poteſt, orare, & plangere, ſed non poteſt quandiu peccator eſt Domino ſuo eſſe fidelis. libro primo, 24.a
Peccatum contra animam quid. lib.2.167.b
Pectus ſtatuæ, & brachia quid præſeferant. libro ſecundo, 172. b
Pecunia prohibetur Minoribus quo ad affectum. lib. ſecundo, 151.b
Pecunia velut Diabolus, & coluber venenoſus. libro primo, 26.a
Peregrinorum lex eſt ſub alieno colligi tecto, libro primo, 26. a
Peregrinorum lex quæ ſit. lib.2. 175.b
Pelegrinus à Falerono, lib.1. 126.b
Pelegrinus Bononienſis, lib. 2. 266. b
Pœna triplex recipientis ad Ordinem infra annum probationis. lib.2. 166.a
Perfecta Chriſti imitatione obtinuit B. Franc. ſcripturarum intelligentiam, lib.1. 39.b
Perfectio duplex viæ, & patriæ, & vnde ortum habet. lib.1.58.b
Perfectio obſeruantiæ Regulæ in duobus conſiſtit. libro ſecundo, 164.b
Pernicioſa, & hæretica ſeditio excitata contra Minores. lib.2. 297.a
Peroratio de vita, & geſtis Beatorum. libro primo, folio 130.b
Peruſii Capitulum, vbi terminata eſt quæſtio de eminentia paupertatis. lib.2. 240.a
Peruſii Capitulum generaliſſimum. libro ſecundo, fol. 244. b
Perynus Cutronij, lib.2. 279.a
Peſtilentia ingens Senarum vrbem inuaſit. libro primo, fol.87. b
Peregrinus Bononienſis ſcriptor, lib.3.332.a
Petri nomine ſcriptores, lib.3. 331.a
Petri Boni Minoribus crudelis, exemplum. libro ſecundo, 178. b
Petri Ioannis æmuli, lib.2. 184.a
Petri Pectinarii dicta notatu digna. libro primo, folio 146. b
Petri Riarii Cardinalis eruditio, & liberalitas. libro ſecundo, 226.a
Petri Riarii obitus, & epitaphium. lib.2. 226.a
Petri Riarii Saonenſis Card. effigies, & inſignia. lib.2. 225.a, & b
Petrus à Monticulo in loco Siroli. libro primo, 126. b
Petrus à Monte Vlmi, lib.1.126.b
Petrus à Valliano Camerini, lib.1. 126.b
Petrus Antonius Camillus Generalis. libro ſecundo, 197. b
Petrus à Sancto Andrea, & eius tunica. libro primo, 126. b
Petrus Bernardoni chariſſimus parens Beati Franciſci, lib.1. 1.a
Petrus Cataneus à Beato Franciſco increpatus propter magnificentiam ſtructuræ loci S.Mariæ de Angelis. lib.2. 252.a
Petrus Cataneus Aſsiſias ſuſcepit habitum S.Franciſci, cùm eſſet primo canonicus cathedralis Eccleſiæ. libro primo, 61.a
Petrus Cataneus inſtituitur Generalis à Beato Patre Franciſco.
Petrus Cataneus peregrinationis B.Franciſci comes indiuiduus, lib.1. 61.b
Petrus Cataneus puritatis amator vitia omnia perpellebat. lib.1. 61.a
Petrus Cataneus quomodo veſtigiis B.Franciſci adhæſit. lib.1.58.a
Petrus Comes de Fuxo Gallus, lib.2. 225.a
Petrus de Archagnano, lib.1.126.b
Petrus de Ayala Epiſcopus Compoſtellanus. libro 2. ſecundo, 224.b
Petrus de Biſquariis Epiſcopus Nicopolitanus, & ſuffr. Belluacenſis, lib.2. 233.b
Petrus de Caſſana Epiſcopus Rubenenſis. libro ſecundo, 233.b
Petrus de Comitibus Card. lib.2. 226.b
Petrus de Conzano Generalis, lib.2. 189.b
Petrus de Corbario fit Antipapa. lib.2.205.b
Petrus de Maldonado Epiſcopus Miridonienſis. libro 2. 235. a
Petrus de Trano, lib.1.127.a. miracula ibi.
Petrus de Vrrea Epiſcopus Dulcinenſis. libro ſecundo, 234. a
Petrus Fugetus Epiſcopus Kercenenſis, & ſuffrag. Suxitanea. lib.2.234.a
Petrus Maceratenſis vir inſignis ex Armenia rediens in Piceno locum obtinere non potuit. libro ſecundo, 180. b
Petrus Mainardus Epiſcopus Sbronenſis, & ſuffr. Foroiulienſis. lib.2.234.a
Petrus Nicola factor Valentinus Hiſpanus, libro primo, 128. a
Petrus Parthenopæus, lib.2. 200.b
Petrus Paulus Caporellus Epiſcopus Crotonenſis. libro ſecundo, 234.b
Petrus Pectinarius, lib.1.... b
Petrus Peto Card. legatus in Anglia. lib.2. 234.b
Petrus Philaretus, Card. lib.2. 224.b
Petrus Philaretus qua ope literas adeptus ſit. lib. ſecundo, 224. b
Petrus Raguſſus Epiſcopus Rouanenſis, & ſuffr. Andegauenſis, lib.2.235.a
Petrus Regalado Vincianus, lib.2. 154.b
Petrus Romanus inter Saracenos. lib.1. 146.b
Petrus Iacobi Aragonis, lib.2. 213.b

Petrus

Petrus Petius Anglicus Cardinalis. libro ſecundo, folio 230. b
Petrus Roſa monachus efficitur vtpotè nimis perfidè reliquias Sanctorum contingens. libro primo, 72. a
Petrus Rodulphius Toſsinianenſis auctor præſentis operis, eius effigies & vita, lib. 3. 333. a
Petrus Vallosemus, & Petrus Santoys reduxerunt Hiſpaniam ad obedientiam. lib. 2. 285. b
Petrus della Torre Epiſcopus del Rio de la plata. lib. 2. 234. b
Petrus Villacretius natione Hiſpanus prouinciæ Caſtellæ Magiſter. lib. 2. 154. b
Petrus Ioannis Oliui de Bituris ſcriptor inſignis, & eius encomium, lib. 3. 331. a
Pellerti effigies, & eulogium. ibid. b
Phiippi nomine ſcriptores, lib. 3. 333. a
Philippæ Aſsiſiatis, & Florentinæ vita. libro primo, 141. a
Philippi Aquerij miracula, lib. 1. 127. b
Philippi Aquilani effigies, lib. 1. 127. b
Philippi de Peruſio epiſtola ad Conſaluum Generalē, lib. ſecundo, 231. a
Philippi Porcacij Generalis ſumma eruditio. libro ſecundo, 195. b
Philippi Porcacij obitus, & epitaphium. libro ſecundo, 195. b
Philippus Aſsiſias martyr, lib. 1. 127. b
Philippus de Anglettis Epiſcopus Nibrenſis. libro ſecundo, 235. a
Philippus de Aquerijs, lib. 1. 127. b
Philippus laicus à Monte Ilcino, lib. 1. 127. b
Philippus Longus vir clarus miraculis, & viſitator pauperum Dominarum, lib. 1. 67. a
Philippus Porcacius Generalis à Iulio II. ad ardua pro ſide Ortodoxa vocatus. lib. 2. 195. b
Philippus Porcacius Generalis, lib. 2. 195. b
Pia Beati Franciſci exhortatio ad Fratres ſuos, lib. ſecundo, 161. b
Pia exhortatio ad reformatos, lib. 2. 152. a
Pia oratio B. Antonij de Roſate, lib. 1. 76. a
Pia precatio D. Antonij Pat auini, lib. 1. 78. a
Pica mater chariſsima B. Franciſci, lib. 1. pag. 1. a
Pietas Beati Franciſci indicibilis erga Chriſti matrem. lib. 1. 30. a
Pietas B. Franciſci quanta, lib. 1. 29. b
Pij V. mandato congregatum eſt Romæ generale Capitulum. lib. 2. 197. a
Piſces ad prædicationem Diui Antonij commoti capita ſubmittebant, lib. 1. 80. a
Piſcis in lacum repoſitus à D. Franciſco, lib. 1. 28. b
Piſis celebratur Capitulum, vbi fit quædam inſtitutio à D. Bonauentura, lib. 2. 239. a
Pius Quintus, & Sixtus itidem V. a primis inſtitutoribus non degeneres, lib. 1. 22. b
Pius Quintus ſubieci Fratres Tertiarios obedientię Generalis de familia, à qua certis de cauſis Sixtus V. exemit. lib. 2. 152. b
Pius Quintus tentauit deducere familiam Sancti Franciſci ad frugalitatem, atque obſeruantiam. libro ſecundo, 151. a
Pontifices approbantes Regulam Sancti Franciſci. libro ſecundo 162. a
Pontius Carbonellus, libro primo, 128. a. & libro tertio, 333. a.
Populi concepta diuotione Beati Franciſci ad eum confluebant ſicut apes ad aluearia. lib. 1. 8. b
Populorum concurſus in obitu Beati Odorici. libro primo, 126. a
Prati, lib. 2. 261. a
Præcepta eminentia ſunt octo. lib. 2. 162. a
Præcipui obſeruatores Reformationis in prouincia Luſitaniæ, lib. 2. 154. b
Præclara & inſignia quędam miracula ad inuocationem B. Franc. lib. 1. 46. a
Præco Euangelij Romanæ Eccleſiæ fidem commendauit. lib. 1. 39. b
Præconia ſociorum B. Franciſci, lib. 1. 68. a
Prædicator, qui non quærit ſalutem animarum deflendus. lib. 1. 27. b
Prædicatorum ſententia circa determinationem ſanguinis Chriſti. lib. 1. 108. b
Prædictio cuiuſdam Eremitæ in concione de inundatione Neapolis. lib. 2. 241. a
Prælatus rarò per obedientiam præcipere debet. libro ſecundo, 175. a
Prærogatiuę ſociorum B. Franciſci, lib. 1. 57. a
Præter duodecim diſcipulos B. Fran. habuit 72. diſcipulos exemplo Chriſti, lib. 1. 68. a
Presbyter per merita Beati Franciſci à mortis periculo liberatur. lib. 1. 45. a
Prima nouę familię ſemina, lib. 2. 154. b
Primum Capitulum generale, vbi interfuerunt quinque millia Fratrum. lib. 2. 237. a
Prioratus Galeatij de Glaſſiano applicatus Conuentui S. Franciſci, lib. 2. 272. b
Priuilegia à Sede Apoſtolica derogare puritati Regulæ dicebat Perrinus. lib. 2. 151. a
Priuilegia, quibus Summi Pontifices Franciſcanum Ordinem cumularunt. lib. 2. 170. b
Priuilegium ingens Sixti IIII. lib. 2. 172. a
Proceſsio de nomine Ieſu Romę tempore Capiſtrani. libro primo, 114. a
Proceſsio ſolennis à Leo Sanctę Marię de Angelis Peruſiam vſque vbi celebratur Generale Capitulum. libro ſecundo, 193. a
Proceſſus pro canonizatione B. Bernardini Senenſis. lib. primo, 90. b
Profeſſus tacitus non poteſt redire ad ſeculum. libro ſecundo, 166. b
Promptè, libentiq; animo paterna abnuens hæreditati, omnia pro Chriſto renunciauit. lib. 1. 16. a
Pronomina meum, & tuum, ſuſcitant faces inuidiæ. libro 2. 151. a
Prophetiæ ſpiritus Antonij Dyrrachini. lib. 1. 76. b
Prophetiæ ſpiritus Diui Antonij Patauini. libro primo, fol. 79. b
Proprietas non vſus prohibetur Minoribus, cùm dicat Regula, Nihil ſibi approprient, non dicit, Nihil vtantur. lib. 2. 151. b
Protectores Ordinis inſtituendos mandat B. Franc. lib. ſecundo, 231. a
Protector, in quibus debet ſe ingerere ex decreto Gregorii XI. lib. 2. 231. b
Protector Ordinis eſt Legatus, & eius prælatio eſt in genere legationis. lib. 2. 251. a
Protector Ordinis in tribus poteſt ſe ingerere. libro ſecundo, 168. a
Protectorum Ordinis nomina. lib. 2. 232. a

Prouinciarum diuiſio limitata tempore Haymonis Anglici Generalis, lib.2. 178.a
Prouincia Sancti Angeli, lib.2. 278.a
Prouincia Burgundiæ, ibidem.
Prouincia Hungariæ, & ſua loca. libro ſecundo, folio 293.b
Prouincia Boemiæ, ibidem.
Prouincia Marchiæ Anconitanæ. libro ſecundo, folio 255.b
Prouincia Datiæ, & ſua loca. libro ſecundo, folio 289.a
Prouincia Tuſciæ, lib.2. 260.b
Prouincia Calabriæ, lib.2. 278.b
Prouincia Hyberniæ, lib.2. 289.a
Prouincia Prouenciæ, lib.2. 286.a
Prouincia Coloniæ, & ſua loca. libro ſecundo, folio 289.b
Prouincia Saxoniæ, lib.2. 291.a
Prouincia Argentinæ, ſiue Alemaniæ ſuperioris, libro ſecundo, 290.a
Prouincia Caſtellæ, lib.2. 284.a
Prouincia Terralaboris olim Campania dicta. libro ſecundo, 275.a
Prouincia Mediolani, lib.2. 272.b
Prouincia S.Bernardini, lib.2. 276.b
Prouincia Terræ ſanctæ illuſtris prædicatione S. Franciſci. lib.2. 282.b
Prouincia Romaniæ, lib.2. 282.b
Prouincia Poloniæ, lib.2. 291.b
Prouincia Genuæ, lib.2. 273.b
Prouincia Aragoniæ, lib.2. 284.b
Prouincia S.Iacobi, lib.2. 283.a
Prouincia Romana, lib.2. 257.b
Prouincia Turoniæ, lib.2. 287.a
Prouincia Siciliæ, lib.2. 279.b
Prouincia Dalmatiæ, lib.2. 274.b
Prouincia Sancti Nicolai, lib.2. 278.a
Prouincia Bononiæ, lib.2. 265.a
Prouincia Angliæ, lib.2. 288.b
Prouincia Auſtriæ, lib.2. 293.a
Prouincia Aquitaniæ, lib.2. 285.b
Prouincia Franciæ, lib.2. 287.b
Puella redit ad vitam innocatione nominis B. Franciſci. lib.1. 44.a
Puer mortuus deuotis precibus à Domino ſuſcitatur. libro 1. 44.a
Puerorum laus, & præconia in B.Ioannem Parmenſem. lib.1. 116.b
Puer ſoſpitati redditus meritis Beati Franciſci. lib. primo, 44.b
Puer ſubmerſus in Vulturno amne per meritos B. Franciſci vita reſtituitur. lib.1. 44.a
Pulchra ſimilitudine declaratur excellentia virtutum Bernardi Quintanalle. lib.1. 59.a

Q

QVADRAGESIMAM Sancti Michaelis Archangeli ieiunans B. Franc. nimia quadam dulcedine ſuperinfunditur. lib.1. 17.a
Quadraginta miracula, quæ vitam & obitum Beatæ Humilianæ conſecuta ſunt. libro primo, [illegible].a
Qua ætate obijt Beatus Antonius Paduanus. libro primo, 82.a
Qualis debet eſſe Generalis præfectus in vita, & qualis in moribus. lib.2. 158.b
Quanta virtutis, & munditiæ fuerit Beatus Franciſcus. lib.1. 23.a
Quanto quis fuerit repletus virtutibus eo magis infeſtatur à vitijs. lib.1. 65.a
Qua ratione reſiſtendum ſit Diabolo Chriſti, & Sanctorum eius exemplo. lib.2. 297.b
Quantum homo eſt in oculis Dei tantum eſt, & non plus. lib.1. 23.b
Qua occaſione Ioannes Parens, lib.2. 176.b
Qua occaſione Sanctus Antonius Patauinus ingreſſus eſt Ordinem Seraphicum. lib.1. 77.b
Quatuor Fratres combuſti aſſerentes Regulam Sancti Franciſci eſſe idem quod Euangelium Chriſti. libro ſecundo, 181.b
Quatuor Religionis prærogatiuæ reuelatæ B. Franciſco ab Angelo. lib.1. 8.b
Quercus manu Diui Bernardini complantata. libro ſecundo, 273.a
Quæ ſcientia vtilis, & quæ inutilis. lib.1. 65.b
Quæſitis oſtiatim eleemoſinis libentius vtebatur Franc. quam oblatis, lib.1. 26.b
Quæſtionum variarum ambiguitates diſſoluebat Beatus Franciſcus quamuis humanæ ſcientiæ expers. libro primo, 33.b
Quidam Fratres miſſi ad placandum Regem Tartarorum. lib.2. 178.b
Quidam inuocans Sanctum Franciſcum ſanatur. lib. primo, 41.a
Quid facere debet homo vt ſaluetur. libro primo, 63.b
Quilibet laborare debet pro viribus vt acquirat vitam æternam, lib.1. 65.a
Qui neſcit orare non cognoſcit Deum. libro primo, folio 65.a
Quinque Martyres Maomethis legem damnantes varijs tormentis adiudicantur. lib.1. 69.b
Quinque Martyres mittuntur Marochium, & morti adiudicantur. lib.1. 69.b
Quinque Martyrum mutua ad martyrium cohortatio. lib.1. 70.a
Quinque Martyrum Seraphici Ordinis mira fiducia. libro 1. 70.b
Qui vult bene videre, eruat ſibi oculos. libro primo, folio 65.b
Qui vult eſſe diues ſit pauper. lib.1. 65.b
Quo in loco D.Bonauentura accepit pileum. lib.2. 216.a
Quomodo, & qua ratione Clerus Romanus deſciuit à communione Anaſtaſij, lib.2. 185.a
Quomodo multi Fratres diuiſi ſunt intus, & extra. lib.2 173.a.
Quorundam modica ſobrietas in carpendis, detrahendisq; proximis. lib.1. 113.b
Quos fructus tulit Regula B.Franc. lib.1. 10.b

R

RAPHAEL Alexandrinus Epiſcopus Sarſinaton. li. 2. 234.a
Raphael Suninus Theologus & ſcriptor, lib.3 333.a
Rapiebatur Aegidius à terra, lib.1. 18.a

Raptus Aegidij, & extaſis, qua ſæpe eleuabatur. libro primo, 62. b
Raptus Bernardi Quintanalle. lib.1.59.b
Raymundi nomine ſcriptores. lib.3. 333. a
Raymundi Gratiani obitus, & Epitaphium. libro ſecundo, 195. b
Raymundus de Burgo Epiſcopus Imolacenſis. libro ſecundo, 234.b
Raymundus ex Prouincia. lib.1.128. a
Raymundus Ganfredus Generalis electus eſt Epiſcopus Paduæ, quamuis abnuerit. libro ſecundo, fol. 185. a
Raymundus Ganſredus Generalis. lib.2. 184.b
Raymundi Lullij ars inuentiua, lib.3.311.a
Eiuſdem de quinta eſſentia, lib.eod. 328.a
Raynaldi Generalis vera effigies. libro ſecundo, folio 195. a
Raynaldus Gratianus à Iulio II. Pont. Max. habitus in pretio. lib.2. 195. b
Raynaldus Reatinus, à cuius corpore ſudor emanauit. lib.1. 128. b
Raynaldus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis, libro ſecundo, 222. b
Raynaldus Gratianus Generalis. lib.2.195.b
Raynaldus Gratianus Generalis plures Conuentus in Gallus & Hiſpanys recuperauit. lib.2.195. b
Raynerij profeſſione laici vita, & miracula. libro primo, 128. a
Raynerius Confeſſarius Beati Franciſci. libro primo, folio 100. b
Beati Capitulum, lib.2. 239.b
Recipere pecuniam per interemptam perſonam quid. libro 2. 166. b
Reformati de familia vbi initium capiunt. libro ſecundo, 152. b
Reformati facultatem obtinent tranſeundi ad infideles. lib.2. 181.a
Reformati fortunis omnib. euerſis perniciem patiuntur. lib.2. 181.a
Reformati Narbonæ à ciuibus gaudenter excepti. lib. ſecundo, 181. b
Reformatio propagata in partibus Luſitaniæ. libro ſecundo, 154. b
Reformatorum familia cœpit gubernari per ſuos Vicarios ex decreto Concilij Conſtantienſis. libro ſecundo, 153. a
Reformatorum initium, & augumentum in partibus Italiæ. lib.2. 154. a
Reformatorum loca duodecim in prouincia Turoniæ. libro 2. 153. a
Reges, & Imperatores, qui depoſitis eorum coronis Seraphicum habitum ſumpſerunt. libro ſecundo, folio 211. a
Regia ciuilitatis quod, & quale opus ſit. libro ſecundo, 150. b
Regina Cypri Aſſiſii condita. lib.2. 249.b
Reginaldus Rothomagenſis Cardinalis, lib.2. 200. a. & lib. 3. 333. b
Regis Marochij peruerſa audacia, lib.1. 69.a
Regula B. Franciſci in duodecim capita aptè diuiſa eſt. lib.2. 163.b
Regula Sancti Franciſci in multis miſericorditer fuit diſpenſata à Summis Pontificibus, lib.2. 151.a
Regula Beati Franciſci verbis ſimplicibus ab eodem conſcripta, libro primo, 18. b
Regula B. Franciſci data eſt per reuelationem Spiritus ſancti. lib.2.161. a
Regula eccleſiaſtica ſine Summi Pontificis approbatione obſeruari non debet. lib.2.150.a
Regulæ, & exempla ad cauendas Diaboli inſidias. lib. ſecundo, 298.a
Regulæ quam tradidit B. Franc. apta diuiſio. lib. ſecundo, 162. a
Regulæ Beati Franciſci encomia. libro ſecundo, 161. a
Regulam ſuam B. Franciſcus viſione quadam inſigni redigit in compendium in monte ieiunans. libro primo, 21. a
Regulas tres varijs temporibus contexuit B. P. Franciſcus. lib.2. 161.a
Regulam ſuam miro modo deſcribit B.Franciſcus. libro primo, 21. a
Regula nulla eſt niſi confirmetur à Domino Papa. libro ſecundo, 150.b
Regula Sancti Franciſci diuiditur in quatuor partes. libro 2.162.a
Regula vnde nomen accepit, lib.2.163.b
Religionis nomen celebre penes quaſcunque nationes. libro 1. 7. a
Religio bonum magnum eſt. lib.1.66.a
Religio ſine protectore eſt ſicut nauis ſine remige. libro ſecundo, 231.a
Religio eſt vita Angelica, & deſertus Chriſti. libro primo, 7. a
Religio Minorum verè miſſa à Deo, libro primo, folio 66. a
Religio ſuffocatur in poſſeſſione pecuniæ, libro ſecundo, 151. a
Religio vnde dicta iuxta B. Auguſtini ſententiam, lib. ſecundo, 161. b
Religionis Franciſcanæ exorientis initium, libro ſecundo, 172. b
Religioſus obediens eſt veluti homo bene armatus. lib. primo, 66. a
Remedia contra tentamenta carnis, libro primo, folio 119. a
Remedium contra tabidem luem. libro ſecundo, folio 262. a
Renacanata locus Capuccinorum, vbi eorum inſtitutio initium accepit. lib.2. 158.a
Renuncians mundo timore pœnæ ſimilis eſt thuri quod in principio ſpirat bonum odorem, deinde in fumum euaporat. lib.1.69. b
Res miranda de humo tenaci. lib.2. 260. a
Reuelatio B. Pacifici de glorificatione Sancti Franciſci. lib.2. 175. a
Reuelatio facta à Beato Franciſco cuidam obſeſſo de futura inſtitutione Tertij Ordinis. libro ſecundo, folio 152. a
Reuelatio facta Beato Franciſco de eius Ordine. libro primo, 59. a
Reuelationes præcipuę quibus intellectus B. Amadei fuit colluſtratus, lib.2.156.b
Reuerendiſſimus Dominus Felix Cardinalis de Monte Alto fuit tranſlatus ad Eccleſiam Firmanam. libro ſecundo, 235. a
Reynerius Lintris cum alijs occiditur pro Chriſto. libro ſecundo, 297. a
Ricardi nomine ſcriptores, lib. 3. 333. b

Ricardus Epiſcopus Armalech. lib.1. 128. b
Ricardus Gama Epiſcopus Tyberiadenſis, & ſuffrag. Dublinenſis. lib.2. 234.a
Ricardus Logan Epiſcopus Claenenſis, & Loanenſis. libro 2. 234. a
Ricardus Mediauillanus inſtitutor Sancti Ludouici, lib. primo, 121.a
Roberti nomine ſcriptores, lib.3. 333. b
Roberto Caracciolo à Licio ſcribit Sixtus Quartus, libro tertiò, 333. b
Robertus Malateſta, lib.2.269.a
Robertus Hieruſalem & Siciliæ Rex.lib. 2.114. a
Rodulphus Anglicus floruit tempore Fratris Heliæ, libro 2. 177. b
Rodulphi nomine ſcriptores, lib.3.333.b
Rodulphus Pius Carpenſis protector, libro ſecundo, 237. a
Rodulphus Tizzon Epiſcopus Termopolienſis, & ſuffr. Xancorienſis, lib.2.234.b
Rogerij nomine ſcriptores, lib.3.333.b
Rolandinus Florentinus, cui apparuit radius Solis. lib. primo, 128.b
Romæ generaliſſimum Capitulum, vbi facta eſt ſub Leone corporis noſtri diuiſio.lib. 2.244.b
Romæ Capitulum, quo tempore multa acciderunt. lib.2. 244. a
Romæ ſub Pio Quinto tractata eſt impensè vnio Conuentualium cum Fratribus de Obſeruantia, ſed fruſtra. lib.2. 197. b
Roricus de Vuitthen ſcriptor, lib.3. 333.b
Roſa Viterbienſis, lib.1.143.a
Roſæ Viterbienſi lingua reſtituitur. lib. 1.143.a
Roſæ Viterbienſis præclara miracula, lib.1.143.b
Rothomagum præclara Aquitaniæ vrbs. libro primo, 96. b
Rufini acerba tentatio de Beato Franciſco, lib. primo, 129. a
Rufinus Ciſtercienſis iecit primarium lapidem in loco Panormi. lib.2. 281.b
Rufinus Luparus celebris, lib.2. 270.a
Rufinus Lupatus de Padua, libro 2. 233.a. & libro 3. 333. b
Rufinus Sipij Aſſiſias Beatæ Claræ conſanguineus, lib. primo, 129.a
Rufinus tentatus de diuina prædeſtinatione. lib. primo, 129. a
Rugerius ex prouincia Prouenciæ diuinis oraculis illuſtratus. lib.1.129.a
Rugerius Guarrini obtinuit locum Syon q. Sepulchri à Sulthano Aegypti. lib.2.189.a
Rugerius verè ſanctus dictus, lib.1. 128.b
Ruſſinone, vbi inhibetur Prouinciales à multitudine Conſtitutionum, lib.2.240.b

S

SABBATINVS ſocius Beati Franciſci. lib.1.66.b
Sacellum à Rege Luſitaniæ conditum, vbi Sanctorum quinque Martyrum reliquiæ ſumma veneratione aſſeruantur. lib.1.72. a
Sacerdotium maxima dignitas, lib.2. 174.a
Saccus quid portendat, lib. 2.173. a
Sa[illegible] reliquiæ, quæ conſeruantur in æde Sancti Franciſci, libro ſecundo, 250. a
Sagitta è cælo diuinitus delapſa, vnde felix victoria ſubſecuta eſt. lib.1. 113.a
Sagrianus Aragonus, lib.1.129.a
Sal cum pane ſatis eſt monacho ad omne condimentum. lib.2.169.a
Salimbenus de Salimbenis ſcriptor, lib.3.334. a
Salomea Chriſtiana doctrina informata, multa de diuinis ſcripturis interpretabatur. lib.1. 141. a
Salomea Craconiæ, & Sandomiriæ Ducis filia. lib. primo, 141. a
Salomea in Regno Galatiæ in Ruſſia annos quinque de viginti regnauit, lib.1.141.b
Salomea perpetuam caſtitatem ſeruauit. libro primo, 141. a
Salomea ſupprimens mundana faſtigia, orationibus aſſiduè vacabat. lib.1.141. b
Salomea triplici cilicio vtebatur ad edomandam carnem, lib.1. 141.b
Salomeæ conſtantia, & ſumma in aduerſis patientia. lib.1.142.a
Saluator Bartolacius ſcriptor, lib.3. 334.a
Samuel Caſsinenſis ſcriptor, lib.3.334.a
Sanctæ Mariæ Fratrum, qui & Serui dicuntur. libro ſecundo, 149.a
Sanctes, qui iacet in oppido Montis Barocij. libro primo, 129. a
Sanctes Bonacordes, lib.3.334.a
Sanctia perilluſtris fœmina obijt Neapoli condita in eccleſia S. Crucis, lib.1.142.b
Sanctiæ perilluſtris fœminæ ſingularis conſtantia. libro primo, 69.a
Sancti multa paſſi ſunt in curandis ægris. libro primo, fol. 49. a
Sancti optimè cognoſcunt res noſtras. lib.1. 53.a
Sanctorum Martyrum mira fidei conſtantia. libro primo, 67. b
Sanctorum reliquiæ, quæ aſſeruantur in ſacro Aluernæ monte. lib.2. 264.b
Sanctorum reliquiæ, quæ aſſeruantur in Sacrario Conuentus Paduæ. lib.2, 270. a
Sanctorum virorum conſtantia, & martyrij firmitas. lib.1. 124.a
Sanguis Chriſti duplex, radicalis, & nutrimentalis. libro 1. 108. b
Sanguis Chriſti in triduo an fuerit priuatus hypoſtatica vnione. lib.1. 108.a
Sanguis Chriſti in triduo ſeparatus, an fuerit dignus cultu latriæ. lib.1. 108. a
Sanguis Chriſti ſeparatus reperitur multis in locis. lib. primo, 108. b
Sanſon Generalis portam eccleſiæ inferioris porticus egregie exornauit. lib. 2.249.b
Santiſlaus altæ contemplationis vir. libro primo, folio 129. b
Saphicum carmen, quo declaratur ſingularis dilectio Chriſti in B. Franc. lib. 2. 264.a
Sarezanæ nobili Hetruriæ oppido conſpicitur effigies ad viuum expreſſa B. Fran. lib.1. 4.b
Saracenus offert Fratribus euntibus ad infidelium partes pecuniam pro victu ſumma largitate. libro primo, 20. b
Sathan omni tempore ſuſcitauit miniſtros ſuos. lib. primo, 69. a

Saxum

axum appenſum in fidem ingentis miraculi à B. Franc. libro 1.45.b
Scriptores vitæ, & miraculorum D. Antonij Patauini. lib.1.83.a
Scripturas intelligebat B.Franciſcus a Deo edoctus. lib. 1.3[illegible].a
Scytharum immanis feritas in Chriſtianos. libro 1. 71.a
Sebaſtianus populus ſcriptor.lib.3.334.a
Secunda Dominica Iulij eſt dies ſolemnis D.Bonauentu ræ.lib.1.97.b
Secundæ Eccleſiæ Aſſiſij deſcriptio.lib.2.248.b
Secundi ordinis approbatio per Alexandrum iiij. & Innoc.tertium..lib.1.132.a
Secundi ordinis inſtitutio à B.Franciſco.lib.1.132.a
Seges Franciſcana plurimis deturbata incommodis, libro 2.177.b
Semper prouidit Deus miſericorditer de aliquibus obſeruatoribus Regulæ S.Fran.lib.2.182.a
Senectutis incommoda, quæ varia ſunt, & multa. libro 190.a
Senis Capitulum.lib.2.245.a
Separatio fratrum de familia à Conuentualibus per Eugenium iiij.Pont.Max.lib.2.153.a
Septem apparitiones S.Crucis B.Fran. oſtenſæ. libro 1. 38.b
Septem Epiſcopi de Indulgentia S. Mariæ de Angelis tate.lib.2.251.b
Septem martyres ardore charitatis accenſi vlterius dilationem non patiuntur.lib.1.74.b
Septem martyres coram Arbaldo Rege magna animi firmitate conſiſtunt.lib.1.74.b
Septem martyres in publicum progreſſi Chriſti fidem palam prædicant Mahomethis ſectam damnantes. lib.1. 74.b
Septem martyres ſuſcepto conſilio, propoſitaque ratione martyrij deſiderio flagrant.lib.1.74.a
Septem martyrum corpora traduntur decenti ſepulturæ, ne inhumata maneant.lib.1.75.a
Septem martyrum vehemens feruor.lib.1.74.a
Sepulchrum Sybillæ Libycæ.lib.2.281.b
Sequens ſomnia ſimilis eſt curuati per vmbram.lib. 1. 67.b
Seraphica Religio nil magis antiquum habuit quam paupertatem.lib.2.151.a
Seraphica Religio quantæ ſit perfectionis.lib.2.161.b
Seraphicæ Religionis encomia.lib.1.8.a
Seraphicus dictus eſt à Seraphin i. ab ardore .libro 1. 11.b
Seraphina Columnenſis. lib. 1.143.
Seraphin apparuit B. Franciſco, & quare. libro primo, 11.b
Seraphin è Cœlo delapſus in corde B.Franciſci mirabilem excitauit ardorem lib.1.37.b
Seraphini nomine ſcriptores.lib.3.334.a
Seraphini Regij temerarius error de nomine Conuentualium.lib.2.149.a
S[illegible] ſanctus ſcriptor.lib.3.334.a
Seruo Dei tolerabilius eſt frigus ſuſtinere in corpore, quàm carnis incendium in mente.lib.1.22.a
Seruus Dei debet vita, & ſanctitate in ſe ipſo ardere. lib.2.175.b
Seueritas B. Franciſci contra Regulæ ſuæ contemptores. lib.[illegible].b
Sæui tyranni in quinque martyres rabies, & deteſtanda iniquitas.lib.1.69.b
Sex alæ Seraphicæ, quæ velabant Seraphin apud Iſaiam. lib.2.161.b
Sicco Polentonus de vita B. Antonij Patauini. libro 1. 78.a
Sigiſmundus ſanctitate, & miraculis inſignis. libro 1. 129.b
Signa eximiæ humilitatis in B. Franciſco.libro ſecundo, 164.a
Signi Tau Franciſcus ſtudioſus cultor, libro ſecundo, 176.a
Signo Crucis multos ægrotos ſanabat B. Franciſcus. libro 1.36.a
Signum Tau, & miranda, quæ B.Fran.Deo operante per illud faciebat.lib.1.53.b
Signum Tau quo B.Fran.vtebatur in conſignandis Epiſtolis.lib.2.176.a
Silentium Euangelicum puri cordis cuſtodia. libro 1. 22.b
Silicet fratribus accipere mercedem pro laboribus.lib.2. 167.a
Siluester de Albania Epiſcopus Stephanen, & Benden. lib.2.235.b
Siluester ſocius B.Franciſci.lib.1.68.a
Similitudo apta ad declarandum Monachum, in quo fuerit aliquid humanæ fragilitatis.lib.2.163.a
Similitudo clauorum, & vulneris Lateralis, qualis fuerit.41.a
Simonis nomine ſcriptores.lib.3.334.a
Simon de Podio Epiſcopus Damaſcenus, & ſuffrag. Agrenſis.lib.2.234.a
Simonis Aſſiſij vita, & miracula.lib.1.129.b
Simonis Aſſiſiatis vita videbatur illuſtrata imagine diuinæ bonitatis. lib.1.129.
Simonis Aſſiſiatis in oratione maxima voluptas, & dulcedo.lib.1.129.b
Simonis conſilium contra tentamenta carnis. libro 1. 129.a
Simon ex Colazono.lib.1.129.b
Simplicitas maxima B.Franc.lib.2.175.a
Singulare ſanctitatis argumentum in B. Antonio Patauino.lib.1.80.b
Singulares virtutes Franciſci de Ruuere. libro ſecundo, 193.a
Si non canonizatis preces, & vota, licet offerre.libro 1. 115.a
Sixti iiij. Ad Regem Daciæ Epiſtola.lib.2.109.b
Sixti iiij.effigies.lib.2.208.a
Sixti iiij.decretum de S.Bonauentura. lib.1.93.a
Sixti iiij. ſumma liberalitas cum grauitate coniuncta. lib.2.209.a
Sixti V.Effigies.lib.2.210.a
Sixti V.vitæ, & eruditionis deſcriptio.lib.2.210.b
Sixtus iiij.Bonauenturam retulit in ſanctorum numerum. lib.2.209.a
Sixtus iiij.Cellis natus, qui eſt Pagus vrbis Sauonæ.lib.2. 208.a
Sixtus Quartus dum erat Cardinalis varia opuſcula compoſuit.lib.2.208.b
Sixtus Quartus Pont. Max. ſcribit ad Capitulum Generale Brixiæ de Canonizatione D.Bonauenturæ. lib. 1. 97.b
Sixtus Quartus religioſa l[illegible] inſtituit ad recipiendam [illegible]le-

pelegrinam [illegible]*itudinem.lib.2.209.a*
Sixtus Quartus plures ædes reſtituit.lib.2.209.a
Sixtus Quartus Pont. collabentem domum Aſsiſij roſtro modam muniuit, & adhuc à Sixto nomen retinet. libro 2.209.b
Sixtus Quartus ſcripſit aduerſus quoſdam errores cuiuſdam Carmelitæ.lib.2.208.b
Sixtus Quartus Ruuereæ familiæ gentilitijs donatus. lib. 2. 208.b
Sixtus Quartus voto efficitur frater Minor. libro 2. 208.b. idem ſcripſit ad F. Robertum de Lycio. lib.3. 333.b
Smiralda B.Euſtorchiæ Meſſanenſis filia in mon. Baſicacano collocatur, & eiuſdem mira abſtinentia. libro 1. 138.b
Smiraldæ virginis velum miræ deuotionis Meſſanenſi populo.lib.1.138.b
Sodalicium Capuccinorum.lib.2.302.b
Sola nuditas non timet fures.lib.2.274.b
Soli natalis vis, atque conditio. lib.1.77.b
Solthanum à falſa religione diuellere nequiens B.Franciſcus in Italiam reuerſus eſt.lib.1.31.b
Solthanus Franciſcum intuens præter humanam formam eum multis donis affecit.lib.2.31.a
Spectrum ingens ſub ſimilitudine ſtatuæ Nabucdonoſor apparuit B.Franc. lib.1.8.b
Speculum Domini apparet in paupere.lib.1.28.a
Spiritus Propheſiæ Aegidij cum Peruſinis, & de ſigno Ionæ Prophetæ.lib.1.63.a
Staniſlaus Vopolnus ſcriptor.lib.3.334.a
Statua apparuit B.Franciſco oranti in eccleſiæ S. Mariæ de Angelis.lib.2.172.b
Statua dies feſtiuitatis.B.Fran.lib.2.170.a
Statuæ quæ apparuit B.Fran.interpretatio.lib.2.172.b
Statuitur Vicario Generali Capuccinorum conuocandi ad Capitulum Vicarios, & Cuſtodes.lib.2.202.a
Statuta xxvi. Capituli Generalis Narbonenſis.libro 2. 238.b. & 239.a
Stella lucidiſſima viſa eſt ſuper caput Bernardini Senenſis Aquilæ prædicantis.lib.1.86.b
Stephani nomine ſcriptores.lib.3.334.a
Stephanus Aquitanus Abbas.S.Benedicti.lib.
Stephanus coruus prouinciæ.S.Iacobi.lib.1.129.b
Stephanus Magnanus Epiſcopus Troianenſis, & ſuff. Aueniouenſis.lib.2.233.b
Stephanus Nardinus Hungarus.lib.1.129.b
Sterilis, & paupercula ſimplicitas S.Franciſ. libro 2. 166.a
Sterilis peperit filios quomodo intelligi debet. libro 1. 27.b
Stigmatizatio B. Fran. ſola virtute diuina impreſſa eſt. lib.2.263.b
Stigmatum B.Franciſci prodigia.lib.1.43.a
Stigmata B.Franciſci, quaſi appenſa ſigilla in ſacrata carne.lib.1.8.b
Stigmata non audebat Fran.propalare.lib.1.37.b
Stigmata quaſi ſigilla appenſa imprimuntur B. Franc. lib.1.37.b
Stulta ſimulatio non cadit in virum bonum. libro 2. 177.b
Stupore miraculorum Sancti Frãciſci quidam repleti ad fidem Chriſti accedunt.lib.1.35.b
ubditus an teneatur in omnibus parere ſuo ſuperiori. lib.2.150.b
Subditus licet non teneatur in omnibus obedire ſuo prælato, tenetur tamen non ſpernere ſuum præceptum. lib.2.168.a
Sudor fluens à corpore B.Antonij Dyrrhachini. libro 1. 76.b
Suffragia Sanctorum expetenda.lib.1.44.a
Summa beneuolentia, quam virtus parit, & non fortuna.lib.1.123.b
Summa Monaldina ab auctoris nomine. libro primo, 124.b
Summa ſapientia eſt benefacere. lib.1.65.b
Superbia bonis etiam inſidiatur operibus. libro primo, 35.b
Superioris Eccleſiæ Aſſiſij apta deſcriptio.libro ſecundo, 249.b
Supramons de Variſio.lib.3.334.b
Surſum corda, quo verbo B.Aegidius cohortatus eſt Bernardum Quintaualle ad diuinorum contemplationem. lib.1.60.b
Syluius Italicus falsò carpit Ioannem Capiſtranum. libro 1.110.b
Syluestri nomine ſcriptores.lib.3.334.a

T

TABERNACVLVM pro cuſtodia Sacramenti Aſſiſij.lib.2.249.a
Tantus eſt homo quantus in oculis Domini, & plus.lib.2.174.b
Tartarorum ſupercilium.lib.2.296.b
Tau ſignum à B. Franciſco ſumma veneratione colitur. lib.1.20.b
Tau ſignum Crucis figuram gerit.lib.2.176.a
Templariorum militum ordo ſublatus.lib.2.286.b
Templi S. Franciſci Aſſiſii pulchra deſcriptio. libro 2. 247.a
Templi S. Franciſci diuiſio in tria tegmenta iuxta tria vota Religionis.lib.2.247.b
Templum celebre Aſſiſii Franciſco dicatum. libro 2. 247.a
Templum B. Antonii Patauini toto orbe celeberrimum. lib.1.83.a
Templum inſigne Aquilæ conſtructum opere F. Ioannis Capiſtrani.lib.1.91.a
Templum Monialium Bergomi opera Bernardini Senenſis extructum.lib.1.88.b
Tempore Haymonis Generalis ingens plaga ſuborta eſt lib.2.178.a
Tempus motibus ſuis examinandum ne inaniter labatur. lib.1.77.b
Tempus ſuum B.Fran.ſic impendebat vt minimam quamque iacturam plurimi faceret.lib.1.37.a
Tentalbene miraculis clarus.lib.1.130.a
Tentatum à Diabolo immoderato ſilētio detexit B. Fran. lib.1.34.a
Tertiarii in oppido Canarii initium capiunt. libro 2. 152.a
Tertiariorum Regula approbatur à multis ſummis Pontificibus.lib.2.152.b
Tertii ordinis inſtitutio.lib.1.145.b
Teſtamentum S.Franciſci quamuis non obliget quia Franciſcus tunc non erat Generalis, nec approbatum à Sede Apoſtolica, in ſumma tamen reuerentia habendum, vt potè quia poſt ſacrorum ſtigmatum impreſſionem

ncm

nem congeſtum ab eo.lib.2.199.b
Teſtamentum S.Franciſci.
Teſtes perpetuæ puritatis in Beato Ludouico.libro primo, 121.a
Teſtimonium ſociorum B. Franciſci de forma eius habitus.lib.1.6.b
Theobaldus Aſſiſias.lib 1.129.b
Theobaldus de Vignone ſcriptor.lib.3.334.b
Theodora nobilis Romana.lib.1.143.b
Theodora nobilis Romana prædicationibus F.Roberti Lycienſis commota B. Margaritam ſecuta eſt. libro 1. 140.b
Theodoricus Kener Epiſcopus Taracomenſis, & ſuffrag. venetenſis.lib.2.233.b
Theodoricus tentonicus ſcriptor.lib.3.334. b
Thobia Vidua Bernardini Senenſis conſobrina, & nutrix lib.1.87.a
Tholoſæ Capitulum vbi declaratur, & innouatur decretum ne protector ſe intromittat niſi in tribus caſibus. lib.2.242.b
Tholoſæ Capitulum vbi interfuit magnus fratrum numerus.lib.2.240.a
Thomæ nomine ſcriptores.lib.3.334 b
Thomas Tiphernas Vmber.lib.2.201.a
Thomas Aquilanus de B.Bonauentura.lib.1.97.a
Thomas ex Caſtro Nali.lib.2.20.a
Thomas Florentinus.lib.1.130.a
Thomas Fugnanus Generalis.lib.2.189.a
Thomaſinus Fulginas.lib.1.146.b
Thomas Linarius dictus Scarlinus.lib.1.130.a
Thomas Linarius fraticellos profligauit. libro primo, 130.a
Thomas Frignanus Card.lib.2.22.a
Thomæ Linarii abſtinentia.lib.1.130.a
Thomæ Spalatenſis teſtimonium de B.Franciſco. libro 1. 4.a
Thomæ Tolentinatis martyrium.lib.1.130.a
Tibia pars fęmoris.lib.2.173.a
Totum Franciſci ſtudium in Cruce Chriſti. libro primo, 42.a
Transfertur Sanctum Corpus D.Franciſci.libro primo, 41.b
Tranſitus B. Franciſci ab humanis anno 1226. libro.1. 41.a
Tranſitus Petri Catanei, & eius tumulus.libro primo, 61.b
Tranſlatio corporis B.Franciſci.lib.2.170.a
Tranſlatio corporis S. Bartholomęi Beneuentum de Inſula Lipparia.lib.2.276.b
Tranſmutationes multæ fiunt.lib.2.263.b
Tranſumptum Bullæ Innocentij iiij.de nomine conuentualis.lib.2.149.b
Tranſumptum Bullæ Pij iiij. confirmationis priuilegiorum Fratrum Capuccinorum.lib.2.201.a
Trebatius Mare hoclus ſcriptor.lib.3.334.b
Trecis Capitulum vbi cautum eſt fratres de familia ad Conuentuales poſſe tranſire.lib.2.244.b
Tres fabricas triformi inſtituto Dei inſtituit Franc. & renouauit Eccleſiam.lib.1.17.a
Tres Stellæ promicantes ſuper caput Franciſci Policiali.lib.2.154.a
Tria templa inſtaurauit Franciſcus.lib.1.17.a
Tribulatio ſuborta in Religione tempore Io.Parmenſis. lib.2.180.a
Trina libri apertione Dominica paſſio occurrit B.Franc. lib.1.37.b
Trina libri apertio quid ſignificaret.lib. 1.38.b
Triſtitia nulla maior, quàm à Deo recedere.libro primo, 38.a
Tumultus in electione Generalis Capuccinorum. lib. 2. 200.b
Tunica B.Franciſci Cruciformis.lib.1.6.b
Tunica B.Franciſci.lib.264.b
Tunica B.Franciſci fuit pallentis, & cinerei coloris. libro 1.6.b
Tunica B. Franciſci ſanguine rubricata ſacram ſtigmatum impreſſionem indicabat.lib.1.38.a
Tutius eſt dignitatem venerari, quàm aſſequi.lib. primo, 89. b
Tyranni manus fędatæ purpureo, ſacroque martyrum ſanguine.lib.1.171.a
Tyrannus explorato conſilio ſeptem martyrum efferata immanitate acerbis tormentis eorum conſtantiam pertentat.lib.1.74.b

V

VALENTIAE Hiſpaniæ conſtruitur Cœnobium inſigne Minorum. libro ſecundo, 284.b
Valentinus Narnienſis.lib.1.130.b
Valerius Polydorus ſcriptor.lib.3.334.b
Varia in ætate iuuenili viciſſitudo.lib.1.107.b
Varia ciuilitatis ſpecies.lib.2.150.b
Variæ Reip.ſpecies.lib.2.150.a
Vas vacuum diuinitus aqua impletur.lib. 1.46.b
Vas vacuum miraculosè plenum oleo reperitur precibus B.Claræ.lib.1.133.b
Vaticinium B. Franciſci de vano ſcientiarum ſtudio. lib.2.167.a
Vaticinium B. Franciſci quod diſciplina ſui ordinis aliquando relaxabitur.lib.1.6.b
Vaticinium B.Vincentij valentini. lib. 1.87.b
Vaticinium Io. Reſtauri de Bernardino Senenſi. libro 1. 87.a
Vaticinium Sybillæ Erytreæ de B.Franciſco, & Dominico.lib.1.12.b
Vbertinus à Caſali.lib.2. 181. b. & eius eulogium. lib. 3.334. b. idem detegit ſalſum ſanctitate fratrem. ibidem.
Venantius ſocius B.Iacobi de Marchia, cuius vitam, & ſanctitatem ipſe deſcripſit.lib.1.109.a
Venerandum B. Antonij corpus non vulgari pompa defertur Paduam.lib.1.82.b
Venetijs Capitulum vbi cautum eſt ne retineantur fratres de familia.lib.2.244.a
Verba benedictionis B. Franciſci, quibus benedixit Bernardo Quintaualle. lib.1.60.a
Verba bona, & non bona quæ.lib.1.66.a
Verba Conſtantiſſimæ veritatis ſeptem martyrum. lib.1. 25.a
Verba Crucifixi facta cuidam fratri. libro ſecundo. 266.a
Verba D. Franciſci de ſe ipſo quod nullum habuit ducem præter Altiſſimum, cuius cauſam ipſe agebat. lib.1.7.a
Verba Diui Franciſci in ſuo teſtamento. libro ſecundo. 161.a

Verba D. Fraaciſci erant veluti ſagittæ emiſſæ de arcu diuinæ ſapientiæ. lib. 1. pag. 1. a
Verba Diui Franciſci medullas penetrabant. libro primo, 17. b
Verba D. Franciſci velut ignis ardens diuinæ reuelationis aſſlatum redolebant. lib. 1. 36. a
Verba profeſſionis Conuentualium. S. Franc. libro ſecundo, 151. b
Verba quæ B. Franc. proponebat prædicatoribus, lib. 2. 175. b
Verba, quibus B. Franc. Leoni ſocio benedixit, libro primo, 112. a
Verba quibus vtitur nouitius ante profeſſionem. libro ſecundo, 169. a
Verba Regulæ à nullo ſunt extorquenda. libro ſecundo, 164. b
Verbum prædicatoris debet eſſe purum. libro ſecundo, 167. b
Vera fiducia in Deo collocanda. lib. 2. 181. b
Veritates ſacrorum ſtigmatum nouem extaat Bulla, lib. 1. 43. a
Veronæ Capitulum vbi ob peſtem immaat Religio viris exhauſta remanſit. lib. 2. 241. a
Verus Chriſti amor neſcit carnis oblectamenta. libro 1. 141. b
Verus obediens quis cenſendus. lib. 1. 101. a
Verus obediens quis. lib. 1. 59. a
Veſtis hiſpida, ex corio porcino indumentum B. Claræ. lib. 1. 133. b
Vgolinus Henricus Ordinis Seraphicus præcipuus protector. lib. 2. 2?2. a
Vincentius Lunelus. lib. 2. 199. a
Vicaria Aquilonis. lib. 2. 294. b
Vicaria Boſnæ. lib. 2. 294. a
Vicaria Corſicæ. lib. 2. 294. b
Vicaria Orientis. lib. 2. 294. b
Vicaria Ruſciæ. lib. 2. 294. b
Vicaria Sardiniæ. lib. 2. 294. b
Vicaria Tartariæ. lib. 2. 294. b
Vicarij Capuccinorum confirmatio intra triduum facienda à Generali Conuentualium. libro ſecundo. 202. a
Vicarij Generales de familia. lib. 2. 200. a
Vicentius Petic Epiſcopus Gaddenſis. libro ſecundo, 233. b
Vicedomini Romæ qui erant. lib. 2. 216. b
Vicedominus de Vicedominis Cardin. libro ſecundo, 216. b
Vicentius Senenſis ſocius B. Bernardini. libro primo, 89. a
Vicentius Vlmenſis Picens. lib. 2. 201. a
Vili, & protrita tunicula vtebatur B. Franciſcus. lib. 1. 21. b
Velum nigrum, quod gerebat in capite Clara virgo Florentiæ aſſeruatur. lib. 1. 137. b
Vim præcepti habentia in Regula ſunt ſeptem. libro 2. 162. b
Vinotus incitat B. Antonium morbo pergrauatum vt ad hoſpitium ſuum declinaret. lib. 1. 81. b
Violans feſtum S. Franciſci à Deo durè punitur. libro 1. 50. b
Vir crudelis verbis S. Fran. repente mutatur. libro primo, 34. a
Virgines conuertunt ad perpetuum cælibatum per prædicationem B. Franciſci. lib. 1. 20. a
Virgines ſacro martyrio coronatæ in Syria. libro primo, 143. b
Viri egregij aliquot floruerunt in conuentu Peruſii. lib. 2. 253.
Viri illuſtres qui vixerunt in conuentu Bononiæ. lib. 2. 266. a
Vir perfectus quis dicendus. lib. 1. 58. b
virtus B. Fran. in curanda lepra. lib. 1. 50. b
virtus huius Antiphonæ Salue Regina. libro primo, 48. b
virtus animi duplex in operis peroratione. 338. b
virus diuitiarum. lib. 1. 58. a
viſio admiranda Luchinæ Sixti iiij. matris optima. lib. 2. 208. b
viſio B. Syluestri Aſſiſiatis. lib. 1. 18. a
viſio cuiuſdam S. Fratris de Throno præparato in Cælo D. Fran. lib. 1. 42. b
viſio Iacobi de Maſſa de F. Ioanne Parmenſi. libro ſecundo, 179. a
viſionem quandam cum timore Franciſcus reuelauit. lib. 1. 37. b
viſio miranda Romæ facta Innocentio iii. Pont. Max. qui Franciſcum indignanter eiecit. libro ſecundo, 160. a
viſiones variæ in obitu Beatæ Salomeæ. libro primo, 142. a
viſio ſtatuæ Nabucdonoſor, qua deſcribitur Ordo S. Franciſci. lib. 2. 172. b
vitalis a furno Baſatenſis. lib. 2. 270. b
vitalis a furno Cardinalis varia ſcripta. libro ſecundo, 221. a
vita humana ærumnis plena nil habet firmi. libro primo. 75. a
vita humana triplici genere diſtinguitur a philoſophis. lib. 3. 336. a
vitalis Auerſanus inanis gloriæ per cupidus diſſoluto exercitu Friderici precibus. S. Claræ turpiter defecit. lib.
vitalis à furno ſcriptor. lib. 3. 333. a
vitalis fœtus datur mulieri, quæ nullum educare valebat. lib. 1. 48. b
vita ſummorum Pontificum. lib. 2. 203. a
vitia, & peccata lethale virus. lib. 1. 65. b
vitia vt venena ſerpunt. lib. 1. 58. b
vitus Pizza. lib. 2. 281. b. & lib. 3. 335. a
vlceribus laborantes ſanantur meritis. S. Franciſci. lib. 1. 53. a
vltio Cæleſtis in fœminas temerarias. libro primo, 52. a
vltronea, & ſpontanea ſubiectio quanti ſit apud Deum. lib. 1. 61. b
Vniuerſitas quid. lib. 2. 167. b
Vniuerſitas Theologiæ Tholoſæ conſtituta cum ſalario quarundam marcharum argenti ſoluendarum. lib. 2. 176. b
Voto aucupato captiuus liberatur. lib. 1. 47. a
Votum aucupat mulier, & filius eius vitæ reſtituitur. lib. 1. 44. a
Votum paupertatis quantum faceret B. Franc. libro primo, 26. a
Votum Ritellæ matris D. Bonauenturæ pro eo. libro primo. 95. b
Vouent nautæ Beato Franciſco, & liberantur à procellis.

cellis. libro primo, 46.b

*Vrbanus Bolzanius lingua græcæ periti*ſ*ſimus, & ſcriptor. lib. 3. 336. a*

Vrbanus de Idrompto Epiſcopus. ibidem.

Vrraca Alfonſo matrimonio collocata loca munita tenet poſt diuortium. lib. 1. 69. b

Vrracę Alfonſi ſecundi vxoris dilectio magna in quinque martyres. lib. 1. 69. a

Vulnera celat B. Fran. quę tamen à multis videbantur. lib. 1. 38. a

Vulnera in carne. S. Franc. impreſſa multi deuotionis cauſa poſt eius obitum exoſculabantur. libro primo, 41. a

Vulnera in imagine B. Franc. diuinitus viſa, quibus B. Fran. fuit conſignatus. lib. 1. 42. b

Vulnus lateris non patiebatur videri. B. Franc. libro primo, 38. a

Z

ZACHARIAS Romanus in Conuentu Alanquerij. lib. 1. 130. b

Zacharię Romani in oratione efficacia. libro primo, 130. b

Zanetti vtinenſis obitus, & epitaphium. lib. 2. 193. b

Zanettus vtinenſis Generalis. lib. 2. 193. a

Zanettus vtinenſis orator ad Ferdinandum Regem. lib. 2. 193. b

Zerardus Comes Archiepiſcopus. lib. 2. 235. a

Zigua Andreę Hungarię Regis ſoror germana. libro 1. 143. b

FINIS TOTIVS INDICIS.

ERRATA CORRIGENDA.

VT corrigas errata, numerus eſt paginarum, A verò ſignificat primam faciem: B ſecundam: pręterea P, indicat principium: m, medium: F, finem. ſcias tamen non omnia hæc cartis omnibus inhæſiſſe.

16	a	p.	abſcondidit.	abſcondit.
68	b	f.	Bernardo	Berardo
70	a	p.	Recte	Rege
89	a	p.	clarum	charum
91	a	m.	82	28
94	a	m.	Danubium	Rodanum
96	b	f.	tetia	tertia
101	b	f.	Grope	Prope
104	a		Gerardæ	Gerarde
110	b	p.	MDXII.	MCCCXII.
111	b	m.	Suaui	Suauis.
115	a	m.	[illegible]	[illegible]
116	b	m.	manu labraq;	manuq; labra
117	b	p.	1209	1290
118	a	m.	Stranconius	Seuconius
128	b	m.	Geraldi	Gerardi; quod vitium bis inuenies etiam 240. b
131	b	f.	Cecilia	Cilicia
138	a	m.	Percollus	Bertoldus
ibid.			peregre	procul
153	a	p.	inſenſi	inſeſti
154	b	m.	Samboianæ	Sanctoianæ
156	b	p.	auctorem, adde,	habent.
164	b	p.	in obiiciendis	in abiiciendis
167	b	f.	Bati	Beati
168	a	f.	paciat	pariat
171	a	f.	Alexander VI.	V.
172	a	f.	qui ſegetem	quæ ſegetem
180	a	p.	fręmitus	fremitus
ibid.	b	m.	inſidiæ	inſulæ

184	a	p.	Lugduni	Lugdunum
& f.			Quartus	Tertius
191	b	f.	petii	periit
193	a	f.	Trii	Itri
194	b	p.	Delphinus Aegidi'	Aegidius Delphinus
200	a	p.	premit	tenet
ibi			liber	firmus
203		P.	[illegible]	per te
205	a		conciliatq;	conciliasq;
228	a	p.	Emanuelis, adde,	mutato.
234	b	m.	Corauinarius	Coſtaciarius Ibiq; multa corrupta ſunt nomina & cognomina per totum.
238	b	m.	Aſſilinus	Anſelmus
268	a	m.	Ticini	Taurini
280	a	p.	extantem	extans
297	b	p.	aſciuit	acciuit
304	a	m.	antequàm	antiquam
306	a	f.	lege ſic, [illegible]	
308	a	f.	lege, nobilis Hiſpaniæ vrbis	
316	a	f.	multò	multos
334	a	m.	his	bis
338	b	p.	eſſe propoſita, adde, Ad quam rem ita mentem direxi.	

Demum quæcunque alia facilè deprehendes cauſans feſtinantiam impreſſionis, qua etiam effectum eſt, vt abſente ipſo Auctore, præter alia vitia, defectus quarundam euenerit imaginum, quæ adijciendæ fuerant.

HISTORIARVM SERAPHICAE RELIGIONIS

Liber Primus.

IN QVO D. CONFESSORIS, ET PATRIS NOSTRI FRANCISCI ortus, & res geſtæ explicantur.

NECNON SOCIORVM EIVS EXEMPLA; tanquam vniuerſi huius operis fundamenta.

AC DEMVM SANCTORVM, ET BEATORVM omnium, præcepta, qui in Seraphico Ordine floruerunt, quosq; hac ætas habet, alphabetico ordine digeſta.

VT FACILE' QVIVIS, VEL VNICO MOX INTVITV cognoſcere poſſit, non ſolùm eorum nomina, ſed & vitæ, & morum, de qua hic agitur, rationem.

A F. Petro Rodulphio Toſinianenſi Conuentuali Franciſcano, Magnæ Domus Venetiarum Prælectore.

M D LXXXVI.

AD LECTOREM CARMEN.

FRANCISCI normæ pando documenta, decusq́;
Egregium, cuius ſplendor in orbe micat.
Magnanimum necto clariſſima geſta virorum,
Dictaq́; Mæonijs concelebranda modis.
Iſtorum potius vitam ſectarier almam
Illi, quàm ſtudeas, ſit tibi cura velim.

HISTORIARVM SERAPHICAE RELIGIONIS Liber Primus.

DE B. FRANCISCI ORIGINE, STEMMATE, atque eius in quartam progeniem genealogia.

BERNARDONVS Aſſiſias ex honeſta (ut ferunt) Moriconum familia, atque optimæ inter ciues conditionis fuit B. FRANC. auus, qui æqui, boniq; ſeruantiſsimus ubique exiſtimabatur. Genuit Petrum, qui ex domina Pica eius coniuge ſibi legitimè, atque perpetuo fœdere coniuncta, ſuſcepit Angelum, & Beatum FRANCISCVM: Angelus duos habuit filios, Picardum, qui integer, & ſine turpitudinis nota, perpetua caſtimonia uſus eſt, & Ioãnem, qui & ipſe habuit filium, cui Ciccolum nomen impoſuit, ex quo complures orti ſunt filij, Franciſcucius, Petrucius, Bernardus, & Angelus, qui ſimul, ac iuuenes eſſe cœperunt ſuis probatiſsimis moribus, & uitæ integritate patrem magna affecerunt uoluptate. Nam Franciſcucius ſuſcepto B. FRANC. habitu ueſtigijs eius firmè inhærens, in Religione eius plurimum profecit, & in loco S. Damiani Aſſiſij, ubi Guardianus erat, ſanctè uixit. Angelus eodem habitu, & religione, de diſciplinis omnibus, ac literis benemeritus, lector Patiſijs effectus, magnam ſui nominis gloriam adeptus eſt. Ex eodem Cicculo ortæ ſunt duæ filiæ, Franciſcina in matrimonium collocata, & Clara innupta, quæ in Monaſterio S. Angeli Pantij propè Aſſiſium, ubi præfecta erat contemplationi uacans, & Deo ſeruiens, religioſam uitam duxit. Hinc tabidæ luis colluuione, quæ ciuitatem Aſsiſij lethaliter inuaſerat, defecit B. FRANC. genealogia. Erant autem inſignia paternæ domus B. P. FRANCISCI tres Anſeres, ut ſubiecta figura indicat. Neque id quidem fortuitò (ut exiſtimo) aut hominum iudicio, & uoluntate factum eſt, ſed Dei potius conſilio, cuius nutu cuncta diſponuntur. Vnde per anſerem pictum quidam cuſtodiam interpretantur, anſeri enim uigil eſt cura, & ad ea ſentienda, quæ latent, facilè excitatur, & minimo quoque ſtrepitu expergiſcitur, nocturnas excubias celebrat, & uigilias ſuo clangore teſtatur, alis, & ſibilo pro pullis decertat, dolet ſi perdit ſocium. Nullum animal (quod ſcio) tam hominem olfacit, quàm anſer, cuius inſidias præſentit. Vnde apud Romanos in Capitolio publicè alebantur, quod, cuſtodibus omnibus ſopitis, Romanos ad defenſionem arcis excitaſſent, & urbem ipſam ſedem, ac domicilium imperij à Gallorum ui ſeruauiſſent. Hæc itaque auis, quæ clangore grauiter obſtrepenti ferè ſemper clangit, ut etiam inter paſcendum ſilere nequeat, undiſq; mirificè delectatur, diuinum quoddam in B. FRANC. prætendebat, exemploq; fuit humano generi, quòd futurus eſſet peruigil, attentus, & deuotus. Nam cum Fredericus Secundus Siciliæ Rex Eccleſiæ Romanæ, & eius Vicarij hoſtis ferus, & immanis frequentes admodum, & fortitudine præſtantes Sarracenorum copias ſecum adducerer, cœpiſſetq; templis, aris, & religioſis omnibus uim inferre, eo tempore B. FRANC. ut Dei nuntius, ab alto ſubſidio miſſus eſt, qui aſſumpto Crucis uexillo, ita nequiſsimi, & improbiſsimi hoſtis robur elidit, ut doctrinæ, & uitę exemplo omnes ad Chriſti ſectanda ueſtigia induceret: cuius uerba erant quaſi ſagittę potentes de arcu diuinę ſapientiæ emiſſæ. Nam Fredericus crudelis patricida, qui unà cum uxore ſua in Baſilica Apo-

Petrus Bernardonus, & Pica parentes B. Franc.

Ob peſtem, quę ciuitatem Aſſiſij lethaliter inuaſerat, defecit B. Franciſci Genealogia.

Inſignia domus B. Franciſci.

Aegyptij per anſerem, qui lapillum roſtro apprehenderit, ſilentium & cuſtodiam ſignificabant.

Vid. Pieriũ lib. 24. Hierogly.

Fredericus II. immanis Eccleſię Catholicæ oppugnator.

Verba D. Franciſci ignita, quæ ad rem conferebant.

ſtolorum principis Romæ coronatus fuerat ab Honorio Tertio Pont. Max. miſſus ad recuperandam terram ſanctam, non ſolum id aſſecutus fuit, ſed etiam terras Eccleſiæ Romanæ, hoſpitale, templumq; Hieroſolymitanum tyrannide occupauit, & contra Summum Pont. Romanum deſæuijt. Vnde ſcripſit ad Innocentium Pont. Max. hæc carmina.

Fata volunt, ſtellæq; docent, auiumq; volatus,
Quòd Fredericus ego malleus orbis ero.

Cui Pontifex uerba retorquens, ſapientiſsimè reſpondit.

Fata volunt, ſcriptura docet, peccata loquuntur,
Quòd tibi vita breuis, pœna perennis erit.

Ita ſanè euenit, quia Fredericus in diſcrimen adductus, ab Honorio, qui cũ coronauerat, depoſitus, & corona priuatus fuit, atque à Gregorio VIIII. Pont. Max. anathemate percuſſus. Verùm ille contempta Summi Pont. auctoritate, Sulthano potentiſsimo Turcarum Imperatori, & Sarracenis adhæſit. ſed paullò poſt priuatæ ſuæ temeritatis pœnas dedit, ſiquidem à Manfredo filio ſuo naturali ceruicali gutturi eius appoſito, morte præreptus, abſque ſacramentis Eccleſiæ contumax è uita deceſsit. Aduerſus hunc acerrimum Chriſtianæ fidei hoſtem, cuius exercitus ciuitatem Aſsiſij inſidijs circumuaſerat, ſe oppoſuit B. FRANC. & ueluti anſer alis, & ſibilo pugnans, patriam ſuam à Barbarorum ui ſeruauit. Beatus anſer, qui cœleſtibus undis mirificè oblectatus, hoſtium inſidias, & inſultationes præcauens, ſuis ueluti excubijs ciues ſuos defendit, & cunctis uiam muniuit ad beatam uitam promerendam.

Vid. Bap. Fulgoſum lib. 5. fuit Fredericus filius Henrici VI. Siciliæ Regis, q regna à Celeſtino Tertio Pōtif. Max. aſſecutus fuerat: deinde imperij diademate inſignis factus, quē amàter dilexit Innocētius Tertius, & tanquam filium aluit poſt obitum patris, qui eum reliquerat ſub tutela Romanę Eccleſię. poſt Innocētium Honorius Tertius Romani Imperij titulo decorauit, ſed ipſe tantorum beneficiorum immemor omnium temporum hoſtes crudelitatis acerbitate ſuperauit.

Fredericus in diſcrimen adductus.

B. Franciſcus, & B. Clara Frederici inſultationib. intrepidè obſtant.

ARBOR CONSANGVINITATIS B. FRANCISCI in quartam progeniem.



Stipite F R A N C I S C I *antiquo eſt bona reddita proles;*
Namque bonos fructus fert bona planta ſuos.
Sed tantum hæc proles quartum genus attigit ipſum;
Nam nulli parcens abſtulit atra lues.

DE PATRIA B. PATRIS FRANCISCI.

Aſſiſiũ datur Conrado Duci.

Aſſiſium unde.

ASSISIVM in Vmbria nobiliſſima Italię plaga in Ducatu Spoletano, quod olim datum ab Henrico V. Conrado Duci cum Ducatu, & receptum ab Innocentio III, Pont. Max. fuit natale ſolum B. FRANCISCI. Porrò Aſſiſium Milleſij populi ſuo patrio dicendi genere felici quodam auſpicio Deam Palladẽ nominare uoluerunt. Situm eſt Aſſiſium in decliui Apennini colle, qui ſolis calore nimis non læditur, nec diluuium patitur aquarum, ibi cœli ſalubritas, nec aeris ſpiritus ulla paludum graui nebula inficitur, & quia aſſidet extremis radicibus montis ſubaſij, ideo dictum Aſiſium. Vnde quidam carmine cecinit, quia (ait)

Radicibus aſſidet imis,
Aſiſium priſci latio ſermone vocarunt.

Pſal. 83.

Bruno Epiſc. Herbipolenſis.

Felix patria, quæ tantum uirum feliciter progenuit, qui pietate erga Deum, quem ſummopere colebat, bonitateq; in proximum, paupertatem elegit, atque uili tunica, & cilicio ad nudas carnes contectus ad reprimendum, & frangendum impetum ſagittarum Sathanæ, ſplendidas domos contempſit, malens abiectus eſſe in domo Dei, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Abiectum dico, qui humana exiſtimatione habetur extremus, ſed apud Deum honorabilis iudicatur, qui propter Deum intra homines uidetur eſſe deſpectus. Chriſtus.n. fuit ei dulce ſolatium, atque periucunda refrigeratio, ſubſtantia, motus, lumen, ſenſus, & uita. Qui inſigni aſperitate uitæ, rerum humanarum contemptione, & uerbi diuini prædicatione hominum in ſe ora, oculoſq; uertere cœpit. Vnde per altiſsimam paupertatem, per meditationem crucis, per diuinum amorem toto terrarum orbe notiſsimus eſt.

DE ORTV B. FRANCISCI, ET DE EIVS nomine diuino conſilio ei impoſito.

Vnde Franciſco nomen.

FRANCISCVM, cuius memoria in benedictione eſt, à Francis, quos Itali liberos ſeu audaces appellant, dictum putant quidam uiri eruditi. Vnde extat carmen illud.

Et ſi Pariſios dixerunt nomine Franci,
Quod ſonat audaces:

Nam eo nato, cum pater eius rediret ex Gallia, ubi lucri cauſſa mercaturam exercebat, diuino quodam numine illuſtratus, FRANCISCVM appellauit, tanquam fidei Chriſtianæ clypeum, & charitatis ſpecimen. Salua ſis Gallia, in qua tanta ex ſancti huius nomine enituit dignitas, quanta poteſt eſſe maxima.

Et tu quoque Gallia nomen,
Vnde datum puero eſt,

Minores dicti Frãcigeni, & quare.

A quo poſtea FRANCIGENI dicti ſunt, tanquam adoptionis filij, perinde ac quadam nominis hæreditate inter ſe omnes uno generis nomine deuincti, & colligati. Primum igitur Ioannes uocatus à matre, ſed FRANCISCI à patre nomen obtinuit, uim tamen materni nominis non amiſit. Vnde

Franciſcus Hiſpellas in Franc.

Genetrix ortum; quem nomine primum
Dixit Ioannem, ſed mox cunabula linquens,
Maternum amiſit, Gallaq; à gente petitum
Patre iubente nouum noſtro, ſed numine agente
Accepit nomen.

Nomen quod unicuique perſonę attribuitur, uel ab euentu, uel à conſilio ſuo proprio & certo uocabulo imponitur.

Neque uerò huic ita nomen partum eſſe mirum uideri debet. Nam priſcis temporibus compluribus ſummis uiris non ab ijs rebus, quarum effectus præſens iam adeſſet, aut præterijſſet, ſed ab ijs, quæ ſecuturæ erant, nomina diuino conſilio poſita ſunt. Abraham enim, quæ uox patrem multitudinis ſignificat, à ſobolis copia, quæ ab eo ędenda erat, Deus uocitari iuſsit. Dauid, quod uerbum manu fortem ſonat, à fortitudine, qua poſtea uigens, & corpore, & animo floruit, nomin- tum eſſe traditur. Salomon, quo uerbo pacificus deſignatur, à pace, quam

tutam tranquillamq; acturus erat, appellatus eſt. Ita FRANCISCO diuino quodam nutu nomen impoſitum eſt. Qui uiuens ſic rebus mirificè geſtis nobilitatus eſt, ut interdum non ad neceſsitatem, ſed ad iucunditatem præſens Dei auxilium ei oblatum uideretur; cuius de laudibus ſic omnium eſt fama conſentiens, ut non ſit dubitandi locus. qui mortuus itidem miraculorum magnitudine floruit.

DE STATVRA ET PHYSIOGNOMIA EIVS.

B. FRANCISCVS ſtaturæ fuit mediocris paruitati uicinioris, ignauiæ expers, fuit ei caput mediocre, atque rotundum, capilli fuſci, frons plana, & parua, ſupercilia recta, oculi mediocres, nigri, & ſimplices, naſus æqualis, ſubtilis, & rectus, nares mediocres, os paruum, labia colorata, atque ſubtilia, dentes coniuncti, æquales, & albi, lingua placabilis, ignea, & acuta, flatus eius fragrantiam redolens, uox uehemens, & clara, atque ſonora, uerba non inania, nec riſu digna, ſed uirtute Spiritus ſancti plena, medullitus penetrantia: tantus enim erat charitatis feruor, qui in corde, & medullis eius inſederat, ut in uehementem ſtuporem audientes conuerteret. Mentum à gula eminens erat acutum, & carne plenum, barba nigra, pilis non plene reſperſa, facies ſqualida, indecora, & protenſa, utcunque oblonga, benigna, hilaris, iucunda ac liberalis, aures erectæ, ſed paruæ, collum ſubtile, humeri recti, brachia parua, manus tenues ſed largæ, digiti longi, & teretes, ungues producti, pectus plenum, caro paucisſima, ac lenis, genua macra, crura ſubtilia, breues pedes, cibo, & potu parcè utens, ſomni breuiſsimi. Fuit ei ueſtis ſimplex, & rugoſa in cunctis manſuetudinem præſeferens, ut mores animi ex corpore, uultu, atque habitu facilè concipi poſſent. De quo D. Bonauent. refert quod uidebatur intuentibus homo alterius ſeculi, quippe qui mente ac facie in cœlum defixa omnes ſurſum trahere conaretur. Fuit quoque dulciſsimi nominis I E S V tanta perfuſus dulcedine, ut cum nominare illud contingeret, labia (præ amoris dulcedine) lingere uideretur. Proinde una uoce, & animo Chriſti paſſionem gemens, præ nimio lachrymarum defluxu luce ereptus, omnino uiſus ſit. Nimirum hoc illud eſt, quod effigies corporea Prothoſigniferi Crucis famulo Dei expreſſa perpetuò hæſit.

Charitatis feruor in B. Franciſco.

Veſtis qua utebatur B. Franciſcus.

D. Bonauentura in legenda B. Franc.

VERBA THOMAE SPALATENSIS CIVIS, *& Archidiaconi Eccleſiæ Cathedralis Epetij ſiue Spalati de B. Franciſco.*

EGO Thomas Ciuis Spalatenſis, & Archidiaconus eiuſdem Ciuitaris Cathedralis Eccleſiæ ann. MCCXX. in die Aſſumptionis Dei genitricis, uidi S. FRANCISCVM prædicantem Bononiæ, in foro ante ſenaculum, ubi tota penè ciuitas conuenerat. Fuit autem exordium ſermonis eius Angeli, homines, dæmones. De his autem ſpiritibus, ita benè, & diſtinctè propoſuit, ut multis litterarum ſcientia præditis, & ornatis uiris, qui aderant, fieret non modicæ admirationis ſermo hominis idiotæ. Non tamen ipſe modum prædicantis ſeruabat, ſed quaſi concionantis, hoc eſt, dimiſſa fucoſa, & ſpecie ſplendida eloquentia diſciplinæ Euangelicæ plaga ad perpendiculum uerba non componebat. Nam tota eius uis & uerborum eius ſeries in hoc uno uerſabatur ad reſtinguendas hoſtilitates, & ad pacis fœdera reformanda: cuius habitus ſordidus erat, & incultus, perſona contemptibilis, & facies indecora. Sed tantam Deus uerbis illius contulit efficaciam, & orationis nitorem infudit, ut multas nobilium factiones inter ſe acerbiſsimo odio ſæuientes, & uniuerſæ Reipub. perniciem afferentes, ad pacis concordiam & unitatem ſimul deduceret. Erga ipſum uerò tam magna erat hominum pietas, & religio, ut omnes ad eum cateruatim confluerent, & beatum ſe prædicabat, quiſquis poſſet, uel fimbriam ueſtimenti eius attingere. Nam uerbi Dei annunciationi aſsiduè operam nauans, tantum profecit, ut innumeri naufragi peccatores, in uiam iuſtitiæ redeuntes, gregatim uiro ſancto, ceu peritiſsimo nautæ adhærentes, à tenebris huius mundi in eius puppi ſecurius ad cœli portum tranſuecti ſint. O uerè aureum B. FRANCISCI ſeculum, de cuius ſanctitate Alexander quoq; Pont. huius nominis IIII. ait. Inter cæteros temporibus noſtris almus Chriſti confeſſor FRANCISCVS apparuit ſignis, & uirtutibus

Habentur hęc uerba in Cathedrali Eccleſia Spalati manuſcripta.

Verba D. Franciſci in ſacris concionibus non erãt ad perpẽdiculum compoſita.

Aureum ſeculum, in quo uixit B. Franciſcus.

uirtutibus glorioſus, qui clariſsimis piè uiuendi meritis, & exemplis fœcundauit Eccleſiam, & caligantia præſentis ætatis tempora fulgoris ſui lampade colluſtrauit.

MENSVRA STATVRAE B. FRANCISCI.

HAC linea (ut cernis) tracta, ſexdecies in longum producta, quæ eſt menſura ſeptem palmorum, plus minus, facilè dignoſcitur qua ſtatura fuerit Beatus FRANCISCVS.

IVDICIVM DE VERA B. FRANC. EFFIGIE.

Abbas Ioachinus uir ſumma exiſtimatione, excellentis, & propè diuini ingenij de B. Franciſco, & de eius religione multa prædixit.

MARGARITONVS Aretinus pictor ſui æui clarus inter cætera manus & ingenij ſui monimenta B. FRANCISCVM, quo cum erat arctiſsima neceſsitudine coniunctus, effinxit, cuius tabella Serzanæ in Hetruria, in Eccleſia nomini eius dedicata, hodie quoque conſpicitur. Quem multo ante ſancti huius exortum Abbas Ioachinus Florenſis Calaber, uir ſanctitatis eximiæ, & ſpiritu prophetiæ conſpicuus, ut grati animi ſui ſignificatione præberet ſe memorē in ęde D. Marci Venetijs egregijs picturæ coloribus graphicè exprimi, & ſingulari artificio ornari fecit, quæ adhuc uiſitur in forniee templi. Quod & Poeta quidam ingenioſus his uerſibus expreſsit.

Atque prius fuerit; quàm mundo exortus in æde,
Quæ Marci titulo nulli toto orbe ſecunda eſt,
Extat apud Venetos longis expreſſus ab annis.

Fuit autem Abbas Ioachinus uir excellentis, ac propè diuini ingenij, qui ſcripſit Apocalypſim, ubi multa prædixit de Ordine Mendicantium, quorum ueritatem rei declarauit euentus.

29

Vera Beati FRANCISCI effigies ad viuum expreſſa
a' Margaritono Aretino.



Margariton pictor ſic finxit imagine viua;
Aſt animi dotes fingere nemo poteſt.

CONVERSIO AVCTORIS

Ad B. Franciſcum, vt diuinum prȩſidium ſuis precibus adſit.

Da bonus auxilium, da me pater æquore vaſto,
Currere iter cœptum, atque audacem remige puppim
Allabi dextro, & portu ſe condere amato.
Aſpice nos, felixq; veni, & rege numine fauſto.
Da patris æterni ſapientia, ſumme magiſter
Ingenij curſum facilem: da mentis acumen
Exactum: citharam continge, & ſuggere verba.
Augeat exiguas nobis tua gratia vires.

DE SANCTA EIVS CONVERSIONE ad Chriſtum.

FRANCISCVM uirum diuinum totius Euangelicæ perfectionis exemplar, quem patientia, modeſtia, continentia ueritatis clypeo munitum, ita ſuper hominum conditionem euexit Deus, atq; adeò extulit, ut Aſſiſiatem FRANCISCVM iam fermè uniuerſus decantarit orbis, eiusq; familia extenderit palmites uſque ad extremum terræ. Creuit quidem in eo pietas cum pari religione coniuncta. Fuit enim rigidus in ſe, ac nihil ex inchoatę uitæ formula ſibi remittens. Nam propoſuit ſibi in animo, non ſolum à peccato, ſed ab omni ſpecie, & occaſione mali abſtinere, ſiquidem.

Vincentius Bel. in Speculo hiſt. lib. 3 cap. 97.

Vota, & meliora ſub imo.
Pectore verſabat tacitus.

Primò itaque paterno inſtituto negotiator humanus, & mercaturæ apprimè deditus fuit, qui cum popularis eſſet mercator (malo ſuggerente ſpiritu) quod ut quiſque animo ambitioſo, & gloriæ cupido eſt, ita ad committenda facinora facilè impellatur, habuit aliquando in animo fieri miles, & propter hanc cauſſam militaria arma ſibi parauerat, ut Gentili, de regno Apuliæ ſtrenuo militum Duci adhæreret, à quo ſperabat militiæ decus obtinere, quare Spoleti anxius expectabat, donec in Apuliam pergendi tempus ueniret. Immunda enim cogitatio, (ut magnus Gregor. ait) non inquinat mentem, cum pulſat, ſed cum per delectationem ſuperat. At diuina ope, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, ſopori deditus uiſitatur à Chriſto, qui de mente errorem abijciens FRANCISCVM inſtruxit. Qui inde humanæ fragilitatis memor, à publico negociationis tumultu ſe ſubtrahens, ditiſſimæ paupertatis emulator ardentiſſimus, uelut prudens negociator, qui cœleſti imbutus amore, & paupertatis ſtudio incenſus, margaritam inuentam cogitabat, uenditis omnibus, comparare, & proinde diuino amore peruſtus dominam paupertatem ſibi in ſponſam eligens, extrema quoque pericula excelſo animo tulit. Chriſtum (peccatorum depulſa caligine) opere, & uerbo pariter in omni uita ſecutus, unde bona ſua in alendos pauperes erogauit, ut expeditius pietatis exercitationi uacaret; quamuis in paupertate non conſiſtat eſſentialis perfectio hominis, eſt tamẽ inſtrumentum efficax ad perfectionem aſſequendam. Hæc fuit in eo diſciplina, quæ eſt mater religioſi, & ſanctitatis exemplar. Et cum mens illius ſibi Deum uellet tantum proponere, nec aliud quàm Deum uellet colere, & uenerari, nec ulla ratione poſſet à recto deflecti, coram præſule Aſſiſij in hæc uerba paternis bonis, quæ ad eum iure hæreditario ueniebant, cedere coactus eſt. Felix paupertas, quæ unius ductu tantum profecit, ut in hac uita, qua uiuimus, penè plures ſint, qui eam ſponte colant, quàm diuitias mirentur.

B. Franciſcus primò mercaturæ deditus.

D. Gregorius.

Franciſcus uiſitatur à Chriſto.

D. Bon. de diſciplina Nouitiorum.

Ioannes Caſſianus coll. 1.

NVDAT SE CORAM EPISCOPO ASSISII, & paternæ abnuit hæreditati.

Nulla mora eſt in me, nihil eſt quod dicta retractem,
Cedo bonis, ac ſperno libens, modo cuncta relinquo
Prædia, rura, domos, fundos, lucra, fœnora merces.
Imò agè dum veſtes (nec erunt diſpendia tanti
Hac mihi, quin auſim coram me prodere nudum)
Sic orans torto veſtem diffibulat auro,
Denudatq; artus, ſternitq; ante ora parentis
Purpuream increpitans clamydem, nudusq; refulſit
Semiacinctus abit liber, ſemotus ab omni
Terreno affectu, patria mox ſolus ab vrbe
Egreditur magno, ſe totum dedere Chriſti
Seruitio cupiens, hominum conſortia vitat.

B. Franciſcus nudatur, verberatur, contemnitur, & gaudet, quòd dignus habitus ſit pro nomine IESV contumeliam pati. mox uirtutum operatione, uitæque ſanctitate tantum profecit, ut & terram ſui fama repleret, & gaudio cœlum.

B. ergo FRANCISCVS. diuitias abhorruit, delitias euitauit, frænum ſenſibus poſuit, ueſtimentis pauperrimis, & uilibus uſus fuit, carnem nouis abſtinentiæ modis coercuit, & quę ad carnem, & ſenſum attinent, ignorauit, de ſe nihil præſumens, utpotè qui audierat à Crucifixo. FRANCISCE amara pro dulcibus ſume, & te ipſum contemne, ſi me uis agnoſcere. Et ita ſanè accidit, quia uera humilitas eſt, qua quiſq; ſibi uerisſima ſui cognitione uileſcit. O uirum immortalibus laudibus celebrandum, qui diuitias, potentiam, honores, & multa huiuſmodi, quæ non tam in conſilijs noſtris, quàm in fortunæ temeritate poſita ſunt, contempſit. O ſpectaculum memoratu dignum, cum in conſpectum Epiſcopi ductus nudauit ſe, & paternæ ceſſit hæreditati.

B. Anton. lib. 3. Hiſtor. tit. 24. cap. 1. §. 1.

DE TVNICA, ET DE CAPVTIO QVADRATO, quo vſus eſt Beatus FRANCISCVS.

Bernardinus de Buſtis par. 3. Sermonum, ſerm. 27.

TVNICA B. FRANCISCI fuit pallentis, & cinerei coloris, qualem fuiſſe tunicam inconſutilem Chriſti quidam affirmant. Fuit quoque cruciformis, cuius longitudo terram non attingebat, latitudo uerò manicarum ad extremos digitorum articulos perueniebat. Fuit ei ueſtis unica, atque abiecta, & ad pedes defluens. Nec turpe ducebat eam ferre, quanquam ei principes conueniendi forent. Hac utebatur ſiue uis frigoris & hyems inſtaret, ſiue ardor æſtatis. Caputium quoque quadratum detulit, tantæ quidem longitudinis, quòd faciem operiret, qualem habitum deferre conſueuerunt agreſtes homines illius regionis, de quo quidam Vates aptè admodum, & eleganter cecinit carmine.

FRANCISCVS verò donum lætabile agreſtis
Accipit, & forma: quam primùm inſignit amata,
Texta crucis conſuta de hinc ſimul aptat habenda
Tegmina dura ſibi.

Vnde menſura ſui habitus, latitudinem, longitudinem, qualitatem, deſpectionem, & colorem uerbo ſimul, & exemplo docuit, ſicut ſocij eius ab eo accepiſſe teſtabantur, quibus perſæpe dicebat.

Præterea mollis pretioſa licentia veſtis
Sit procul.

Ordo, & habitus S. Franciſci in tanta rerum terrenarum abdicatione fundatus eſt, ut ſeraphicis meritis corruſcantes ueſtigia Chriſti perfectius imitemur, laqueos auaritiæ liberius declinemus, & altioris meriti gloriam per uarias uirtutes perquiramus.

Vaticinium B. Fráciſci, quòd diſcipli na Ordinis remitteretur.

Tantæ latitudinis erat ueſtis, quòd ſubcincta abſq; omni collectione ſupra cingulum terram non tangeret, longitudo uerò manicarum non excedebat (ut diximus) extremos digitorum articulos, unde totus habitus formam crucis inſigni quodam myſterio repræſentabat, & omnis mundanæ gloriæ, & ornatus contemptum, alta quadam deſpectione oſtendebat, ut eſſet dumtaxat nuditatis operimentum, neceſſitatis fomentum, ueræ humilitatis indicium, & improperij crucis Chriſti IESV, quę ſemper fixa erat in animo ſingulare contra hoſtes remediũ. Nam uir ſanctus, uirtute indutus ex alto plus interius, quàm exterius igne calebat; & proinde eligens ſanctam paupertatem pro ſua domina, pro ſuis delitijs, & diuitijs execrabatur multitudinem, & molliciem tunicarum; atque etiam tunicam ſuam aliquando ſacco conſuens aſpero, eos inſigni hoc exemplo redarguebat, quos humanis delitijs nimium intentos paulatim declinare conſpiciebat. Vnde ſpiritu prophetico plenus dicebat: Relaxabitur rigor, & dominabitur tepor, ſicut (noſtris exigentibus meritis) rei declarauit euentus. Vtinam audiuiſſent fratres tanti patris imitatores uerba illa, quæ per uniuerſum orbem inſonuerunt.

I, procul æs (inquit) procul i, modò noxia peſtis,
Nulla tui ſpes, nullus amor, fiducia nulla
Me tenuit.

Fatentur F. Leo, Bernardus, Egidius, & Maſſęus ſocij B. FRANCISCI formam habitus accepiſſe à B. Patre FRANC. quo & ipſi utebantur, ut plериſque in locis hodie quoque tam perſpicuè cernitur, ut negari non poſſit.

IMPROBATVR EORVM SENTENTIA, QVI dicunt B. FRANCISCVM ſub Regula D. Auguſtini à principio Eremitam vixiſſe.

FERVNT quidam B. FRANC. à principio ſub inſtituto B. Auguſtini duram vitam duxiſſe, atq; biēnio deuliſſe habitum Eremiticum, calceatum, zonaq; ſcortea cinctum aliquandiu conſpectum eſſe, vſumq; fuiſſe F. Ioanne Bono Mantuano præceptore, & duce, ex Ordine Eremitarum D. Auguſtini. Inde reputans animo Dominum iuſſiſſe ſanctiſſimis Apoſtolis, ne binas tunicas, neve ſacculum haberent, tunicam induit vnam natiui velleris, funiculoq; præcinxit, ac vt demum anachoritam ſe præberet in Apēnini iugum aduolauit, quem locum hodie Auernam dicunt. Hoc dictum quàm incōſultum ſit, ex ipſius B. FRANC. verbis facilè colligi poteſt, qui in ſuo Teſtamento ait; Nemo oſtendebat mihi quid deberem facere, ſed ipſe Altiſsimus reuelauit mihi, quòd ego deberem viuere ſecūdū formam Euangelij; ibi. n. animi ſui ſenſa ſermone depromit, & fatetur ex induſtria ſuæ vitæ rudimenta habuiſſe à Chriſto, & non à Ioanne Bono. Fatemur quidem habitu eremitico ali quoties indutum, eumq; petentem eleemoſynas pro reparatione trium eccleſiarum S. Damiani, S. Petri Apoſtoli, & S. Mariæ de Angelis, ſed non propterea fuit ipſe anachorita, vt ipſi temerè opinantur. D. Bonauentura quoq; teſtatur illum adhuc in humana cōſuetudine verſantem à Deo edoctum, & non humanis artibus informatū. Præterea, cùm ſe coram Aſſiſinatum Epiſcopo nudauit, clarū eſt, quòd non fuit vſus conſilijs Ioannis Boni, etenim ſi id ſua ſponte feciſſet, & habitum depoſuiſſet, temeritatis arguendus eſſet. Immò verò dubium eſt, an ille Ioānes Bonus fuerit ex inſtituto B. Aug. quia de hoc quoq; dubitare viſus eſt Iordanes Almannus Eremita Auguſtinianus prouincialis Saxoniæ, qui geſta ſuorum fratrum deſcripſit. Hoc pro certo habemus B. FRANCISCVM biennio Eremitam uixiſſe, ſed non ſub alicuius Regulæ inſtituto, quia mūdo abnegato, eiq; denudato (ut modò dictum eſt) coram Epiſcopo Aſsiſij oblatum eſt palliolum uile cuiuſdam ruſtici Epiſcopo ſeruientis, de quo ipſe tunicam ſibi formauit cum cemento inſtar crucis, & crucifixi. Viſitur hodie crepido in loco Aluernę, ubi ille diuinis rebus intentus Dominicę paſsionis ſtigmatibus inuſtus eſt: Sicut auis propagationis ſuæ cupida (natura duce) nidum ſibi conſtruit in proceris arboribus, uel in aliqua rupe inacceſsibili, ut tutiori loco pullos ſuos fouere poſsit. Incępit autem B. P. FRANCISCVS uitam iſtam an. 1206. Pōtif. D. Innoc. III. an. 14. ętatis ſuę an. 25. vnde an. D. 1209. in lapide iſto Minorum Ordo initium ſumpſit, & incrementum.

Vincentius Bell. in Speculo Hiſt. lib. 3. cap. 98.
Polyd. Virg. de Inuent. rerum. lib. 7. cap. 4.
Iacobus Bergom. in Supplemento.

Vide Ioannem de Beſſa Aquitanum in ſuis Cronicis.
Idem habet Thomas Eceſelon Anglicus, cui ab ann. 1224. iuſſu Gregorij IX. Pont. Max. ſcripſit quæ acciderunt uſq; ad annum 1254.
Idē affirmat F. Peregrinus Bon. qui ab initio Ordinis notauit quæ acciderūt ad an. 1305.
& quidā Vaſco exterioris Hiſpaniæ idem affirmat, qui deſcripſit geſta Religionis Franciſcanæ ab initio exorientis Religionis ad annum 1373.
Barth. Piſanus parte 2. Conf.

DE CVLTV RELIGIONIS, QVO B. FRANCISCVS amore Dei flagrans, vinculo pietatis aſtrictus, cogitauit (Deo inſpirante) nouum inſtituere Ordinem.

FVIT ſemper apud omnes nationes non modica religionis exiſtimatio, ut nulla eſſet Reſpub. nullum regnum, nullumq; imperium tam barbarū, in quo aliquod ſi minus uerę, ſaltē falſę religionis ueſtigiū nō appareret: Apud Aſsirios, Chaldęos, Thraces, Lacedęmones, Atheniēſes in aliqua religione ſibi uiuendum ſemper exiſtimatum eſt. quibus non mediocre ſtudium fuit ne dum ſeruandę, ſed etiam amplificandę religionis. Vnde eam qui contemnerent, & nepharij, & impij hoīes, & perdiriſsimi ab oībus haberentur. Alexandri milites in templum ſpoliandi cauſſa irrumpentes immiſſa flamma oculis capit. Dionyſius Syracuſanorum tyrannus ob patris ſacrilegia regno ſpoliatur. Sed quorſum hæc? nonne Lucifer in profundum relegatur? Adam de paradiſo eijcitur, reprobatur, & occiditur? Pharao cum ſuo exercitu vndis ſubmergitur? Nabuc cū beſtijs herbas carpit? Iudas laqueo ſuſpenditur? Hieroſolyma diripitur? Synagoga diſpergitur, & in reprobum traditur ſenſum? ſic humana conſilia caſtigantur, vbi quis temerè ſe cęleſtibus audeat præferre. Multos quoq; vidit mea ætas in perniciem ductos, qui nephariæ libidini adſtricti, religionis cultum neglexerunt. Nihil ergo dignius religione, qua verus Deus colitur, in qua tanquam in virtutum ſchola tendimus ad charitatis apicem, ſine qua diu ſuſtineri non poteſt clauſtri tædium, diuturnitas ſilentij, pondus laboris, aſperitas veſtis, parſimonia cibi, in quibus religionis onus, & robur omne conſiſtit. O inſignem religionis militiam, ò vitam Angelicam, ò deſertum Chriſti. Quam non cura rei familiaris perturbat, non ſollicitat acceſſus hominum, ibi clauſura honeſtatis clypeus viget, ne immanis fera inuadat.

Lactantius Firmianus de falſa relig. cap. 15.
B. Aug de uera Religione.

In rebus humanis nulla uirtus cū religione conferri poteſt.

Guillelmus Pariſienſis lib. de moribus fol. 117.
D. Aug. de ſingularitate clericorum.

uadat. Vrbem damnamus (ait ſacer Hieronymus) in ſacco & cinere, quia paupertas eſt mater religionis. ideo B. Aug. ait, quòd lubrica ſpes eſt inter fomenta peccatorum qui ſe ſperat ſaluare, incerta victoria inter hoſtilia arma pugnare, & impoſſibilis liberatio flammis circundari, nec ardere. Plurimum ergo vtilitatis conſequuntur, qui ſeſe religioni addicunt.

Exemplū Ioſeph patriarchæ. Gene. 39.

Quamobrem cùm B. FRANC. excelſo animo cogitaſſet Deo inſeruire, religioni ſe totus dedidit, vt huic ſtudio inſeruiendi Deo liberius vacaret: ſicut alter Ioſeph, qui relicto pallio in manu impudicæ mulieris egreſſus eſt foras: & ideo latebroſos montes, & ſingulares receſſus perquiſiuit. Quis profectò Apoſtolorū ita in ſeipſum ſæuit, quàm FRANCISCVS? quis carnis voluptates tanto ſtudio repreſſit? aut putridi ſuppullulantes animi affectus tam ardenti pœnarum cauterio inuſſit? quis ſeuerius calcauit voluptates, vel corpus atrocius afflixit? quis prauis opinionibus extruſis, rectas tam ardenter inſeruit, vt ad veritatis lumen errantes reuocaret? Eius rei fama perlata eſt, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen magnum, quod à tot Franciſcanorum, & ſibi deditorum hominum myriadibus inuocatum eſt, vt in nomine eius tot vtriuſq; ſexus hominum curuentur genua; quamobrem cathedram in cœlo, ex qua Luciferum deiectum ſcripturæ credimus, B. FRANC. aſſignatam teſtantur quidam.

Fama B. Franc. ubique peruulgata.

Anton. par. 3. Hiſt. tit. 24 §. 2.
Franciſcus Maronyus in Sermone de B. Franciſco.
Ber. de Buſtis. Idē quoq; affirmat auctor conformitatum.

Cùm enim vnus ex ſuis ſocijs in oratione extra ſe poſitus, & quaſi mente alienatus vidiſſet in Cœlo in conſpectu diuinæ maieſtatis ſedem vnam ornatiſſimè præparatam, & ignorans cuius eſſet, cupiens autem hoc noſſe, audiuit vocem de cœlo dicentem: Sedes iſta fuit vnius ex primoribus Angelis, qui de Cœlo deiecti fuerunt, quæ parata eſt humillimo FRANCISCO, qua priuatus fuit ſuperbus Angelus. Vnde à tam ſublimi capite comprehenditur, religionis huius mira perfectio, quamuis à priſcis illis inſtitutis deſciuerit: nam omne, quod non habet eſſe ſuum à ſe, deficiendo deficit in non eſſe, niſi ſubſtentetur ab eo, qui dat ei eſſe; ſic & omnis Ordo, & omnis homo. Hoc autem ortum habet vel ex multitudine, quia multi non poſſunt tam facilè flecti ſicut pauci. Velut magna nauis difficilius gubernatur, quàm parua. B. ergo FRANCISCVS vitæ huius miſerias pertæſus, cùm paulò altius mentem erexiſſet, ſciens qđ ibi non eſt pax, vbi nō eſt ſecura cōſcientia.

Animus inuictus B. Franciſci.

Hac ſe demum ratione conformem Chriſto fore arbitratus eſt, ſi nouos Apoſtolos iuxta Apoſtolorum leges inſtitueret, ad quam plurimi hominum diuino monitu exiguo temporis ſpatio confluxerunt, partim prodigijs exciti, partim ſtupendo incremento: vnde explicatis ſignis magnam poſt ſe cateruam trahens è cœlo B. FRANCISCVS prodire conſpicitur. Et his præclaris initijs primùm creuit ſacer iſte Ordo, ac vitæ inſtitutum B. huius verè quidem Seraphici, qui animum ſupra hominem exercuit, id quod reliqua vitæ ſeries facilè comprobabit. neque tanta magnitudine vel dignitate eius animus, vel ad latum vnguē à recto virtutis calle ad arrogantem præſumptionem auerti potuit, velut pietatis & religionis vinculo aſtrictus, vt in ſequentibus clarius apparebit.

DE INSTITVTIONE SERAPHICAE RELIG.

Samothæus in ſuis Cronicis.
In monte Rayneno ſiue palumbæ non procul ab urbe Reatina primò cōſcripta fuit regula B. Frāciſci.

B. FRANCISCVS nullius rei magis, quàm humilitatis ſtudioſus, ſpe humanarum rerum auerſa, aliè ſpectabat, qui omnium cupiditatum ardore reſtincto, ad ſedes æternas omnes ſuas cogitationes intēderat, ſeq; totum cœleſti ſponſo addixerat, inſtituit (Domino inſpirante) Regulam in ſublimitate altiſsimæ paupertatis in monte Rainerio, ſiue columbę, Reatinæ diocœſis, præſentibus ibidem F. Leone, & F. Bonizo Bononienſi: cuius manum inſcribendo à Spiritu ſancto ductam non eſt qui neget, quia digitus Dei uiui conſcripſit regulam iſtam, quę fundatur in Chriſti Euangelio, à quo nihil abhorret, & ideo quæ B. FRANCISCVS dicebat, à virtutis fonte proficiſcebantur. Quam offerens fratribus ſuis dicebat, Magna ſunt (fratres) quæ iam diu mente agito, & ad quę quotidie magis accendor, quia noſtris omnibus votis cœleſte numen affuit, ex ſententia cedere omnia video, vt minimè nobis dubitandum ſit, quin ad exitum diu cogitata & optata perducantur: huc tendunt mei labores, & repetita itinera.

Legenda antiqua, cap. de pf. humi.
Dono prophetię claruit B. Franc.

Præuidit autem B. FRANCISCVS, diuinarum rerum contemplationi intentus, feruorem religionis paulatim defuturum, Vt oculus, qui in corpore velut in ſpecula poſitus altiſsimum locum obtinet, Sic B. FRANC. ſpiritu prophetiæ clarus, Ordinem ſuum à perfectione vitæ declinare cernebat, & quòd prima ſemina diuino conſilio aliquando reuiuiſcent, dicebatq;, Mihi quidem pręſagit animus fore, quòd fratres portabunt in ſyluis habitum, quia palam deferre erubeſcent.

B. Franciſcus regulam ſuam cōficit.

Inſtituit itaque Ordinem ſuum apud ſanctam Mariam de Angelis in Ducatu Spoletano, in planitie Aſſiſij. Cuius humanæ pietatis inſtitutum magna ſuſcepit incrementa, nam totum orbem terrarum

bem terrarũ vna hæc impleuit familia. Franciſcus Atracinus Theologicæ ꝓfeſſionis homo teſtatur ſibi difficilè videri, locorum numerum poſſe ab vllo inueniri, tam longè, latèq; propagatus eſt Ordo ſacer. Scripſit itaque Regulam ann. MCCVI. die verò xvj. Aprilis, in qua leges nobis nimis duras non impoſuit. Quam confirmauit Innocentius III. & poſt ipſum Honorius Tertius ſub nomine Minorum approbauit, ita vt Fratres Minores Sancti FRANCISCI vocarentur. Confirmatio enim Innocentij Tertij, quæ aliquod tempus perdurauit, fuit viuæ vocis oraculo, ſed quia fratres ſine confirmatione errabundi diuagabantur, quaſi nouitatum amatores. ideo Honorius confirmauit, & per literas Apoſtolicas mandauit B. FRANCISCVM, & eius ſocios benignè ſuſcipiendos his verbis.

ADDITIO. Scribunt quidam, q Generalis Sanſon auſus eſt polliceri Pio Secundo Pont. Max. expeditionem in Turcas ex Franciſcana familia triginta bellatorũ millia, qui bellica munera nauiter obire poſſent nihil ſacrorũ cultu iterpollato, ita creuit Minorũ numerus. Bapt. Fulgoſus lib. 5.

HONORIVS PONT. III.

CVM dilecti filij F. FRANCISCVS, & ſocij eius de vita, & Religione Minorum Fratrum (abiectis vanitatibus huius mundi) elegerint vitæ viam à Romana Eccleſia meritò approbatam, ac ſerendo ſemina verbi Dei (Apoſtolorum exemplo) diuerſas circumeant manſiones. Vniuerſitatem veſtram rogamus, & exhortamur in Domino per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus latores præſentium de prædictorum fratrum collegio exiſtentes, cum ad vos duxerint declinandum, ipſos recipiatis, ſicut catholicos, & fideles, alios, eis ob reuerentiam diuinam, & noſtram exhibentes vos fauorabiles & benignos. Dat. tertio Idus Iunij Pont. noſtri anno tertio.

Approbatio Regulæ S. Franc. per Honorium Tertiũ Pont. Max.

Habetur autentica in ſacro Conuentu Aſſiſij in ſacrario interiori.

ADDITIO.

Perpende, quia Honorius, qui fuit ſtudioſus pauperum amator, ante Regulam datam contulit priuilegium ſub Bulla Ordini Minorum, ut nullus poſt em iſtam profeſsionem ab Ordine exire præſumat, exeuntem autem nullus audeat retinere. & quòd nullus ſub habitu noſtro audeat extra obedientiam diuagari, & contra hoc præſumentes poſſunt fratres cenſuram Eccleſiaſticam exercere. Ob eamq; cauſſam poſitum eſt in Regula. Nullo modo licebit fratribus de iſta Religione exire iuxta mandatum D. Papæ.

DE EXCELLENTIA SERAPHICAE RELIGION.

HAEC SERAPHICA RELIGIO, quæ agrum militantis Eccleſiæ ſanctis operibus, & ſalutaribus exemplis copioſiſſimè fœcundat, & ſapientię ſplendore catholicam illuſtrat Eccleſiam, tantò vberioribus fructibus fertilior eſſe conſpicitur, quantò in ipſo ſtatu quietior permanet, ſi tamen omnes pareant, & regulari ſubiaceant diſciplinæ. Nam B. Franc. nouæ Religionis auctor dicere conſueuit. Si quis vna hora ſit obediens; momento non erit ſine fructu, alioquin erit ſicut ſpica ſine grano. Verus obediens eſt ſicut ignis, qui in propria ſphera mouetur circulariter, in materia aliena nutritur, & ſua naturali vi ſemper aſcendit, & in altum flammas emittit. Ita in religione, quaſi in perpetuo certamine ſemper uiuendum eſt. Alij docent ſcientiam Dei. Alij plebem inſtruunt. Alij feruentiori ſpiritus ardore ſuccenſi non timentes, ſed amantes barbaras nationes, ad illarum conuerſionem pergunt intrepidi; ut ualeant ad arcam Domini plenos afferre manipulos. Quorum ſonus (ut Gregor. XI. Pont. Max. dicebat) exiuit uſq; ad extremum terræ. Ideo Dominus hanc Religionem Seraphicam numero multiplicauit, & meritis multorum uirorum illuſtrium, quorum monimenta uſq; adeò clara ſunt, ut mea commemoratione nequaquam indigeãt. Felix Religio tanto ſub auſpice tuta, ornata, amplificata, quã uelle laudibus efferre, nil aliud eſt, quàm lucem ipſam facibus adiuuare. In qua poſtea tot uiri dignitatibus decorati emanarunt, qui ſe Chriſto dicauerunt, quorum ſaluti conſulendum erat, eorumq; meritis cumulatis tam longè, latèq; propagata eſt. Repetat quiſpiam exigua nobiliſsimæ huius Franciſcanæ Religionis initia, & immenſum cõſpiciat incrementum, acceptumq; ferat diuinæ clementiæ, quòd tantum beneficium in nobis collocauerit. unde impietas, diſcordiæ, diſſenſiones, & temerariæ ac turbulentæ calamitates ſopiantur. Videbatur quoq; memoria paſſionis Chriſti IESV extincta in mentibus hominum, Eccleſiaq; Dei ſæua tempeſtate & fluctibus iactabatur, ideo uoluit Dominus excitari, & incaleſcere hanc recordationem per impreſſionem manifeſtam cicatricum in corpore B. FRANCISCI, ut ſicut Chriſtus oſtendit latus, & uulnera ante patrem: ſic B. FRANCISCVS per ſacra ſtigmata inducit Deum ad naturalem ſuam clementiam erga peccatores.

Illuſtre dictum B. Franciſci de obedientiæ obſeruatione.

QVOD INTENTIO SPIRITVS SANCTI fuit inſtituere Seraphicam Religionem.

Quod regula B. Franciſci fuerit data à Spiritu ſãcto. hæc habet Nicolaus Papa III. in cap. exijt de uerb. ſig. & Iulius II. Pont. Max. in ſuo Breui Apoſ. quod emiſit ſuper facultatẽ protectoris Ordinis,

HABVIT vnaquæquè ætas magnum aliquid, & memorabile, ea enim erat quondam ægritudinis grauitas, vt præcellenti medico indigeret. Quamobrem in omni ætate fuerunt viri inſignes, qui in montana, & ſylueſtria loca ſe abdidiſſe feruntur à communi hominum cætu ſe ſubducentes, in crypis, & ſaltibus cœnobia inſtituerunt, antra præ Vrbibus, & Oppidis coluerunt. Ad quos deinde, & populi, & principes, integræq; ciuitates, perinde ac ad aluearia apes confluxere. Nam velut ſanctarum vitium palmites, arborum rami, oleæ, palmæ, ac cedri hanc Domini vineam longè, latèq; propagarunt. Porrò cum ſopita eſſet fides, atque plurimi deturbati, non defuit nobis diuina prouidentia; ſuſcitauit enim viros ſanctos omni prudentia, & ſanctitate conſpicuos: atque in primis Beatum FRANCISCVM, ſplendidiſſimum illud ſydus produxit in lucem, quo tenebrę diſcuterentur, quibus tam nimium genus humanum cæcutiebat, nec in viam ſalutis reſtitui poterat vnquam, niſi inſigni quadam ope cœlitus emiſſa. Quare hunc virum edidit, quem nullus labor, nulla triſtem laſſitudo reddebat, immò verò.

Durus ad arma ferox, & formidabilis orco.

Cuius ſplendore plurimorum mentes ex errorum barathro, ac denſiſſimis tenebris ad veræ cognitionis lumen acceſſuræ eſſent, qui Eccleſiam Chriſti iam planè minantem ruinam, veluti ſubiectis humeris ſuſtentaret, uitam innouaret Euangelicam, & noua præcepta conderet, tanquam nouus homo, præcipuus Apoſtolorum Chriſti fidus imitator, & athleta efficax in verbo, zeloq; animarum perferuidus, præclarus virtutibus, & ſignis totus celebris, deuotus, & anhelus. Vnde diuinitus factum eſt, vt animo, & carni eius impreſſa fuerint ſacra ſtigmata, veluti appenſa ſigilla, quibus carnis oblectamenta vinceret; & ſignis Chriſti obſignatus, inter mortales cœleſtem vitam ducens, labentem Reipub. Chriſtianæ ſtatum confirmaret, & comminatum ignem ira Dei vltroquè ſuſpenſa retineret, quod (Domino reuelante) ſignificatum eſt B. FRANCISCO, qui cum ſemel oraret in loco Sanctæ Mariæ de Angelis, occurrit ei ſpectrum oculis eius ſeſe offerens, inſtar ſtatuæ Nabucdonoſor Regis, cui erat caput aureum, & facies pulcherrima, pectus, & brachia argentea, venter, & femora ænea, tibiæ ferreæ, pedes ferrei, & fictiles induta ſacco, quæ erubeſcentia quadam perfundi videbatur. Cuius ineffabilem pulchritudinem, & formam ab admirante B. FRANCISCO vox quædam audita eſt in hæc verba, quæ admirationi fuerunt, Deſine (ait) mirari FRANCISCE: hoc portento commoneris de his, quę futura ſunt, & quæ tuo Ordini aduenient. Caput aureum eſt initium Ordinis, poſitum in perfectionis Euangelicæ apice. Beatus erit, qui primos lapides imitari poterit. Pectus, & brachia argentea eſt Ordo ſecundus, qui defendet Eccleſiam Dei ab oppugnatoribus, ſed inſurgent quidam, qui erunt tanquam cymbala ſonantia verba cœleſtia, ſecularibus tamen deſiderijs inhiantes, beati erunt, qui admonita aurei capitis reuerebuntur, quia tanquam in fornace probauit eos Dominus. Ad extremum verò ſurgent pedes ferrei, & fictiles, vt quiſque ſibi caueat, ne pedem ponat in lubrico, & oculis tenebras offundat. Hæc omnia acciderunt, ſi rectè perpendantur, ita vt dolendi locus inſigni pudoris argumento nobis relictus ſit, vt potè, quia pedes fictiles admirandæ huius ſtatuæ remanſerint.

Vid. Ab. Ioachinũ in expoſitiõe Hieremię prophetæ, i prologo ſuper illud: Verba Hieremię filij Helchiæ, & eodẽ cap. ſuper illud: Noli dicere, qa puer ego ſum, & ſuper illud: Ollã ſuccenſam ego uideo. & in lib. Cõc. multa dicit de Ordin. B. Franc.

APPENDIX.

LICET hoc loco apponere quanta diligentia, qualiq; circunſpectione quatuor Religionis prærogatiuæ, ab Angelo reuelatæ fuerint B. FRANCISCO, cuius de laudibus ſic omnium erat fama conſentiens, vt nullus pietate, humilitate, & officio ſanctior eſſet. Primùm quidem, quòd eius inſtitutum vſque ad diem iudicij non erit defuturum. Quòd nullus temerè inſequens, vel oppugnans Ordinem diu inter homines aget.

aget. Rurſus licentior, & contumelioſè viuens in ordine, miſerias ſuſtinebit. Poſtremò qui Ordinem plurisfacit, & dilectione fouet, confouebitur à Deo, & ab eo (quantumuis peccator) miſericordiam conſequetur. Narrabat quoque Gregorius Nonus Pont. Max. ſe audiuiſſe à B. FRANC. quo familiariter vtebatur, nullum in Ordine poſſe malè mori, & quiſquis Ordinem ſuum perſequeretur, graui pœna à Deo mulctandus eſſet. Vnde leguntur illi verſus malè torriati.

Ex Chron. antiquorib. habetur

Nullus ibi frater, cui ſit peruerſa voluntas
Stare diu poterit, vix Ordinis hoſtibus annos
Viuere dimidios.

CVM TOT SANCTI ORDINES APPROBATI eſſent in Eccleſia Dei, cur B. FRANCISCVS nouam Regulam inſtituere voluit.

QVI conſilij magnitudine, & prudentiæ gloria cæteris præſtare ſtudent, primum optimum, & præclarum aliquem finem, quo rationes ſuas referant, ſibi conſtituunt, deinde ea, quæ, quò intēdunt, ferant & deducant, indagare ſolent. Cum igitur B. pater FRANC. totus Dei zelò plenus triplici flagraret deſiderio, primum quidem ſe totum ad Chriſtum conuertit, in quo vno imitando omne conſilium, & operam collocanit, cui adhærere aſſidua contemplatione animo ſuo inſederat: nouit enim impoſsibile fore, vt quis præſentibus voluptatibus perfruatur, & æternis delitijs potiatur. Deinde vt multos poſſet Deo lucrari, & ſaluare animas, pro quibus Chriſtus voluit crucifigi, & mori. poſtremò vt ipſe regulam conderet ſacro Euangelio magis conformem, quæ ad æternas ſedes ducit, quæ eſt via protrita, & expeditiſsima, vt depoſito corporis obſequio, & indulgētia, & ſublata in humeros cruce Chriſtum ſequamur. Hæc via, quò anguſtior, & arctior eſt, eò tutior ſemper habita eſt ad conſequendam futuram gloriam nobis profutura. Et quia hæc tria ſimul in nullo ordine inuenit: nam cęnobitæ in ſtudio virtutum Chriſti veſtigia imitantur, Eremitæ diuinæ contemplationi frequentius vacant, clerici rectores plebium, animarum curam habentes, lucro animarum intenti, animas Chriſto lucrari ſatagunt. At FRANCISCVS his virtutibus inſtructus velut alter Noe arcam fabricauit in tres manſiones diſtinctam, Fratrum, Monialium, ac Pœnitentum tertij Ordinis, vt præſeruaret à diluuio vitiorum habitantes in ea. Tres n. inſtituit Ordines, alterum perfectiorem, qui contemplationi vacaret, & vitæ actiuæ intenderet, ob prædicationem diuini verbi; Secundum Monialium, vt ſoli contemplationi incumberet per exercitium orationum; Tertium Pœnitentū, vt arti factiuæ inſeruiret, cuius opus tranſit ad extra. Hic ergo pauperum Patriarcha nouā confecit regulam, quæ in profeſſione Euangelicorum conſiliorum obedientiæ, videlicet, & caſtiratis, & altiſsimæ paupertatis, vt libertatem ſpiritus retinens, contēplationis ſupernæ apprehenderet puritatem: ob eamq; cauſſam diuino conſilio factum eſt, vt Minorum Ordo poſitus ſit in Eccleſia Dei ad ædificationem fidelium, vt ipſi erudiantur, & fides, quæ eſt tutiſsimum contra prauitatem hæreticam fundamentum, muniatur. Quare neceſſe eſt, & vitæ exemplo, & doctrinæ eruditione proficere, ne coram cęco offendiculum ponere videamur. Sed hæc religio, quæ vitæ & morum ſanctitate anteire ſolebat, nunc labefactata, conuulſa, & innumeris grauata languoribus, proſtrata iacet; quia paulatim à perfectione decidit. Et qui modica ſpernit, vt ſenſim corruat, neceſſe eſt. parua enim ſciſſura, magnæ nauis vt plurimum fit iactura. quia ergo in religione ſunt quædam parua exercitia, quæ & ſi paruipendantur, ſunt tamen religionis cuſtodia. Et vbi ſepes non eſt, diripietur poſſeſsio. qnamuis itaque parui illa videantur momenti, ſunt tamen in virga diſciplinæ continenda, quę eſt religionis magiſtra. ob id B. FRANCISCVS pręcipiebat fratribus, vt penes ſe haberent regulam, quæ eſt liber vitæ, & medulla Euangelij. Ite (dicebat) & annunciate hominibus pacem, prædicate pœnitentiam in remiſsionem peccatorum, eſtote in tribulationibus patientes, in orationibus vigiles, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti, in moribus graues, in beneficijs grati; quia pro his omnibus regnum vobis præparatur ęternum.

D. Bona. in libello Quæſtionum ſup Regulam.

Qua rōne B. Franciſcus confecit ordinem, qui eſt magis expreſsiuus uitæ Chriſti, & Apoſtolorum.

Eccl. 19.

Ibidem.

Regula B. Franciſci Euangelij medulla dicitur, ut charitatis feruor i venis, medulliſq; inſideat.

B. FRANCISCVS FRATRES SVOS VOCARI voluit Minores.

B. FRANCISCVS totus ardens per grato ſermone ſe omnibus affabilem præbebat, & quanta poterat beneficia in omnes conferebat, & vi quadam corda hominum accendebat: fuitq; cæteris ſingulare exemplum ad incendendos ad diuinum cultum animos. Hæc boni exempli ratio, cum ab alijs tum ab Apoſtolo tanti facta eſt, vt illius Epiſtolæ ijs ipſis vocibus plenæ, ac refertæ ſint, quibus alios inflexibili conſtantia hortabatur, vt bonorum operum, & humilitatis exemplum ſe præberent, ſicut ipſe omnis vani affectus expers, id quod omnis eius vita facilè demonſtrat. Etenim eorum, qui rerum publicarum gubernacula tractant, dicta, & facta tanquam exempla clara, atque illuſtria ad imitandum cæteris propoſita ſunt, quæ dum alij intentis animorum oculis contemplantur, conſilia mente concipiunt, & re ipſa exequuntur, quod in primis illis patribus, tanquam præclaris ſeminibus, conſpicimus, qui terrena omnia abijciebant, vt diuinis vacarent. non enim poteſt ad contemplandum Deum mens eſſe libera, quæ deſiderijs huius mundi inhiat. Cum ergo illuſtre paſſim factum eſſet, & celebre ſancti viri nomen, & ſanctitas; atque ordinem iamiam ſanctiſſimis decretis, & inſtitutis muniuiſſet, indeq; iactis machinæ huius ſolidis fundamentis, firmataq; iamdudum Regula, & præſcripta viuendi ratione fratres ſuos Minores vocari præcipit, ne ſuperbię flatu intumeſcerent, neve Minores vocati, maiores fieri præſumerent, ſed nullius rei magis quàm humilitatis ſtudioſi eſſent, ſicut ipſe Chriſtiana humilitate plenus, ad humilitatem quoque, & celſitudinem paupertatis cæteros inducebat, monens cunctos ad viam ſalutis. Minores ergo dicti ſunt triplici ratione, primò, vt verbo, & facto ſint teſtes, & imitatores præcipui ſuæ altiſſimæ paupertatis per altiſſimam abdicationem cupiditatis rerum terrenarum, quæ tanti fit in regula B. FRANCISCI, vt ipſe dixerit, mendicare aliquid ſuperfluum, eſſe ſpeciem furti. Vnde ipſemet ſemper vocabat paupertatem dominam ſuam. Tum etiam, vt verbo, & facto ſint propugnatores acerrimi excellentiſsimæ, & perfectiſsimæ obedientiæ, quia (vt D. Bernardus ait) Quantò quis contemptibilior præſidet, tantò magis obedientia ſubditi placet, & obediens meretur. Ac demum, vt ſint ſtudioſi amatores omnium virtutum per frequentes orationes, & ieiunia, reputantes ſe beatiores cum Apoſtolis ſpicas vellere, quàm cum Aegyptijs ollis carnium affluere. Ad hæc quoque accedit, quòd B. FRANCISCVS Minores elegit, ſicut Chriſtus elegit in ſuos Apoſtolos non magnates, non quoſuis opulentos viros, ſed pauperrimos piſcatores, vt fortia quæque confunderet.

B. Franciſcus ad omnem comitatē facilitatemq; procliuis.

His uocibus, Gratia uobis, & pax Paulus præoccupat diligenter in ſuis Epiſtolis lectores.

B. Franciſcus fratres ſuos uocari uoluit Minores, ne ſuperbiæ flatu intumeſcerent. prout ipſemet teſtatus eſt coram D. Cardinali oſtienſi, aſsiſtente B. Dominico Prædicatorij Ordinis inſtitutore.

Idē affirmat Scotus in 4. diſtin. 15. q. 2. art. 3.

PROPAGATVR SACRA BEATI FRANCISCI Religio, non tam hominum genere, quàm ſpectata fidei exemplo.

Judicum 8.

CVM Gedeon infinitam Madianitarum multitudinem, quæ in valle conſederat, trecentorum tantum virorum agmine aggreſſurus eſſet; milites ſuos lagenis ardentes lampadas abdere iuſſit. Inde cum copijs admotis corona caſtra cinxiſſet, colliſis, confractiſq; lagenis repentè incluſum lumen reluxit. Hac repentina, inopinataq; flammarum ſpecie, & tubarum ſonitu, fremitu orto, ſic hoſtes conſternati ſunt, vt non ſolum in ſuos impetum verterent, ſed etiam trepidi magno cum ſtrepitu, & tumultu ſe caſtris omnes eijcerent. Sic B. pater FRANCISCVS, vt alter Gedeon humilitatis lumen intus abſcondens, caſtra impietatis aggreſſurus, quæ latiſſimè patebant, homines, & genere, & numero infirmos elegit, quorum patientia, & fide perſpecta, plurimi ſuauiſſimum Chriſti iugum ſubiere, contemptis omnibus, quæ homines à ſalutari Chriſti IESV diſciplina plurimum retrahere ſolent, & vitæ religioſæ rationem difficiliorem, impeditioremq; efficere. Nimirum hæc ſunt cognatorum charitas, qui ingredietibus viam diſciplinæ obſunt, quò enim in eos indulgentiores, obſequetioresq; ſunt, eò ægrius ab his diuelluntur: fortunarum copiæ, quæ quò maiores ſunt, eò magis paupertate terrentur: deinde rerum arduarum futura perpeſsio, cum à delitijs ad pugnas, à carnis illecebris ad mortis meditationem tranſeundum eſt:

B. Franciſcus, ut alter Gedeon caſtra impietatis aggreſſus eſt.

dum eſt: & depoſito proprio voluntatis imperio, alieno arbitrio viuendum. quos tamen B. FRANCISCVS excitabat, vt contemptis humanæ conuerſationis rebus, nudi nudum ſequerentur, monens cunctos ad viam ſalutis. Vnde emanauit carmen illud.

Hæc & plura dabat FRANCISCVS vocibus altis,
Stans ſæpè in medio vulgi, ſæpe agmine cinctus,
Conſeſſuq; patrum magno, cunctosq; monebat.

Vidiſſes multos ad monite tanti patris opes contemnere, & ſolius humilitatis ſtudioſos, lauare pedes, manibus aquam dare, pauimenta verrentes, & reliqua id genus exercentes. paulò antè tot clientum patronos, tot ſeruorum dominos. Porrò tantam ſtatus mutationem nequiuiſſet efficere fortuna, quantam illi ſua ſponte ſuſceperunt, qui velut Gedeonis milites, ardentes lampades intus abſcondebant.

INITIVM SERAPHICI ORDINIS, ET NOMINIS B.FRANCISCI ſanctitas mirificè gignitur, & propagatur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quos tulerit fructus, Eccleſia tota fatetur,
Quamque vides hominum religioſa cohors.



Naufragium paſſura tetris agitabar in vndis,
Franciſci en portum iam peto ducta manu.

DECLARATVR DICENDI EFFICACIA B. FRANCISCI, *qua omnes ad pietatem ardentius cohortabatur.*

VENIENS Romam vir Dei à Domino Papa Honorio, & Cardinalibus omnibus, magna cum hilaritate ſuſcipitur, ſiquidem quod fragraret fama, fulgebat in vita, reſonabat in lingua, prædicabat coram Papa, & Cardinalibus ſpiritu prompriori, & feruentiori, proferens ab imo pectore quicquid ſpiritus ſuggerebat; commouebantur in verbo eius montes, & de profundis viſceribus alta trahentes, ſuſpiria lachrymis interiorem hominem lauabant. Fuit itaque B. FRANCISCVS ita efficax in dicendo, & in affectibus commouendis, & trahendis in ſuam ſententiam ita acris, & vehemens, vt nihil efficacius, & ſuauius dici poſſet; ſi accuſabat ignauiam mortalium, & ingratitudinem, ſi pertinaciam delinquentium, & cæcitatem mœrore, & grata quadam ſeueritate, ac cenſura graui ſuffundebatur, vt non eſſet, qui temperare poſſet à lachrymis, quas ſceleratis etiam hominibus excutiebat, vt non dura ſolum, & acerba, ſed mollis etiam, & iucunda eſſet illius correctio, & caſtigatio, ex qua mirifici fructus producebantur. Maxima fuit itaque efficacia in B. FRANCISCO ad coercendos improbos, & voluptatibus procliues; quibus inferorum metum inijciebat, acerbiſſimas, æternasq́; pœnas ob animorum oculos ponebat: nunc languentes, & afflictos excitabat, frangebat cupiditate noxios, ad pœnitentiam omnes, ad pietatem ardentius cohortabatur, ex mentibus eorum, qui præſtigia, & cultum Idolorum requirebant, caliginem diſcutiebat. Nam plurimi, quorum deſperata paullò ante ſalus uidebatur, ad eum tanquam in portum quendam confugiebant, & damnatis uitæ prioris illecebris rogabant, ut ſe in numerum ſuorum admitteret. Nunquam ex ore eius auditum eſt verbum, aut irritum, aut inutile, quo audientes offendere poſſet, vtporè qui orationi, & contemplationi ſemper eſſet deditus, ex qua magnam capiebat voluptatem. Nunquam, vel raró admodum, niſi de Deo loquebatur, in quo vno omne ſtudium, atque operam ſuam collocauerat. Cum itaque B. FRANC. diuino amore inuſtus accepiſſet mandatum à Summo Pont. de prædicando verbo Dei, cum tanta animarum ſalute, quanta maxima poteſt concipi, tunc non multo deinde interiecto tempore.

Lectus cum ſocijs inde ſe contulit orbi
Aeterni Regis verba diſerta loquens.

Atque demum vitam perfectę iuſtitiæ parans, in deſerto, altiſſimę paupertatis clariſſimis vitę piè viuendi meritis, & exemplis fęcundauit Eccleſiam, & caligantia illa tempora fulgoris ſui lampade (externis bellis ingruentibus) colluſtrauit, & ſecum ad Dominum traduxit populum humilem ſectatorem bonorum operum, quem ad crucem Chriſti baiulandam, & fidelium cordibus infigendam aſſiduè monebat, & diuinitus illuſtratus de verbis Euangelij ad vniformem viuendi modum (pręſuppoſita pro fundamento indiſſolubili ſancti Euangelij obſeruantia) fratres ſuos hortabatur. Quanta ergo fuerit in dicendo energia, apertiſsimo hoc exemplo facilè declarari poteſt. Nam martyrij cupiditate adductus, nulla tempeſtatum, aut ſalutis habita ratione, ad Solthanum Babilonię regem potentiſsimum in vltimas prope Syrię terras tranſmiſit. Sub idem tempus acerbiſsimum tum bellum, & inexpiabile Solthano cum Chriſtianis intercedebat, tantoq́; odio Chriſtiani nominis animus Barbari efferatus erat, vt pro ſingulis cęterorū Chriſtianorū capitibus ſingulos aureos præmium perſolui iuberet. FRANCISCVM caſtra Solthani ingreſſum, Solthani milites circumſiſtunt, comprehenſumque, & ſęuiſsimè verberatum ad Solthanum perducunt, expectabant omnes, vt repentè ad ſupplicium traderetur, at ille ſicut vas aureum, quantò magis confricatur, eò magis fulget, ingenij ſuauitate tantam à Solthano ſibi gratiam conciliauit, vt ſolutus, cum Solthano familiariſsimè viueret, benignèq́; haberetur. O patientiam animi incredibilem, qua ſuſtinuit tanto tempore, tam dura, & dira flagella. Sed cum parum in tradenda fide catholica ſe proficere perſpiceret, quòd Solthanus à falſa religione diuelli non poſſet, in Italiam reuerſus eſt.

B. Franciſcus à Domino Papa, & Cardin. Romæ perhumaniter ſuſcipit.

Ex legenda uetuſtiori cap. 12. cuius titul' talis eſt. Quare Dominū Oſuēſem.

Dicendi efficacia, & mirifici fructus B. Franc. cum quo nullus loquebatur qui non mutaretur ſermone & opere. Vnde coram Domino Papa Honorio, & Cardinalib. nō tam uerborum ſimplicitate mouens ad riſum, quā mouendo affectus compúctionis feruore extorqueret ſuſpiria. S. Aot. par. 3. Hiſt. tit. 24. §. 7.

Aduerſus enim Mamethis ſectā ter B. Franciſcus ad infidelium partes ſe recepit, & adhuc uiuēs, fratres ſuos miſit ad propagandā Chriſti fidem, pro qua ſexaginta fratres, & ultra à Sarracenis martyrio coronati ſunt.

Illuſtre exemplū, quo declaratur energia, & dicendi efficacia B. Franciſci.

Solthani perditi milites detrahebāt de ſanctiſsimi uiri dignitate, quòd ſe omnibus ridendū præberet. Sed uiro conſtāti, ne ullum quidem metum incutiebant, & hæc uidentes cæde abſtinuerunt.

B. FRAN-

B FRANCISCVS DICTVS EST SERAPHICVS, & qua ratione.

B. FRANCISCVS cum in montis Aluernæ ſolitudinem ſe recepiſſet, quadragintaq; dies ieiunio, oratione, & vigilijs traduxiſſet, feſto die Exaltationis S. Crucis vnus ex ſeraphicis ſpiritibus è cœlo delapſus, & in corde FRANCISCI mirabilem excitauit amorem, & clauorum effigiem, quibus Chriſtus Dominus cruci affixus eſt, manibus, & pedibus impreſſam reliquit; quæ poſtea omnibus admirationi fuerunt, & venerationi. Dictus eſt ergo FRANCISCVS Seraphicus, à Seraphin, ideſt ab ardore. nam Seraph, ſuccendo, vro, exuro, comburo, & Seraphim Hebræis, nobis ignitum ſignificat. Miſit Dominus ignitos (ait Moyſes) ſerpentes, vbi vox hebraica eſt שְׂרָפִים, ideſt incendentes, & Seraphini beatiſſimi illi cœleſtes ſpiritus, qui apud Deum primi ſunt, & ordinis ſupremi in amore antecellunt, ſemper ardent, & actu dilectionis Deum affectant. Sic B. FRANCISCVS, qui ardentiſſima dilectione in IESVM Chriſtum ſuccenſus erat. ignis ſiquidem penetrat in agendo, & pertingit ad intima; ideo in ſacro Aluernæ monte Seraph apparuit, eiq; colligato, & indiſſoluto nexu iunctus fuit, vt hac ſingulari apparitione ſuam cognoſceret fidem, & oſtenderet ſe carne crucifixum, ac mente transformatum: in cuius excellentiſsimi amoris ſingulare argumentum B. FRANCISCVM ſuis plagis inſigniuit, Altiſsimus; vtpotè, qui tam myſticè, quàm ſymbolicè ex creaturis creatorem ipſum collaudaret, de quo canit Eccleſia. Quicquid in rebus reperit, delectamenti regerit in gloriam factoris. Vt dicere poſsimus. Aſcendit ſuper Cherubin, & volauit ſuper pennas ventorum, aſcendit quò ad eminentiam perfectionis, volauit ſuper Cherubin, quò ad excellentiam dilectionis, volauit ſuper pennas ventorum, quò ad relucentiam dominicæ paſsionis.

Num. 21.

B Dionyſius de Cœl. Hierar. cap. 2.

D. Bona. in legen. Pial. 9.

B. Antoninus li. 3. Hiſt. tit. 24. cap. 1.

SVPRA-

SVPRADICTA CONFIRMANTVR ORACVLO BB. Angeli, Dominici, & FRANCISCI.



Iungimur, & ſtabili certamus corde ſodales.
Quos nunquam poterit ſoluere liuor edax.

HAEC mutua verba diui Angelus, FRANCISCVS, & Dominicus Romæ in eccleſia Lateranenſi, dum S. Angelus Hieroſolymitanus, Carmelita, vir ſanctioribus annumerandus, nominis ſui verè ſpeculum, velut nubes pluuias afferens, prædicando innumeras Chriſto lucrifaceret animas, & in arcanos, ac inęſtimabiles Dei theſauros ſe abderet, poſt eius concionem, alternos horum delatos honores, & oracula mutua tanti viri prætulere. Nam S. Angelus ex ſuggeſto deſcendens dixit B. FRANCISCO, Salue humilitatis exemplum: Tu corporaliter portabis ſtigmata Chriſti. cui reſpondit B. FRANCISCVS animi magnitudine accenſus. Et tu in Sicilia martyrio coronaberis. Beatus verò Dominicus, qui cum B. FRANCISCO aderat, reſpondit: Amen. Nam BB. FRANCISCVS, & Dominicus ab ipſa matre Eccleſia offeruntur Deo irato, tanquam filij veritatis lumine illuſtrati. per quos quaſſata in terris, & collapſa pietas inſtaurata, & reſtituta fuit, & veluti duo candelabra ſplendētibus facibus ornata, quę toti terrarum orbi clariſsimam lucem dederunt. Vnde obuij fiunt, & ſe mutuò amplexantur dicentes: Stemus ſimul, & nullus præualebit contra nos: Inter quos mutua, & incredibilis deinceps charitas fuit, vt cùm poſtea ab inuicem ſepararentur, tunc dixit B. Dominicus: In veritate dico vobis, Virum hunc religioſi omnes deberent imitari, tanta eſt ſanctitatis eius perfectio. Viderunt ſe & altera vice Romę, atque vnus, & item alter incredibili pietate complexi, hęc mutua verba ingentis charitatis, & mutuæ dilectionis indicia prętulere. Primò enim B. Dominicus Prędicatorum Dux, & inclytus Chriſti confeſſor Beatum FRAN-

Ioannes Paleonydorus.
Legēda B. Angeli.

Dominicus, & Frāciſcus duo præcipui heroes, q multa, & iucunda conſuetudine inter ſe coniuncti erant, ſuis admonitionibus, & conſilijs eccleſiam Chriſti illuſtrarunt.

tum FRANCISCVM ei ſanctitate, & religione non diſſimilem allocutus eſt hoc carmine.

Iungimur, & ſtabili certamus corde ſodales.

Tunc B. FRANCISCVS acceptæ vocis numeroſiore repercuſſu, quaſi Echo verba repulſans, ait.

Quos nunquam poterit ſoluere liuor edax.

ADDITIO.

Sicut diuina prouidentia, quæ in ſui diſpoſitione nunquam fallitur, factum conſpicuè cernimus, ut duo clariſsima lumina Chriſtianæ pietatis mundo affulſerint, veluti duo ex ſublimi Angelorum Choro, Cherubin alter: Alter uerò Seraphin, uidelicet B. Dominicus Prædicarorum Dux inclytus, & FRANCISCVS Seraphicus Minorum pater, qui Chriſtianam Religionem multis erroribus inquinatam, ac undique labefactaram præcipua uitæ ſanctitate, ac ſummis meritis expurgarunt. Quod ſingulari ſignificatione portendunr amplexus, & alterni eorum delati honores. Sic (Deo diſponente) noſtro hoc tempore calamitoſo, in quo plus ſatis adhuc graſſantur hæreſes, Duo ex eorum ſanctorum familia orti ſunt ſanctiſsimi, & religioſiſsimi Summi Pontifices, Pius V. & Sixtus itidem V. qui ab eorum Ordinum primis inſtitutoribus non degeneres, Chriſti Eccleſiam ſumma pietate, & uitæ ſanctitate pariter adminiſtrarent. Quod quidem Pius ille V. uerè pius, dum uixit enixus eſt facere. Ita dubitandum non eſt, quin & Sixtus V. ſit præſtaturus, uerè Sixtus, qui admirabili conſtantia, & ſumma fide uix ad ſummi Pontificatus dignitatem euectus, tantam de ſe ipſo in Vrbe, & Orbe toto opinionem conceptam excitauit, ut ſedens in ſolio, ſolo intuitu diſſipet omne malum. Vnde abiectis prauis conſuetudinibus ita bonas inſerit, & plantat, ut uniuerſus Chriſtianus populus magna felicitate perfruatur.

Prouerb. 20.

VATICINIVM SIBYLLAE ERYTHREAE de inclytis, & ſanctitate claris BB. Dominico, & FRANCISCO.

Hęc Sibylla Erythræa, quæ (ut Varro memorat) quinta i ordine floruit tempore Ezechię, huius Sibyllę meminit quoq; B. Auguſt. lib. 18. de Ciuit Dei. cap. 23.

Hanc Apollodorus Erythræus ſuá affirmat eſſe ciuē: Sydus: cuius nitore uniuerſus terrarum orbis illuſtris redderetur & clarus, Dominicū in Hiſpania procreādū denunciauit. Ioannes Garzonis in uita D. Dominici. B. Frāciſcus, & Dominicus ſtellis cōparātur, quos nec terræ fremitus, nec faces tyrannorum uiſæ terrebant.

HAEC Sibylla Erythræa, quæ (vt refert B. Auguſt.) multa prædixit de Chriſto, habentur enim in quodam libro Sibyllino, quem B. Auguſtinus memorat, hæc verba: IESVS Chriſtus Dei filius Saluator. Quę vixit tempore Ezechiæ prophetæ, & cùm ſpiritu prophetico plena eſſet, multa prædixit, & præſertim inclytos viros B. Dominicum, & FRANCISCVM duo præcipua lumina mundo affutura. Hæc enim verba leguntur. In vltima ætate humiliabitur Deus, & humiliabitur proles diuina, iungetur humanitati diuinitas, iacebit in fœno agnus, & puellari officio decubabitur Deus, & homo, deinde ait. Erit autem beſtia horribilis ab oriente veniens (ideſt Machometes) & ſubdit de B. FRANCISCO, & de B. Dominico. Stellæ quoque duæ ſurgent contra ipſum, & non obtinebunt donec veniat abhominatio, & voluntas Altiſſimi conſummetur: vbi ſtellarum nomine intelligit hos duos præcipuos viros, ac eorum Ordines, quibus totus Orbis illuſtratus, & reſtitutus eſt: ſiquidem B. FRANC. quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, claris vitæ, & doctrinæ micans fulgoribus, ſedentes in tenebris, & vmbra mortis direxit in lucem, & ſignum in ſe Dominici fęderis repreſentans ſalutem mundo euangelizauit, & pacem.

ARGVMENTVM IN VITAM CLARISSIMI ſanctitate viri B. FRANCISCI, & ſociorum eius.

F. Ioannes de Celano.

SCRIPTVRO de vita, & geſtis B. patris FRANCISCI, & ſociorum eius multa occurrunt, quæ partim inſtimulant, & plurimum ad aggrediendum rem tantam impellunt, partim retrahunt: vt nihil maiore conatu aggrediendum mihi vnquam putauerim. Nimirum materia hæc tam grandis excedit omnem vim, atque facundiam, præterquam pauca quidem, & hæc ſanè rudia reperio poſt annum M CCC XXXIIII. fretus tamen ope illius, qui linguas infantium facit diſertas, & patrocinio B. patris FRANCISCI, cuius cauſſa agitur, maiora viribus tentabo.

Nam mens canere ardet
Ortus, obituſq; viri ſauoſq; labores.

Nec patiar

Nec patiar me argui negligentiæ, quamuis potero nimiæ forſitan audaciæ reprehendi, qui rem arduam, & grandem, ſtylo arido ſim complexus: in qua re nec mihi poſtulabo ignoſci, qui ſpontè erro, & venuſtatem ſcio reprehenſionis à Marco quondam Catone in Albinum, qui res Romanas oratione græca ſcriptitauit. Sum (inquit) homo Romanus, natus in latio, & eloquium græcum à nobis alienum eſt; aduerſus quem dixit Marcus Cato. Te oro quis pepulit, vt id cõmitteres, quod priuſquam faceres, vt ignoſceretur petiſti. Quod ne mihi quoque poſſit accidere ſine petitione veniæ rem aggrediar. Scripturus itaque de vita, & rebus præclaris inclyti ſanctitate viri B. FRANCISCI, inhærebo illis, quæ D. Bonauentura auctor fide dignus, ſingulari pietate, & eruditione clariſſimus, ſed tauta rerum copia, & ſententiarũ grauitate contexuit, vt vniuerſus orbis eius lectione facilè inſtrui poſſit: à quibus ne latum quidẽ vnguem diſceſſit Aloyſius Lipamanus Veronæ Epiſcopus diligentiſſimus antiquitatis inueſtigator; ſed antequam propoſitæ rei Ordiuem exponam, dicendi ratio exigere videtur, vt primò omnium explicem B. FRANCISCI vitam, res geſtas, necnon ſociorum eius, & beatorum geſta, vt inde trahantur exempla virtutum imitanda ijs, qui & ipſi ſancti eſſe percupiunt. Nam homines ad duriora ſubeunda magis mouentur exemplo, quàm inſtitutione, atque præceptis. Nemo enim ad corporis fatigationem animum induceret, ſi nullus reperiretur à quo ante obſeruata fuiſſent, ſed ingentes gratias agimus Deo, cuius diuina ope, atque patrocinio ex hoc Franciſcano inſtituto, tantus quidem vtriuſque ſexus, vel ſanctitate vitæ, vel doctrina, vel vtraque re excellentium numerus emanauit, vt vel ſolis ijs Chriſtiana Religio, ſi nullos habeat alios ſatis illuſtrata cenſeri queat. Faxit itaque Deus ſua clementia, vt ſicut ſanctis ſuis contulit imitationis exemplum: ita ad ipſos imitandos adſit nobis, vt tandem in eius ſinu requie perfruamur æterna. Amen.

Facetum dictũ Catonis i Aul. Albin. cuius meminit Cicero in Bruto.

D PROLO-

PROLOGVS D. BONAVENTVRAE IN VITAM S. FRANCISCI.



Cùm primùm illuxit lux hæc clariſſima mundo,
Obſcura exegit lumine cuncta ſuo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

APPARVIT gratia Dei Saluatoris noſtri diebus iſtis nouiſſimis in ſeruo ſuo FRANCISCO omnibus verè humilibus, & ſanctæ paupertatis amicis, qui ſuperaffluentem in eo Dei miſericordiam venerantes, ipſius erudiuntur exemplo, impietatem, & ſecularia deſideria funditus abnegare, Chriſto conformiter viuere, & ad beatam ſpem deſiderio indefeſſo ſitire. In ipſum nanque, vt verè pauperculum, & contritum, tanta Deus excelſus benignitatis condeſcenſione reſpexit, quòd non ſolùm de mundialis conuerſationis puluere ſuſcitauit egenum, verùm etiam Euangelicę perfectionis profeſſorem, ducem, atque præconem effectum, in lucem dedit credentium, vt teſtimonium perhibendo de lumine, viam lucis, & pacis ad corda fidelium Domino præpararet. Hic etenim, quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, claris vitæ micans, & doctrinæ fulgoribus, ſedentes in tenebris, & vmbra mortis, irradiatione præfulgida direxit in lucem; & tanquam arcus refulgens inter nebulas, gloriæ ſignum in ſe Dominici fœderis repræſentans, pacem, & ſalutem Euangelizauit hominibus, exiſtens & ipſe Angelus veræ pacis, ſecundum imitatoriam quoq; ſimilitudinem præcurſoris, deſtinatus à Deo, vt viam parans in deſerto altiſſimæ paupertatis, tam exemplo, quàm verbo pœnitentiam prædicaret. Primùm ſupernæ gratiæ præuentus donis, dehinc virtutis inuictæ adauctus meritis, prophetali quoque repletus ſpiritu, necnon & Angelico deputatus officio, incendioq; ſeraphico totus ignitus, & vt vir Hierarchicus curru igneo ſurſum vectus, ſicut ex ipſius vitæ decurſu luculenter apparet,

Iſa. 66.

Eccl. 50.

Mittitur B. Franciſcus in exemplum fidelibus, quod probatur ex uirtutib. ei infuſis.

Malachię 3.

ter apparet, rationabiliter comprobatur veniſſe in ſpiritu, & virtute Eliæ. Ideoq́; alterius amici ſponſi, Apoſtoli, & Euangeliſtæ Ioannis vaticinatione veridica, ſub ſimilitudine Angeli aſcendentis ab ortu ſolis, ſignumq́; Dei viui habentis, adſtruitur non immeritò deſignatus: ſub apertione nanque ſexti ſigilli, Vidi (ait Ioannes in Apocalypſi) alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui. Hunc Dei nuncium, amabilem Chriſto, imitabilem nobis, & admirabilē mundo, ſeruum Dei FRANCISCVM indubitabili fide colligimus, ſi culmen in eo eximiæ ſanctitatis aduertimus, qui inter homines viuens, imitator fuit puritatis Angelicæ, qui & poſitus eſt perfectis Chriſti ſectatoribus in exemplum. Ad quod quidem fideliter ſentiendum, & piè, non ſolùm inducit officium, quod habuit vocandi ad fletum, & planctum, caluitium, & cingulum ſacci, ſignandiq́; Tau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium, ſigno præſentiali Crucis, & habitus Cruci conformis: verum etiam irrefragabili veritatis teſtificatione confirmat ſignaculum ſimilitudinis Dei viuentis, Chriſti uidelicet crucifixi, quod in corpore ipſius fuit impreſſum, non per naturæ virtutem, vel ingenium artis, ſed potius per admirandam potentiam ſpiritus Dei viui. Ad huius tàm venerabilis viri vitam omni imitatione digniſſimam deſcribendam, indignum, & inſufficientem me ſentiens, id nullatenus attentaſſem, niſi me fratrum feruens incitaſſet affectus, Generalis quoq; capituli concors induxiſſet inſtantia, & ea, quam ad Sanctum Patrem habere teneor, deuotio compuliſſet; vt potè qui per ipſius inuocationem, & merita, in puerili ætate (ſicut recenti memoria teneo) à mortis faucibus erutus, ſi præconia laudis eius tacuero, ſceleris timeo argui, vt ingratus. Eſt & hæc penès me cauſſa præcipua hunc aſſumendi laborem, vt ego, qui vitam corporis, & animæ, à Deo mihi conſeruatam recognoſco per ipſum, & virtutem eius in me ipſo expertus agnoui, uitæ illius virtutes, actus, & verba, quaſi fragmenta quædam partim neglecta, partim diſperſa, quanquam plenè non poſſem, vtcunque colligerem, ne morientibus ijs, qui cum ſeruo Dei conuixerant, deperirent. Vt igitur vitæ ipſius veritas ad poſteros tranſmittenda certius mihi conſtaret, & clarius, adiens locum originis, conuerſationis, & tranſitus viri ſancti, cum familiaribus eius adhuc ſuperuiuentibus collationem de ijs habui diligentem, & maximè cum quibuſdam, qui ſanctitatis eius, & conſcij fuerunt, & ſectatores præcipui, quibus propter agnitam veritatem, probatamq́; virtutem, fides eſt indubitabiliter adhibenda. In deſcriptione autem eorum, quæ per ſeruum ſuum Deus dignanter effecit, curioſum ſtyli ornatum negligendum eſſe putaui, cùm legentis deuotio plus ſimplici ſermone, quàm phalerato proficiat. Nec ſemper hiſtoriam ſecundum ordinem temporis texui, propter confuſionem vitandam; ſed potius ordinem ſeruare ſtudui magis aptæ iuncturæ, ſecundum quod eodem peracta tempore diuerſis materijs, vel diuerſis patrata temporibus, eidem materiæ congruere videbantur. Initium autem vitæ ipſius, progreſſus, & conſummatio, quindecim diſtincta capitulis deſcribuntur, inferius adnotatis. Agitur enim primo de conuerſatione ipſius in habitu ſeculari. Secundo de perfecta conuerſione eius ad Deum, & de reparatione trium eccleſiarum. Tertio de inſtitutione Religionis, & approbatione Regulæ. Quarto de profectu Ordinis ſub manu ipſius, & confirmatione Regulæ prius approbatæ. Quinto de auſteritate vitæ, & quomodo creaturæ præbebant ei ſolatium. Sexto de humilitate, & obedientia; & de condeſcenſionibus diuinis ſibi factis ad nutum. Septimo de amore paupertatis, & mira ſuppletione defectuum. Octauo de pietatis affectu, & quomodo ratione carentia affici videbantur ad ipſum. Nono de feruore charitatis, & deſiderio martyrij. Decimo de ſtudio, & virtute orationis. Vndecimo de intelligentia ſcripturarum, & ſpiritu prophetiæ. Duodecimo de efficacia prædicandi, & gratia ſanitatum. Decimotertio de ſtigmatibus ſacris. Decimoquarto de patientia ipſius, & tranſitu mortis. Decimoquinto de canonizatione, & tranſlatione ipſius. Poſtremò de miraculis poſt tranſitum eius felicem oſtenſis, aliqua ſubnectentur.

Apoc. 7.

Dicunt in ortu B. Frāc. Angelum apparuiſſe in ſpecie pegrini, qui petita eleemoſyna puerum natum petijt uidere, eumq; amplexatus benedixit, & (ut dicitur) in humero dextro ſignum crucis impreſsit, & mox euanuit. Iſta reuelatio habetur ex antiqua hiſtoria referēte F. Nicolao Aſſiſiate Guardiano Spoleti, & hoc habuit à Margarita matre ſua, & familiari dominæ Picæ matris B. Frācisſci.

Iſ. 22.

Ezech. 9.

Cauſſa huius tam venerabilis viri deſcribendi uitam.

S. Bonauen. à morte ſeruatus à S. F.

Cociliat ſibi fidē ex accurata inquiſitione ueritatis narrandorum.

Diſpoſitio, & diſtinctio dicendorū in cap. xv. quæ eſt Summa totius opuſculi huius.

VITAE HISTORIA

DE CONVERSATIONE S. FRANCISCI in ſeculari habitu. *Cap. I.*



Membra (adeò fuerat veræ pietatis amator) Militis obtexit veſtibus iſte ſuis.

Aſsiſium B. Franc. patria.

VIR erat in ciuitate Aſſiſij FRANCISCVS nomine, cuius memoria in benedictione eſt, pro eo quòd Deus ipſum in benedictionibus dulcedinis benignè præueniens, & de præſentis vitæ periculis clementer eripuit, & cœleſtis gratiæ donis affluenter impleuit. Etenim cùm inter uanos fuerit hominum filios iuuenili ætate nutritus in vanis, & poſt aliqualem litterarum notitiam lucratiuis mercationum deputatus negotijs, ſuperno tamen ſibi aſſiſtente præſidio, nec inter laſciuos iuuenes, quamuis effuſus ad gaudia, poſt carnis petulantiam abijt, nec inter cupidos mercatores, quamquam intentus ad lucrum, ſperauit in pecunia, & theſauris. Inerat nanquè iuuenis FRANCISCI præcordijs diuinitus indita quædam ad pauperes miſeratio liberalis, quæ ſecum ab infantia creſcens tanta cor ipſius benignitate repléuerat, ut iam Euangelij non ſurdus auditor, omni proponeret ſe petenti tribuere, maximè ſi diuinum allegaret amorem. Cùm autem ſolis negotiationis intentus tumultibus, pauperem quendam pro amore Dei petentem eleemoſynam, præter morem ſolitum uacuum repuliſſet, ſtatim ad cor reuerſus, cucurrit poſt ipſum, & eleemoſyna illi clementer impenſa, promiſit Domino Deo, quòd nunquam ex tunc, dum adeſſet poſſibilitas, petentibus pro amore Domini denegaret. Quod uſque ad mortem indefeſſa pietate obſeruans, copioſa in Deum dilectionis, & gratiæ incrementa promeruit. Aiebat.n.pòſt, cùm iam perfectè Chriſtum induerat, quòd et exiſtens in habitu ſeculari, uocem diuini expreſſiuã amoris, audire uix unq̃ ſine cordis immutatione ualebat.

Iuuenis exercet mercaturam.

Miſeratio eius erga pauperes. Id qđ ex factis eius, & animi affectione oſtenditur.

Luc. 6.

Promittit Deo ſe nunquam petenti eleemoſynam denegaturum.

Virtutes eius dum adhuc laicus eſſet.

Porrò

Porrò manſuetudinis lenitas cum elegantia morum, patientia, & tractabilitas, ſupra humanum modum, munificentiæ largitas, vltra ſuppetentiam facultatum, quibus bonæ indolis adoleſcens certis florere conſpiciebatur indicijs, quædam videbantur eſſe præludia, quòd copioſior ſuper eum foret in poſterum diuinę benedictionis abundantia diffundenda. Quidam ſanè vir de Aſſiſio, valde ſimplex (vt creditur) eruditus à Deo, cùm aliquando per ciuitatem eunti obuiaret FRANCISCO, deponebat pallium, ſternebat ipſius pedibus ueſtimentum, aſſerens omni fore FRANCISCVM reuerentia dignum, vt potè qui eſſet in proximo magna facturus, & ob hoc ab vniuerſitate fidelium magnificè honorandus. Ignorabat autem adhuc FRANCISCVS circa ſe conſilium Dei, pro eo quòd tam iuſſione patris ad exteriora diſtractus, quàm corruptione naturalis originis ad inferiora depreſſus, nondum didicerat contemplari cœleſtia, nec aſſueuerat deguſtare diuina. Et quia ſpirituali auditui dat intellectum inflicta vexatio, facta eſt ſuper eum manus Domini, & immutatio dexteræ excelſi, diutinis languoribus ipſius corpus affligens, vt coaptaret animam ad ſancti ſpiritus vnctionem. Cumq; reſumptis corporeis viribus, ſibi veſtimenta decentia, more ſolito præparaſſet, obuiam habuit militem quendam generoſum quidem, ſed pauperem, & male ueſtitum; cuius pauperiem pio miſeratus affectu, illum protinus ſe exuto ueſtiuit; ut ſcilicet in uno geminum impleret pietatis officium, quò & nobilis militis uerecundiam tegeret, & pauperis hominis pęnuriam releuaret. Nocte verò ſequenti, cùm ſeſopori dediſſet, palatium ſpecioſum, & magnum, cum militaribus armis, crucis Chriſti ſignaculo inſignitis, clementia ſibi diuina monſtrauit; vt miſericordiam pro ſummi Regis amore exhibitam militi præoſtenderet incomparabili compenſandam eſſe mercede. Vnde cùm quæreret, cuius eſſent illa omnia, ſua fore, militumq; ſuorum, ſuperna fuit aſſertione reſponſum. Euigilans itaque manè, cùm nondum haberet exercitatum animum ad diuina perſcrutanda myſteria, neſciretq; per viſibilium ſpecies, tranſire ad contuendam inuiſibilium veritatem, magnæ proſperitatis indicium exiſtimabat inſolitam viſionem. Diſpoſuit itaq; diuinæ adhuc diſpoſitionis ignarus, in Apuliam ad quendam liberalem comitem ſe conferre, in ipſius ſperans obſequio decus adipiſci militiæ, vt oſtenſa ſibi uiſio prætendebat. Cumq; paulò pòſt iter aggreſſus iuiſſet vſq; ad proximam ciuitatem, audiuit in nocte Dominum familiari ſibi allocutione dicentem, FRANCISCE quis poteſt facere melius tibi, Dominus, aut ſeruus? diues, aut pauper? Cui cum FRANCISCVS reſpondiſſet, quòd tam dominus, quàm diues facere melius poteſt; intulit ſtatim, Cur ergo relinquis pro ſeruo Dominum, & pro paupere homine diuitem Deum? Et FRANCISCVS, quid me vis facere Domine? Et Dominus ad eum, Reuertere in domum tuam, quia viſio, quam vidiſti, ſpiritualem præfigurat effectum, non humana, ſed diuina in te diſpoſitione complendum. Mane itaquè facto, cum feſtinatione Aſſiſium uerſus reuertitur, ſecurus, & gaudens, & iam exemplar obedientiæ factus, expectabat Domini uoluntatem. Ex tunc à publicæ negociationis tumultu ſe ſubtrahens, ſupernam deuotè precabatur clementiam, vt quid ſibi foret agendum, oſtendere dignaretur. Cum autem ex frequenti orationis vſu flamma deſiderij cœleſtis in eo vehementer ſuccreſceret, & iam pro amore ſupernæ patriæ terrena omnia deſpiceret quaſi nihil, theſaurum ſentiebat ſe reperiſſe abſconditum, ac velut prudens negociator margaritam inuentam excogitabat, venditis omnibus, comparare. Adhuc tamen, qualiter id ageret, ignorabat, niſi quia ipſius ſuggerebatur ſpiritui, quòd ſpiritualis mercatio à mundi contemptu ſumat initium, Chriſtiq; militia ſit à ſuijpſius victoria inchoanda. Quadam itaque die dum equitaret per planitiem, quæ ſubiacet ciuitati Aſsiſij, leproſum quendam habuit obuium, cuius inopinatus occurſus ei nō paruum incuſſit horrorem. Recurrens autem ad perfectionis mente iam conceptæ propoſitum, & recolens, quòd ſe ipſum oporteret primum deuincere, ſi vellet effici Chriſti miles, ad deoſculandum eum equo lapſus accurrit. Cui cùm manum, quaſi aliquid accepturus leproſus protenderet, pecuniam cum oſculo reportauit. Statim autem equum aſcendens, & ſe circunquaque conuertens, cùm campus pateret vndique liber, leproſum illum minimè vidit. Admiratione itaquè repletus, & gaudio, laudes cœpit Domino decantare deuotè, proponens ex hoc ſemper ad maiora conſcendere. Solitaria proinde loca quærebat amica mœroribus, in quibus, dum gemitibus inenarrabilibus inceſſanter intenderet, poſt longam precum inſtantiam, à Domino meruit exaudiri. Dum enim vna dierum ſic ſequeſtratus oraret, & præ nimietate feruoris totus eſſet abſorptus in Deum, apparuit ei Chriſtus IESVS, veluti cruci confixus. Ad cuius conſpectum liquefacta eſt anima

Indole uenerabilis, etiam ex uaticinio hominis.

Incipit uocari ad diuina per infirmitates.
Iſa. 28.

Inſigne eximiæ charitatis exēplū, quo medio eleemoſynarum facta rum cōcipit ab in ſomnio ſpem magnæ mercedis.
Viſio.

Volens ſe dare militiæ, diuinitus reuocatur.

Diuinitus diſcit ueritatem inſomnij malè prius interpretati.

Quieſcit à mundanis, & diuinum expectat nutum.

Terrena omnia prorſus eiuileſcūt.

Chriſtum in lepro ſo oſculatur.

Viſo ex precū animiq; feruore Chriſto induit affectū eximiæ diſciplinæ: cuius exempla narrantur in leproſos & pauperes.

Luc.9.

Iſa.53.

Humanitas eius erga leproſos.

eius, & memoria paſſionis Chriſti uiſceribus cordis ipſius adeò impreſſa medullitus, ut ab illa hora cùm Chriſti crucifixio ueniret in mentem, uix poſſet à lachrymis, & gemitibus exterius contineri; ſicut ipſe poſtmodùm familiariter retulit, cùm appropinquaret ad finem. Intellexit per hoc nempè vir Dei illud Euangelicum ſibi dici: Si uis uenire poſt me, abnega temetipſum, & tolle crucem tuam, & ſequere me. Induit ex tunc ſpiritum paupertatis, humilitatis ſenſum, & affectum intimæ pietatis. Nam cùm prius leproſorum, non ſolum conſortium, uerumetiam longinquum contuitum uehementer horreret, iam propter Chriſtum crucifixum, qui iuxta uerbum propheticum, contemptibilis ut leproſus apparuit, ut ſemetipſum planè contemneret, humilitatis, & humanitatis obſequia leproſis benefica pietate præſtabat. Viſitabat enim frequenter domos ipſorum, liberaliter eis eleemoſynas erogabat, & cum multo compaſsionis affectu manus eorum oſculabatur & ora. Pauperibus etiam mendicantibus non ſolum ſua, uerumetiam ſe ipſum cupiebat impendere, aliquando ueſtimenta exuens, aliquando diſſuens, aliquando ſcindens, ad largiendum eis, cum præ manibus alia non haberet. Sacerdotibus etiam pauperibus reuerenter ſubueniebat, & piè, præcipuè in ornamentis altaris, quò & cultus diuini particeps fieret, & cultorum inopiæ ſupplementa præberet. Cùm autem religioſa deuotione tunc temporis limina uiſitaret Apoſtoli Petri, conſpecta multitudine pauperum ante fores eccleſiæ, partim ductus pietatis dulcedine, partim paupertatis allectus amore, uni ex eis magis egenti proprias largitus eſt ueſtes, & ſemicinctijs contectus illius, diem illum in medio pauperum cum inſolita ſpiritus iucunditate tranſegit, ut & ſecularem gloriam ſperneret, & ad perfectionem Euangelicam gradatim conſcendendo perueniret. Mortificationi carnis inuigilabat attentius, ut Chriſti crucem, quam interius ferebat in corde, exterius etiam circumferret in corpore. Agebat autem hæc omnia vir Dei FRANCISCVS nondum habitu, uel conuictu ſequeſtratus à mundo.

Narratur, quòd cū iter ageret, incidit in hominem, cuius ueſtimēta diutino uſu detrita vix pudenda corporis operuerant, & nuditatem eius dolens ſubſiſtit, ſuſpirauit, ingemuit. Frater uerò, qui illum comitabat, Quid (inquit) ita triſtaris pater? & ſi hic in iumentis eget, forſan abūdat cōcupiſcentijs. Tunc Franciſcus fraterni erroris non diſſimulator, ſed corrector, iuſſit protinus, ut ille ſua ſe tunica exueret, & pauperē tegeret, ut tādem diſceret nephas eſſe miſerorum mores ſugillare, & indigentiā negligere.

Carnis concupiſcentias refrænat.

DE PER-

DE PERFECTA CONVERSIONE EIVS AD *Deum, & de reparatione trium eccleſiarum.* *Cap. II:*



Labentem vt cernis, Chriſti pia dixit imago,
I Franciſce domum iam reparare meam.

QVONIAM autem ſeruus Altiſſimi doctotem non habebat aliquem in huiuſmodi, niſi Chriſtum, addidit adhuc ipſius clementia eum in gratiæ uiſitare dulcedine. Dum enim die quadam egreſſus ad meditandum, in agro deambularet iuxta eccleſiam Sancti Damiani, quæ minabatur præ nimia uetuſtate ruinam, & in eam inſtigante ſe ſpiritu, cauſſa orationis intraſſet, proſtratus ante imaginem Crucifixi, non modica fuit in orando ſpiritus conſolatione repletus. Cumq; lachrymoſis oculis intenderet in Dominicam crucem, uocem de ipſa cruce delapſam ad eum, cotpoteis audiuit auribus tet dicentem: FRANCISCE, uade, & repara domum meam, quæ (ut cernis) tota deſtruitur. Tremefactus FRANCISCVS, cùm eſſet in eccleſia ſolus, ſtupet ad tam mirandæ uocis auditum, cordeq; percipiens diuini vittutem eloquij mentis alienatur exceſſu. In ſe tandem reuerſus, ad obediendum ſe parat, & totum ſe recolligit ad perficiendum mandatum de materiali eccleſia reparanda, licèt principalior intentio uerbi ad eam ferretur, quam Chriſtus ſuo ſanguine acquiſiuit, ſicut eum Spiritus ſanctus edocuit, & ipſe poſtmodùm fratribus reuelauit. Surrexit proinde ſigno crucis ſe muniens, & aſſumptis pannis venalibus, ad ciuiratem, quæ Fulgineum dicitur, acceſſit, ibiq; uenditis, quæ portauerat, equum, cui tunc inſederat felix mercator, aſſumpto precio dereliquit. Rediensq; Aſſiſium, eccleſiam, de cuius reparatione mandatum acceperat, teuerenter intrauit, & inuento illic ſacerdote pauperculo, ei reuerentiam decentem exhibuit, & ad reparationem eccleſiæ, & pauperum uſum pecuniam obtulit, & ut ſecum ſe morari pateretur ad tempus, humiliter requiſiuit. Acquieuit ſacerdos de mora ipſius, ſed timore parentum pecuniam recuſauit,

Dum ligneam adorat crucem, oraculo iubetur collapſam inſtaurare eccleſiam, ut per crucis meditationem Franciſcus prænoſceret eccleſiā terreſtrem ab eo fore reparandam.

quam

Vide in quantū deſpectū habeat pecuniam & diuitias huius ſeculi. q ad annum ſuæ ętatis xxv. in uia perditionis inceſſit, ut potè qui inſolentior effectus laſciuiam iocis, & luſibus, geſtu, habitu, & uerbis oſtenderet. Iacob. de Vorag. & Vincēt. li. 3. cap. 97. Spec. Hiſt.

quam verus pecuniarum contemptor in quandam feneſtram proijciens, abiectam velut puluerem vilipendit. Moram autem faciente ſeruo Dei cum ſacerdote prædicto, cùm hoc intellexiſſet pater ipſius perturbatus animo, cucurrit ad locum. At ipſe, quia nouus Chriſti erat athleta, cum audiret perſequentium minas, & eorum præſentiret aduentum, dare locum iræ volens, in quadam occulta fouea ſe abſcondidit: in qua diebus aliquibus latitando, rogabat Dominum inceſſanter, lachrymarum imbre perfuſus, vt liberaret de manibus perſequentium animam ſuam, & pia, quæ inſpirauerat, vota benigno fauore compleret. Igitur exceſſiua quadam completus lætitia, cœpit de puſillanimitatis ignauia ſemetipſum arguere, relictaq; fouea, abiectoq; pauore, verſus ciuitatem Aſſiſij iter aggreſſus eſt. Quem cum ciues cernerent facie ſqualidum, & mente mutatum, ac per hoc alienatum putarent à ſenſu, luto platearum, & lapidibus impetebant, & tanquam inſano, & dementi clamoſis uocibus inſultabant. Famulus autem Domini nulla fractus, aut mutatus iniuria,

Multis inſultationibus afficitur à ciuibus, & à patre.

vt ſurdus in omnibus pertranſibat. Cumq; clamorem huiuſmodi pater audiſſet, ſtatim accurrens non ad liberandum eum, ſed potius ad perdendum, omni miſeratione ſubtracta, pertractum, domi primò verbis, deinde verberibus, & vinculis angit. Ipſe autem ad exequendum Domino, quod cœperat promptior, & validior reddebatur, recolens illud Euangelicum verbum, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Poſt modicum verò tempus, patre à patria diſcedente, mater eius factum mariti non approbans, & inflexibilem filij conſtantiam emolliri poſſe non ſperans, à vinculis abſolutum abire permiſit. At ipſe gratias omnipotenti Deo referens, ad locum, in quo prius fuerat, eſt reuerſus. Rediens autem pater, & eum non inueniens domi, conuicijs illatis vxori, fremens cucurrit ad locum, vt ſi eum reuocare non poſſet, ſaltem de pro

Math. 5.

Pro nihilo ducit uincula & carceres, ac uerbera.

uincia effugaret. FRANCISCVS verò confortatus à Deo, obuium vltrò ſe obtulit patri furenti libera voce clamans, ſe pro nihilo ducere vincula, & verbera eius, inſuper & conteſtans ſe pro Chriſti nomine gaudenter mala omnia ſubiturum. Videns itaque pater, quòd eum reuocare non poſſet, ad extorquendam pecuniam ſe conuertit. Qua tandem inuenta in feneſtrella quadam, aliquantulum ipſius mitigatus eſt furor, auaritiæ ſiti, vt cunque perhauſtum pecuniæ temperata. Tentauit deinde pater carnis, filium gratiæ pecunia iam nudatum ducere coram Epiſcopo ciuitatis, vt in ipſius manibus facultatibus re-

Promptè renunciat paternæ rei.

nunciaret paternis, & omnia redderet, quæ habebat. Ad quod faciendum ſe promptum exhibuit veræ paupertatis amator. Perueniensq; coram Epiſcopo nec moras patitur, nec cunctatur de aliquo, nec verba expectat, nec facit; ſed continuò, depoſitis omnibus veſtimentis, reſtituit ea patri. Inuentus eſt autem tunc vir Dei cilicium habere ad carnem ſub veſtibus delicatis. Inſuper ex admirando feruore ſpiritu ebrius, reiectis etiam femoralibus, totus coram omnibus denudatur, dicens ad patrem: Vſque nunc vocaui te patrem in terris, amodò autem ſecurè dicere poſſum, Pater noſter, qui es in cœlis, apud quem omnem theſaurum repoſui, & omnem ſpei fiduciam collocaui. Hoc cernens Epiſcopus, & admirans tam excedentem in viro Dei feruorem, protinus exſurrexit, & inter brachia ſua illum cum fletu recolligens, vti erat vir pius, & bonus; pallio, quo erat amictus, operuit,

Matth. 6.

Denudatus à patre, iterum ueſtitur ab Epiſcopo.

præcipiens ſuis, vt aliquid ſibi darent, ad membra corporis contegenda. Oblatus eſt autem ei mantellus pauper, & vilis, cuiuſdam agricolę ſeruientis Epiſcopo, quem ipſe gratanter ſuſcipiens cum cęmento, quod ſibi occurrit ad modum crucis manu propria conſignauit, operimentum ex eo formans crucifixi hominis, & pauperis ſeminudi. Sic igitur ſeruus Regis Altiſſimi nudus relictus eſt, vt nudum ſequeretur Crucifixum Dominum, quem amabat, ſic vtique cruce munitus, ut animam ſuam ligno ſalutis committeret, per quod de mundi naufragio ſaluus exiret. Solutus exinde mundi contemptor à vinculis mundanarum cupidinum, ciuitate relicta, ſecurus & liber ſecretum ſolitudinis petijt, vt ſolus, & ſilens ſupernæ audiret alloquutionis arcanum. Dumq; per ſyluam quandam iter faciens

Cantans Gallicè Deo hymnos incidit in latrones, quibus prophetice, Prȩco ſum, ait, magni Regis.

laudes Domino lingua Francorum vir Dei FRANCISCVS decantaret cum iubilo, latrones ſuper eum ex abditis irruerunt; quibus ferali animo, quis eſſet, interrogantibus vir Dei confidentiæ plenus prophetica voce reſpondit, Præco ſum magni Regis. At illi percutientes eum in defoſſum locum plenum niuibus proiecerunt, dicentes: Iace ruſtice præco Dei. Ipſe verò recedentibus illis exiliuit de fouea, magnoq; exhilaratus gaudio altiori cœpit voce per nemora laudes creatori omnium perſonare, & veniens ad quoddam vicinum cœnobium eleemoſynam petijt vt mendicus, & recępit vt incognitus, & deſpectus. Inde verò progrediens, deuenit Eugubium, vbi à quodam amico priſtino agnitus,

& ſuſceptus,

& ſuſceptus, paupere tunicula, vt Chriſti pauperculus, eſt contectus. Exinde totius humilitatis amator ſe tranſtulit ad leproſos, eratq; cum eis diligentiſſimè ſeruiens omnibus propter Deum; lauabat ipſorum pedes, ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & ſaniem abſtergebat; oſculabatur etiam ex miranda deuotione vlceroſas plagas ipſorum, Euangelicus medicus mox futurus. Propter quod à Domino tantam eſt conſequutus virtutem, vt in ſpiritualibus, & corporalibus morbis mirabiliter expurgandis mirabilem efficaciam obtineret. Referam vnum de multis, quod accidit, viri Dei fama poſtmodùm latius clareſcente. Cùm enim cuiuſdam de Comitatu Spoletino os pariter & maxillam morbus quidam horribilis depaſcendo corroderet, nec ſubueniri poſſet eidem aliquo medicinæ remedio, contigit, vt propter ipſorum ſanctorum expoſcenda merita, Apoſtolorum viſitatis liminibus, de peregrinatione rediens, ſeruo Dei occurreret. Cumq; præ deuotione vellet ipſius oſculari veſtigia, vir humilis hoc non ferens, oſculari volenti pedes oſculum ori dedit. Dum autem leproſorum ſeruus FRANCISCVS mirabili pietate illam plagam horribilem ore ſacro contingeret, omni fugato morbo, æger ille ſanitatem recuperauit optatam. Neſcio quod horum magis ſit meritò admirandum, an humilitatis profunditas in oſculo tam benigno, an virtutis præclaritas in miraculo tam ſtupendo. Fundatus iam in Chriſti humilitate FRANCISCVS ad memoriam reducit obedientiam ſibi è cruce iniunctam de Sancti Damiani eccleſia reparanda, & tanquam verus obediens Aſſiſium redijt, vt ſaltem mendicando voci diuinæ pareret, depoſitaq; omni verecundia, propter amorem pauperis Crucifixi, mendicabat apud eos, inter quos abundare ſolebat, debile corpus attritum ieiunijs, oneribus lapidum ſupponendo. Prædicta igitur eccleſia, iuuante ſe Domino, & deuotione ciuium aſſiſtente, refecta, ne poſt laborem corpus torperet ignauia, tranſtulit ſe ad reparandam eccleſiam quandam B. Petri longius à ciuitate diſtantem, ob deuotionem ſpecialem, quam ad Apoſtolorum principem ſinceræ fidei puritate gerebat. Hac tandem eccleſia conſummata, peruenit ad locum, qui Portiuncula dicitur, in quo eccleſia Beatiſſimæ Virginis Genitricis Dei antiquitus fabricata extiterat, ſed deſerta tunc à nemine curabatur. Quam cum vir Dei ſic derelictam conſpiceret, ob deuotionem feruentem, quam habebat ad Dominam mundi, cœpit illic aſſiduè pro ipſius reparatione morari. Sentiens autem iuxta nomen ipſius eccleſiæ, quod ab antiquo Sancta Maria de Angelis vocabatur, Angelicarum ibi viſitationum frequentiam, pedem fixit ibidem propter reuerentiam Angelorum, amoremq; præcipuum matris Chriſti. Hunc locum vir ſanctus amauit præ cæteris mundi locis. Hic etenim humiliter cœpit, hic virtuoſè profecit, hic feliciter conſummauit, hunc in morte fratribus, tanquam virgini chariſſimū commendauit. De hoc frater quidam Deo deuotus ante conuerſionem ſuam viſionem viderat relatione condignam. Innumeros cernebat homines cæcitate percuſſos, facie in cœlum directa, & genibus flexis in huius eccleſiæ ſtare circuitu, qui omnes protenſis manibus in altum lachrymabiliter clamabant ad Deum, miſericordiam poſtulantes, & lumen. Et ecce ingens de cœlo ſplendor aduenit ſe per omnes diffundens, qui lumen vnicuique tribuit, & ſalutem deſideratam conceſſit. Hic eſt locus, in quo fratrum Minorum Ordo à S. FRANCISCO per diuinæ reuelationis inſtinctum, inchoatus eſt. Diuinæ nanque prouidentiæ nutu, qua Chriſti ſeruus dirigebatur in omnibus, tres materiales erexit eccleſias, antequam Ordinem inchoans, Euangelium prædicaret; vt non ſolum à ſenſibilibus ad intelligibilia, à minoribus ad maxima ordinato progreſſu conſcenderet, verumetiam vt quid eſſet facturus in poſterum ſenſibili foris opere myſterialiter præſignaret. Nam inſtar reparatæ triplicis fabricæ ipſius ſancti viri ducatu, ſecundum datam ab eo formam, regulam, & doctrinam, Chriſti triformiter renouanda erat Eccleſia, trinaq; triumphatura militia ſaluandorum; ſicut & nunc cernimus eſſe completum.

Leproſis fit obſequio officioſiſſimè.

Franciſcus leproſorum ſeruus oſculo ſanat morbidū.

Aſſiſij depoſita oī uerecundia mendicat.

Tria templa inſtaurat.

Locum ſanctæ Mariæ de Portiuncula ſingulari amore proſequitur, ubi ſacer Ordo initiū cœpit.

Viſio cuiuſdā fratris.

Vti tres fabricas, ita triformi inſtituto Dei renouauit Eccleſiam.

DE INSTITVTIONE RELIGIONIS, & approbatione Regulæ. Cap. III.



Annuit oranti facta crucis Iſte figura,
Re quod Succeſſor promptior inde dedit.

IN eccleſia igitur Virginis Matris DEI moram faciente ſeruo ipſius FRANCISCO, & apud eam, quæ concepit Verbum plenum gratiæ, & ueritatis, continuis inſiſtente gemitibus, ut fieri dignaretur aduocata ipſius, meritis matris miſericordiæ concepit, ac peperit ſpiritum Euangelicæ ueritatis. Dum enim die quodam miſſam de Apoſtolis deuotus audiret, perlectum eſt Euangelium illud, in quo Chriſtus diſcipulis ad prædicandum mittendis, formam tribuit Euangelicam in uiuendo, ne uidelicet poſſideant aurum, uel argentum, nec in zonis pecuniam, nec peram in uia, nec duas tunicas habeant, nec calceamenta deferant, neque uirgam. Quod audiens, & intelligens, ac memoriæ commendans Apoſtolicæ paupertatis amicus, indicibili mox perfuſus lætitia, Hoc eſt (inquit) quod cupio, hoc quod totis præcordijs concupiſco. Soluit proinde calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram, & pecuniam execratur, vnaq; contentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem ſumit, omnem ſolicitudinem cordis in hoc apponens, qualiter audita perficiat, & Apoſtolicæ rectitudinis Regulæ per omnia ſe coaptet. Cœpit ex hoc uir Dei diuino inſtinctu Euangelicæ perfectionis æmulator exiſtere, & ad pœnitentiã cæteros inuitare. Erant autem ipſius eloquia non inania, nec riſu digna, ſed virtute Spiritus ſancti plena, medullas cordis penetrantia, ita ut in uehementem ſtuporem audientes conuerterent. In omni prædicatione ſua pacem annuncians, dicendo: Dominus det uobis pacem, populum in ſermonis exordio ſalutabat. Hanc quippè ſalutationem, Domino reuelante, didicerat, ſicut ipſe poſtmodùm teſtabatur. Vnde factum eſt, ut iuxta ſermonem propheticum, & ipſe prophetarum ſpiritu afflatus annunciaret pacem, prædicaret ſalutem,

Ioan. 1.

Matth. 10.

Admirabile ſtudiũ paupertatis.

Iſa. 52.

ſalutem, ac ſalutaribus monitis aſſociaret plurimos veræ paci, qui diſcordantes à Chriſto prius extiterant à ſalute longinqui. Innoteſcente itaque apud multos, viri Dei tàm doctrinæ ſimplicis veritate, quàm vitæ, cœperunt ipſius exemplo viri quidam ad pœnitentiam animari, & eidem, reiectis omnibus, habitu, vitaq; coniungi.

Multos ad Dominum conuertit.

Quorum primus extitit vir venerabilis Bernardus, qui vocationis diuinæ particeps factus, Patris beati primogenitus eſſe promeruit, tàm prioritate temporis, quàm priuilegio ſanctitatis.

Bernardus primus eius ſocius.

Hic enim ſerui Chriſti paupertate comperta, ipſius exemplo diſponens perfectè contemnere mundum, ab eodem, qualiter id perficeret, conſilium requiſiuit. Quo audito, Dei famulus pro propriæ prolis conceptu, Sancti ſpiritus conſolatione repletus, à Deo (inquit) eſt hoc conſilium requirendum. Intrauerunt proinde eccleſiam Sancti Nicolai, mane iam facto, & oratione præmiſſa, cultor Trinitatis FRANCISCVS ter Euangeliorum librum aperuit, trino expoſcens à Deo teſtimonio, Sanctum Bernardi propoſitum confirmari: in prima libri apertione illud occurrit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. In ſecunda, nihil tuleritis in via. In tertia verò: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Matth. 19.
Luc. 9.
Ibidem.

Hæc eſt (ait vir ſanctus) vita, & regula noſtra, omniumque, qui noſtræ voluerint ſocietati coniungi. Vade igitur, ſi vis perfectus eſſe, & perfice quæ audiſti. Non multò pòſt vocatis eodem ſpiritu quinque viris, filiorum FRANCISCI ſenarius numerus completus eſt, inter quos tertium ſortitus eſt locum Sanctus Pater Aegidius, vir vtique Deo plenus, & celebri memoria dignus.

S. Aegidius S. Franciſci ſocius eximius.

Hic etenim poſtmodùm virtutum ſublimium exercitatione præclarus (ſicut famulus Domini de illo ipſo prædixit) quanquàm eſſet idiota, & ſimplex, ad excelſæ contemplationis ſublimatus eſt verticem. Nam per multa curricula temporum ſurſum actionibus inceſſanter intentus, adeò crebris in Deum rapiebatur exceſſibus; quemadmodum & ego ipſe oculata fide conſpexi, vt magis cenſeretur inter homines vitam Angelicam agere, quàm humanam.

Viſio Syluestri Sacerdotis.

Illo quoque tempore cuidam ſacerdoti ciuitatis Aſſiſij nomine Syluestro honeſtæ conuerſationis viro, quædam à Domino fuit oſtenſa viſio non tacenda. Cùm enim modum & viam FRANCISCI, fratrumq; ſuorum humano ſpiritu abhorreret, ne periclitaretur pro temeritate iudicij, reſpectu fuit ſupernæ gratiæ viſitatus. Videbat nanque in ſomnis totam Aſſiſij ciuitatem à dracone magno circundari, præ cuius magnitudine nimia, tota regio videbatur exterminio ſubiacere. Contuebatur poſt hoc crucem quandam auream ex ore procedentem FRANCISCI, cuius ſummitas cœlos tangebat, cuiusq; brachia protenſa in latum vſq; ad mundi fines videbantur extendi. Ad cuius etiam aſpectum præfulgidum draco ille teter, & horridus, penitus fugabatur. Hoc dum ſibi tertiò monſtraretur diuinum æſtimans eſſe oraculum, viro Dei, & fratribus ſuis per ordinem enarrauit, ac non multo pòſt tempore, mundum relinquens veſtigijs Chriſti ſic perfectè adhæſit, quòd vita ipſius in Ordine authenticam reddidit eam, quam in ſeculo habuerat, viſionem.

Perfecta Syluestri conuerſio.

Ex huius viſionis auditu vir Dei non in gloria eſt elatus humana, ſed bonitatem Dei in ſuis beneficijs recognoſcens, fortiùs animatus eſt ad hoſtis antiqui fugandam verſutiam, & crucis Chriſti gloriam prædicandam. Quadam autem die dum in quodam ſolitario loco annos ſuos in amaritudine recogitans deploraret, Sancti Spiritus in eum ſuperueniente lætitia, certificatus eſt de remiſſione plenaria omnium delictorum. Raptus deinde ſupra ſe, ac in quoddam mirandum lumen totus abſorptus eſt, dilatato mentis ſinu, quæ circa ſe, & filios ſuos futura erant, luculenter aſpexit.

Raptus extra ſe S. Franciſcus.

Poſt hoc reuerſus ad fratres; Confortamini (ait) chariſſimi, & gaudete in Domino: nec quia pauci eſtis efficiamini triſtes, neque vos terreat mea, vel veſtra ſimplicitas; quoniam, ſicut mihi à Domino in veritate oſtenſum eſt, in magnam multitudinem faciet nos Deus creſcere, ſuæq; benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Eodem quoque tempore quodam alio bono viro religionem intrante ad ſeptenarium numerum viri Dei ſoboles benedicta peruenit. Tunc pius Pater omnes ad ſe filios conuocauit, & plura eis de regno Dei, de contemptu mundi, de abnegatione propriæ voluntatis, corporiſq; caſtigatione pronuncians, propoſitum ſuum de mittendo illos in quattuor partes orbis aperuit. Iam enim ſterilis, & paupercula ſimplicitas ſancti Patris pepererat ſeptem; & deſiderabat vniuerſitatem fidelium ad pœnitentiæ lamenta vocatam Chriſto Domino parturire. Ite (inquit dulcis Pater ad filios) annunciate hominibus pacem; prædicate pœnitentiam in remiſſionem peccatorum; Eſtote in tribulationibus patientes, in orationibus vigiles, in laboribus ſtrenui, in ſermonib. modeſti, in moribus graues, & in beneficijs grati; quia pro his omnibus regnum vobis præparatur.

Mittit fratres ſuos ad prædicandum.

ratur æternum. At illi coram ſeruo Dei humiliter ſe proſternentes in terram, cum gaudio ſpiritus ſuſcipiebant obedientiæ ſanctæ mandatum. Ipſe verò dicebat vnicuique ſingillatim, *Pſal.54.* Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. Hoc verbum dicere ſolitus erat, quotieſcunque fratrem aliquem ad obedientiam dirigebat. Tunc & ipſe ſciens ſe datum alijs in exemplum, vt prius faceret, quàm doceret; cum vno ſociorum verſus vnam orbis partem perrexit; reliquis ſex ad modum crucis tribus alijs mundi partibus deputatis. Modico autem elapſo pòſt tempore, benignus Pater charæ prolis exoptans præſentiam, cum in vnum eos per ſe conuocare non poſſet, per eum orabat hoc fieri, qui diſperſiones *Pſal.146.* congregat Iſraelis. Sicq; factum eſt, vt abſque humana vocatione, omnes ex inſperato poſt modicum temporis, iuxta eius deſiderium, diuina operante clementia, non ſine ipſorum admiratione pariter conuenirent. Illis quoque diebus quatuor ſibi adhærentibus *Conſcribit regulam.* viris honeſtis, ad duodenarium numerum excreuerunt. Cernens autem famulus Chriſti paulatim augeri numerum fratrum, ſcripſit ſibi, & fratribus ſuis, verbis ſimplicibus formulam vitæ, in qua ſancti Euangelij obſeruantia pro fundamento indiſſolubili collocata, pauca quædam alia inſeruit, quæ ad vniformem viuendi modum neceſſaria videbantur. Deſiderans autem per Summum Pontificem approbari, quæ ſcripſerat, diſpoſuit cum illo ſimplicium cætu Apoſtolicæ Sedis adire præſentiam, de ſola confiſus directione diuina. Cuius deſiderium Deus ex alto reſpiciens, ſociorum animos ſimplicitatis ſuæ conſideratione *Viſione Dei ſocijs confortatis intrepidus Pontif. Maieſtatē adit.* perterritos, oſtenſa viro Dei viſione huiuſmodi confortauit. Videbatur ſiquidem ei, quòd per quandam uiam incederet, iuxta quam ſtabat arbor celſitudinis magnæ. Ad quam cùm appropinquaſſet, & ſub ea ſtans ipſius altitudinem miraretur; ſubitò tantùm diuina uirtute leuabatur in altum, ut cacumen contingeret arboris, eiuſq; ſumma facilimè curuaret ad ima. Huius viſionis præſagium vir Deo plenus intelligens referri ad condeſcenſionem Apoſtolicæ dignitatis, exhilaratus eſt ſpiritu, fratribuſq; ſuis in Domino confortatis, iter cum eis aggreſſus eſt. Cùm autem ad Romanam curiam perueniſſet, & adduceretur ante conſpectum Summi Pontificis, eſſetq; Chriſti Vicarius in palatio Lateranenſi, in loco, qui dicitur Speculum, deambulans altis occupatus meditationibus, Chriſti famu-*Viſio Dei declaratur Innocētio III. Pōt. qui fuit uir miræ probitatis, & ſuorum temporū erudiτiſſimus.* lum, tanquam ignotum, repulit indignanter. Quo humiliter foras egreſſo, ſequenti nocte huiuſmodi reuelatio facta eſt à Deo ipſi Summo Pontifici. Videbat nanque inter pedes ſuos palmam paulatim ſuccreſcere, & in arborem pulcherrimam eleuari. Et eo mirante, quid hæc viſio vellet oſtendere, diuina lux impreſſit menti ipſius Chriſti Vicarij, quòd hæc palma illum pauperem, quem in præcedenti die repulerat, deſignabat, & mane ſequenti mandauit, per ſuos famulos, per vrbem dictum pauperem quæri. Quem inuentum iuxta Lateranum in hoſpitali Sancti Antonij ante conſpectum ſuū celeriter iuſſit adduci. Cumq; *A Summo Pontif. petit approbationem Regulæ.* introductus eſſet ante conſpectum Summi Pontificis expoſuit ſuum propoſitum, petens humiliter, & inſtanter, ſupradictam ſibi viuendi Regulam approbari. Videns autem Chriſti Vicarius Dominus Innocentius Tertius, vir vtiquè ſapientia clarus, admirandam in viro Dei ſimplicis animi puritatem, propoſiti conſtantiam, ignitumq; voluntatis ſanctæ feruorem, tunc Chriſti pauperem mentis amore complectens, inclinatus eſt animo, vt pium ſupplicanti præberet aſſenſum. Diſtulit tñ id perficere, quod Chriſti poſtulabat pauperculus, pro eo quòd aliquibus de Cardinalibus nouum aliquid, & ſupra vires humanas arduum videretur. Aderat autem inter Cardinales vir venerandus Dominus Ioannes de Sancto Paulo Epiſcopus Sabinenſis, omnis ſanctitatis amator, & adiutor pauperum Chriſti, qui diuino ſpiritu inflammatus, Summo Pontifici dixit, & fratribus ſuis. Si petitionem pauperis huius, tanquam nimis arduam, nouamq; refellimus, cùm petat confirmari ſibi formam Euangelicæ vitæ, cauendum eſt nobis, ne in Chriſti Euangelium offendamus. Nam ſi quis intra Euangelicæ perfectionis obſeruantiam, & votum ipſius, contineri dicat aliquid nouum, aut irrationabile, vel impoſſibile ad obſeruandum, contra Chriſtum Euangelij auctorem blaſphemare conuincitur. Quibus propoſitis Succeſſor Apoſtoli Petri conuerſus ad pauperem Chriſti dixit: Ora fili ad Chriſtum, vt ſuam nobis per te voluntatem oſtendat, qua certius cognita, tuis pijs deſiderijs ſecurius annuamus. Omnipotentis autem Dei famulus totum ſe conferens ad orandum, precibus deuotis obtinuit, & quid exterius *[P]roponit Pont. parabolam.* ipſe proferret, & quid interius Papa ſentiret. Nam cùm parabolam de diuite Rege cum muliere formoſa, & paupere, contrahente gratanter, & de prole ſuſcepta præferente generantis regis imaginem, ac per hoc educanda de menſa ipſius, ſicut à Deo acceperat retuliſſet, ex illius interpretatione ſubiunxit. Non eſt formidandum, quòd fame pereant æterni Regis filij, & hæredes, qui ad imaginem Regis Chriſti per Spiritus ſancti virtutem de paupere matre

pere matre nati, & ipſi per ſpiritum paupertatis ſunt in Religione paupercula generandi. Si enim Rex cœlorum imitatoribus ſuis regnum promittit æternum, quantò magis illa ſubminiſtrabit, quæ communiter largitur bonis, & malis? Hanc ergo parabolam, & intellectum ipſius Chriſti Vicarius cùm diligenter audiſſet, miratus eſt valde, & indubitanter Chriſtum locutum in homine recognouit. Sed & viſionem, quam tunc temporis è cœlo perceperat, in hoc viro fore, complendam ſpiritu diuino ſuggerente firmauit. Videbat nanque in ſomnijs (vt retulit) Lateranenſem Baſilicam fore proximam iam ruinæ, quam, quidam homo pauperculus puſillus, & deſpectus, proprio dorſo ſubmiſſo, ne caderet, ſuſtentabat. Verè (inquit) hic eſt ille, qui opere, & doctrina, Chriſti ſuſtentabit Eccleſiam. Inde præcipua deuotione repletus, petitioni eius ſe per omnia inclinauit, ac Chriſti famulum ſpeciali ſemper amore dilexit: Proinde poſtulata conceſſit, & adhuc concedere plura promiſit. Approbauit Regulam, dedit de pœnitentia prædicanda mandatum, & laicis fratribus omnibus, qui ſeruum Dei fuerant comitati, fecit coronas paruulas fieri, vt verbum Dei liberè prædicarent.

Viſio facta Pont.

Singularis amor Pont. erga B. Franciſcum, & eius ſocios.

E DE PRO-

DE PROFECTV ORDINIS SVB MANV IPSIVS & confirmatione Regulæ euſdem, prius approbatæ. Cap. IIII.



Firmat, & è ſolio rata ſancit Honorius alto
Magni oblata ſibi dogmata ſancta Viri.

Honorius Pôtifex Max. cõfirmat Regulam B. Franciſci a an. M C C xxiij.

FRETVS exinde FRANCISCVS ſuperna gratia, & auctoritate Papali, cum fiducia multa verſus vallem Spoletanam iter arripuit, vt Euangelium Chriſti faceret, & doceret. Dum autem in via conferret cum ſocijs, qualiter Regulam, quam ſuſceperant, ſyncerè ſeruarent, qualiter in omni ſanctitate, & iuſtitia coram Deo incederent, qualiter in ſe ipſis proficerent, & eſſent alijs in exemplum, diutius collatione protracta hora pertranſijt. Et cùm iam laſſati eſſent ex diuturnitate laboris, eſurientes in quodam loco ſolitudinis ſubſtiterunt. Sanè cùm omnis facultas deeſſet, qua poſſent ſibi de victu neceſſario prouidere, ſtatim affuit prouidentia Dei. Nam ſubitò

Panis ei, & ſocijs diuinitus pbetur.

apparuit homo afferens panem in manu, quem pauperibus Chriſti dedit, ſubitoq; diſparuit incognitus vnde venerit, aut quò iret. Cognoſcentes autem per hoc pauperes fratres ſupernum ſibi in comitatu uiri Dei adeſſe præſidium, magis dono liberalitatis diuinæ, quàm cibo carnis propriæ ſunt refecti. Inſuper diuina conſolatione repleti ſtatuerunt firmiter, & irreuocabiliter confirmarunt, nullius inediæ, aut tribulationis impulſu, à ſanctæ paupertatis reſilire promiſſo. Exinde in uallem Spoletanam cum ſancto propoſito redeuntes tractare cœperunt, utrùm inter homines conuerſari deberent, an ad loca ſolitaria ſe conferre. Sed Chriſti ſeruus FRANC. non de ſua, uel de ſuorum cõfidens induſtria, per orationis inſtantiam, diuinę ſuper hoc uolũtatis beneplacitũ requiſiuit. Supernæ igitur

reuelationis

reuelationis illuſtratus oraculo, intellexit ſe ad hoc miſſum à Domino, vt Chriſto lucraretur animas, quas Diabolus conabatur auferre: ideoq; magis omnibus, quàm ſibi ſoli viuere prælegit, illius prouocatus exemplo, qui vnus pro omnibus mori dignatus eſt. Recollegit itaque ſe vir Dei cum cæteris ſocijs in quodam tugurio derelicto iuxta ciuitatem Aſſiſij, in quo ſecundum ſanctæ paupertatis formam, in labore multo, & inopia victitabant, magis lachrymarum, quàm deliciarum panibus refici ſatagentes. *Habitant collecti in quodam tugurio, & duriter ac ſanctiſsimè uiuût.* Vacabant enim ibidem diuinis precibus inceſſanter, mentaliter potius, quàm vocaliter ſtudio intendentes orationis deuotæ, eo quòd nondum Eccleſiaſticos libros habebant, in quibus poſſent horas canonicas decantare; eorum tamen loco librum Crucis Chriſti continuatis aſpectibus, diebus, ac noctibus reuoluebant, exemplo Patris, & eloquio eruditi, qui iugiter faciebat eis de Chriſti Cruce ſermonem. *Docet fratres orare.* Rogantibus autem fratribus, vt eos doceret orare, dixit: cùm orabitis, dicite, Pater noſter, & Adoramus te Chriſte ad omnes eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam ſanctam redemiſti mundum. *Matt 6.* Docuit inſuper eos Dominum laudare in omnibus, & ex omnibus creaturis honorare præcipua reuerentia Sacerdotes; fidei quoque veritatem, ſecundum quod Sancta Romana tenet, & docet Eccleſia, tum firmiter credere, tum ſimpliciter confiteri. *Quæ fides tenẽda.* Seruabant illi Patris ſancti documenta per omnia, & ad omnes eccleſias, & Cruces, quas è longinquo videre poterant, iuxta datam ſibi formam orantes, ſe humiliter proſternebant. Contrahentibus autem fratribus moram in loco præfato, vir Sanctus die quadam Sabbati ciuitatem Aſſiſij intrauit, prædicaturus mane diei Dominicæ, vt moris erat, in eccleſia Cathedrali. Cumq; in quodam tugurio ſito in horto Canonicorum, vir Dei deuotus in oratione Dei, more ſolito, pernoctaret abſentatus à filijs, ecce ferè media noctis hora quibuſdam è fratribus quieſcentibus, quibuſdam perſeuerantibus in orando, currus igneus mirandi ſplendoris per oſtium domus intrans, huc atque illuc per domicilium tertiò ſe conuertit, ſuper quem globus lucidus reſidebat, qui ſolis habens aſpectum noctem clarere fecit. *Viſio fratrum de igneo curru.* Obſtupefacti ſunt vigilantes, excitati ſimul, & exterriti dormientes, & non minus ſenſerunt cordis claritatem, quàm corporis, dum ex virtute mirandi luminis alterius alteri conſcientia nudata fuit. Intellexerunt namque concorditer omnes, videntibus inuicem vniuerſis in cordibus ſingulorum, Sanctum Patrem abſentem corpore, præſentem ſpiritu, tali transfiguratum effigie, ſupernis irradiatum fulgoribus, & ardoribus inflammatum ſupernaturali virtute, in curru ſplendente ſimul & igneo, ſibi demonſtrari à Domino, vt tanquam veri Iſraelitæ poſt illum incederent, qui virorum ſpiritualium, vt alter Elias factus fuerat à Deo currus, & auriga. *4. Reg. 4.* Credendum ſanè, quòd ille horum ſimplicium aperuit oculos ad preces FRANCISCI, vt viderent magnalia Dei, qui oculos quondam aperuerat pueri, ad videndum montem plenum equorum, & igneorum curruum in circuitu Eliſæi. *4. Reg. 6.* Regreſſus autem vir Sanctus ad fratres, cœpit conſcientiarum ipſorum ſecreta rimari, confortare ipſos de viſione illa mirabili, & de profectu Ordinis multa futura prædicere. Cumq; patefaceret plurima, quæ ſenſum tranſcendebant humanum, verè cognouerunt fratres, ſuper ſeruum ſuum FRANCISCVM ſpiritum Domini in tanta plenitudine quieuiſſe, quòd poſt ipſius doctrinam & vitam erat eis proficiſci tutiſſimum. Poſt hæc puſilli gregis paſtor FRANCISCVS, ad Sanctam Mariam de Portiuncula duodenarium illum fratrum numerum, ſuperna gratia præeunte, deduxit, vt vbi meritis matris Domini Minorum ſumpſerat Ordo initium, ipſius illic ſuſciperet auxilijs incrementum. Ibi quoque factus Euangelicus præco, ciuitates circuibat, & caſtra, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute ſpiritus annuncians regnum Dei. Videbatur intuentibus homo alterius ſeculi, quippè qui mente, ac facie in cœlum ſemper intentus, omnes ſurſum trahere conaretur. Cœpit ex hoc Chriſti vinea germinare germen odoris Domini, & productis ex ſe floribus ſuauitatis, honoris & honeſtatis vberes fructus afferre. Nam prædicationis ipſius feruore ſuccenſi quàm plurimi, ſecundum formam à Dei viro acceptam nouis ſe pœnitentiæ legibus vinciebant: quorum viuendi modum idem Chriſti famulus Ordinem Fratrum de pœnitentia nominari decreuit. *Multi eius prædicatione conuertũtur.* Nimirum, ſicut in cœlum tendentibus, pœnitentiæ viam omnibus conſtat eſſe communem; ſic & hic ſtatus clericos, & laicos, virgines, & coniugatos in vtroque ſexu admittens, quanti ſit apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipſorum patratis miraculis innoteſcit. Conuertebantur ét virgines ad perpetuum cælibatum, inter quas Virgo chariſſima Clara ipſarũ plãtula prima, tãquã flos vernãs, & cãdidus odorẽ dedit, & tãquã ſtella præfulgida radiauit, *S. Claræ uita inferius deſcribitur.*

E 2 Hæc

Hæc nũc clarificata in cœlis ab Eccleſia dignè veneratur in terris, quę & filia fuit in Chriſto Sancti Patris FRANC. pauperculi, & mater pauperum Dominarum. Multi etiam non ſolùm deuotione compuncti, ſed & perfectionis Chriſti deſiderio inflammati, omni mundanorum contempta vanitate, FRANCISCI veſtigia ſequebantur. Qui quotidianis ſuccreſcentes profectibus, vſque ad fines orbis terræ celeriter peruenerunt. Faciebat nanq; ſancta paupertas, quam ſolam deferebant pro ſumptibus, ipſos ad omnem obedientiam promptos, robuſtos ad labores, & ad itinera expeditos. Et quia nihil terrenum habebant, nihil amabant, nihilq; timebant amittere, ſecuri erant vbique, nullo pauore ſuſpenſi, nulla cura diſtracti, tanquam qui abſque mentis turbatione viuebant, & ſine ſolicitudine diem craſtinum, & ſerotinum hoſpitium expectabant. Multa quidem eis in diuerſis partibus orbis inferebantur conuicia, tanquam perſonis deſpicabilibus, & ignotis: verùm amor Euangelij Chriſti adeò ipſos patientes effecerat, vt quærerent potius ibi eſſe, vbi perſecutionem paterentur in corpore, quàm vbi cognita ſanctitate ipſorum mundano poſſent gloriari fauore. Ipſa quoque rerum pœnuria ſuperabundans eis videbatur vbertas, dum iuxta conſilium ſapientis pro magno ipſis minimum complacebat. Sanè cùm ad infidelium partes aliqui ex fratribus perueniſſent, contigit, vt quidam Saracenus pietate commotus pecuniam eis offerret pro neceſſario victu. Illis autem recuſantibns accipere, admiratus eſt homo cernens, ꝙ inopes eſſent. Intellexit tandem, quòd pauperes effecti amore Dei, pecuniam poſſidere nolebant, ex quo tanta eſt eis affectione coniunctus, vt offerret ſe adminiſtrandum omnia neceſſaria, quamdiu facultatum ſibi aliquid ſupereſſet. O inæſtimabilis precioſitas paupertatis, cuius miranda virtute mens feritatis barbaricæ in tantam commiſerationis eſt immutata dulcedinem. Horrendum eſt proinde, ac nefarium ſcelus, quòd hanc margaritam nobilem vir Chriſtianus conculcet, quam tanta veneratione extulit Saracenus. Eo tempore religioſus quidam de Ordine Cruciferorum, Moricus nomine, in hoſpitali quodam prope Aſſiſium languore tam graui, tamq; prolixo laborans, vt iam morti foret adiudicatus à medicis, viro Dei ſupplex factus, per nuncium poſtulabat inſtanter, vt pro ſe ad Dominum intercedere dignaretur. Cui beatus Pater benignè aſſentiens, oratione præmiſſa, panis micas accepit, & cum oleo accepto de lampade, quæ ante Virginis ardebat altare, commiſcens, quaſi quoddam electuarium per manus fratrum infirmanti tranſmiſit, dicens. Medicinam hanc fratri noſtro deferte Morico, qua ipſum Chriſti virtus non ſolùm plenę ſanitati reſtituet, verumetiam robuſtum bellatorem effectum aciei noſtræ perſeueranter adiunget. Statim autem, vt antidotum illam Sancti Spiritus adinuentione confectam æger homo guſtauit, ſanus exurgens tantum mentis, & corporis, à Deo vigorem obtinuit, vt paulò poſt viri Sancti Religionem ingreſſus, & vnica tantùm operiretur tunicula, ſub qua longo tempore loricam portabat ad carnem, & crudis duntaxat cibarijs, herbis, vel leguminibus, fructibusq; contentus per plura temporum luſtra, nec panem guſtaret, nec vinum, fortis tamen, & incolumis perſeuerans. Creſcentibus quoque virtutum meritis in paruulis Chriſti, odor opinionis bonæ circunquaque diffuſus ad præſentiam Sancti Patris videndam plurimos è diuerſis mundi partibus attrahebat. Inter quos quidam ſecularium cantionum curioſus inuentor, qui ab Imperatore fuerat coronatus, & inde rex verſuum dictus, virum Dei contemptorem mundialium adire propoſuit. Cumq; ad Caſtrum Sancti Seuerini eum prædicantem repeririſſet in monaſterio quodam, facta manu Domini ſuper ſe, vidit eundem Chriſti Crucis prædicatorem FRANCISCVM, duobus tranſuerſis enſibus valdè fulgentibus in modum Crucis ſignatum, quorum vnus à capite ad pedes, alius à manu in manum per pectus tranſuerſaliter tendebatur. Non nouerat de facie Seruum Chriſti, ſed tanto monſtratum miraculo mox agnouit. Subitò ſtupefactus ad viſum incœpit meliora proponere. Tandemq; verborum ipſius compunctus virtute, tanquam ſi eſſet gladio ſpiritus ex eius ore procedente transfixus, ſecularibus pompis omnino contemptis, Beato Patri profeſſione cohæſit. Propter quod videns ipſum vir Sanctus ab inquietudine ſeculi ad Chriſti pacem perfectè conuerſum, Fratrem Pacificum appellauit. Hic poſtmodùm in omni ſanctitate proficiens, antequam fieret Miniſter in Francia (ſiquidem primus ibidem miniſterij geſſit officium) meruit iteratò magnum TAV in fronte FRANCISCI videre: quod colorum varietate diſtinctum, faciem ipſius miro venuſtabat ornatu. Hoc quippe ſignum vir Sanctus magno venerabatur affectu, frequenti commendabat eloquio, & in eis, quas dirigebat, litterulis manu propria ſubſcribebat, tãquam ſi omne ipſius ſtudium foret ſignare Tau,

Conuicia ſibi illata ferunt patientiſſimè fratres.

Saraceni cuiuſdã erga fratres largitas.

Sanat Moricum, què Medici deſperauerant.

Mira ipſius Morici abſtinentia.

Viſio cuiuſdam in ſignis Poetę exinde conuerſi.

Signum Crucis uir Dei plurimum uenerabatur.

iuxta dictum propheticum ſuper frontes virorum gementium, & dolentium, ad Chriſtum IESVM veraciter conuerſorum. Proceſſu quoque temporis multiplicatis iam fratribus, cœpit eos Paſtor ſolicitus in loco Sanctæ Mariæ de Portiuncula ad Generale Capitulum conuocare, vt in funiculo diſtributionis diuinæ in terra paupertatis, eorum vnicuique tribueret obedientiæ portionem. Vbi licèt omnium neceſſariorum eſſet pęnuria, fratrumq; multitudo vltra quinque millia conueniret aliquando, diuina tamen opitulante clementia, & victus ſufficientia ſuberat, & ſalus comitabatur corpora, & ſpiritualis iucunditas affluebat. Capitulis verò prouincialibus, quia corporalem præſentiam exhibere non poterat, per ſolicitam curam regiminis, inſtantiam precis, & efficaciam benedictionis, ſpiritu præſens erat, quamuis aliquando mira Dei faciente virtute viſibiliter appareret. Dum enim egregius prædicator, qui & nunc Chriſti præclarus confeſſor Antonius, de titulo crucis, IESVS Nazarenus Rex Iudæorum, in Arelatenſi Capitulo fratribus prædicaret, quidam frater probatæ virtutis, Monaldus nomine, ad oſtium Capituli diuina commonitione reſpiciens, vidit corporeis oculis Beatum FRANCISCVM in aerem ſubleuatum, extenſis velut in cruce manibus benedicentem fratres. Tanta verò, & tam inſolita fratres omnes conſolatione ſpiritus repletos ſe fuiſſe ſenſerunt, vt de vera Sancti Patris præſentia certum eis intra ſe ſpiritus teſtimonium perhiberet; licèt poſtmodum id non ſolum per euidentia ſigna, verum etiam per eiuſdem Sancti Patris verba, exteriori fuerit atteſtatione compertum. Credendum ſanè, quòd omnipotentis Dei virtus, quæ Ambroſium pium, & ſacrum Antiſtitem, tumulationi glorioſi conceſſit intereſſe Martini, vt pium Pontificem pio veneraretur officio, etiam ſeruum ſuum FRANCISCVM prædicationi præſentauit veracis ſui præconis Antonij, vt approbaret veritatis eloquia, præcipuè Crucis Chriſti, cuius erat baiulus, & miniſter. Cum autem dilatato iam ordine, viuendi formam per Dominum Innocentium probatam diſponeret per Succeſſorem ipſius Honorium in perpetuum facere roborari, huiuſmodi fuit à Deo reuelatione commonitus. Videbatur quidem ſibi de terra micas panum ſubtiliſſimas collegiſſe, multiſq; famelicis fratribus ipſum circunſtantibus debere tribuere. Cumq; micas tam tenues diſtribuere formidaret, ne fortè inter manus exciderent, vox ei deſuper ait. FRANCISCE vnam de micis omnibus hoſtiam facito, & manducare volentibus tribue. Quo id agente, quicunque illud non deuotè recipiebant, aut receptum contemnebant donum, mox lepra infecti notabiles apparebant: Recitat manè vir Sanctus hæc omnia ſocijs, dolens ſe non percipere myſterium viſionis. Sequenti verò die, cum vigil in oratione perſiſteret, huiuſmodi vocem de cœlo delapſam audiuit. FRANCISCE micæ præteritæ noctis verba euangelica ſunt: hoſtia, regula: lepra, iniquitas. Volens igitur confirmandam regulam ex verborum Euangelij aggregatione profuſius traditam ad compendioſiorem formam, iuxta quod dictabat viſio monſtrata, redigere, in montem quendam cum duobus ſocijs, Spiritu ſancto ducente, conſcendit, vbi pane tantum contentus, & aqua ieiunans, conſcribi eam fecit, ſecundum quod oranti ſibi diuinus ſpiritus ſuggerebat. Quam cùm de monte deſcendens ſeruandam ſuo Vicario commiſiſſet, & ille paucis elapſis diebus aſſereret per incuriam perditam, iteratò Sanctus Vir ad locum ſolitudinis redijt, eamq; inſtar prioris, ac ſi ex ore Dei verba ſuſciperet, illicò reparauit; & per ſupradictum Dominum Papam Honorium octauo Pontificatus illius anno, ſicut optauerat, obtinuit confirmari. Ad cuius obſeruantiam fratres feruenter inducens, dicebat; Se nihil ibi poſuiſſe ſecundum induſtriam propriam, ſed omnia ſic ſcribi feciſſe, ſicut ſibi fuerant diuinitus reuelata. Quod vt certius conſtaret teſtimonio Dei, paucis admodum euolutis diebus, impreſſa ſunt ei ſtigmata Domini IESV, digito Dei viui, tanquam Bulla Summi Pontificis Chriſti ad cõfirmationem omnimodam regulæ, & commendationem authoris, ſicut poſt ſuarum enarrationem virtutum, ſuo loco inferius deſcribetur.

Ezech. 9.

5000. Fratrũ multitudo.

Huius Antonij à Padua uita eſt paulò poſt deſcripta.

Viſione dictante B. Franc. in monte ieiunâs redigit in compendium Regulam ſuã: eamq; à ſuo Vicario amiſſam mox reparatum ab Honorio Papa cõfirmatam fratribus ꝓponit obſeruandam.

Viſiõis expoſitio.

Miro modo Regulam ſuã deſcribit.

S. Franciſci ſtigmata ſuam Regulam confirmant.

BIBLIOTECA MAZ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

DE AVSTERITATE VITAE, ET QVOMODO creaturæ præbebant ei ſolatium. Cap. V.



Hnc toto capite diſciplina uitæ S. Franc. tam admirabilis declaratur, vt omnibus nota, & in exemplum cuique propoſita eſſe deberet.

CVM igitur cerneret vir Dei FRANCISCVS ſuo exemplo ad crucem Chriſti baiulandam feruenti ſpiritu plurimos animari, animabatur & ipſe tanquam bonus Dux exercitus Chriſti, ad palmam victoriæ per culmen inuictæ peruenire virtutis. Attendens enim illud Apoſtoli verbum, Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs; vt crucis armaturam ſuo ferret in corpore, tanta diſciplinæ rigiditate ſenſuales appetitus arcebat, vt vix neceſſaria ſumeret ſuſtentationi naturæ.

Galat. 5.

Duriſsimè caſtigat corpus ſuum, vt vix neceſſaria ſumeret ſuſtentationi naturæ.

DIFFICILE nanq; fore dicebat neceſſitati corporis ſatisfacere, & pronitati ſenſuum non parere. Propter quod cocta cibaria ſanitatis tempore vix admittebat, & raro: admiſſa verò, aut conficiebat cinere, aut condimenti ſaporem admixtione aquę, ut plurimùm reddebat inſipidum. De potu quid dicam? cùm & de aqua frigida, dum ſitis æſtuaret ardore, uix ad ſufficientiam biberet? Modos adinueniebat abſtinentiæ potioris, & quotidie exercitatione creſcebat: licetq; iam perfectionis culmen attingeret, tanquam incipiens ſemper aliquid innouabat, afflictionibus carnis puniendo libidinem. Egrediens tamen exterius propter uerbum Euangelij conformabat ſe ſuſcipientibus ipſum in qualitate ciborum; cùm tamen ad interiora regreſſus diſtrictè ſeruaret rigidam abſtinentiæ parcitatem. Sicq; ſeipſum auſterum ſibi, humanum proximo, ſubiectum Euangelio Chriſti per omnia reddens, non ſolùm abſtinendo, uerum etiam manducando præbebat ædificationis exemplũ. Nuda humus, ut frequentius, lectus erat laſſato corpuſculo, & ſæpius ſedens, ligno, uel lapide ad caput poſito dormiebat: Vnica paupere contectus tunicula in nuditate Domino ſeruiebat, & frigore. Interrogatus aliquando, quomodo ueſtitu tam tenui ſe poſſet ab hyemalis algoris aſperitate tueri, in ſpiritus feruore reſpondit: Si ſupernæ patriæ flamma per deſiderium contegeremur interius, frigus iſtud exterius facilè portaremus, Veſtis

Dũ maximo æſtu aliquãtulum aquæ plus nimio ſiti vrgẽte bibiſſet dixit ſe redditurum rationẽ de nimia delectatione. Vnde ſibi auſterus, ſed humanus proximo fuit.

Nuda cubat humo.

Vnica, eaque vili, & aſpera tunicula tegebatur.

horrebat

horrebat mollitiem, aſperitatem amabat, aſſerens propter hoc Ioannem Baptiſtam ore diuino fuiſſe laudatum. Si quando verò in data ſibi tunica lenitatem ſentiret, chordulis eam contexebat interius: quia non in caſulis pauperum, ſed in palatijs principum, iuxta veritatis verbum, veſtimentorum dicebat requirendam eſſe mollitiem. Experientia enim certa didicerat dæmones aſperitate terreri: delicioſis autem, & mollibus veſtibus ad tentandum fortius animari. Vnde cùm nocte quadam propter infirmitatem capitis, & oculorum, præter ſolitum morem ceruical de pluma poſitum haberet ad caput, dæmon illud ingreſſus ipſum vſque ad horam matutinalem inquietatum multimodè à ſanctæ orationis ſtudio perturbauit, donec vocato ſocio puluinar cum dæmonio fecit extra cellulam longius exportari. Egreſſus autem cum puluinari frater de cella membrorum omnium vires amiſit, & vſum, quouſque ad vocem Sancti Patris hoc cognoſcentis in ſpiritu, vigor priſtinus cordis, & corporis, ſibi fuit plenariè reſtitutus. Rigidus in diſciplina, ſuper cuſtodiam ſuam ſtabat, curam permaximam gerens de vtriuſque hominis puritate ſeruanda. Quapropter circa conuerſionis ſuæ primordia, tempore hyemali in foueam glacie plenam ſe ipſum plerunque mergebat, vt & domeſticum ſibi hoſtem perfectè ſubigeret, & candidum veſtimentum pudoris à voluptatis incendio præſeruaret. Tolerabilius viro ſpirituali fore incomparabiliter aſſerebat, magnum ſuſtinere frigus in carne, quàm ardorem carnalis libidinis vel modicum ſentire in mente. Cùm autem apud Eremum de Sarthiano nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocauit eum hoſtis antiquus tertiò dicens FRANCISCE, Franciſce, Franciſce: cui cùm quid quæreret reſpondiſſet, fallaciter ille ſubiungit, Nullus eſt in mundo peccator, cui ſi conuerſus fuerit non indulgeat Deus; ſed quicunque ſemetipſum pœnitentia dura necauerit, miſericordiam non inueniet in æternum. Statim vir Dei per reuelationem cognouit hoſtis fallaciam, quomodo nixus fuerit eum ad tepida reuocare; nam hoc ſequens indicauit euentus. Continuò enim poſt hoc ad inſufflationem illius, cuius halitus prunas ardere facit, grauis ipſum carnis tentatio apprehendit. Quam vt præſenſit caſtitatis amator, depoſita veſte, chorda cœpit ſe verberare fortiſſimè. Eia, inquiens, frater Aſine, ſic te decet manere, ſic ſubire flagellum. Tunica religioni deſeruit, ſanctitatis ſignaculum præfefert, furari eam libidinoſo non licet, ſi quò vis pergere, perge. Inſuper & mirando feruore ſpiritus animatus aperta cella foras exiuit in hortum, & in magnam demergens niuem corpuſculum iam nudatum, ſeptem ex ea plenis manibus cœpit compingere maſſas, quas ſibi proponens ſuo ſic exteriori homini loquebatur. Ecce (inquit) hæc maior, vxor tua eſt; quattuor iſtæ, duo filij, & duæ filiæ; reliquæ duæ, ſeruus, & ancilla, quos ad ſeruiendum habere oportet. Feſtina igitur omnes induere, quoniam frigore moriuntur: Si verò eorum multiplex ſolicitudo moleſtat, vni Domino ſolicitè ſerui. Illicò tentator victus abſceſſit, & vir Sanctus cum victoria in cellam redijt, qui dum benè pœnaliter arſit foris, ardorem interius ſic extinxit libidinis, vt deinceps tale aliquid minimè ſentiret. Quidam autem frater, qui tunc orationi vacabat, hæc omnia, luna clarius incedente, proſpexit. Comperto vir Dei, quòd hæc ille nocte vidiſſet, referans ei tentationis proceſſum, præcepit, vt quandiu ipſe viueret, nulli viuenti rem, quam viderat, propalaret. NON SOLVM autem mortificari debere docebat vitia carnis, & eius incentiua frenari, verumetiam exteriores ſenſus, per quos mors intrat ad animam, ſumma vigilantia cuſtodiri. MVLIERVM familiaritates, colloquia, & aſpectus, qui multis ſunt occaſio ruinæ, ſolicitius euitari iubebat, aſſerens per huiuſmodi debilem frangi, & fortem ſæpe ſpiritum infirmari. Harum contagionem euadere conuerſantem cum eis, niſi probatiſſimum virum, tam facile duxit, quàm iuxta ſcripturam, in ignem ambulare, & non comburere plantas. Si quidem ipſe adeò auerterat oculos ſuos, ne huiuſmodi vanitatem videret, quòd (ſicut aliquandò ſocio dixit) quaſi nullam cognoſcebat in facie. Nō enim ſecurum eſſe putabat earum formarum introrſus haurire imagines, quæ poſſunt, aut edomitæ carnis reſuſcitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem. Aſſerebat etiam friuolum eſſe mulieris colloquium, excepta ſola confeſſione, uel inſtructione breuiſſima, iuxta quod & ſaluti expedit, & congruit honeſtati. Quæ ſunt (inquit) religioſo cum muliere tractanda negotia, niſi cum ſanctam pœnitentiam, uel melioris uitæ conſilium religioſa petitione depoſcit? Ex nimia ſecuritate minus cauetur hoſtis, & diabolus ſi de ſuo capillum poteſt habere in homine, citò excreſcere facit in trabem. OCIVM autem omnium malarum cogitationum ſentinam, docebat ſummopere fugiendum, exemplo demonſtrans, rebellem carnem, & pigram, diſciplinis continuis, & fructuoſis laboribus eſſe domandam.

Matt. 11.

Dæmones per delicioſa veſtiméta & ſtrata facilius hominibus inſidiantur: vt contigit B. Franciſco per plumeum ceruical.

Mergit ſe crebrò in aquam congelatam, vt ſe à voluptatis incendio pſeruet.

Fallacia dæmonis tentatione carnis apprehenſus, ſe tā quam Aſinū chorda flagellat, inſup & nudatum in niuem demergit.

Iob 41.

Victus hoſtis abſceſſit.

Senſus cuſtodiendi.

Fœminæ vitandæ. mirum videri poſſit, quod de Leone Pontif. qui primus id nomen tulit, memoriæ proditū eſt: fortè accidit n. vt Dominicæ Reſurrectioni die cùm Euchariſtiā daret populo, ei' ſit manu. matronæ oſculo contacta, ſequutaq; ſit ob eam rē tacita quædam libidinis appetētia, quam ſimulac ſenſit, manum ſibi vltrò abſcidit, vt parsilla vnde lues irrepſerat, à toto corpore cōtagioſa abſcinderetur. Sab. lib. 5.

Ocium ſummopere fugiendum.

mandam. Vnde corpus ſuum fratrem Aſinum appellabat tanquam laborioſis ſupponendum oneribus, crebris cedendum flagellis, & vili pabulo ſuſtentandum. Si quem verò cernebat ocioſum, & vagum, aliorum velle manducare labores, fratrem muſcam nominandum cenſebat, eo quòd talis nihil boni faciens, ſed benefacta inficiens, vilem, & abominabilem ſe omnibus reddat. Propter quod dixit aliquando, volo fratres meos labore exercitari, ne ocio dediti, per illicita, corde, aut lingua vagentur. EVANGELICVM ſiquidem uolebat à fratribus obſeruari ſilentium, vt videlicet ab omni ocioſo verbo omni tempore abſtinerent ſolicitè, tanquam reddituri in die iudicij de huiuſmodi rationem. Sed & ſi quem inueniſſet fratrem verbis aſſuetum inanibus, acriter arguebat, taciturnitatem modeſtam, & puri cordis affirmans cuſtodiam, & non modicam eſſe virtutem, pro eo, quòd mors & vita fore dicuntur in manibus linguæ, non tam ratione geſtus, quàm ratione loquelæ. Licèt autem pro viribus ad vitam auſteram fratres induceret, non tamen ei placebat diſtrictionis ſeueritas, quæ pietatis non induit viſcera, nec eſt diſcretionis ſale condita. Cùm enim quadam nocte, vnus ex fratribus pro nimietate abſtinentiæ admodùm fame cruciatus, nullam poſſet habere quietem, intelligeretq́; pius Paſtor oui ſuæ imminere periculum, vocauit fratrem, appoſuit panem, & vt ruborem illi tolleret, cœpit ipſe prior comedere, eumq́; ad manducandum dulciter inuitare. Depoſuit frater verecundiam, ſumpſit cibum, gauiſus quàmplurimum, quòd per circunſpectam condeſcenſionem Paſtoris, & corporis euaſiſſet diſpendium, & non modicum accepiſſet ædificationis exemplum. Mane facto fratribus conuocatis in vnum, vir Dei referens quod acciderat nocte, prouida commonitione ſubiunxit: Sit vobis fratres non cibus, ſed charitas in exemplum. Docuit inſuper eos diſcretionem ſequi, vt aurigam virtutum, non eam, quam caro ſuadet, ſed quam edocuit Chriſtus, cuius ſacratiſſimam uitam expreſſum conſtat eſſe perfectionis exemplar. Et quoniam Agnum ſine macula Chriſtum crucifixum, non eſt poſſibile homini carnis infirmitate circundato ſic perfectè ſectari, quin aliquas contrahat ſordes: ideò documento certo firmabat eos, qui perfectioni uitæ uigilanter intendunt, quotidianis debere ſe lachrymarum emundare fluentis. Licèt enim iam eſſet adeptus cordis, & corporis puritatem mirabilem, non ceſſabat tamen lachrymarum imbribus iugiter oculos expiare mentales, corporeorum luminum non ponderando iacturam. Cùm enim ex continuo fletu infirmitatem oculorum incurriſſet grauiſſimam, ſuadente ſibi medico, quòd abſtineret à lachrymis, ſi corporei uiſus cæcitatem uellet effugere. Vir Sanctus reſpondit: Non eſt frater medice ob amorem luminis, quod habemus commune cum muſcis, uiſitatio lucis æternæ repellenda uel modicum; quia non ſpiritus propter carnem, ſed caro propter ſpiritum beneficium lucis accepit. Malebat ſiquidem corporalis uiſus lumen amittere, quàm lachrymas, quibus oculus mundatur interior, ut Deum uidere ualeat, repreſſa deuotione ſpiritus impedire. Cùm autem ſemel daretur conſilium à medicis, & inſtanter ſuaderetur à fratribus, ut pateretur ſibi per remedium ſubuenire cocturæ, humiliter uir Dei aſſenſit, quia ſalutiferum hoc ſimul, & aſperum eſſe cernebat. Vocatus itaq; uenit chirurgicus inſtrumentum ferreum igni ſummittens ad faciendam cocturam. At Chriſti ſeruus corpus iam horrore concuſſum confortans, ſicut amicum cœpit ignem alloqui, dicens: Mi frater ignis præ cæteris rebus æmulandi decoris uirtuoſum, pulchrum, & utilem te creauit Altiſſimus. eſto mihi hac hora propitius, eſto curialis. Precor magnum Dominum, qui te creauit, ut tuum mihi calorem temperet, quò ſuauiter urentem ualeam ſuſtinere. Oratione finita contra ignem candeſcens ferreum inſtrumentum, ſignum crucis edidit, ac deinceps intrepidus perſiſtebat. Profundatum eſt crepitans ferrum in tenera carne, & ab aure uſq; ad ſupercilium coctura protracta. Quantum irrogauerit ignis ille dolorem, uir ipſe Sanctus expreſſit. Laudate (inquit ad fratres) Altiſſimum, quia uerè dico uobis, nec ignis ardorem ſenſi, nec carnis ullum dolorem: & conuerſus ad medicum, ſi non eſt, inquit, caro benè decocta, imprime iterum. Expertus medicus, in inualida carne uirtutem ſpiritus tam potentem miratus eſt, & diuinum hoc miraculum extulit, dicens: Dico uobis, fratres, uidi mirabilia hodie. Quia enim ad tantam deuenerat puritatem, ut caro ſpiritui, & ſpiritus Deo, harmonia mirabili concordarent, diuina ordinatione fiebat, ut creatura creatori ſuo deſeruiens, uoluntati, & imperio eius mirabiliter ſubiaceret. Alio etiam tempore, apud Eremum Sancti Vrbani ſeruo Dei ægritudine grauiſſima laborante, cum ipſe naturæ defectum ſentiens uini poculum poſtulaſſet, nihilq́; de uino, quod ſibi dari poſſet, reſponderetur adeſſe, iuſſit aquam afferri, & allatam ſigno crucis edito benedixit. Mox uinum efficitur optimum,

Silentium Euangelicum puri cordis cuſtodia. Matt. 12.

Prou. 18.

Nō ei placebat ea uitæ ſeueritas, & auſteritas, quę pietate, & diſcretionis ſale careret.

Diſcretio non mūdana, ſed Chriſtiana uirtutū auriga.

Adeò perfectioni uitæ iotēdentibus conuenire lachrymas aiebat, ut uiſu mallet, quàm lachrymis priuari.

Cādētis ferri nec timet, nec ſentit dolorem.

Aqua ad eius neceſsitatem fit uinum optimum, & ſaluberrimum.

tut optimum,

tur optimum, quod fuerat aqua pura; & quod deſerti loci paupertas non potuit, uiri ſancti puritas impetrauit: ad cuius guſtum tanta protinus facilitate conualuit, vt ſaporis nouitas, & innouatio ſanctitatis, guſtabile, ac guſtantem ſupernaturaliter innouantes, perfectam in ipſo expoliationem veteris hominis, & induitionem noui duplici atteſtatione firmarent. Non ſolùm creatura Seruo Dei ſeruiebat ad nutum, ſed & creatoris vbiq; prouidentia condeſcendebat ad placitum. Cùm enim tempore quodam, ex multarum infirmitatum concurſu aggrauato corpore, ad iucunditatem ſpiritus excitandam alicuius audiendi ſoni harmoniaci deſiderium habuiſſet, nec id honeſtatis decentia per miniſterium fieri pateretur humanum, affuit Angelorum obſequium ad viri Sancti placitum adimplendum. Nocte etenim quadam, vigilante ipſo, & meditante de Domino, repentè inſonuit cithara quædã harmoniæ mirabilis, & ſuauiſſimæ melodiæ. Non videbatur aliquis, ſed tranſitum, & reditum citharedi, ipſa hinc inde auditus volubilitas innuebat. Spiritu in Deum directo, tanta fuit in illo dulciſono carmine ſuauitate perfuſus, vt aliud ſe putaret ſéculum commutaſſe. Hoc & fratres ſibi familiares non latuit, qui per certa frequenter conſpiciebant indicia, eum tam exceſſiuis, & crebris conſolationibus à Domino viſitari, vt nec ipſas omnino occultare valeret. Alio quoque tempore viro Dei, prædicationis cauſa, inter Lombardiam, & Marchiam Teruiſinam iter agente, cum fratre ſocio, iuxta Padum, tenebroſa noctis ſuperuenit obſcuritas. Cumq; via eſſet expoſita periculis magnis, & multis, propter tenebras, fluuium, & paludes, ſocius dixit ad virum Sanctum: Ora Pater, vt de inſtantibus periculis liberemur. Cui vir Dei cum fiducia multa reſpondit: Potens eſt Deus, ſi placet ſuæ dulcedini, tenebrarum effugata caligine, beneficium nobis impendere lucis. Vix ſermonem compleuerat, & ecce tanta lux illicò cœpit circa eos ſuperna radiare virtute, vt nocte alijs exiſtente obſcura, ipſi luce clara viderent non ſolùm viam, verùm etiam plurima circunquaque. Cuius lucis ducatu corporaliter directi, & ſpiritualiter confortati, vſque ad locum hoſpitij, per non modicum viæ ſpacium, cum diuinis hymnis, & laudibus incolumes peruenerunt. Perpende quantæ fuerit vir iſtæ munditiæ, quantæq; virtutis, ad cuius nutum, ſuum ignis ardorem contemperat, aqua ſaporem commutat, Angelica præbet melodia ſolatium, & lux diuina ducatum: vt ſic ſanctificatis viri ſancti ſenſibus omnis probetur mundi machina deſeruire.

Tot infirmitatibus iam aggrauatus b. Frãciſcus melodia reficitur Angelorum, ut & cithara ei diuinitus pulſaretur.

In periculoſa uia, de nocte obſcura deſuper luce magna irradiante, incolumis cum hymnis & laudibus ad hoſpitium peruenit.

DE HVMI-

DE HVMILITATE, ET OBEDIENTIA, & de condeſcenſionibus diuinis ſibi factis ad nutum. Caput VI.



Ventoſo hunc humilem non vana ſuperbia faſtu
Tollit, cui decus eſt inferiora ſequi.

Sancti uiri excellens humilitas.

OMNIVM virtutum cuſtos, & decor, humilitas, copioſa virum Dei vbertate repleuerat, in propria quidem reputatione nihil erat, niſi peccator, cùm in veritate ſpeculum eſſet, & ſplendor omnimodæ ſanctitatis: ſuper hanc ſtuduit ædificare ſeipſum, vt ſapiens architectus fundamentum præiaciens, quod à Chriſto didicerat. Dicebat propter hoc filium Dei de altitudine ſinus paterni ad noſtra deſpicabilia deſcendiſſe, vt tam exemplo, quàm verbo, Dominus & magiſter humilitatem doceret. Propter quod ſtudebat, tanquam Chriſti diſcipulus, in oculis ſuis & aliorum vileſcere, à ſummo dictum eſſe magiſtro commemorans, Quod altum eſt apud homines, abominatio eſt apud Deum. Sed & verbum hoc dicere ſolitus erat: QVANTVM homo eſt in oculis Dei, tantum eſt, & non plus. Stultum proindè iudicans mundanis extolli fauoribus, gaudebat de opprobrijs, & de laudibus triſtabatur. Malebat quidem de ſe vituperium audire, quàm laudem, ſciens quòd hoc ad emendandum induceret, illa impelleret ad cadendum. Et ideò ſæpe cùm populi merita in eo ſanctitatis extollerent, præcipiebat alicui fratri, vt in contrarium verba ipſum vilificantia, ſuis auribus inculcando, proferret. Cumq; frater ille licèt inuitus, eum ruſticum, & mercenarium imperitũ, ac inutilem diceret, exhilaratus tam mente, quàm facie, reſpondebat: Benedicat tibi Dominus fili chariſſime, quia tu veriſſima loqueris, & talia filium Petri Bernardonis decet audire. Cùm autem ſe cæteris deſpicabilem redderet, non parcebat rubori, quin in prædicatione coram omni populo proprios manifeſtaret defectus.

Luc. 16.

Singulare dictum B. Franciſci.

Gaudet contẽptu ſui, & de ſeipſo humiliter ſentit.

Accidit

Accidit ſemel, vt infirmitate grauatus, rigorem abſtinentiæ, pro recuperanda ſanitate, modicum relaxaret. Viribus autem corporis vtcunque reſumptis, verus ſui contemptor ad propriæ carnis animatus opprobrium, Non eſt (inquit) conueniens, vt populus abſtinentem me credat, & ego è contrario carnaliter reficiar in occulto. Surrexit propterea ſanctæ humilitatis ſpiritu inflammatus, & in platea ciuitatis Aſſiſij, populo conuocato ſolenniter, cum fratribus multis, quos ſecum adduxerat, maiorem introiuit eccleſiam, funeq; ad collum ligato, nudum cum femoralibus ſolis, in oculis oīum ſe trahi præcepit vſq; ad lapidem, in quo malefactores puniendi conſueuerant collocari. Super quem conſcendens, licèt quartanarius eſſet, & debilis, acerbi frigoris tempore, cum multo vigore animi prædicauit. Audientibusq; cunctis, aſſeruit, ſe non tanquam ſpiritualem honorandum fore, quinimò tanquam carnalem, & glutonem ab omnibus contemnendum. Igitur qui conuenerant tam ingenti viſo ſpectaculo, admirati ſunt, & quia ipſius auſteritatem iam nouerant, deuotione compuncti, humilitatem eiuſmodi magis admirabilem, quàm imitabilem proclamabant. Licèt autem id magis videatur portentum fuiſſe, inſtar prophetalis vaticinij, quàm exemplum; tamen verè documentum extitit humilitatis perfectæ, quo Chriſti ſectator inſtruitur tranſitoriæ laudis præconium debere contemnere, tumentis quoque iactantiæ comprimere faſtum, & fraudulentæ ſimulationis mendacium confutare. Multa quidem in hunc modum ſæpius faciebat, vt exterius tanquam vas perditum fieret, & ſanctificationis ſpiritum interius poſſideret. Studebat bona Domini ſui arcano pectoris condere, nolens patere gloriæ, quod poſſet eſſe occaſio ruinæ. Nam ſæpè cum beatificaretur à pluribus, verbum huiuſmodi proferebat. Filios, & filias adhuc habere poſſem: Nolite laudare vt ſecurum, NEMO laudandus, cuius incertus eſt exitus. Iſta quidem laudantibus. Ad ſe autem ſic. Latroni ſi tanta contuliſſet altiſſimus gratior te foret, FRANCISCE. Dicebat fratribus ſæpe: De omni eo, quod peccator poteſt, nemo ſibi debet iniquo applauſu blandiri. Peccator (ait) ieiunare poteſt, orare, plangere, carnemq; propriam macerare, hoc ſolum non poteſt, Domino ſcilicet ſuo eſſe fidelis. In hoc itaq; gloriandum, ſi ſuam Domino gloriam reddimus, ſi fideliter ſeruientes, ipſi, quicquid donat, adſcribimus. Vt autem pluribus modis negociator hic Euangelicus lucraretur, ac totum præſens tempus conflaret in meritum, non tam præeſſe voluit, quàm ſubeſſe; nec tam præcipere, quàm parere. Idcircò Generali cedens officio Guardianum petijt, cuius voluntati per omnia ſubiaceret. Tam enim vberem aſſerebat ſanctæ obedientiæ fructum, vt eis, qui iugo ipſius colla ſubmitterent, nil temporis ſine lucro tranſiret. Vnde & fratri, cum quo erat ſolitus ire, ſemper obedientiam promittere conſueuerat, & ſeruare. Dixit aliquando ſocijs. Inter alia, quæ dignanter pietas mihi diuina conceſſit, hanc gratiam contulit, quòd ita diligenter nouitio vnius horę obedirem, ſi mihi Guardianus daretur, ſicut antiquiſſimo, & diſcretiſſimo fratri. Subditus (inquit) prælatum ſuum non hominem conſiderare debet, ſed illum, pro cuius eſt amore ſubiectus. Quanto enim contemptibilior præſidet, tanto magis humilitas obedientis placet. Cùm verò vice quadam quæreretur ab eo, quis eſſet verus obediens iudicandus, corporis mortui ſimilitudinem pro exemplo propoſuit. TOLLE (inquit) corpus exanime, & vbi placuerit pone, videbis non repugnare motum, non murmurare ſitum, non reclamare dimiſſum: quòd ſi ſtatuatur in cathedram, non alta, ſed ima reſpiciet: ſi collocetur in purpura, duplo palleſcet. Hic (ait) verus obediens eſt, qui cur moueatur, non dijudicat; vbi locetur non curat, vt tranſmutetur, non inſtat; euectus ad officium, ſolitam tenet humilitatem; plus honoratus, plus reputat ſe indignum. Dixit aliquando ſocio ſuo: Non mihi videor, frater minor, niſi fuero in ſtatu, quem tibi deſcripſero. Ecce prælatus exiſtens fratrum, vado ad capitulum, prædico, & commoneo fratres, & in fine dicitur contra me: Non conuenis nobis, quia illiteratus es, elinguis, idiota, & ſimplex. Tandem eijcior cum opprobrio, vilipenſus ab omnibus. Dico tibi, niſi eodem vultu, eadem mentis lætitia, & eodem ſanctitatis propoſito hæc verba audiero, frater minor nequaquàm ſum. Et addebat, IN prælatione caſus, in laude præcipitium, in humilitate ſubditi animæ lucrum eſt. Cur ergo periculis plus, quàm lucris attendimus, cùm acceperimus tempus ad lucrum? Hac igitur de cauſa humilitatis forma FRANCISCVS fratres ſuos vocari voluit Minores, & prælatos ſui Ordinis dici Miniſtros; & vt verbis vteretur Euangelij, quod obſeruare promiſerat, & ex ipſo nomine diſcerent diſcipuli eius, quòd ad diſcendam humilitatem, ad ſcholas humilis Chriſti veniſſent. Magiſter ſiquidem humilitatis IESVS Chriſtus, vt informaret diſcipulos ad humilitatem perfectam, dixit:

Exemplum ſummę humilitatis, & ſynceritatis. Nam laqueo collo iniecto ſe nudū in forum uſque ad patibulū ꝑtrahi iubet.

Iſ. 20.

Humanas laudes ſummoperè deteſtatur.

Pſal. 30.

En vt retundit ſuperbiæ tumorem, qui ſemel quærens oleum pro lampade eccleſiæ S. Damiani, quam ipſe reparauerat, corā aſtantibus veniam petijt, & locum illum ſæpius frequētauit, incuſauit ſe, quia ſemel comederat carnes conditas.

Submittit ſe alterius volūtati in omnibus.

Deus in prælato, non homo conſiderandus.

Verus obediens quis ſit.

Notent Religioſi omnes hoc iſigne exemplū, quo maximè plurimorum ſuperbia retundit.

Nota.

Frāciſcani cur Minores dicti.

Matt. 20. ctam, dixit: Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & quicunque voluerit inter vos primus eſſe, erit ueſter ſeruus. Cùm autem requireret ab eo Dominus Hoſtienſis, Ordinis Minorum Protector, & Promotor præcipuus, qui poſtmodùm, iuxta quod idem uir Sanctus prædixerat, ad Summum Pontificatus ſublimatus honorem, Gregorius Nonus eſt dictus, utrum ſibi placeret, quòd fratres promouerentur ad eccleſiaſticas dignitates, reſpondit: Domine, Minores ideò uocati ſunt fratres mei, ut maiores fieri non præſumant. Si uultis (ait) quòd proficiant in Eccleſia Dei, tenete illos, & conſeruate in ſtatu uocationis eorum, & ad prælationes Eccleſiaſticas nullatenus aſcendere permittatis. Et quoniam humilitatem, tam in ſe, quàm in ſubditis cunctis præferebat honoribus, amator humilium Deus altioribus ipſum dignum iudicabat faſtigijs, ſecundum quod uni fratri, uiro uirtutis, & deuotionis præcipuæ, uiſio cœlitus oſtenſa monſtrauit. Cùm enim eſſet in comitatu uiri Dei, & unà cum ipſo in quadam eccleſia deſerta feruenti oraret affectu, in extaſi factus uidit inter multas in cœlo ſedes, unam præ cæteris digniorem, pretioſis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem; miratus intra ſe præcelſi refulgentiam throni cœpit anxia cogitatione perquirere, quis ad illum deberet aſſumi. Audiuit inter hæc uocem dicentem ſibi: Sedes iſta unius de ruentibus fuit, & nunc humili ſeruatur FRANCISCO. Reuerſus demum frater ad ſe ab orationis exceſſu, virum beatum exterius prodeuntem ſolito fuit more ſequutus. Cumq; incedentes per uiam de Deo inuicem loquerentur, frater ille uiſionis ſuæ non immemor, ſolerter ab eo quæſiuit, quid de ſe ipſo ſentiret. Ad quem humilis Chriſti ſeruus: videor (ait) mihi maximus peccatorum: cui cùm frater diceret ex aduerſo, quòd non poſſet id ſana conſcientia dicere, nec ſentire, ſubiunxit. Si quantumcunque ſceleratum hominem tanta fuiſſet Chriſtus miſericordia proſequutus, arbitror ſanè, ꝙ multò quàm ego, Deo gratior eſſet. Confirmatus fuit frater, ex tam admirabilis humilitatis auditu de ueritate uiſionis oſtenſæ, Euangelio ſacro teſtante cognoſcens, quòd ad excellentiam gloriæ, de qua ſuperbus eijcitur, uerè humilis exaltetur. Alio quoque tempore, cùm in deſerta quadam oraret eccleſia in prouincia Maſſæ, apud montem Caſalem, intellexit per ſpiritum, ſacras ibidem remanſiſſe reliquias. Quas cùm longo iam tempore defraudatas honorificentia debita, non ſine mœrore conſpiceret; præcepit fratribus, ut eas cum reuerentia deferrent ad locum. Sed cùm poſcente cauſa diſceſſiſſet ab eis, mandati Patris immemores filij, obedientię meritum neglexerũt. Die uerò quadam, cùm ſacra celebrare uellent myſteria, ſuperiori altaris operimento ſubmoto, oſſa pulcherrima, & redolentia nimis, non ſine admiratione reperiunt, intuentes reliquias, quas non hominis manus, ſed Dei uirtus attulerat. Reuerſus paulò poſt uir Deo deuotus, diligenter cœpit exquirere, ſi, quod de reliquijs mandauerat, eſſet impletum. Verùm neglectæ obedientię culpam fratres confitentes humiliter, cum pœna ueniam meruerunt. Et ait uir Sanctus: Benedictus Dominus Deus meus, qui per ſe ipſum impleuit, quod uos facere debuiſtis. Conſidera diligenter diuinæ prouidentiæ curam, circa puluerem Sanctorum, & humilis FRANCISCI excellentem in oculis Dei perpende uirtutem: Nam cuius iuſſis non paruit homo, votis obediuit Deus. Quodam tempore deueniens Imolam ciuitatis Epiſcopum adijt, humiliterq; popoſcit, ut cum ipſius beneplacito poſſet populum ad prædicationem uocare. Cui Epiſcopus durè reſpondens: Sufficit, (inquit) frater, quòd ego prædicem populo meo. Inclinauit caput verus humilis, & foras egreſſus poſt modicam horam regreditur intrò. A quo cùm Epiſcopus quaſi turbatus requireret, quid iteratò petere uellet, humili tam corde, quàm uoce reſpondit. Domine ſi pater filium uno repulerit oſtio, alio ſibi reintrandum eſt. Humilitate victus Epiſcopus, alacri uultu eum amplexus eſt, dicens: Tu, & omnes fratres tui de cætero in Epiſcopatu meo generali mea licentia prædicetis, quia illud humilitas ſancta promeruit. Contigit ipſum aliquando Aretium deuenire, cùm tota ciuitas inteſtino bello quaſſata, propinquum ſui minabatur excidium. Hoſpitatus uerò in ſuburbio, uidit ſupra ciuitatem exultantes dæmones, ac perturbatos ciues ad cædem mutuam ſuccendentes. Vt autem ſeditioſas illas effugaret aereas poteſtates, fratrem Syluestrum Columbinæ ſimplicitatis uirum, quaſi præconem præmiſit, dicens: Vade ante portam ciuitatis, & ex parte Dei omnipotentis dæmonibus in uirtute obedientiæ præcipe, ut exeant feſtinanter. Accelerat uerus obediens patris iuſſa perficere, & præoccupans in laudibus faciem Domini, ante portam ciuitatis cœpit clamare ualenter: Ex parte omnipotentis Dei, & iuſſu ſerui eius FRANCISCI, Procul hinc diſcedite dæmones uniuerſi. Redit ad pacem continuò ciuitas, & ciuilitatis

Viſio cuiuſdã ſancti fratris de Throno præparato in Cœlis B. Franc.

En quàm humiliter, quàm abiectè de ſe vir tãtus ſenſerit.

Matt. 23.

Nota de ſacris reliquijs ex ipſius voto inuiſibiliter allatis.

Epiſcopũ mira humilitate vincit.

Dæmonibus iuſſu eius fugatis, Aretini pacis fœdera inter ſe, & concordiam ineunt.

militatis in ſe iura ciues omnes cum magna tranquillitate reformant. Expulſa quippe dęmonum furibunda ſuperbia, quæ ciuitatem illam velut obſidione vallauerat, ſuperueniens ſapientia pauperis, videlicet FRANCISCI humilitas, pacem reddidit, vrbemq́; ſaluauit. Humilis enim obedientiæ ardua promerente virtute, ſuper ſpiritus illos rebelles, atq; proteruos tam poteſtatiuum fuerat aſſequutus imperium, vt & ipſorum feroces proteruias premeret, & importunas violentias propulſaret. Fugiunt quidem ſuperbi dæmones excelſas virtutes humilium, niſi cùm interdum ad humilitatis cuſtodiam diuina eos clementia colaphizari permittit, ſicut & Paulus Apoſtolus de ſeipſo ſcribit, & FRANCISCVS experimento probauit. Rogatus enim à Domino Leone Cardinali Sanctæ Crucis, vt ſecum aliquantulum moraretur in vrbe, acquieuit humiliter ob ipſius reuerentiam, & amorem. Prima igitur nocte, cùm poſt orationem vellet quieſcere, ſuperuenerunt dæmones in Chriſti militem atrociter inſurgentes. Quem cum diu verberaſſent, ac durè, ad vltimū quaſi ſeminecem reliquerunt. Diſcedentibus illis, ſocius vocatus aduenit. Cui cum vir Dei narraſſet euentum ſubiungens ait: Credo frater, quòd dæmones, qui nihil poſſunt, niſi quantum prouidentia ſuperna diſponit, ideò in me nunc tam ferociter irruerunt, quia non bonam ſpem præſefert manſio mea in curia magnatorum. Fratres mei, qui in locis pauperculis commorantur, audientes me cum Cardinalibus eſſe, ſuſpicabuntur forſitan implicari mundanis, efferri honoribus, & delitijs abundare. Ideo melius iudico, eum, qui ponitur in exemplum, fugere curias, & humiliter inter humiles in locis conuerſari humilibus, vt ſuſtinentes penuriam fortes efficiat ſimilia ſuſtinendo. Veniunt ergo manè, & humili excuſatione propoſita, vale faciunt Cardinali. Abhorrebat nempè vir Sanctus ſuperbiam, omnium malorum originem, & inobedientiam ipſius peſſimam prolem, ſed non minus humilitatem pœnitentiæ acceptabat. Accidit ſemel, vt eidem præſentaretur quidam frater, qui contra legem obedientiæ aliquid fecerat, diſciplina iuſtitiæ corrigendus. Videns autem vir Dei fratrem illum per ſigna euidentia veraciter eſſe compunctum, ad indulgendum ei amore fuit humilitatis inductus. Ne tamen facilitas veniæ incentiuum eſſet alijs delinquendi, iuſſit ablatum fratri caputium in medio flammarum proijci, vt omnes aduerterent quanta, qualiq́; vindicta offenſa ſit inobedientiæ percellenda. Cumq́; per moram caputium fuiſſet in medio ignis, præcepit ipſum flammis detrahi, reddiq́; fratri humiliter pœnitenti. Mirabile dictu. Extrahitur caputium de medio flammarum, nullum habens aduſtionis veſtigium, ſicq́; factum eſt, vt hoc vno Deus miraculo, & ſancti viri virtutem, & humilitatem pœnitentiæ commendaret. Dignè itaque ſectanda eſt FRANCISCI humilitas, quæ tam miram in terris etiam dignitatem obtinuit, vt Deum inclinaret ad votum, & hominis immutaret affectum, & dæmonum proteruitatem ſuo iuſſu propelleret, & flammarum voracitatem ſolo nutu refrenaret. Reuera hæc eſt, quæ poſſeſſores ſuos exaltans, dum omnibus reuerentiam exhibet, ab omnibus promeretur honorem.

2.Cor.12.

Flagellatur à dæmonibus.

Humanus eſt ac indulgens erga pęnitentes.

Nota mirabilia.

Humilitatis vis.

DE AMORE PAVPERTATIS, ET MIRA ſuppletione defectuum. Cap. VII.



Pauperie Hic humili tumidos deuicit auaros,
Cuius in extremis oſſibus hæſit amor.

Admirabile ſtudiū paupertatis. Quo uitam in magalijs non ſuperbis palatijs traducere propoſuerat. Narratur quoq; de eo ꝙ cū adhuc eſſet in ſeculari habitu, poſtquā Romæ uiſitauit limina Apoſtolorum, per feneſtram altaris multam pecuniā abiecit, & exiens portis Eccleſię animatus ad ſuijpſius cōtemptū, depoſitis proprijs ueſtibus, & uilibus cuiuſdā pauperculi indutꝰ, ad fores eccleſiæ cum alijs pauperibus gallice eleemoſynā petebat. Paupertas .n. uirtutum regina eſt.

INTER cætera chariſmatum dona, quæ à largo datore FRANCISCVS obtinuit, prærogatiua quadam ſpeciali promeruit, in diuitias ſimplicitatis excreſcere per altiſſimæ paupertatis amorem. Hanc filio Dei vir Sanctus familiarem attendens, & iam quaſi toto orbe repulſam charitate ſic ſtuduit deſponſare perpetua, quòd non ſolùm pro ea patrem, matremq; reliquit, verùmetiam, quæ habere potuit, vniuerſa diſperſit. Nemo tam auri, quàm ipſe cupidus paupertatis, nec theſauri cuſtodiendi ſolicitior vllus, quàm iſte huius Euangelicæ margaritæ. In hoc præcipuè ſuus offendebatur aſpectus, ſi quicquam videret in fratribus, quod paupertati non per omnia conſonaret. Reuera ipſe à principio Religionis vſque ad mortem tunica, chordula, & femoralibus diues, ijs contentus fuit, & Chriſti IESV paupertatem, & matris frequenter cum lachrymis reuocabat ad mentem. Inde hanc virtutum aſſerens eſſe reginam, quia in rege regum, & in regina matre ipſius tam præſtanter effulſit. Nam & fratribus in conclaui quærentibus, quæ virtus magis amicum redderet Chriſto, quaſi ſecretum ſui cordis aperiens, reſpondebat. Pau-

bat. Paupertatem noueritis fratres ſpiritualem viam eſſe ſalutis, tanquam humilitatis fomentum, perfectioniſque radicem, cuius eſt fructus multiplex, ſed occultus. Hæc enim eſt Euangelici agri theſaurus abſconditus, pro quo emendo vendenda ſunt omnia, & quæ vendi non poſſunt illius comparatione ſpernenda. Ad huius (inquit) culmen qui cupit attingere, non ſolùm mundanæ prudentiæ, verumetiam litterarum peritiæ renunciare quodammodo debet, vt tali expropriatus poſſeſſione, introeat in potentias Domini, & nudum ſe offerat brachijs Crucifixi. Nequaquàm enim ſeculo perfectè renunciat, qui proprij ſenſus loculos intra cordis arcana reſeruat. Sæpè verò de paupertate ſermonem faciens, ingerebat fratribus Euangelicum illud: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Propter quòd docebat fratres, vt pauperum more pauperculas caſulas erigerent, quas non habitarent vt proprias, ſed ſicut peregrini, & aduenæ alienas. LEGES nanq; peregrinorum eſſe dicebat, ſub alieno colligi tecto, ſitire ad patriam pacificè pertranſire. Mandabat dirui aliquando domos erectas, aut fratres exinde amoueri, ſi aliquid in eis perciperet, quod ratione appropriationis vel ſumptuoſitatis contrarium eſſet Euangelicæ paupertati. Hanc ſui dicebat Ordinis fundamentum, cui ſubſtrato primariè, ſic omnis ſtructura Religionis innititur, vt ipſius firmitate firmetur, & euerſione funditus euertatur. Docebat proinde, ſicut reuelatione didicerat, ſacræ Religionis ingreſſum ab illo fore inchoandum Euangelico verbo: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Ideoq; non niſi expropriatos, & nil penitus retinentes admittebat ad Ordinem, tum propter verbum ſancti Euangelij, tum etiam ne forent in ſcandalum loculi reſeruati. Vnde in Marchia Anconitana cuidam petenti ad Ordinem recipi verus pauperum Patriarcha reſpondit: Si vis Chriſti pauperibus iungi, pauperibus tua diſtribue. Quo audito perrexit homo, & ductus amore carnali, ſua ſuis reliquit, nilq; pauperibus. Verùm cùm hoc illo referente vir Sanctus audiſſet, dura eum increpatione feriens dixit: Vade viam tuam frater muſca, quoniam nondum exiſti de domo, & cognatione tua, conſanguineis tuis tua dediſti, & defraudaſti pauperes. Dignus non es pauperibus ſociari: Incœpiſti à carne, ruinoſum fundamentum ſpirituali fabricæ collocaſti. Redijt animalis homo ad ſuos, & repetijt bona ſua, quæ pauperibus relinquere nolens, virtutis propoſitum citiùs dereliquit. Alio quoque tempore, cùm in loco Sanctæ Mariæ de Portiuncula tanta eſſet inopia, quòd non poſſet hoſpitibus fratribus ſuperuenientibus ſecundum neceſſitatis exigentiam prouideri: Adijt virum Dei Vicarius ſuus allegans penuriam fratrum, & petens, vt intrantium nouitiorum res aliquas reſeruare liceret, ad quas expendendas recurrere poſſent fratres tempore opportuno. Ad quem vir Sanctus superni conſilij non ignarus: Abſit (inquit) à nobis frater chariſſime, vt pro quouis homine impiè agamus in Regulam. Malo te altare Virginis glorioſæ nudare, cùm neceſſitas id requirit, quàm contra paupertatis votum, & obſeruantiam Euangelij aliquid vel modicum attentare. Gratius enim habebit beata Virgo Sancti Euangelij perfectè ſeruato conſilio, ſuum altare detegi, quàm altari ſuo ornato, filij ſui promiſſum conſilium prætermitti. Tranſiens autem quodam tempore vir Dei cum ſuo ſocio per Apullam iuxta Barium, inuenit in via burſam magnam, quaſi eſſet plena denarijs, tumeſcentem, quam vſitato vocabulo fundam appellant. Monetur à ſocio pauper Chriſti, & inſtanter inducitur, vt burſa tollatur è terra, & pecunia pauperibus erogetur. Renuit homo Dei commentum affirmans fore diaboli in burſa inuenta, & fratrem non ſuadere rem meriti, ſed peccati, aliena ſcilicet ſurripere, ac donare. Recedunt de loco, feſtinant iter perficere cœptum. Sed nondum quieſcit frater vacua pietate deluſus, virum Dei moleſtans, quaſi, qui de releuanda pauperum penuria non curaret. Acquieuit tandem vir mitis redire ad locum, non vt fratris voluntatem perficeret, ſed vt detegeret diabolicam fraudem. Reuerſus eſt ergo ad fundam cum fratre, & iuuene quodam, qui erat in via, oratione præmiſſa, iubet ſocio illam leuare. Tremefactus frater obſtupuit diabolicum iam præſentiens monſtrum; propter obedientiæ tamen ſanctæ mandatum dubietatem abigens cordis, manum extendit ad burſam. Et ecce ſerpens non modicus de burſa exiliens, ſimulq; cum ipſa ſubitò euaneſcens, diabolicam deceptionem fratri monſtrauit. Hoſtilis itaq; verſutiæ depræhenſa fallacia, dixit vir Sanctus ad ſocium: PECVNIA ſeruo Dei, ò frater, nihil aliud eſt, quàm diabolus, & coluber venenoſus. Accidit poſt hæc quoddam mirabile viro Sancto, dum ſe ad ciuitatem Senenſem, cauſa exigente, transferret. Tres quædam mulieres pauper-

Matt. 13.

Luc. 9.

Matt. 19.

Nõ eſt dignus pauperibus Chriſti iungi, qui pauperes fraudauit. Vnde B. Frãc. neminem ad Ordinem recepit, niſi terrenis rebus abdicatis.

Diabolus in crumena latitans fruſtra nititur imponere uiro Dei.

culæ ſtatura, ætate, ac facie per omnia ſimiles, in quadam ei magna planitie inter Campilium, & Sanctum Quiricum occurrerunt, nouum ſalutationis munuſculum ei offerentes. Benè veniat (inquiunt) domina paupertas. Quo audito verus paupertatis amator indicibili repletus eſt gaudio, vtpotè qui nihil in ſe ſalutandum ab hominibus tam libenter haberet, quàm quod illæ decreuerant. Subitò diſparentibus illis, conſiderantes fratres ſocij tam admirabilem in eis ſimilitudinem ſalutationis occurſus, & diſparentiæ nouitatem, myſticum aliquid deſignari circa virum Sanctum non irrationabiliter perpenderunt. Sanè per illas tres, vt videbatur, mulieres pauperculas, ſic vniformi facie occurrentes, ſic ſalutantes inſolitè, ſic ſubitò diſparentes, Euangelicæ perfectionis formoſitas, quantum ad caſtitatem ſcilicet, obedientiam, & paupertatem, ſatis conuenienter oſtenditur in viro

Eximius in beato uiro zelus altiſſimæ paupertatis.

Dei pari forma perfectè fulſiſſe. Licèt gloriari prælegerit in priuilegio paupertatis, quam modò matrem, modò ſponſam, modò dominam nominare ſolebat: in hac cæteros cupiebat excedere, qui ex ipſa didicerat inferiorem ſe omnibus reputare. Si quando pauperiorem ſe quempiam ſecundum exteriorem habitum cerneret, ſemetipſum protinus arguens excitabat ad ſimile, tanquàm ſi æmula paupertate concertans, vinci ſe timeret in illo. Accidit enim, vt pauperculum quendam obuium haberet in via, cuius cùm nuditatem aſpiceret, compunctus corde, lamentabili voce dixit ad ſocium; Magnam verecundiam intulit nobis huius inopia; quia nos pro magnis diuitijs paupertatem elegimus, & ecce magis relucet in iſto.

Oſtiatim quæſitis eleemoſynis libentius utitur, quàm oblatis.

Propter ſanctæ paupertatis amorem, omnipotentis Dei famulus eleemoſynis oſtiatim quæſitis vtebatur multò libentius, quàm oblatis. Si quando enim inuitatus à magnis perſonis, menſis eſſet profuſioribus honorandus, prius per propinquas vicinorum domos panum fragmenta petebat, ac deinde ſic ditatus inopia, diſcumbebat, & cùm aliquando id feciſſet inuitatus à Domino Hoſtienſi, qui pauperem Chriſti præcipuo complectebatur affectu, conquerenti Epiſcopo, quòd ſuo derogaſſet honori, vtpotè qui in eius comeſturus domo pro eleemoſynis iuiſſet, ſeruus Dei reſpondit:

2. Cor. 8.

Magnum mi domine, vobis honorem exhibui, dum maiorem Dominum honoraui. Si quidem beneplacitum eſt Domino in paupertate, & ea maximè, quæ voluntaria pro Chriſto mendicitas eſt. Hanc dignitatem regalem, quam pro nobis Dominus IESVS egenus factus aſſumpſit, vt ſua nos ditaret inopia, ac verè pauperes ſpiritu regni cœlorum reges inſtitueret, & hæredes; nolo relinquere pro fendo diuitiarum falſarum nobis ad horam conceſſo. Non nunquàm fratres ad petendum eleemoſynam hortans, verbis vtebatur huiuſmodi. Ite (inquit) quoniam hac nouiſſima hora fratres Minores commodati ſunt mundo, vt electi in eis impleant, vnde à iudice commendentur, illud audientes ſuauiſſimum verbum:

Matt. 25.

Quamdiù feciſtis vni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Iucundum proinde dicebat ſub fratrum Minorum titulo mendicare, quem in retributione iuſtorum Euangelicæ veritatis magiſter, ore ſuo tam ſignanter expreſſit.

Decet ſuos fratres mendicare.

In feſtis quoque præcipuis, vbi opportunitas aderat, mendicare ſolitus erat, dicens in ſanctis pauperibus propheticum illud impleri:

Pſal. 77.

PANEM Angelorum manducauit homo. Illum ſanè panem Angelicum eſſe dicebat, quem pro Dei petitum amore, & beatis ſuggerentibus Angelis, pro ipſius charitate largitum, ſancta paupertas colligit oſtiatim. Vnde cùm ſemel die ſancto Paſchæ moram faceret in eremitorio quodam adeò ab hominum habitatione remoto, quòd commodè mendicare non poſſet; memor illius, qui diſcipulis euntibus in

Luc. 24.

Emaus ipſo die in ſpecie peregrini apparuit, ab ipſis fratribus eleemoſynam petijt, vt peregrinus, & pauper. Quam cùm accepiſſet humiliter ſacris eos informauit eloquijs, quòd tranſeuntes per mundi deſertum, tanquàm peregrini, & aduenæ, veriq; Hebræi Paſcha Domini, hóc eſt tranſitum ex hoc mundo ad patrem, in paupertate ſpiritus continuè celebrarent. Et quoniam in petendis eleemoſynis non quæſtus agebatur cupidine, ſed ſpiritus libertate, Pater pauperum Deus ſpecialem de ipſo curam gerere videbatur. Accidit enim, vt infirmitate grauatus Domini Seruus in loco Noceriæ reduceretur Aſſiſium per ſolennes nuncios ad hoc Aſſiſinatis populi deuotione tranſmiſſos. Qui Chriſti famulum deducentes, ad villam quandam deuenerunt pauperculam, nomine Sathianum, vbi cùm fames, & hora cibum expeterent, euntes, & nihil inuenientes venale, vacui redierunt. Ad quos vir Sanctus: Ideo nihil inueniſtis, quia plus in muſcis veſtris, quàm in Domino confiditis.

Muſcas uocat numos.

MVSCAS nempè denarios vocauit. Sed reuertimini (ait) per domos, quas circuiſtis, & amorem Dei offerentes pro pretio humiliter eleemoſynam poſtulate. Nec falſa id æſtimatione verecundum putetis, aut vile; quoniam vniuerſa in eleemoſynam

c

poſt pec-

poſt peccatum dignis, & indignis eleemoſynarius ille magnus largiflua pietate conceſſit. Deponunt erubeſcentiam milites, & eleemoſynam ſponte petentes, plura pro Dei amore, quàm denarijs emunt. Siquidem diuino nutu corde compuncti pauperes incolę, non ſolum ſua, ſed & ſeipſos liberaliter obtulerunt. Sicq; factum eſt, vt inopiam, quam pecunia releuare non poterat, FRANCISCI pauperies opulenta ſuppleret. Tempore, quo infirmus iacebat in Eremitorio propè Reate, medicus quidam opportuno eum frequentabat officio. Cùm autem Chriſti pauper impotens eſſet ad rependendam mercedem labori condignam, liberaliſſimus Deus, ne ipſum ſine præſenti remuneratione dimitteret, pium eius obſequium hoc nouo beneficio uice pauperis compenſauit. Huius enim medici domus, quam tunc temporis ex omni lucro ſuo de nouo conſtruxerat, parietum patula ſciſſione è ſummo uſque deorſum adeò de proximo minabatur ruinam, quòd non uidebatur per humanæ artis induſtriam poſſibile ipſius caſui obuiare. Ipſe uerò de Sancti uiri meritis plenè confidens, cum magnæ fidei deuotione petiuit à ſocijs eius aliquid ſibi concedi, quod idem uir Dei manibus contractaſſet. Cùm igitur modicum de capillis ipſius multa precum obtentum inſtantia poſuiſſet de ſero intra muri ſciſſuram, manè conſurgens tanta inuenit aperturam illam ſoliditate concluſam, ut nec reliquias ibi poſitas poſſet extrahere, nec ſciſſuræ prioris veſtigium aliquod inuenire. Factumq; eſt, ut qui ruinoſo corpuſculo Serui Dei ſedulò miniſtraret, ruituræ domus propriæ periculo præcaueret. Alio quoque tempore uir Dei ad quandam Eremum transferre ſe uolens, ut ibi liberius contemplationi uacaret, quia debilis erat, cuiuſdam uiri pauperis uectabatur aſello. Cumq; diebus æſtiuis famulum Chriſti ſequendo uir ille montana conſcenderet, aſperioris, & longioris uiæ itinere fatigatus, nimioq; ſitis ardore deficiens, inſtanter cœpit clamare poſt Sanctum: En morior (inquit) ſiti, niſi poculi alicuius beneficio continuò refociller. Abſque mora uir Dei proſiliuit de Aſino, & fixis in terra genibus palmas tetendit in cœlum, orare non ceſſans, donec ſe intellexit auditum. Oratione tandem finita, Feſtina (inquit uiro) ad petram, & illic aquam uiuam inuenies, quam tibi hac hora miſericorditer Chriſtus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quæ ſeruis ſuis tam facilè ſe inclinat. Bibit ſitiens homo aquam de petra, orantis uirtute, & poculum hauſit de ſaxo duriſſimo. Aquæ decurſus ibidem ante non fuit, nec ut eſt diligenter quæſitum, deinceps potuit inueniri. Qualiter autem per merita ſui pauperis Chriſtus multiplicauerit cibos in mari, cum ſuo ſit loco inferiùs adnotandum, hoc tantùm commemoraſſe ſufficiat, quòd de eleemoſyna modica ſibi collata nautas à famis & mortis periculo per dies plurimos liberauit, ut ex hoc liquidò poſſit aduerti, quòd omnipotentis Dei famulus, ſicut in eductione aquæ de petra conformis extitit Moyſi: ſic in multiplicatione uictualium, Eliſeo. Procul igitur à pauperibus Chriſti diffidentia omnis abſcedat. Si enim paupertas FRANCISCI adeò copioſæ ſufficientiæ fuit, ut ſubuenientium ſibi defectus, tam mira uirtute ſuppleret, quòd nec cibus, nec potus, nec domus deeſſet, cùm pecuniæ, & artis, & naturæ facultas deficeret: multo magis illa merebitur, quæ uſitato diuinæ prouidentiæ ordine communiter conceduntur. Si inquam petræ ſiccitas ad pauperis uocem abundans poculum ſitienti propinauit pauperculo, nil iam inter omnia ſuum denegabit obſequium his, qui pro authore omnium omnia reliquerunt.

Mendicando obtinet, quod pecunia non poſſunt.

Pauci capilli eius rem efficiũt admirandam.

E petra ſuis precibus producit aquam.

Exod. 17.
4. Reg. 4.

DE PIETATIS AFFECTV, ET QVOMODO ratione carentia videbantur erga ipſum affici. *Caput VIII.*



O quoties potuit ſanctæ pietatis alumnus
Affectu immites conciliare feras.

1.Tim.4.

PIETAS vera, quæ ſecundum Apoſtolum ad omnia valet, adeò cor FRANCISCI repleuerat, ac penetrauerat, vt totum videretur Seruum Dei in ſuum dominium vendicaſſe. Hæc eſt, quæ ipſum per deuotionem ſurſum agebat in Deum, per compaſſionem transformabat in Chriſtum, per condeſcenſionem inclinabat ad proximum,& per vniuerſalem conciliationem ad ſingula refigurabat ad innocentiæ ſtatum.

Valde cruciatur peccatis hominũ.

Cumq; per hanc piè moueretur ad omnia, ſpecialiter tamen animas Chriſti IESV ſanguine pretioſo redemptas, cùm cerneret inquinari aliquã ſorde peccati, tanta miſerationis teneritudine deplorabat, vt eas tanquàm mater in Chriſto quotidie parturiret. Et hoc penes ipſum fuit cauſa præcipua venerandi verbi Dei miniſtros, ꝙ ſemen fratri ſuo defuncto Chriſto, videlicet pro peccatoribus crucifixo per ipſorum conuerſionem, & pia ſolicitudine ſuſcitent, & ſolicita pietate gubernent. Iſtiuſmodi miſerationis officium Patri miſericordiarum omni ſacrificio firmabat acceptius, maximè ſi ſtudio fuerit perfectæ charitatis impenſum, vt ad id laboretur magis exemplo, quàm verbo, magis lachrymoſa prece, quàm loquaci ſermone.

Concionatores quinam plangẽdi.

Plangendum proindè dicebat prædicatorem tanquam vera pietate priuatum, ſiue qui in prædicatione non animarum quærit ſalutem, ſed propriam laudem: ſiue qui prauitate deſtruit vitæ, quod ædificat veritate doctrinæ. Præferendum huic dicebat fratrem ſimplicem,& elinguem, qui bono exemplo alios prouocat ad bonũ. Illud

1.Reg.2.

quoq; verbum, donec ſterilis peperit plurimos, taliter exponebat. Sterilis(inquit)eſt pau-

perculus

perculus frater, qui generandi in Eccleſia filios non habet officium. Hic pariet in iudicio plurimos, quia quos nunc priuatis orationibus conuertit ad Chriſtum, ſuæ gloriæ tunc iudex adſcribet. Quæ multos habet filios infirmabitur, quia prædicator vanus, & loquax, qui multis nunc, quaſi ſua virtute genitis, gaudet, cognoſcet tunc ſe nil proprij habere in eis. Cùm igitur animarum ſalutem viſceroſa pietate appeteret, & feruida æmulatione zelaret, ſuauiſſimis ſe dicebat repleri odoribus, & quaſi vnguento pretioſo liniri, cùm ſanctorum fratrum per orbem diſtantium odorifera fama multos audiret ad viam veritatis induci. Ex talium auditu exultabat in ſpiritu, benedictionibus omni acceptione digniſſimis fratres illos accumulans, qui verbo, vel opere ad Chriſti amorem inducerent peccatores. Sic etiam, qui religionem ſacram iniquis violarent operibus, maledictionis eius grauiſſimam incurrebant ſententiam. A te Domine (inquit) ſanctiſſime, & à tota cœleſti curia, & à me paruulo tuo ſint maledicti, qui ſuo malo exemplo confundunt, & deſtruunt, quod per ſanctos fratres Ordinis huius ædificaſti, & ædificare non ceſſas. Tanta frequenter afficiebatur mœſtitia ſuper ſcandala puſillorum, vt deficere reputaretur, niſi diuinæ fuiſſet clementiæ conſolatione ſuffultus. Cùm autem ſemel malis turbatus exemplis anxio ſpiritu miſericordem Patrem precaretur pro filijs, reſponſum huiuſmodi reportauit à Domino; Cur tu pauper homuncio conturbaris? An ego te ſuper Religionem meam ſic paſtorem inſtitui, vt me principalem neſcias eſſe patronum? Hominem ſimplicem ad hoc te conſtitui, vt quæ in te fecero, non humanæ induſtriæ, ſed ſupernæ gratiæ adſcribantur. Ego vocaui, ſeruabo, & paſcam, & alijs excidentibus, alios ſubrogabo; ita vt ſi nati non fuerint, faciam illos naſci: & quantiſcunque fuerit impulſibus paupercula hæc concuſſa Religio, ſalua ſemper meo munere permanebit. DETRACTIONIS quoq; vitium, inimicum fonti pietatis, & gratiæ, tanquam ſerpentinum abhorrebat morſum, & atrociſſimam peſtem, & pijſſimo Deo abominabile fore firmabat, pro eo quòd detractor animarum ſanguine paſcitur, quas gladio linguæ necat. Audiens ſemel fratrem quendam denigrare famam alterius, conuerſus ad Vicarium ſuum, dixit: Surge, ſurge, diſcute diligenter, & ſi accuſatum fratrem innocentem repereris, accuſantem dura correctione cunctis redde notabilem. Nonnunquam verò eum, qui fratrem ſuum famæ gloria ſpoliaret, iudicabat habitu ſpoliandum, nec ad Dominum oculos poſſe leuare, niſi prius, quod abſtulerat, reddere pro poſſe curaret. Tantò maior eſt, aiebat, detractorum impietas, quàm latronum, quantò lex Chriſti, quæ in obſeruantia pietatis impletur, magis animarum, quàm corporum nos adſtringit optare ſalutem. Afflictis quoque qualicunque corporali moleſtia, mira compaſſionis teneritudine condeſcendens, ſi quid penuriæ, ſi quid defectus in aliquo cerneret, pij cordis dulcedine referebat in Chriſtum. Sanè clementiam habebat ingenitam, quam ſuperinfuſa Chriſti pietas duplicabat, itaque liqueſcebat animus eius ad pauperes, & infirmos, & quibus non poterat manum, exhibebat affectum. Contigit ſemel, vt pauperi cuidam eleemoſynam importunè petenti, vnus è fratribus durius reſponderet. Quod audiens pauperum pius amator, fratri præcepit, vt ad illius pauperis pedes ſe nudatum proſterneret, proclamaret culpabilem, orationis ſuffragium poſtularet, & veniam. Quod cùm ille feciſſet humiliter, dulciter Pater adiecit. DVM pauperem vides, ò frater, ſpeculum tibi proponitur Domini, & pauperis matris eius, in infirmis ſimiliter infirmitates, quas aſſumpſit, conſidera. Cumq; in pauperibus cunctis, & ipſe Chriſtianiſſimus pauper effigiem Chriſti proſpiceret, ſi qua etiam neceſſaria vitæ ſibi collata fuiſſent, eis occurrentibus non ſolum liberaliter conferebat, verùmetiam ac ſi illorum propria eſſent, iudicabat eſſe reddenda. Accidit ſemel, vt eidem redeunti de Senis pauper quidam occurreret, cùm occaſione infirmitatis ſuper habitum palliolo quodam eſſet amictus. Cuius miſeria oculo clementi conſpecta. Oportet, inquit ad ſocium, vt reddamus mantellum pauperculo iſti: Nam ipſius eſt: mutuò enim ipſum accepimus, donec pauperiorem inuenire contingeret. Socius autem pij Patris neceſſitatem conſiderans, pertinaciter obſiſtebat, ne prouideret alij, ſe neglecto. At ille: PRO FVRTO (ait) mihi reputo à magno eleemoſynario imputandum, ſi hoc, quod fero, non dedero magis egenti. Propterea de omnibus, quæ ſibi dabantur ad neceſſitatem corporis releuandam, ſolitus erat à dantibus licentiam petere, vt licitè poſſet, ſi magis egenus occurreret, erogare. Nulli prorſus rei parcebat, nec mantellis, nec tunicis, nec libris, nec etiam paramentis altaris, quin omnia hæc dum poſſet, vt pietatis impleret officium, indigentibus largiretur. Pluries cùm oneratis obuiaret in via pauperibus, imbecilles humeros illorum oneribus ſupponebat. Conſide-

ratione

Vir ſāctus execratur fratres malè viuentes.

Valde deteſtatur obtrectatiões, nã qui aliena detractione paſcit, procul dubio aliena carne ſaturatur. Et ſicut ex ſordibus contrahitur immũditia, ſic verba detractionis plurimè generant, ſi in aures admittantur.

Mirè afficitur erga afflictos.

In pauperibus qd contemplandum, felix paupertas B. Franciſci, q̃ vnius ductu tantum profecit, vt in hac vita, quam viuimus, penè plures ſint, qui eam ſpõtè colãt, quàm diuitias mirentur.

Mantellũ propriũ dat egenti.

Creaturas etiã viles vocat fratres, vel ſorores.

Eſa. 53.

Maledixit ſui, & illa perijt.

ratione quoque primæ originis omnium abundantiori pietate repletus, creaturas quantumlibet paruas, fratris, vel ſororis appellabat nominibus, pro eo quòd ſciebat eas vnum ſecum habere principium. Illas tamen viſceroſius amplexabatur, & dulcius, quæ Chriſti manſuetudinem piam ſimilitudine naturali prætendunt, & ſcripturæ ſignificatione figurant: Redemit frequenter agnos, qui ducebantur ad mortem, illius memor Agni mitiſſimi, qui ad occiſionem duci voluit pro peccatoribus redimendis. Hoſpitato quadam vice Seruo Dei apud Monaſterium Sancti Verecundi de Epiſcopatu Eugubij, ouicula quædam agniculum peperit illa nocte: aderat ſus ferociſſima, quæ vitæ innocenti non parcens, rapaci eum morſu necauit. Hoc audito pius Pater mira compaſſione commotus, & agni ſine macula recordatus, lamenrabatur pro morte agniculi coram omnibus, dicens: Heu me, frater agnicule, animal innocens Chriſtum hominibus repreſentans, maledicta ſit impia, quæ te interfecit, nullusq; de ea comedat homo, vel beſtia. Mirabile dictu, ſtatim infirmari cœpit porca malefica, & tribus diebus corpoream pœnam exoluens, vltricem tandem pertulit necem: proiecta autem in vallum monaſterij, ibiq; longo tempore iacens in modum tabulæ deſicata, nulli fuit eſca famelico. ADVERTAT igitur humana impietas, quali pœna ſit ferienda finaliter, ſi tam horrenda morte percuſſa eſt ferocitas beſtialis. Perpendat & fidelis deuotio, quàm in ſeruo Dei pietas fuerit admirandæ virtutis, & copioſæ dulcedinis, vt ei applauderet ſuo modo etiam natura brutorum. Iter enim faciens iuxta ciuitatem Senenſem, inuenit in paſcuis magnum ouium gregem. Quas cùm benignè (vt erat ſolitus) ſalutaſſet, relicto paſtu, cucurrerunt omnes ad eum: leuanteſq; capita ſua, erectis in eum luminibus intendebant; tantum quidem ei fecerunt applauſum, vt & paſtores mirarentur, & fratres cernentes circa ipſum, tam ouium agnos, quàm ipſos arietes ſic mirabiliter exultantes. Alio quoque tempore apud Sanctam Mariam de Portiuncula quædam viro Dei fuit ouis oblata, quam propter innocentiæ, & ſimplicitatis amorem, quas ouis natura prætendit, gratanter ſuſcepit. Monebat pius vir ouiculam, vt & laudibus diuinis intenderet, & ab omni fratrum offenſa caueret. Ouis autem, quaſi viri Dei pietatem aduerteret, informationem ipſius ſolicitè obſeruabat. nam audiens fratres in choro cantare, & ipſa eccleſiam ingrediens ſine alicuius informatione flectebat genua, vocem balatus emittens ante altare Virginis matris Agni, ac ſi eam ſalutare geſtiret. Inſupèr & cùm eleuaretur ſacratiſſimum Chriſti corpus inter Miſſarum ſolennia flexis curuabatur poplitibus, tanquàm ſi reuerens pecus de irreuerentia indeuotos argueret; Chriſtoq; deuotos ad ſacramenti reuerentiam inuitaret. Tempore quodam agniculum in vrbe ſecum habuerat, ob reuerentiam illius mitiſſimi Agni, quem nobili matronæ, dominæ ſcilicet Iacobæ de ſeptem ſolijs in ſuo receſſu conſeruandum commiſit. Agnus verò quaſi in ſpiritualibus eruditus à Sancto, dominæ ad eccleſiam eunti, ſtanti, & reuertenti, ſocietate inſeparabili cohærebat. Si matutinali hora domina tardaret exurgere, agnus conſurgens impellebat eam cornulis, & balatibus excitabat, geſtibus adhortans, & nutibus, vt ad eccleſiam properaret. Propter quod agnus FRANCISCI diſcipulus deuotionis iam magiſter effectus, vt mirabilis, & amabilis à domina ſeruabatur. Alio quoque tempore apud Græcium viuus viro Dei oblatus fuit lepuſculus, qui liber in terra poſitus, cum poſſet, quò vellet, effugere, vocanre ſe Patre benigno in ſinum illius propero curſu ſaltauit. Quem ipſe pio cordis affectu circunfouens videbatur eidem compati, quaſi mater, dulciq; alloquutione commonitum, ne ſe iterum capi permitteret, liberum abire permiſit. Cumq; pluries in terra poſitus, vt abſcederet, ſemper in ſinum Patris rediret tanquam ſi ſenſu quodam occulto cordis ipſius perciperet pietatem, tandem iuſſu Patris à fratribus delatus eſt ad loca ſolitudinis tutiora. Modo quoque conſimili in inſula lacus Peruſini cuniculus quidam captus, & viro Dei oblatus, cùm cæteros fugeret manibus eius, & ſinu ſe domeſtica ſecuritate commiſit. Per lacum Reatinum eidem ad eremum de Græcio properanti, piſcator vnam ex deuotione fluuialem obtulit auem. Quam cùm libenter ſuſceptam apertis inuitaret manibus ad receſſum, nec illa vellet abire, erectis in cœlum oculis diu in oratione permanſit, & quaſi aliundè poſt longam horam ad ſe reuerſus, dulciter iteratò mandauit auiculæ, vt Dominum laudatura recederet, ſuſceptaq; cum benedictione licentia, geſtu corporis quodam prætendens gaudium, auolauit. In eodem lacu ſimiliter oblatus fuit ei piſcis magnus, & viuus, quem more ſolito fraterno nomine vocans, in aquam repoſuit iuxta nauem; piſcis verò coram viro Dei ludebat in aqua, & quaſi amore illius allectus, nullatenus receſſit à naui, niſi prius ab eodem cum benedictione li-

Hoc exemplo diſcant heretici piã Chriſti matrem venerari, & Euchariſtiam adorare, quã tanti faciebat B. Frãc. vt in eius eleuatione hæc verba conſueuerit dicere: DOMINE Deus cœleſtis Pater reſpice in hãc glorioſam Chriſti tui faciem, & miſerere mei. Hęc Lanſenus in expoſitione xv. cap. ſup Ioannem.

Oblata ſibi animalia dimittit libera.

Vir pius & pauper piſcem reponit in lacum.

centia

centia ſibi data. Alio quoque tempore ambulans cum quodam fratre per paludes Venetiarum inuenit maximam auium multitudinem reſidentium, & cantantium in virgultis. Quibus viſis, dixit ad ſocium: Sorores aues laudant creatorem ſuum, nos itaque in medium ipſarum euntes, laudes, & horas canonicas Domino decantemus. Cumq; in medium ipſarum intraſſent, non ſunt aues motæ de loco, & quia propter garritum ipſarum in dicendis horis ſe mutuò audire non poterant; conuerſus vir Sanctus dixit ad aues: Sorores aues à cantu ceſſate, donec laudes Deo debitas perſoluamus. At illæ continuò tacuerunt, tandiù in ſilentio perſiſtentes, quandiù dictis horis ſpatioſè, & laudibus perſolutis à Sancto Dei cantandi licentiam receperunt. Dante autem eis viro Dei licentiam, ſtatim more ſolito cantum ſuum reſumpſerunt. Apud Sanctam Mariam de Portiuncula iuxta cellam viri Dei ſuper ficum cicada reſidens, & decantans, cùm ſeruum Dei, qui etiam in paruis rebus magnificentiam creatoris admirari didicerat, ad diuinas laudes cantu ſuo frequentius excitaret, ab eodem quadam die vocata, velut edocta cœlitus, ſuper manum volauit ipſius. Cui cùm dixiſſet: Canta ſoror mea cicada, & Dominum Creatorem tuo iubilo lauda; ſine mora obediens canere cœpit, nec deſtitit, donec iuſſu Patris ad locum proprium reuolauit. Manſit autem per octo dies ibidem, quolibet die veniendo, cantando, & recedendo eius iuſſa perficiens. Tandem vir Dei ait ad ſocium: Demus iam ſorori noſtræ cicadæ licentiam: ſatis enim nos ſuo cantu lætificans, ad laudes Dei octo dierum ſpatio excitauit, & ſtatim ab eo licentiata receſſit, nec vltra ibidem apparuit, ac ſi mandatum ipſius non auderet aliquatenus præterire. Eidem Senis infirmo phaſianus quidam de nouo captus à nobili quodam tranſmiſſus eſt viuus. Qui continuò, vt virum Sanctum audiuit, & vidit, tanta ei amicabilitate cohæſit, vt nullo modo pateretur ab eo ſeiungi. Nam pluribus vicibus extra locellum fratrum in vinea poſitus, vt abiret ſi vellet, rapido ſemper curſu redibat ad Patrem, tanquam ſi ab eodem omni fuiſſet tempore educatus. Deinde cuidam collatus viro, qui ex deuotione ſeruum Dei viſitare ſolebat, velut ſibi moleſtum foret à pij Patris abſentari conſpectu, eſcam recuſauit omnino. Reportatus tandem ad famulum Dei ſtatim, vt conſpexit eundem, quibuſdam hilaritatis prætenſis geſtibus, auidè manducauit. Cùm ad eremum perueniſſet Aluernæ propter Quadrageſimam celebrandam in honorem Archangeli Michaelis, diuerſi generis aues circa ipſius cellulam volitantes concentu ſonoro, & lætitiæ geſtibus, quaſi de eius aduentu gaudentes, Patrem pium inuitare, ac allicere videbantur ad moram. Quo viſo, dixit ad ſocium: Cerno (frater) voluntatis eſſe diuinæ, quòd hic aliquandiu commoremur, tantùm ſorores auiculæ de noſtra videntur præſentia conſolari. Cùm igitur contraheret ibi moram, falcò ibidem nidificans, magno ſe illi amicitiæ fœdere copulauit. Nam ſemper horâ nocturno tempore, in qua vir Sanctus ad diuina officia ſurgere ſolitus erat, cantu ſuo præueniebat, & ſono. Quod famulo Dei gratiſſimum erat, eo quòd tanta ſolicitudo, quam circa eum gerebat, omnem ab ipſo torporem deſidiæ excuteret. Cùm verò Seruus Chriſti infirmitate plus ſolito grauaretur, parcebat falco, nec tam tempeſtiuas indicabat vigilias. Siquidem velut inſtructus à Deo, circa diluculum ſuæ vocis campanam leui tactu pulſabat. Diuinum certè videtur fuiſſe præſagium, tam in exultatione multimodi generis auium, quàm in cantu falconis, cùm Dei laudator, & cultor pennis contemplationis ſubuectus, tunc foret illic apparitione ſeraphica ſublimandus. Moram eo faciente tempore quodam in eremitorio Græcij loci illius indigenę malis multiplicibus vexabantur: nam & luporum rapacium multitudo non ſolum bruta, ſed & homines conſumebat, & grando annua tempeſtate blada, & vineas deuaſtabat. Dum igitur ſic afflictis, præco ſacri Euangelij prædicaret, dixit ad eos: Ad honorem, & laudem Dei omnipotentis fide iubeo vobis, quòd peſtilentia hęc omnis abſcedet, & reſpiciens vos Dominus, multiplicabit in temporalibus bonis, ſi mihi credentes, miſereamini veſtri, vt veſtra confeſſione præmiſſa, dignos faciatis fructus pœnitentiæ. Iterùm hoc annuncio vobis, quòd ſi beneficijs ingrati, ad vomitum conuerſi fueritis, innouabitur plaga, duplicabitur pœna, & maiori in vos ira deſæuiet. Ab illa vtique hora pœnitentiam ad exhortationem ipſius agentibus illis, ceſſauerunt clades, periere pericula, nec moleſtiæ quicquam lupi intulere, vel grandines. Immò (quod maius eſt) ſi quando vicinorum arua grando peruaderet, iſtorum terminis appropinquans, terminabatur ibidem, aut in partem aliam diuertebat. Ceſſauit grando, ſeruauerunt & lupi pactionem ſerui Dei, nec contra pietatis legem in homines ad pietatem conuerſos atten̄tauerunt amplius deſæuire, quamdiu iuxta condictum, contra pijſſimas Dei leges impiè non egerunt,

Aues obediunt ei, quas ſorores vocat.

Nota de phaſiano aue ſatis cō̃ctis nota.

Item de Falcone.

Multos conuertit ad pœnitentię ſua prædicatione.

Nota quæ ſit veræ pœnitentiæ vis.

Piè igitur ſentiendum eſt de pietate viri Beati, quæ tam miræ dulcedinis, & virtutis fuit, vt domaret ferocia, domeſticaret ſylueſtria, manſueta doceret, & brutorum naturam homini iam lapſo rebellem ad ſui obedientiam inclinaret. Verè hæc illa eſt, quæ cunctas ſibi creaturas confœderans, valet ad omnia, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

DE FERVORE CHARITATIS, ET DESIDERIO martyrij. *Cap. IX.*



Atria Solthani intrepidus petit alta tyranni,
Et celſo tantas pectore temnit opes.

CHARITATEM feruentem, qua ſponſi amicus FRANCISCVS ardebat, quis enarrare ſufficiat? totus nanq; quaſi quidam carbo ignitus diuini amoris flamma videbatur abſorptus: ſubitò enim ad auditum amoris Domini excitabatur, afficiebatur, inflammabatur, quaſi plectro vocis extrinſecæ chorda cordis interior tangeretur. Talem pro eleemoſynis cenſum offerre nobilem prodigalitatem dicebat, & eos, qui minus ipſum, quàm denarios reputarent, eſſe ſtultiſſimos, pro eo quòd ſolius diuini amoris inpretiabile pretium ad regnum cœlorum ſufficiat comparandum, & eius, qui nos multùm amauit, multùm ſit amor amandus. Vt autem ex omnibus excitaretur ad amorem diuinum, exultabat in cunctis operibus manuum Domini, & per iucunditatis ſpecula in viuificam conſurgebat rationem, & cauſam. Contuebatur in pulchris pulcherrimum, & per impreſſa rebus veſtigia proſequebatur vbique dilectum, de omnibus ſibi ſcalam faciens, per quam conſcenderet ad apprehendendum eum, qui eſt deſiderabilis totus. Inauditæ nanque deuotionis affectu fontalem illam bonitatem in creaturis ſingulis, tanquàm in riuulis deguſtabat, & quaſi cœleſtem concentum perciperet in conſonantia virtutum, & actuum eius datorum à Deo, ipſas ad laudem Domini, more prophetæ Dauid, dulciter hortabatur.

Iacobus de Vitriaco Cardinalis in Hiſtoria Hieroſolymitana hęc refert de B. Franciſco. Vidimus primum fratrum Minorũ fundatorem FRANCISCVM nomine, virum ſimplicem & illiteratum, dilectũ Deo, & hominibus ad tantum ebrietatis exceſſum, & feruoris ſpiritum raptum fuiſſe, quòd cùm ad exercitum Chriſtianorum ante Damiathã in terra Aegypti deueniſſet ad Solthanũ intrepidus, & fidei clypeo munitus acceſſit, quem cũ in via captum tenuiſſẽt Sarraceni, eũq; cùm vidiſſet crudelis beſtia, admirans aſpectum uiri Dei in mãſuetudinem uerſa eſt, & per dies aliquos attentiſſimè audiuit prædicãtem, & cũ omni reuerẽtia rogauit, ut quænam melior ſit lex oſtẽderet.

In creaturis Deum contemplans exultat.

Cant. 5.

Pſal. 148.

Chriſtus IESVS crucifixus intra ſuæ mentis vbera, vt mirrhæ faſciculus iugiter mora- Cant. 1.
batur, in quem optabat per exceſſiui amoris incendium totaliter transformari. Prærogatiua quoque peculiaris deuotionis ad ipſum ab Epiphaniæ feſto vſque ad continuos quadraginta dies, eo ſcilicet tempore, quo Chriſtus latuit in deſerto, ad ſolitudinis loca declinans, cellaq́; incluſus, quanta poterat arctitudine cibi, & potus, ieiunijs, & orationibus, & laudibus Dei, ſine intermiſſione vacabat: Tam feruido quidem in Chriſtum ferebatur affectu. Sed & dilectus illi tam familiarem rependebat affectum, vt videretur ipſi famulo Dei, quaſi iugem præ oculis ipſius Saluatoris ſentire præſentiam, ſicut aliquando ſocijs familiariter reuelauit. Flagrabat ergo ſacramentum Dominici corporis feruore omnium medullarum, ſtupore admirans permaximo illam chariſſimam dignationem, & dignantiſſimam charitatem. Sæpe communicabat, & tam deuotè, vt alios deuotos efficeret, dum ad immaculati Agni deguſtationem ſuauem, quaſi ſpiritu ebrius in mentis, vt plurimùm, rapiebatur exceſſum. Matrem Domini noſtri IESV Chriſti indicibili complectebatur amore, eo quòd Dominum Maieſtatis, fratrem nobis effecerit, & per eam ſimus miſericordiam conſequuti. In ipſa poſt Chriſtum præcipuè fidens, eam ſui, ac ſuorum aduocatam conſtituit, & ad honorem ipſius à feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli vſque ad feſtum Aſſumptionis, deuotiſſimè ieiunabat. Angelicis ſpiritibus ardentibus igne mirifico ad excedendum in Deum, & electorum animas inflammandas, inſeparabilis erat amoris vinculo copulatus, & ob deuotionem ipſorum ab Aſſumptione Virginisglorioſæ quadraginta diebus ieiunans orationi iugiter inſiſtebat. Beato autem Michaeli Archangelo, eo quòd animarum repræſentandarum haberet officium, ſpirituali erat amore deuotior, propter feruidum, quem habebat zelum, ad ſalutem omnium ſaluandorum. Ex recordatione Sanctorum omnium, tanquam lapidum ignitorum, in Deificum recaleſcebat incendium, Apoſtolos omnes, & præcipuè Petrum & Paulum, propter feruidam charitatem, quam habuerunt ad Chriſtum, ſumma deuotione complexans, ob quorum reuerentiam, & amorem Quadrageſimæ ſpecialis ieiunium Domino dedicabat. Non habebat aliud Chriſti pauper, niſi duo minuta, copus, ſcilicet & animam, quod poſſet liberali charitate largiri. Sed hoc per amorem Chriſti ſic offerebat continuè, vt quaſi omni tempore per rigorem ieiunij corpus, & per ardorem deſiderij ſpiritum immolaret, exterius in atrio ſacrificans holocauſtum, & in templo interius concremans thymiama. Sic autem eum charitatis exceſſiua deuotio ſurſum in diuina ferebat, vt eiuſdem affectuoſa benignitas ad naturæ conſortes, & gratiæ dilataret. Quem enim creaturis cæteris germanum pietas cordis effecerat, mirum non eſt, ſi creatoris inſignitis imagine, & ſanguine redemptis authoris, germaniorem Chriſti charitas efficiebat. NON ſe Chriſti reputabat amicum, niſi animas foueret, quas ille redemit. Saluti animarum nihil præferendum eſſe dicebat, eo maximè probans, quòd vnigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc ſibi in oratione luctamen, in prædicatione diſcurſus, & in exemplis dandis exceſſus. Vnde quoties auſteritas nimia repræhenderetur in ipſo, reſpondebat ſe datum alijs in exemplum. Licèt. n. innocens eius caro, quæ iam ſe ſponte ſubdebat ſpiritui, nullo propter offenſas egeret flagello, tamen exempli cauſa renouabat illi pœnas, & onera, cuſtodiens propter alios vias duras. Dicebat. n. 1. Cor. 13.
Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem in me ipſo non habeam, & proximis virtutum exempla non monſtrem, parùm poſſum alijs, mihi nihil. Ferventi quoque charitatis incendio glorioſum Sanctorum Martyrum æmulabatur triumphum: in quibus nec amoris flamma extingui, nec fortitudo potuit infirmari. Deſiderabat propterea 1. Ioan. 4.
& ipſa illa perfecta charitate ſuccenſus, quæ foras mittit timorem, per martyrij flammam hoſtiam Domino ſe offerre viuentem, vt & vicem Chriſto pro nobis morienti rependeret, & ad diuinum amorem cæteros prouocaret. Sexto namque conuerſionis ſuæ anno, deſiderio martyrij flagrans, ad prædicandam fidem Chriſtianam, & pœnitentiam Sarracenis, & alijs infidelibus ad partes Syriæ transfretare diſpoſuit. Cumq́; nauem quandam, vt illuc tenderet, conſcendiſſet, ventis contrarijs flantibus, compulſus eſt in Sclauoniæ partibus applicare. Cùm igitur moram aliquandiu contraxiſſet ibidem, nec inuenire poſſet nauem tunc temporis transfretantem, fraudatum ſuo deſiderio ſe ſentiens, nautas quoſdam Anconam tendentes, vt amore Dei eum ſecum ducerent, exorauit. Verùm illis propter expenſarum defectum pertinaciter recuſantibus, vir Dei plurimum de Domini bonitate confiſus nauem cum ſocio latenter conſcendit. Affuit quidam à Deo (vt creditur) pro paupere ſuo, miſſus, qui ſecum ferens neceſſaria victus, quendam timentem Deum de naui ad ſe vocatum,

Erga Euchariſtiā eius amor ingens, & propēſa pietas in matrē Chriſti.

Nihil animarum ſaluti pręferendū.

Vult ire ad Sarracenos, ſed reſtant venti.

ſe vocatum, ſic alloquutus eſt. Hæc pro pauperibus fratribus in naui latitantibus conſerua fideliter, ac neceſſitatis tempore amicabiliter ſubminiſtra. Sicq; factum eſt, vt nautis propter vim ventorum per dies plurimos nuſquam applicare valentibus, omnia conſumerentur ipſorum cibaria,& ſola pauperi F R A N C I S C O collata deſuper eleemoſyna ſupereſſet. Quæ cùm eſſet modica, tantum diuina virtute ſuſcepit augumentum, vt diebus plurimis in mari propter tempeſtatem continuam contrahentibus moram, vſque ad portum Anconæ omnium neceſſitatibus plenariè ſubueniret. Videntes itaque nautæ per ſeruum Dei multa ſe mortis euaſiſſe diſcrimina, tãquàm qui maris horrenda pericula ſenſerant, & miranda opera Domini viderant in profundo, gratias egerunt omnipotenti Deo, qui ſemper in ſuis amicis, & ſeruis, mirabilem, & amabilem ſe oſtendit. Cùm autem relicto mari, terram præambulare cœpiſſet, iactato in eam ſalutis ſemine, reportabat manipulos fructuoſos. Verùm quia martyrij fructus adeò cor eius allexerat, vt pretioſam pro Chriſto mortem ſuper omnia virtutum merita peroptaret, verſus Marochium iter arripuit, vt Miramolino, & genti eius Chriſti Euangelium prædicaret, ſi quo modo ad concupitam palmam valeret attingere. Tanto nanque deſiderio ferebatur, vt quanuis eſſet imbecillus corpore, peregrinationis ſuæ præcurreret comitem, & ad exequendum propoſitum feſtinus, & tanquam ſpiritu ebrius aduolaret. Sed cùm iam vſque in Hiſpaniam perrexiſſet, diuina diſpoſitione, quæ ipſum reſeruabat ad alia, grauiſſima ei ſuperuenit infirmitas, qua præpeditus, quod cupiebat, adimplere nequiuit. Sentiens igitur vir Dei, quod neceſſaria erat adhuc proli, quam genuerat, ipſius vita in carne, quamuis mortem ſibi lucrum putaret eſſe, redijt ad paſcendum oues ſuæ ſolicitudini commendatas. Verùm charitatis ardore ſpiritum ipſius ad martyrium perurgente, tertia adhuc vice pro fide Trinitatis effuſione ſui ſanguinis dilatanda verſus infideles proficiſci tentauit. Tertiodecimo nanque conuerſionis ſuæ anno ad partes Syriæ pergens, multis ſe periculis conſtanter expoſuit, vt Solthani Babyloniæ poſſet adire præſentiam. Inter Chriſtianos enim, & Sarracenos tunc bellum tam implacabile erat, exercitibus caſtris hincinde in campo cominus ex aduerſo locatis, vt via mutui tranſitus ſine mortis diſcrimine non pateret. Exierat ſiquidem à Solthano edictum crudele, vt quicunque caput alicuius Chriſtiani afferret Biſantium, aureum pro mercede reciperet. At intrepidus Chriſti miles F R A N C I S C V S ſperans in proximo ſuum adipiſci poſſe propoſitum, diffiniuit iter arripere mortis, pauore non territus, ſed deſiderio prouocatus. oratione nanque præmiſſa confortatus à Domino, confidenter illud propheticum decantabat: Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Aſſumpto igitur ſocio fratre Illuminato nomine (viro vtique luminis, & virtutis) cùm iter cœpiſſet, obuias habuit ouiculas duas, quibus viſis exhilaratus vir Sanctus, dixit ad ſocium: Confide frater in Domino: nam in nobis Euangelicum illud impletur. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Cùm autem proceſſiſſent vlterius, accurrerunt ei ſatellites Sarraceni, qui tanquam lupi celerius occurrentes ad oues, ſeruos Dei feraliter compræhenſos, crudeliter, & contemptibiliter pertractarunt, afficientes conuitijs, affligentes verberibus, & vinculis alligantes. Tandem afflictos multipliciter, & attritos ad Solthanum, diuina diſponente prouidentia, iuxta viri deſiderium perduxerunt. Cùm igitur princeps ille perquireret à quibus, & ad quid, & qualiter miſſi eſſent, intrepido corde reſpondit Chriſti ſeruus F R A N C I S C V S: Non ab homine, ſed à Deo altiſſimo ſe fuiſſe tranſmiſſum, vt ei, & populo ſuo viam ſalutis oſtenderet, & annunciaret Euangelium veritatis. Tanta verò mentis conſtantia, tanta virtute animi, tantoq; feruore ſpiritus prædicto Solthano prædicauit Deum trinum & vnum, & Saluatorem omnium I E S V M Chriſtum, vt Euangelicum illud in ipſo clareſceret veraciter eſſe completum. Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Nam & Solthanus admirandum in viro Dei feruorem ſpiritus conſpiciens & virtutem, libenter ipſum audiebat, & ad moram contrahendum cum eo inſtantius inuitabat. Chriſti verò ſeruus ſuperno illuſtratus oraculo: Si vis (inquit) conuerti tu cum populo tuo ad Chriſtum, ob illius amorem libenter vobiſcum commorabor. Quòd ſi hæſitas propter fidem Chriſti legem Mahumeti dimittere, iube ignem accendi permaximum, & ego cum ſacerdotibus tuis ignem ingrediar, vt vel ſic cognoſcas, quæ fides certior, & ſanctior non immeritò tenenda ſit. Ad quem Solthanus: Non credo, quòd aliquis ex ſacerdotib. meis ſe vellet igni propter fidem ſuam defenſandam exponere, vel genus aliquod ſubire tormenti. Viderat enim ſtatim quendam de presbyteris ſuis virum authenticum, & longæuum, hoc audito

Diuinitus augetur cibus.

Flagrat martyrij deſiderio.

Morbo impeditus non poteſt ire ad infideles. Laborabat enim morbo epatis, ſplenis, & ſtomachi, ex corporis dira ꝑpeſſione. eratque in aſſiduis laboribus, vt animas Chriſto acquireret. Nã rudẽ & imperitam multitudinem à ſuperſtitione abducere, & fidei initijs reſtituere magni eſt negotij.

Pſal. 22.

Matt. 10.

Cœpit ſtatim prædicare ꝯtra Mahumetis ſectatores, qui quãquã armis plurimum excellerẽt, vino tamen & venere rationem amittẽtes sõno capti ferarum modo humi iacebant.

Luc. 21.

Libẽter auditur à Solthano Aegypti Principe. ſed vexatur à muliere Sarracena aſtu Friderici incluſa in camera ſui viri.

hoc audito verbo, de ſuis conſpectibus aufugiſſe. Ad quem vir Sanctus. Si mihi velis promittere pro te, & populo tuo, quòd ad Chriſti cultum, ſi ignem illæſus exiero, veniatis, ignẽ ſolus introibo, & ſi combuſtus fuero imputetur peccatis meis: Si autem diuina me protexerit virtus, Chriſti Dei virtutem, & ſapientiam verum Deum, & Dominum Saluatorem omnium, agnoſcatis. Solthanus autem optionem hanc accipere ſe non audere reſpondit; quia ſeditionem populi formidabat: Obtulit tamen ei multa munera precioſa, quæ vir Dei nõ mundanarum rerum, ſed ſalutis animarum auidus ſpreuit omnia, quaſi lutum. Solthanus autem videns virum Sanctum tam perfectum rerum mundialium contemptorem, admiratione permotus, maiorem erga ipſum deuotionem concepit. Et quamuis ad fidem Chriſtianam tranſire nollet, vel forſan non auderet, rogauit tamen deuotè famulum Chriſti, vt prædicta ſuſciperet pro ſalute ipſius, Chriſtianis pauperibus, vel eccleſijs eroganda. Ipſe verò, quia pondus fugiebat pecuniæ, & in animo Solthani veræ pietatis non videbat radicem, nullatenus acquieuit. Videns etiam ſe non proficere in conuerſione gentis illius, nec ſuum aſſequi poſſe propoſitum, ad partes fidelium, diuina reuelatione præmonitus, remeauit. Sic itaque Dei ordinante clementia, & Sancti viri promerente virtute, miſericorditer, & mirabiliter factum eſt, quòd Chriſti amicus mortem pro ipſo viribus totis exquireret, & tamen nullatenus inueniret, vt & merito non careret optati martyrij, & inſigniendus ſeruaretur in poſterum priuilegio ſingulari. Sic vtique factum eſt, vt ignis ille diuinus adhuc perfectius ipſius æſtuaret in corde, vt pòſt potentiùs euaporaret in carne. O verè beatum virum, cuius caro, & ſi tyrannico ferro non cæditur, occiſi tamen Agni ſimilitudine non priuatur. O, inquam, verè, ac plenè beatum, cuius animam & ſi gladius perſequutoris non abſtulit, palmam tamen martyrij non amiſit.

Solthanus habitũ, formãq; Sancti viri aliquanto augustiorem, quàm humanã intuens multis eum affecit donis.

B. Pater Frãciſcus cùm parum in tradenda fide catholica ſe proficere pſpiceret, quòd Solthanus à falſa religione diuelli non poſſet, in Italiã reuerſus eſt, breui ſpatio interiecto, Marochium Mauritaniæ vrbẽ traijcere conſtituit, vt Miramolinum Regẽ, quique in eius ditione erãt, Chriſtianis inſtitutis erudiret, & fidem Chriſtianam in vltimos terrarum fines propagaret. lõgius progreſſum à negocio gerendo aduerſa ualetudo i Hiſpania tenuit.

DE STVDIO, ET VIRTVTE ORATIONIS.
Caput X.



Dum precibus vacat aſſiduis, immobile corpus
Reddit, ſæpe Poli Spiritus alta petens.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Orat ſine intermiſſione.

SENTIENS Chriſti Seruus FRANCISCVS corpore ſe peregrinum à Domino, cùm iam ad terrena foris deſideria per Chriſti charitatem totus eſſet inſenſibilis factus, ne foret abſque conſolatione dilecti, ſine intermiſſione orans, ſpiritũ Deo contendebat exhibere prȩſentem. Erat quidem oratio contemplanti ſolatium, dum ſupernarum circuitu manſionũ, Angelorũ conciuis iam factus, feruenti deſiderio quærebat dilectum, à quo ſolus eum carnis paries diſiungebat. Erat & operanti præſidiũ, dum in omnibus, quæ agebat, de ſua diffidens induſtria, & de ſuperna pietate confidens, per ipſius inſtantiam, totum in Domino cogitatum iactabat. Orationis gratiam viro religioſo deſiderandam ſuper omnia firmiter aſſerebat, nullũq; credens ſine ipſa in Dei proſperari ſeruitio, modis, quibus poterat, fratres ſuos ad eius ſtudiũ excitabat. Nã ambulans, & ſedens intus, & foris laborans, & vacans, orationi adeò erat intentus, vt illi videretur, non ſolùm quicquid erat in eo cordis, & corporis; verùmetiam operis, & temporis dedicaſſe. Solitus erat nullam viſitationem ſpiritus cum negligentia præterire. Siquidem cùm offerebatur, ſequebatur eam, & quandiu Dominus concedebat, dulcedine perfruebatur oblata. Cùm autem intentus itineri diuini ſpiritus aliquos ſentiret afflatus, ſocijs præcedentibus, gradũ figebat, nouamq; inſpirationem ad fruitionẽ conuertens, gratiam non recipiebat in vacuũ. Suſpendebatur multoties tanto contẽplationis exceſſu, vt ſupra ſemetipsũ raptus, & vltra humanũ ſenſum aliquid ſentiens, quid ageretur circa ſe, exterius ignoraret. Tranſiens nanq; ſemel per Burgum Sancti Sepulchri, caſtrum vtiq; populoſum, pro debilitate

Oratio præcipuè expetẽda Religioſis, ſicut legitur quoqoe de Ammonio Aegyptio Abbate, qui ſua oratione immanẽ atque terribilem draconem, & qui iumenta hominesq; necaret, per medium crepare impulit.

Nullum ſpiritus diuinum afflatũ negligebat.

litate corporis ſubuectus aſello, obuias habuit turbas in eum præ deuotione ruentes. Tractus autem, & detentus ab eis, compreſſus quoque ac multipliciter attrectatus, inſenſibilis videbatur ad omnia, & velut exanime corpus, de ijs, quæ fiebant circa ipſum, nihil penitus aduertebat.

In medijs turbis nihil ſentit extra ſe raptus.

Vnde cùm iamdiu tranſito caſtro, turbisque relictis perueniſſet ad quoddam domicilium leproſorum, quaſi aliunde rediens, cœleſtium contemplator ſolicitè requiſiuit, quando propinquaret ad Burgum. Mens quidem ipſius cœleſtibus fixa ſplendoribus, varietates non ſenſerat locorum, nec temporum, nec occurrentium perſonarum. Quod ipſi accidiſſe frequentiùs, ſociorum eius experientia multiplex comprobauit. Et quia in oratione perceperat, Sancti Spiritus deſideratam præſentiam tantò familiariùs ſe offerre precantibus, quantò plus inuenit elongatos à ſtrepitu mundanorum; Ideo loca ſolitaria quærens, ad ſolitudines, & eccleſias derelictas oraturus nocte pergebat: Vbi dæmonum pugnas horribiles frequenter ſuſtinuit, qui ſecum ſenſibiliter confligentes, nitebantur ipſum ab orationis ſtudio perturbare. Ipſe verò armis munitus cœleſtibus, quantò vehementiùs impetebatur ab hoſtibus, tantò fortior in virtute, & feruentior reddebatur in opere, fidenter dicens ad Chriſtum: Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt.

Ob ſtudiũ orationis multas patitur dæmonum infeſtationes.

Pſal. 16.

Ad dæmones autem: Facite quicquid valetis maligni ſpiritus, & fallaces: Non enim poteſtis, niſi quantum vos manus ſuperna relaxat; & ego ad perferendum omnia, quæ ille infligenda decreuerit, cùm omni iucunditate paratus aſſiſto. Quam mentis conſtantiam ſuperbi dæmones non ferentes, abſcedebant confuſi.

Eos egregiè pudefacit.

Vir autem Dei ſolitarius remanens, & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca ſpargebat lachrymis, pectora manu tundebat, & quaſi occultius ſecretarium nactus cõfabulabatur cum Domino ſuo. Ibi reſpondebat iudici, ibi ſupplicabat patri, ibi colloquebatur amico. Ibi quoque fratribus ipſum piè obſeruantibus aliquoties auditus eſt, clamoſis gemitibus apud diuinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta voce, quaſi coram ſe poſitam Dominicam paſſionem. Ibi viſus eſt nocte orans manibus ad modum crucis protenſis, toto corpore ſubleuatus à terra, & nubecula quadam fulgente circundatus, vt illuſtrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus perluſtratio teſtis eſſet. Ibi etiam (ſicut certis eſt comprobatum indicijs) incerta ſibi, & occulta diuinæ ſapientiæ pandebantur, quamuis illa non vulgaret exterius, niſi quantùm Chriſti vrgebat charitas, & proximorum vtilitas exigebat. Dicebat enim leui mercede rem impreciabilem contingere amitti, & illum, qui dedit, ad non dandam iterum facilè prouocari. Quando à priuatis redibat orationibus, quibus penè in virum alterum mutabatur, ſummoperè ſtudebat conformare ſe cæteris, ne fortè quod foris oſtenderet, aura fauoris intus à mercede euacuaret.

Celat ex induſtria ſuam ſanctitatem.

Cùm in publico ſubitò afficeretur viſitatus à Domino, ſemper aliquid obijciebat aſtantibus, ne ſponſi familiares attractus forinſecus vulgarentur. Excreationes, gemitus, duros anhelitus, extrinſecos nutus, orans inter fratres deuitabat omnino; ſiue quia diligebat ſecretum; ſiue quia ad interiora reintrans, totus ferebatur in Deum. Sæpe talia familiaribus dixit: Quando Seruus Dei orans viſitatur diuinitus, dicere debet; iſtam conſolationem mihi peccatori, & indigno de cœlo miſiſti Domine, & ego illam tuæ committo cuſtodiæ, quia theſauri tui me ſentio eſſe latronem. Cùm autem ab oratione reuertitur, ſic debet ſe paupereulum, & peccatorem oſtendere, ac ſi nullam ſit nouam gratiam conſequutus. Orante autem viro Dei in loco de Portiuncula, contigit Aſſiſinatem Epiſcopum venire ad eum (vt erat ſolitus) viſitandum, qui mox vt locum fuit ingreſſus ad cellam, in qua Chriſti Seruus orabat, plus debito fidenter acceſſit, pulſoq; oſtiolo, intraturum ſe ingerens, dum caput immiſit, Sanctumq; orantem conſpexit, repentino timore concuſſus obrigeſcentibus membris, etiã loquelam amiſit.

Vide quid patitur Epiſcopus dum interturbat orãtem Sanctum.

Subitoq; voluntate diuina per vim foras propulſus, retrogrado pede procul abductus eſt. Stupefactus Epiſcopus ad fratres feſtinauit, vt potuit, Deoq; ſibi reſtituente linguam, primo verbo confeſſus eſt culpam. Contigit tempore quodam Abbatem monaſterij Sancti Iuſtini de Epiſcopatu Peruſij obuiare Famulo Chriſti. Quo viſo Abbas deuotus celeriter de equo deſcendit, vt & viro Dei reuerentiam faceret, & de ſalute animæ aliqua cum ipſo conferret. Tandem habita collatione ſuaui Abbas abſcedens orari pro ſe humiliter petijt. Cui vir Deo charus reſpondit: Orabo libenter. Parùm itaque diſcedente Abbate, dixit fidelis FRANCISCVS ad ſocium: Expecta frater modicum, quia debitum volo ſoluere, quod promiſi. Orante autem illo, ſubitò Abbas inſolitum calorem, & dulcedinem hactenus inexpertam ſenſit in ſpiritu; ita quòd in exceſſu mentis effectus, totus à ſe ipſo in Deum defecit. Parua morula ſubſtitit, & in ſe reuerſus,

Mira uis precum eius.

virtutem orationis Sancti FRANCISCI cognouit. Maiori proinde circa Ordinem ſemper amore flagrauit, multisq; factum pro miraculo retulit. Solitus erat vir Sanctus horas canonicas non minus timoratè Deo perſoluere, quàm deuotè. Nam licèt oculorum, ſtomachi, ſplenis, & hepatis ægritudine laboraret, nolebat tamen muro, vel parieti inhærere, dum pſalleret, ſed horas ſemper erectus, & ſine caputio non gyrouagis oculis, nec cum aliqua ſyncopa perſoluebat. Si quando eſſet in itinere conſtitutus, figebat tunc temporis greſſum, huiuſmodi conſuetudinem reuerentem, & ſacram propter pluuiarum inundantiã non amittens. Dicebat enim, ſi quietè comedit corpus cibum ſuum futurum cum ipſo vermium eſcam, cum quanta pace, & tranquillitate accipere debet anima cibum vitæ? Grauiter etiam ſe putabat offendere, ſi quando orationi deditus, vanis phantaſmatibus interius vagaretur. Cùm aliquid tale accideret, non parcebat confeſſioni, quin illud protinus expiaret. Hoc ſtudium ſic in vſum conuerterat, vt rariſſimè muſcas huiuſmodi pateretur. Fecerat in Quadrageſima quadam vaſculum vnum, vt minutias temporis, ne omnino exciderent, occuparet. Quod cum dicenti Tertiam in memoriam veniens, paululum ipſius animum diſtraxiſſet, motus feruore ſpiritus, vaſculum igne conſumpſit, dicens: Sacrificabo illud Domino, cuius ſacrificium impediuit. Pſalmos cum tanta mentis ac ſpiritus attentione dicebat, quaſi Deum præſentem haberet, & cùm nomen Domini in eis occurreret, præ ſuauitatis dulcedine labia ſua lingere videbatur. Ipſum quoque domini nomen, non ſolùm cogitatum, uerùm etiam prolatum, & ſcriptum, reuerentia uolens honorare præcipua, fratribus perſuaſit aliquando, ut omnes ſchedulas ſcriptas ubicunque repertas colligerent, mundoq; loco reponerent, ne fortè ſacrum illud nomen contingeret conculcari. Nomen autem IESV cùm exprimeret, uel audiret, iubilo quodam repletus interius, totus uidebatur exterius alterari, ac ſi mellifluus ſapor guſtum, uel harmoniacus ſonus ipſius immutaſſet auditum. Contigit autem anno tertio ante obitum ſuum, ut memoriam natiuitatis Pueri IESV ad deuotionem excitandam apud caſtrum Græcij diſponeret agere, cum quanto maiori ſolennitate ualeret. Ne uerò hoc leuitati poſſet aſcribi, à Summo Pontifice petita, & obtenta licentia, fecit præparari præſepium, apportari fenum, bouem, & aſinum ad locum adduci. Aduocantur fratres, adueniunt populi, perſonat ſylua uoces, & uenerabilis illa nox luminibus copioſis, & claris, laudibusq; ſonoris, & conſonis, & ſplendens efficitur, & ſolennis. Stabat uir Dei coram præſepio pietate repletus, reſperſus lachrymis, & gaudio ſuperfuſus. Celebrabantur Miſſarum ſolennia ſuper præſepe, leuita Chriſti FRANCISCO ſacrum Euangelium decantante. Prædicat deinde populo circunſtanti de Natiuitate Regis pauperis, quem cùm nominare uellet, Puerum de Bethleem, præ amoris teneritudine, nuncupabat. Miles autem quidam uirtuoſus, & uerax, qui propter Chriſti amorem ſeculari relicta militia, uiro Dei magna fuit familiaritate coniunctus, Dominus Ioannes de Græcio, ſe uidiſſe aſſeruit puerulum quendam ualde formoſum in illo præſepio dormientem, quem Beatus Pater FRANCISCVS ambobus complexans brachijs, excitare uidebatur à ſomno. Hanc ſiquidem deuoti militis uiſionem non ſolùm uidentis ſanctitas credibilem facit, ſed & deſignata ueritas comprobat, & miracula ſubſecuta confirmant. Nam exemplum FRANCISCI conſideratum à mundo excitatiuum eſt cordium in fide Chriſti torpentium, & fœnum præſepij reſeruatum à populo mirabiliter ſanatiuum fuit brutorum languentium, & aliarum repulſiuum peſtium diuerſarum; glorificante Deo per omnia ſeruum ſuum, ſanctæq; orationis efficacia, euidentibus miraculorum prodigijs demonſtrante.

Non patiebatur quicquam, quod mẽtem ab orationis intẽtione auocaret.

Nota de Nomine IESV.

DE IN-

DE INTELLIGENTIA SCRIPTVRARVM, & ſpiritu prophetiæ. *Caput XI.*



Chriſti imitans factis præcepta, in corde Tonantis
Suſcipit afflatus, ſcriptaq; ſacra tenet.

AD TANTAM autem mentis ſerenitatem, indefeſſum orationis ſtudium, cum continua exercitatione virtutum, virum Dei perduxerat, vt quamuis non habuerit ſacrarum litterarum peritiam per doctrinam, æternæ tamen lucis irradiatus fulgoribus, ſcripturarum profunda miro intellectus ſcrutaretur acumine. penetrabat enim ab omni labe purum ingenium myſteriorum abſcondita, & vbi magiſtralis ſcientia foris ſtat, affectus introibat amantis. Legebat quandoque in libris ſacris, & quod animo ſemel iniecerat, tenaciter imprimebat memoriæ: quia non fruſtra mentalis attentionis percipiebat auditu, quod continuę deuotionis ruminabat affectu. Quærentibus aliquando fratribus, vtrum ſibi placeret, quòd litterati iam recepti ad Ordinem, intenderent ſtudio ſacræ ſcripturæ? reſpondit: Mihi quidem placet; dum tamen exemplo Chriſti, qui magis oraſſe legitur, quàm legiſſe, orationis ſtudium non omittant, nec tantùm ſtudeant, vt ſciant, qualiter debeant loqui, ſed vt audita faciant, & cùm fecerint alijs facienda proponant. Volo (inquit) fratres meos diſcipulos Euangelicos eſſe: ſicq; in notitia veritatis proficere, quòd in ſimplicitatis puritate concreſcant, vt ſimplicitatem columbinam à prudentia ſerpentina non ſeparent, quas magiſter eximius ore ſuo benedicto coniunxit. Interrogatus Senis à quodam religioſo viro Theologiæ ſacræ doctore de quibuſdam quæſtionibus difficilibus intellectu, tanta claritate doctrinæ diuinæ ſapientiæ patefaciebat arcana, vt vehementer ſtuperet vir ille peritus, & cum admiratione referret. Verè Theologia ſancti Patris iſtius, puritate, ac contemplatione, tanquam alis in altum ſubuecta, eſt aquila volans: noſtra verò ſcientia,

Scripturas intellexit doctus à Deo.

Vult fratres ſuos Euangelicos eſſe. Matt. 10.

rò ſcientia, ventre graditur ſuper terram. Licèt enim eſſet imperitus ſermone, ſcientia tamen plenus enodabat dubia quæſtionum, & abſcondita producebat in lucem. Nec abſonum, ſi vir Sanctus ſcripturarum à Deo intellectum acceperat, cùm per imitationem Chriſti perfectam, veritatem ipſarum deſcriptam geſtaret in opere, & per Sancti Spiritus vnctionem plenariam, doctorem earum apud ſe haberet in corde. Adeò etiam in ipſo claruit ſpiritus prophetiæ, vt & præuideret futura, & cordium contueretur occulta, abſentia quoque velut præſentia cerneret, & ſe præſentem abſentibus mirabiliter exhiberet. Tempore nanque, quo Damiatham Chriſtianorum obſidebat exercitus, aderat vir Dei non armis, ſed fide munitus. Cùm igitur die belli Chriſtiani pararentur ad pugnam, hoc audito, Chriſti ſeruus vehementer ingemuit, dixitq́; ſocio ſuo: Si belli fuerit attentatus ingreſſus, oſtendit mihi Dominus non proſperè cedere Chriſtianis. Verùm ſi hoc dixero, fatuus reputabor: Si tacuero, conſcientiam non euadam. Quid igitur tibi videtur? Reſpondit ſocius eius, dicens: FRATER pro minimo tibi ſit, vt ab hominibus iudiceris, quia non modò incipis fatuus reputari, exonera conſcientiam tuam, & Deum magis time, quàm homines. Quo audito exiliens Chriſti præco ſalutaribus monitis Chriſtianos aggreditur, prohibet bellum, denunciat caſum, fit veritas in fabulam, indurauerunt cor ſuum, & noluerunt reuerti. Itur, committitur, & bellatur, totaq́; in fugam vertitur militia Chriſtiana, ad finem belli opprobrium regerens, non triumphum. Tanta verò ſtrage Chriſtianorum imminutus eſt numerus, vt circa ſex millia fuerint inter mortuos, & captiuos. In quo euidenter innotuit, ꝙ ſpernenda non erat ſapiẽtia pauperis, cùm anima viri iuſti magis annunciet aliqnando vera, quàm ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Alio quoq; tempore, cùm poſt reuerſionem ipſius de vltra mare Cęlanum prædicaturus accederet, miles quidam ſupplici cum deuotione cum inſtantia magna inuitauit ad prandium. Venit itaque ad militis domum, omniſq́; familia pauperum hoſpitum exultauit in ingreſſu. Ante verò, quàm cibum ſumerent, iuxta ſolitum morem, vir mente deuotus, offerens Deo preces, & laudes, oculis ſtabat eleuatis in cœlum. Oratione completa benignum hoſpitem familiariter aduocatum in partem, ſic alloquutus eſt: Ecce frater hoſpes, tuis victus precibus, vt manducarem, domum tuam intraui. Meis nunc citò monitis aquieſce, quoniam non hic, ſed alibi manducabis. Confitere nunc peccata tua veræ pęnitentiæ dolore contritus, nec in te remaneat quicquam, quod veridica confeſſione non pandas. Reddet tibi Dominus hodie vicem, quoniam tanta deuotione ſuos pauperes ſuſcepiſti. Acquieuit continuò vir ille ſermonibus ſancti, ſocioq́; ipſius vniuerſa peccata in confeſſione detegens, diſpoſuit domum ſuam, & ad mortem ſuſcipiendam ſe, quantum valuit, præparauit. Intrauerunt tandem menſam, & incipientibus alijs manducare, hoſpes ſubitò ſpiritum exhalauit, iuxta verbum hominis Dei repentina morte ſublatus. Sicq́; factum eſt hoſpitalitatis gratia promerente, vt iuxta verbum veritatis, prophetam recipiens, mercedem prophetæ acciperet, dum per Sancti viri prænunciationem propheticam, miles ille deuotus ſibi contra mortis ſubitationem prouidit, quatenus armis pœnitentiæ præmunitus perpetuam dãnationem euaderet, & in æterna tabernacula introiret. Tempore, quo vir Sanctus Reate iacebat infirmus, Præbendarius quidam nomine Gedeon lubricus, & mundanus, infirmitate graui correptus lectulo decubans, cùm ad eum fuiſſet delatus, lachrymosè rogabat cum ſimul aſtantibus, vt ab ipſo crucis ſignaculo ſignaretur. Ad quem ille: Cùm vixeris olim ſecundùm deſideria carnis, non veritus iudicia Dei, quomodo te Cruce ſignabo? Verùm propter deuotas intercedentium preces, ſigno te Crucis ſignabo in nomine Domini. Tu tamẽ ſcito te grauiora paſſurum, ſi ad vomitum redieris liberatus. PROPTER enim peccatum ingratitudinis, ſemper peiora prioribus inferuntur. Signo itaque Crucis ſuper eum facto, ſtatim qui contractus iacuerat, ſurrexit ſanus, & in laudem Dei prorumpens, ego (inquit) ſum liberatus. Inſonuerunt autem oſſa renum eius, audientibus cunctis, veluti cùm manu ligna ſicca franguntur. Paucis autem interlapſis temporibus Dei oblitus, corpus impudicitiæ reddidit. Cumq́; ſero quodam cęnaſſet in domo cuiuſdam canonici, nocteq́; illa dormiret ibidem, ſubitò ſuper omnes corruit tectum domus. Cæteris autem euadentibus mortem, ſolus ille miſer interceptus, atque interemptus eſt. Iuſto igitur Dei iudicio facta ſunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus, propter ingratitudinis vitium, Deiq́; contemptum, cùm de accepta venia gratum eſſe oporteat, & duplo diſpliceat flagitium iteratum. Alio quoque tempore mulier quædam nobilis Deo deuota venit ad Sanctum, vt ſuum ei explicaret dolorem, ac remedium poſtularet. Habebat quidem virum valde

Perfecta Chriſti imitatióe obtinuit ſcripturarũ intelligentiam.

Chriſtiani cęduntur apud Damiatham.

Ingẽs miraculum.

Prædicit hoſpiti mortẽ ſubitaneã.

Matth. 10.

Aliud miraculum.

Signo crucis ſanat contractum.

Pœna in peccata relabẽtis grauior.

Aliud miraculum.

valdè crudelem, quem aduerſarium patiebatur in ſeruitio Chriſti; & ideò petebat à Sancto, quatenus oraret pro illo, vt ſua Deus cor ipſius dignaretur emollire clementia. Ipſe verò hoc audiens, ait illi: Vade cum pace, indubitanter expectans de viro tuo conſolatio nem tibi de proximo affuturam.& adiecit: Dices ei ex parte Dei,& mea, quòd nunc eſt tem pus clementiæ, poſtmodùm æquitatis. Benedictione accepta, reuertitur mulier, inuenit virum, denunciat verbum. Cecidit ſuper eum Spiritus Sanctus, & nouum factum de veteri ſic facit cum omni manſuetudine reſpondere. Domina, ſeruiamus Domino, & ſaluemus animas noſtras. Suadente igitur ſancta vxore pluribus annis cœlibem vitam agentes, eodem die ambo ad Dominum migrauerunt. Miranda certè in viro Dei ſpiritus prophetici virtus, qua & membris iam arentibus reſtituebat vigorem, & duris imprimebat cordibus pietatem: quanquam non minus eiuſdem ſpiritus ſit ſtupenda lympiditas, qua ſic futurorum præcognoſcebat euentum, vt etiam conſcientiarum ſcrutaretur arcanum, quaſi alter Eliſeus, duplicem Eliæ ſpiritum aſſequutus. Nam cùm Senis viro cuidam ſibi familiari quædam ſuperuentura finaliter prędixiſſet, & vir ille peritus, de quo ſupra mentio facta eſt, quòd de ſcripturis cum eo conferebat aliquando, his auditis, ab eodem Sancto Patre dubitando perquireret, an hæc ipſe dixiſſet, quæ illius viri relatione cognouerat: non ſolùm ſe illa dixiſſe aſſeruit, verùm etiam quærenti alienum euentum proprium exitum prophetando prædixit. Quod vt certius cordi eius imprimeret, quendam ſecretum conſcientiæ illius ſcrupulum, quem nulli viuenti vir præfatus expreſſerat, & mirabiliter reuelando explicuit, & ſalubriter conſulendo reſerauit. Ad quorum omnium firmitatem accidit, quòd vir ille religioſus ſicut Chriſti famulus ei prædixit, ſic finaliter couſummauit. Eo quoque tempore, quo reuertebatur de vltra mare ſocium habens fratrem Leonardum de Aſſiſio, contigit eum fatigatum, & laſſum parumper aſellum conſcendere, ſubſequens autem ſocius, & ipſe non modicum feſſus, cœpit dicere intra ſe humanum aliquid paſſus. Non de pari ludebant parentes eius, & mei. En ipſe equitat, & ego pedeſter aſinum eius duco. Hoc illo cogitante protinus deſcendit de aſino vir Sanctus, & ait: Non frater conuenit, vt ego equitem, tu venias pedes; quia nobilior, & potentior in ſæculo tu me fuiſti. Obſtupuit illicò frater, & rubore ſuffuſus depræhenſum ſe recognoſcens procidit ad pedes ipſius, & lachrymis irrigatus nudum expoſuit cogitatum, veniamq; popoſcit. Frater quidam Deo deuotus, & famulo Chriſti, frequenti cogitatione verſabat in pectore, ſuperna fore gratia dignum, quem vir Sanctus familiari complecteretur affectu: quem verò tanquam extraneum reputaret, extra numerum electorum, reputandum à Deo. Cùm igitur cogitationis huius crebrius vexatus impulſu, viri Dei familiaritatem vehementer optaret, nec tamen cordis ſui ſecretum reuelaret alicui aduocans eum ad ſe dulciter Pater pius, ſic alloquutus eſt. Nulla te turbet cogitatio, fili, quoniam te chariſſimum habens inter præcipuę mihi charos, libenter tibi munus meæ familiaritatis, & dilectionis impendo. Miratus exinde frater, factusq; deuotior ex deuoto, non ſolum in amorem creuit hominis Sancti, verum etiam per Spiritus Sancti gratiæ munus, donis eſt maioribus cumulatus. Cùm autem in monte maneret Aluernæ cella incluſus, vnus è ſocijs magno deſiderio cupiebat habere de verbis Domini aliquod ſcriptum manu ipſius breuiter annotatum. Grauem enim, qua vexabatur, tentationem non carnis, ſed ſpiritus, ex hoc credebat euadere, vel certè leuius ferre. Tali deſiderio languens anxiabatur interius, quia verecundia victus Reuerendo Patri rem pandere non audebat. Sed cui homo non dixit, ſpiritus reuelauit. Portari nanq; ſibi iuſſit à fratre prædicto atramentum, & cartam, laudeſq; Domini iuxta fratris deſiderium, propria manu ſcripſit, & vltimò benedictionem ipſius, dicens: Accipe tibi cartulam iſtam, & vſque ad diem mortis tuæ cuſtodias diligenter. Accepit frater donum illud optatum, & ſtatim omnis illa tentatio effugatur. Seruatur littera, & cùm in poſterum miranda effecerit, virtutum FRANCISCI teſtimonium fuit. Frater quidam erat, quantum à foris videbatur, ſanctitate præclarus, conuerſatione inſignis, tamen admodùm ſingularis, omni tempore orationi vacans, tanta diſtrictione ſilentium obſeruabat, quòd conſueuerat non verbis, ſed nutibus confiteri; accidit autem Sanctum Patrem venire ad locum, videre fratrem, & de ipſo cum alijs fratribus habere ſermonem. Commendantibus autem manibus, & magnificantibus illum, reſpondit uir Dei: Sinite fratres, ne mihi in eo diabolica figmenta laudetis. In ueritate ſciatis, quòd diabolica tentatio eſt, & deceptio fraudulenta. Durè hoc acceperunt fratres, tanquàm impoſſibile iudicantes, quòd tot perfectionis indicijs fraudis ſe commenta fuſcarent. Verùm non poſt multos dies, eo religionem egreſſo, euidenter

Vir crudelis repentè mutatur.

4. Reg. 2.

Miraculum.

Nouit arcana cordium S. Frãciſcus.

Miraculum.

Fratris cuiuſdã cogitationes perſpicit, & lenibus verbis leuitatem eius accuſat.

Miraculum.

Item ad alterum.

Diabolus tentat quendam immoderato ſilentio.

euidenter appparuit, quanta luculentia interioris contuitus uir Dei cordis eius ſecreta perſpexit. Multorum quoque per hunc modum, qui ſtare videbantur, ruinam, ſed & plurium peruerſorum conuerſionem ad Chriſtum immobili veritate prænuncians, appropinquaſſe videbatur ad æternæ lucis ſpeculum contemplandum, cuius fulgore mirabili abſentia corporaliter, tanquàm ſi eſſent præſentia, mentis eius cernebat obtutus. Quodam nanque tempore Vicarius eius tenebat Capitulum, ipſe verò in cella orans ſequeſter erat, & medius inter fratres, & Deum. Cùm igitur vnus ex ipſis defenſionis quodam contectus palliolo non ſe ſubderet diſciplinæ, videns hoc vir Sanctus in ſpiritu, vocauit quendam de fratribus, & dixit ad eum: Vidi, frater, diabolum ſuper illius fratris inobedientis dorſum, collum eius tenentem adſtrictum, qui tali ſeſſore ſubactus obedientiæ freno ſpreto, inſtinctus eius ſequebatur habenas. Et cum rogarem Deum pro fratre, ſubitò dæmon confuſus abſceſſit. Vade igitur, & dic fratri, vt obedientiæ ſanctæ iugo collum ſine mora ſubmittat. Monitus per internuncium, frater, ſtatimq; conuerſus ad Deum, ad pedes Vicarij humiliter ſe proiecit. Alio quoque tempore contigit duos fratres ad Eremitorium Græcij de remotis venire, vt virum Dei cernerent, & benedictionem multo deſideratam iam tempore reportarent. Venientes autem, & non inuenientes, quia de publico iam ad cellam redierat deſolati abibant. Et ecce recedentibus illis, cùm de ipſorum aduentu, vel receſſu, nihil ſecundum humanum ſenſum percipere potuiſſet, præter ſolitum morem egreſſus è cella clamauit poſt eos, & iuxta quod optauerant, ſigno Crucis facto, in Chriſti nomine benedixit. Duo fratres venerunt aliquando de Terra laboris, quorum antiquior nonnulla intulit ſcandala iuniori. Cùm autem perueniſſent ad Patrem, quæſiuit ille à iuniori, qualiter erga ipſum ſe frater ſocius habuiſſet in via. Quo reſpondente, vtique ſatis benè, ſubiunxit: Caue frater, ne ſub humilitatis ſpecie mentiaris. Scio enim, ſcio, ſed expecta modicum, & videbis. Miratus eſt quamplurimùm frater, quomodo tam abſentia per ſpiritum cognouiſſet. Igitur non poſt multos dies, contempta Religione foras egreditur, qui ſcandalum fecerat fratri, & à patre non petierat veniam, nec correctionis debitam receperat diſciplinam. Simulq; duo in vna illius claruere ruina, æquitas ſcilicet diuinæ iuſtitiæ, & perſpicacitas ſpiritus prophetiæ. Qualiter autem abſentibus ſe præſentem exhibuit, diuina fauente virtute, euidenter ex ſuperioribus innoteſcit, ſi reuocetur ad mentem, qualiter abſens in curru igneo fratribus transfiguratus apparuit, & quomodo ſe Arelatenſi Capitulo in Crucis effigie præſentauit. Quod factum eſſe diuina diſpoſitione credendum eſt, vt ex præſentiæ corporalis apparitione mirabili patenter claresceret, q̃ præſens, & peruius ſpiritus eius luci ſapientiæ foret ęternæ, quæ omnibus mobilibus mobilior eſt, & vbiq; attingens propter ſui munditiam per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & Dei amicos, & prophetas conſtituit. Simplicibus, & paruulis ſua ſolet pandere myſteria Doctor excelſus, ſicut prius apparuit in Dauid prophetarum eximio, & poſt in Apoſtolorum Principe Petro, & tandem in pauperculo Chriſti FRANCISCO. Hi enim cùm eſſent litterarum imperitia ſimplices, facti ſunt Sancti Spiritus eruditione illuſtres. Is quidem paſtor, vt gregem paſceret Synagogæ de Aegypto eductum, iſte piſcator, vt ſagenam repleret Eccleſiæ multiformitate credentium, Hic autem negociator, vt margaritam emeret Euangelicæ vitæ, venditis, & diſperſis omnibus, propter Chriſtum.

S. videt diabolum fratri cuidam inſidentem.

Miraculum.

Abſentium fratrũ nouit deſideria.

Item facta.

Sap. 7.

DE EFFI-

DE EFFICACIA PRAEDICANDI, ET GRATIA ſanitatum. Cap. XII.



FIDELIS reuera famulus, & miniſter Chriſti FRANCISCVS, vt cuncta fideliter, & perfectè peragerent, illis potiſſimè virtutum exercitijs intendebat, quæ ſacro dictante ſpiritu, Deo ſuo magis placere cognouerat. Qua de re contigit illum in magnam dubitationis cujuſdam agoniam incidere, quam multis diebus ab oratione rediens terminandam fratribus ſibi familiaribus proponebat. Quid (inquit) fratres conſulitis, quid laudatis? an quòd orationi vacem, an quòd prædicando diſcurram? Siquidem ego paruulus ſimplex, & imperitus ſermone, maiorem orandi accepi gratiam, quàm loquendi. Videtur etiam in oratione lucrum, & cumulatio gratiarum, in prædicatione diſtributio quædam donorum cœlitus acceptorum. In oratione etiam purificatio interiorum affectuum, & vnitio ad vnum verum, & ſummum bonum cum vigoratione virtutis: in prædicatione ſpiritualium puluerizatio pedum, diſtractio circa multa, & relaxatio diſciplinæ. Tandem in oratione Deum alloquimur, & audimus, & quaſi Angelicam vitam agentes, inter Angelos conuerſamur: in prædicatione multa oportet condeſcenſione vti ad homines, & humanè inter eos viuendo humana cogitare, videre, dicere, & audire. Sed vnum eſt in contrarium, quod videtur præponderare his omnibus ante Deum, quòd videlicet vnigenitus Dei filius, qui eſt ſapientia ſumma, propter animarum ſalutem de ſinu patris deſcendit, vt ſuo mundum informans exemplo, verbum ſalutis hominibus loqueretur, quos ſacri ſanguinis, & pretio redimeret, & emundaret lauacro, & poculo ſuſtentaret nihil ſibi omnino reſeruans, quod non in ſalutem noſtram liberaliter erogaret. Et quia debemus

Conſulit fratres, vtrū precibus, an concionibus vacare debeat, vt ingenium ſuum exerceat. Nam ſicuti q tardus eſt ad percipiendum, pro intētione tamen boni ſtudij, præmiū percipit: Ita qui præſtitum ſibi à Deo ingeniū negligit, cōdēnationis reus exiſtit, quia donū, quod acceperat, deſpicit, & per defidiā derelinquit.

omnia

omnia facere ſecundùm exemplar eorum, quæ videmus in ipſo, tanquàm in monte ſublimi, videtur magis Deo placitum, quòd intermiſſa quiete, foras egrediar ad laborẽ. Cumq́; per multos dies verba huiuſmodi ruminaret cum fratribus, certitudinaliter nequibat percipere, quid horum ſibi foret, vt Chriſto verè acceptius, eligendum. Cùm enim miranda noſſet per ſpiritum prophetiæ, hanc per ſe ipſum quæſtionem diſſoluere non valebat ad liquidum, Deo melius prouidente, vt prædicationis meritum per ſupernum manifeſtaretur oraculum, & Serui Chriſti humilitas ſeruaretur. Non erubeſcebat à minoribus parua quærere verus Minor, qui magna didicerat à magiſtro ſupremo. Studio nanque præcipuo ſolitus erat exquirere, quali via, qualiq́; modo Deo poſſet ſecundum ipſius beneplacitum perfectius deſeruire. Hæc ſumma eius philoſophia, hoc ſummum eius deſiderium extitit, quoad vixit, vt quæreret à ſapientibus, & ſimplicibus, perfectis, & imperfectis, paruulis, & grandæuis, qualiter ad perfectionis culmen virtuoſius peruenire valeret. Aſſumens itaque duos ex fratribus miſit ad fratrem Sylueſtrum, qui crucem egredientem viderat de ore ipſius, & tunc in monte ſupra Aſſiſium iugiter orationi vacabat, vt diuinum ſuper dubitatione huiuſmodi reſponſum perquireret, quod ſibi ex parte Domini demandaret. Hoc ipſum demandauit ſacræ Virgini Claræ, vt per aliquam puriorem, & ſimpliciorem de virginibus, ſub ipſius diſciplina degentibus, & ipſa cum ſororibus alijs orans ſuper hoc exquireret Domini voluntatem. Concordauerunt autem mirabiliter in idipſum, ſuperno eis reuelante ſpiritu, venerabilis ſacerdos, & virgo Deo dicata, beneplaciti ſcilicet eſſe diuini, quòd Chriſti pręco ad prædicandum exiret. Reuertentibus itaque fratribus, & Dei iuxta quod acceperant indicantibus volũtatem, exurgens continuò ſuccinxit ſe, nullaq́; prorſus contracta mora iter aggreſſus eſt. Ibat autem cum tanto feruore, vt diuinum exequeretur imperium, tamq́; celeriter percurrebat, ac ſi facta manũ Dei ſuper eum, nouam induiſſet è cœlo virtutem. Cùm igitur appropinquaret Meuaniæ, ad quendam locum deuenit, in quo diuerſi generis auium maxima multitudo conuenerat. Quas cum Sanctus Dei vidiſſet, alacriter currit ad locum, & eas, velut rationis participes, ſalutauit. Omnibus verò expectantibus, & conuertentibus ſe ad eum, ita vt, quæ in arbuſtis erant, inclinatis capitibus, cùm appropinquaret ad eas, inſolito modo in ipſum intenderent, vſque ad eas acceſſit, & omnes ut verbum Domini audirent, ſolicitè admonuit, dicens: Fratres mei volucres multùm debetis laudare Creatorem veſtrum, qui plumis vos induit, & pennas tribuit ad uolandum, puritatem conceſſit aeris, & ſine ueſtra ſolicitudine uos gubernat. Cùm autem eis hæc, & his ſimilia loqueretur, auiculæ modo mirabili geſtientes cœperunt extendere colla, protendere alas, aperire roſtra, & in illum attentè reſpicere. Ipſe verò cum ſpiritus feruore mirando per medium ipſarum tranſiens, tunica contingebat eaſdem, nec tamen de loco aliqua mota eſt, donec ſigno Crucis facto, & licentia data, cum benedictione viri Dei omnes ſimul auolauerunt. Hæc omnia contuebantur ſocij expectantes in via. Ad quos reuerſus vir ſimplex, & purus, pro eo quòd non hactenus auibus prædicauerat, cœpit ſe de negligentia inculpare. Exinde prædicando per loca vicina procedens, venit ad Caſtrum quoddam, nomine Aluianum, vbi congregato populo, & indicto ſilentio, propter hirundines nidificantes in eodem loco magniſq́; garritibus perſtrepentes audiri vix poterat. Quas vir Dei omnibus audientibus alloquutus eſt, dicens: Sorores meæ hirundines, iam tempus eſt, vt loquar & ego; quia vos vſque modò ſatis dixiſtis: Audite verbum Dei tenentes ſilentium, donec ſermo Dei compleatur. At illę, tanquàm intellectus capaces, ſubitò tacuerunt, nec fuerunt motæ de loco, donec fuit omnis prædicatio conſummata. Omnes igitur, qui viderunt, ſtupore repleti glorificauerunt Deum. Iſtius miraculi fama circunquaque diffuſa, multos ad Sancti reuerentiam, & fidei deuotionem accendit. In ciuitate nanque Pariſienſi ſcolaris quidam indolis bonæ cum ſocijs alijs ſtudio diligenter intentus, dum importuna garrulitate cuiuſdam infeſtaretur hirundinis, dicere cœpit ad ſocios. Hæc hirundo vna de illis eſt, quæ virum Dei FRANCISCVM prędicantem aliquando, donec ſilentium eis imponeret, moleſtabant; & conuerſus ad hirundinem fiducialiter ait: In nomine ſerui Dei FRANCISCI præcipio tibi, vt ad me veniens, continuò conticeſcas. At illa FRANCISCI audito nomine, quaſi viri Dei diſciplinis edocta, & ſtatim conticuit, & ipſius manibus, tanquàm tutæ cuſtodiæ, ſe commiſit. Stupefactus ſcolaris, ſtatim eam libertati reſtituit, & eius garritum amplius non audiuit. Alio quoque tempore cùm famulus Dei Caietæ prædicaret in littore maris, turbis præ deuotione ruentibus, vt eum contingerent, horrens Chriſti ſeruus tantum populorum applauſum,

in vnam

Cùm ſuperbia bonis etiã inſidietur operibus, magna vtitur B. Frãciſcus humilitate i exquirẽdo à minoribus conſilio.

Summa eius philoſophia.

Diuinitus diſcit concionari ſe potius debere.

Ecce aues audiunt Sanctum virum.

Stupore huius miraculi repleti multi ad fidei veritatẽ accenduntur.

Exemplum omni admiratiõe dignũ.

Nota rem admiratione dignam.

in vnam hærentem littori nauiculam proſiliuit ſolus. Illa verò, tanquàm ſi rationis particeps motore moueretur intrinſeco, ſine aliquo remige, cernentibus,& mirantibus cunctis, ſe longiùs à terra protraxit. Cùm autem aliquanto ſpatio in maris altitudinem ſeceſſiſſet, ſtetit inter fluctus immobilis, quandiù vir Sanctus turbis expectantibus in littore prædicauit. Cumq; audito ſermone, & viſo miraculo, ac benedictione accepta multitudo recederet, ne ipſum ampliùs moleſtaret, nauicula proprio ductu ad terram reuerſa eſt. Quis igitur tam obſtinatæ mentis eſſet, & impiæ, vt prædicationem FRANCISCI contemneret, cuius miranda fiebat virtute, vt non ſolùm carentia ratione diſciplinam ſuſciperent, verùm etiam inanimata corpora, tanquàm animata prædicanti ſeruirent. Aderat quidem ſeruo ſuo FRANCISCO ad quæcunque pergeret is, qui eum vnxerat, & miſerat, ſpiritus Domini, & ipſe Dei virtus & ſapientia Chriſtus, vt ſanæ doctrinæ verbis afflueret, & magnæ potentiæ miraculis coruſcaret. Erat enim verbum eius, velut ignis ardens, penetrans intima cordis, omniumq; mentes admiratione replebat, cùm non humanæ inuentionis ornatum prætenderet, ſed diuinæ reuelationis afflatum redoleret. Nam cùm ſemel prędicaturus coram Papa, & Cardinalibus, ad ſuggeſtionem Domini Hoſtienſis ſermonem quẽdam ſtudioſè compoſitum cõmendaſſet memoriæ, ſtetiſſetq; in medio, vt ædificationis verba proponeret, ſic obliuioni tradidit omnia, vt effari aliquid omnino neſciret. Verùm cùm hoc veridica humilitate narraſſet, conferens ſe ad Spiritus Sancti gratiam inuocandã, tam efficacibus ſubitò cœpit verbis affluere, tamque potenti virtute illorum mentes virorum ſublimium ad compunctionem inflectere, vt apertè clareret, quòd non ipſe, ſed ſpiritus Domini loquebatur. Et quoniam primò ſibi ſuaſerat opere, quod alijs ſuadebat ſermone, reprehenſorem non timens, veritatem fidentiſſimè prædicabat. Neſciebat aliquorum culpas palpare, ſed pungere, nec vitam fouere peccantium, ſed aſpera increpatione ferire. Eadem mentis conſtantia magnis loquebatur, & paruis; eademq; ſpiritus iucunditate paucis loquebatur, & multis. Omnis ætas, omniſq; ſexus properabat virum nouum mundo cœlitùs datum, & cernere, & audire. Ipſe verò per diuerſas regiones progrediens, euangelizabat ardenter, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis. In virtute nanque nominis eius, veritatis præco FRANCISCVS eijciebat dæmonia, ſanabat infirmos, & quod maius eſt, ſui ſermonis efficacia obſtinatorum mentes ad pœnitentiam molliebat, ſimulq; ſanitatem corporibus reddebat, & cordibus, ſicut aliqua comprobant operum eius exempli gratia inferius adnotanda. In ciuitate Tuſcanella à milite quodam hoſpitio deuotè ſuſceptus filium eius vnicum à natiuitate contractum ad multam eius inſtãtiam manu alleuans, ſic ſubitò incolumem reddidit, vt videntibus cunctis, protinus conſolidarentur omnia corporis membra, & puer ſanus, & fortis effectus confeſtim exurgeret, ambulans, & exiliens, & laudans Deum. In ciuitate Narnienſi cùm paralyticum quendam, membrorum omnium deſtitutum officio, ſigno Crucis, à capite vſque ad pedes ad inſtantiam ſignaſſet Epiſcopi, perfectæ reſtituit ſanitati. In Epiſcopatu Reatino, puer quidam ſic turgidus à quatuor annis, vt nullo modo propria crura cernere poſſet, à matre cum lachrymis præſentatus eidem, ſtatim vt vir Sanctus tetigit eum manibus ſacris, incolumis eſt effectus. Apud ciuitatem Ortenſem puer vnus ita conglomeratus, vt caput pedibus portaret applicitum, & haberet oſſa nonnulla confracta, ſigno Crucis ad parentum lachrymabiles preces ab eodem ſuſcepto, ſubitò extenſus extitit, & illicò liberatus. Mulier quædam ciuitatis Eugubij, ambas contractas, & aridas habens manus, vt nihil per illas operari valeret, ſigno Crucis ab eodem in nomine Domini ſibi facto, tam perfectam obtinuit ſoſpitatem, quòd ſtatim rediens domum, cibos in miniſterium eius, & pauperum, quaſi altera ſocrus Simonis proprijs manibus præpararet. Puellæ cuidam in Caſtro Meuanij oculorum priuatæ luminibus, cùm in Trinitatis nomine, ſputo ſuo ter ipſius oculos leniuiſſet, lumen concupitum reſtituit. Mulier quædam ciuitatis Narnij oculorum cæcitate percuſſa ſigno Crucis ab eodem ſuſcipiens lumen recuperauit optatum. Bononiæ puer quidam vnum oculorum macula adeò habens obtectum, vt nihil prorſus videre poſſet, nec aliquo iuuari remedio, poſt ſignum Crucis à capite vſque ad pedes per ſeruum Domini ſibi factum, viſum recuperauit tam limpidum, vt poſtmodùm fratrum Minorum Ordinem ingreſſus, ſe longè clariùs videre aſſereret de oculo prius infirmo, quàm de oculo ſemper ſano. In Caſtro Sancti Geminiani Seruus Dei à quodam deuoto viro ſuſceptus hoſpitio, cuius vxor à dæmonio vexabatur, poſt orationem factam in virtute obedientię imperauit dęmoni, vt exiret, eumq; poteſtate diuina tàm ſubitò effugauit, vt verè clareſceret, quòd obe-

dientiæ

Omnia loca illuſtrat B. Franciſcus doctrina & miraculis, ciuitates maximas, loca deſerta & inhabitara, viculos, & oppida, ubique terra, pelagoque ſalutis muoera impartiẽdo.

Miraculum.

Quia verba ſunt paſſionum notę latentium in anima, ideò ſermo eius erat valdè ignitus, quia animus hominis eſt veluti fons iugiter effluens, & emittens, quæ intra ſe conceperit. Hic ſi benignus, ſyncerusq; fuerit, talia etiã ſenſa & verba expromet: & ſi cruentus, aut liuore & odio corruptus, nihil rectũ, nihil amicum meditabitur, ſentiet, proferet.

Concionatur ad Põtificem, & Cardinales.

Marc. 16.

Velut plantæ, vt ſuos ferãt fructus temporum viciſſitudines ſuſtinere ſolent: ita B. Franc. habita loci & temporis opportunitate plurima (concedente Deo) edebat miracula.

Sanat cõtractum.

Item paralyticũ.

Item tumidium.

Signo crucis multos ſanat.

Matt. 8.

Cæca videt.

Sanat cæcutientẽ.

Oratione dæmonium pellit.

Mulierē liberat à dæmone.

dientiæ ſanctæ virtuti peruicacia dæmonum non obſiſtat. In ciuitate de Caſtello quidam
furibundus, & nequam ſpiritus, quandam obſidens mulierem, à viro ſancto obedientiæ ac-
cepto mandatò, indignabundus diſceſſit, mente ſimul, & corpore liberam obſeſſam prius
fœminam derelinquens. Frater quidam infirmitate tam horribili grauabatur, vt magis eſ-
ſe vexatio dæmonis, quàm naturalis infirmitas à pluribus affirmaretur. Nam totus ſæpe
allidebatur, & volutabatur ſpumans, membris corporis nunc contractis, nunc extenſis,
nunc plicatis, nunc tortis, nunc rigidis effectis, & duris. Quandoque totus extenſus, & ri-
gidus, pedibus æquatis capiti, leuabatur in altum horribiliter illico relapſurus. Hunc ſic
miſerabiliter, & irremediabiliter ægrotantem, plenus miſericordia Chriſti Seruus cōmiſe

Buccella panis curat morbum leterrimum.

rans buccellam ſibi panis, de quo edebat, tranſmiſit. Tantam verò guſtatus panis contulit
ægro uirtutem, ut deinceps huius infirmitatis moleſtiam non ſentiret. In comitatu Aretij
cùm diebus pluribus mulier quædam laboraſſet in partu, eſſetq; iam proxima morti, nul-
lum omnino deſperanti de uita ſupererat remedium, niſi Dei. Cùm autem equo uectus
propter corporis infirmitatem Chriſti famulus per partes illas tranſitum habuiſſet, conti-

Nota rem mirabilem.

git reduci animal per uillam, in qua mulier torquebatur. Homines uerò loci, uiſo equo,
cui uir Sanctus inſederat, extraxerunt frenum, ut ſuperponerent mulieri, ad cuius conta-
ctum mirificum omni remoto periculo mulier illicò peperit cum ſalute. Vir quidam de

Dictu mirabile.

Caſtro Plebis religioſus, ac timens Deum chordam apud ſe, qua cinctus fuerat Sanctus Pa
ter, habebat. Cumq; multitudo uirorū ac mulierū in Caſtro illo uarijs infirmitatibus labo
raret, ibat per infirmantiū domos, & intincta chorda in aqua dabat bibere patiētibus. Sicq;
per hunc modum plurimi ſanabantur. Sed & de panibus à Sancto uiro Dei coutactis gu-
ſtantes ægroti, diuina operante uirtute, conſequebantur celeriter remedia ſanitatum. Cùm
his, & alijs multis miraculorum prodigijs præco Chriſti prædicans corrruſcaret, attende-

Decem præcipua in B. Frāciſco, quæ tanquàm teſtimonia affirmant eum vt Dei nunciū Euāgeliū prędicaſſe.

batur his, quæ dicebantur ab eo, acſi Angelus Domini loqueretur. Excellens nanque in
ipſo prærogatiua uirtutum, prophetiæ ſpiritus, efficacia miraculorum, oraculum de prædi-
cando cœlitus datum, obedientia creaturarum ratione carentium, uehemens immutatio
cordium ad uerbum ipſius auditum, eruditio eius à Spiritu Sancto præter humanam do-
ctrinam, prædicandi auctoritas à Summo Pontifice non ſine reuelatione conceſſa, Inſu-
per & regula, in qua forma prædicandi exprimitur, ab eodem Chriſti Vicario confirma-
ta, ſummi quoque Regis ſignacula per modum ſigilli corpori eius impreſſa, tanquàm teſti-
monia decem toto ſæculo indubitanter affirmant Chriſti præconem FRANCISCVM,
& uenerandum officio, & doctrina auctenticum, & admirabilem ſanctitate, ac per hoc, tan-
quàm uerè Dei nuncium Chriſti Euangelium prædicaſſe.

DE STIG-

DE STIGMATIBVS SACRIS.
Caput XIII.



In Chriſtum tanto fueras ſuccenſus amore;
Vt data ſint membris ſtigmata ſancta tuis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

MOS erat Angelico viro FRANCISCO nunquàm ociari à bono, quin
porius inſtar ſupernorum ſpirituum, in Scala Iacob, aut aſcendebat in Gen. 28.
Deum, aut deſcendebat ad proximum. Nam tempus ſibi conceſſum ad
meritum diuidere ſic prudenter didicerat, vt aliud proximorum lucris la- Diſtributio temporis ſui.
borioſis impenderet, aliud contemplationis tranquillis exceſſibus dedi-
caret. Vnde cùm ſecundum exigentiam locorum, & temporum, alienę
condeſcendiſſet procurandæ ſaluti, inquietationibus derelictis turbarum, ſolitudinis ſecre
ta petebat, locumq; quietis, quò liberius Deo vacans extergeret, ſi quid pulueris ſibi ex
conuerſatione hominum adhæſiſſet. Biennio itaque antequàm ſpiritum redderet cęlo, di-
uina prouidentia duce, poſt labores multimodos, perductus eſt in locum excelſum ſeor-
ſùm, qui dicitur mons Aluernæ. Cùm igitur iuxta ſolitum morem, Quadrageſimam ibi- Quadrageſimam ad honorem S. Michaelis Archangeli ieiunat.
dem ad honorem Sancti Archangeli Michaelis ieiunare cœpiſſet, ſupernæ contemplatio-
nis dulcedine abundantius ſolito ſuperfuſus, & cœleſtium deſideriorum ardentiori flam-
ma ſuccenſus, ſupernarum cœpit immiſſionum cumulatius dona ſentire. Ferebatur qui- Prou. 25.
dem in altum, non vt curioſus maieſtatis perſcrutator opprimendus à gloria, ſed tanquàm
Seruus fidelis, & prudens inueſtigans beneplacitum Dei, cui ſe cõformare omnimodè ſum
mo peroptabat ardore. Immiſſum eſt igitur menti eius per diuinum oraculum, quòd in a-
pertione libri Euangelici reuelaretur ei à Chriſto, quid de eo in ipſo, & de ipſo maximè fo
ret acceptum. Oratione itaque cum multa deuotione præmiſſa, ſacrum Euangeliorum li-

brum de altari ſumptum, in Sanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per ſocium, virum vtiq; Deo deuotum, & ſanctum. Sanè cùm in trina libri apertione ſemper Domini paſsio occurreret, intellexit vir Deo plenus, quòd ſicut Chriſtum fuerat imitatus in actibus vitæ, ſic conformis ei eſſe deberet in afflictionibus, & doloribus paſſionis, antequàm ex hoc mundo tranſiret. Et licèt propter multam auſteritatem vitæ præteritæ, Crucisque Dominicæ baiulationem continuam, imbecillis iam eſſet corpore, nequaquàm eſt territus, ſed ad martyrij ſuſtinentiam vigoroſius animatus. Excreuerat quidem in eo inſuperabile amoris incendium boni IESV in lampades ignis atque flammarum, vt aquæ multæ charitatem eius tam validam extinguere non valerent. Cùm igitur Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum ageretur in Deum, & compaſſiua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit crucifigi; quodam mane circa feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, dum oraret in latere montis, vidit Seraph vnum ſex alas habentem, tam ignitas, quàm ſplendidas, de cęlorum ſublimitate deſcendere. Cumq; volatu celerrimo perueniſſet in aeris locum viro Dei propinquum, apparuit inter alas effigies hominis crucifixi in modum crucis, manus, & pedes extenſos habentis, & cruci affixos. Duę alæ ſuper caput ipſius eleuabantur, duæ ad volandum extendebantur, duæ verò totum velabant corpus. Hoc videns vehementer obſtupuit, mixtumq; mœrore gaudium cor eius incurrit. Lætabatur quidem in gratioſo aſpectu, quo à Chriſto ſub ſpecie Seraph cernebat ſe conſpici; ſed Crucis affixio compaſſiui doloris gladio ipſius animam pertranſibat. Admirabatur quamplurimùm in tam inſcrutabilis viſionis aſpectu, ſciens, quòd paſſionis infirmitas cum immortalitate ſpiritus nullatenus conueniret. Intellexit tandem ex hoc, Domino reuelante, quòd ideò huiuſmodi viſio ſic diuina prouidentia ſuis fuerat præſentata conſpectibus, vt amicus Chriſti prænoſceret ſe, non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis, totum in Chriſti crucifixi ſimilitudinem transformandum. Diſparens igitur viſio mirabilem in corde ipſius reliquit ardorem, ſed & in carne non minus mirabilem ſignorum impreſſit effigiem.

Cant. 8.
Vnus ex Seraphicis ſpiritibus è Cęlo delapſus, in corde B. Franciſci mirabilem excitauit ardorem, & clauorum effigiem, quibus Chriſtus Domin⁹ cruci affixus eſt, manibus, & pedib. impreſſam reliquit, qui poſtea omnibus admirationi & venerationi fuit.
Apparet illi Chriſtus crucifixus.
Imprimuntur ei quinque vulnera, quaſi ſigilla appēſa.

Statim nanque in manibus eius, & pedibus apparere cœperunt ſigna clauorum, quemadmodum paulò antè in effigie illa viri crucifixi conſpexerat. Manus enim, & pedes in ipſo medio clauis confixi videbantur, clauorum capitibus in interiori parte manuum, & ſuperiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus exiſtentibus ex aduerſo. Erantq; clauorum capita in manibus, & pedibus rotunda, & nigra, ipſa verò acumina oblonga, retorta, & quaſi repercuſſa, quæ de ipſa carne ſurgentia carnem reliquam excedebant. Dextrum quoque latus, quaſi lancea transfixum rubra cicatrice obductum erat, quod ſæpe ſanguinem ſacrum effundens tunicam, & femoralia reſpergebat. Cernens autem Chriſti Seruus, quòd ſtigmata carni tam luculenter impreſſa ſocios familiares latere non poſſent, timens nihilominus publicare Domini ſacramentum, in magno poſitus fuit dubitationis agone, vtrum videlicet quod viderat, diceret, vel taceret. Vocauit proindè aliquos ex fratribus, & generalibus verbis loquens dubium coram eis propoſuit, & conſilium requiſiuit; quidam verò ex fratribus gratia Illuminatus, & nomine, intelligens quòd aliqua miranda vidiſſet, pro eo, quòd videbatur admodùm ſtupefactus, dixit ad virum Sanctum: Frater, non ſolùm propter te, ſed etiam propter alios ſcias tibi oſtendi aliquando ſacramenta diuina. Timendum propterea iure videtur, ne ſi quod pluribus profuturum accepiſti, celaueris pro talento abſcondito, repræhenſibilis iudiceris. Ad cuius verbum motus vir Sanctus licèt alias dicere ſolitus eſſet; Secretum meum mihi: tunc tamen cum multo timore ſeriem retulit viſionis præfatæ, Addens, quòd is, qui ſibi apparuerat, aliqua dixerit, quæ nunquàm dum viueret, alicui hominum aperiret. Credendum ſanè tam arcana illa fuiſſe ſacri illius Seraph in cruce mirabiliter apparentis eloquia, quòd fortè non liceret hominibus ea loqui. Poſtquàm igitur verus Chriſti amor in eandem imaginem transformauit amantem, quadraginta dierum numero, iuxta quod decreuerat, in ſolitudine conſummato, ſuperueniente quoque ſolennitate Archangeli Michaelis, deſcendit Angelicus vir FRANCISCVS de monte, ſecum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis, vel ligneis manu figuratam artificis, ſed in carneis membris deſcriptam digito Dei viui. ET QVONIAM ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt; ideò ſecreti Regalis vir conſcius, ſignacula illa ſacra pro viribus occultabat. Verùm, quia Dei eſt ad gloriam ſuam magna reuelare, quæ facit, Dominus ipſe, qui ſignacula illa ſecretè impreſſerat, miracula quædam apertè per ipſa monſtrauit, vt illorum occulta, & mira vis ſtigmatum manifeſta pateret claritate ſignorum.

Non audet præ humilitate alicui aperire viſionem.
Eſa. 24.
Cum multo timore indicat viſionē.
Tob. 12.

In pro-

In prouincia nanque Reatina peſtis inualuerat valdè grauis, quæ oues, & boues omnes ſic conſumebat crudeliter, quòd nullum poterat remedium adhiberi. Vir autem quidam timens Deum nocte fuit per viſionem commonitus, vt ad eremitorium fratrum feſtinanter accederet, & loturam manuum, ac pedum Famuli Dei FRANCISCI, qui tunc temporis morabatur ibidem, acceptam ſuper animalia cuncta reſpergeret. Manè itaque ſurgens, venit ad locum. loturaq; huiuſmodi per ſocios Sancti viri latenter obtenta, oues, & boues languentes ex ea reſperſit. Mirabile dictu. Statim vt aſperſio animalia languida, & in terra iacentia, quantumcunq; paululùm attingebat; priſtino recuperato vigore ſurgebant continuò, & tanquàm nihil mali ſenſiſſent, ad paſcua feſtinabant. Sicq; factum eſt, vt per virtutem mirandam aquæ illius, quæ ſacras plagas contigerat, omnis prorſus plaga ceſſaret, peſtilensq; morbus à gregibus fugaretur. Circa præfatum montem Aluernæ, antequam vir Sanctus ibi contraheret moram, nube ex ipſo monte ſurgente, grandinis violenta tempeſtas fructus terræ conſuetudinariè deuaſtabat. Sed poſt illam apparitionem felicem non ſine incolarum admiratione grando ceſſauit, vt cœleſtis illius viſionis excellentiam, & ſtigmatum ibidem impreſſorum virtutē ſerenati præter morem ipſa cœli facies declararet. Contigit quoq; eum tempore hyemali propter debilitatem corporis, & aſperitatem viarum, hominis vnius pauperis ſubuectum aſello ſub rupis cuiuſdam prominentis pernoctare crepidine, vt niuis, & noctis ſuperuenientium quoquomodò declinaret incommoda, quibus præpeditus ad hoſpitij locum non valuerat peruenire. Cùm autem vir Sanctus hominem illum querulosis ſubmurmurantem gemitibus hinc inde ſeipſum iactare ſenſiſſet, tanquàm qui tenui operimento contectus, quieſcere præ frigoris acerbitate nequibat, diuini amoris feruore ſuccenſus, manu illum protenta palpauit. Mirabile certè. Repentè ad illius ſacræ manus contactum, quæ Seraphici calculi gerebat incendium, omni fugato frigore, tantus in virum intùs, & extrà calor aduenit, ac ſi quædam in eum vis flammea ex fornacis ſpiraculo proceſſiſſet. Nam illicò & mente, & corpore confortatus, ſuauius inter ſaxa, & niues, vſq; manè dormiuit, quàm unquam in proprio lecto pauſauerit; ſicut ipſe poſtmodum aſſerebat. Certis itaq; conſtat indicijs ſacra illa ſignacula illius impreſſa fuiſſe virtute, qui operatione Seraphica purgat, illuminat, & inflammat, cùm ipſa forinſecus expurgando à peſte ſalutem, ſerenitatem, & calorem corporibus efficacia mira conferrent, ſicut & poſt mortem euidentioribus eſt demonſtratum prodigijs, ſuo loco poſterius adnotandis. Ipſe verò, licèt theſaurum inuentum in agro multa diligentia ſtuderet abſcondere, latere tamen non potuit, quin aliqui ſtigmata manuum viderent, & pedum, quanquam manus, quaſi ſemper, portaret contectas, & pedibus ex tunc incederet calceatus. Viderunt enim, dum viueret, fratres plurimi, qui licèt eſſent propter ſanctitatem præcipuam, viri per omnia fide digni, tamen ad omne dubium amouendum, ſic eſſe, ac ſe vidiſſe, tactis ſacroſanctis, iuramento firmarunt. Viderunt etiam ex familiaritate, quam cum viro Sancto habebant, aliqui Cardinales laudes ſacrorum ſtigmatum proſis, & hymnis, & antiphonis, quas ad ipſius ediderunt honorem, veraciter inſerentes, qui tam verbo, quàm ſcripto perhibuerunt teſtimonium veritati. Summus etiam Pontifex Dominus Alexander cùm populo prædicaret, coram multis fratribus, & me ipſo, affirmanit ſe, dum Sanctus viueret, ſtigmata illa ſacra ſuis oculis conſpexiſſe. Viderunt in morte pluſquàm quinquaginta fratres, virgoq; Deo deuotiſſima Clara, cum cæteris ſororibus ſuis, & ſeculares innumeri, ex quibus, quemadmodum ſuo loco dicetur, quàmplurimi & oſculati ſunt ex deuotionis affectu, & contrectauerunt manibus ad teſtimonij firmitatem. Vulnus autem lateris tam ſolicitè occultauit, vt illud nemo poſſet, niſi furtim contueri, dum viueret. Vnus etenim frater, qui ei ſedulò miniſtrare ſolitus erat, cùm pia eum cautela, vt ad excutiendum extraheret tunicam, induxiſſet, attentè reſpiciens, vidit plagam, cui etiam tres veloci contactu digitos applicans, tam viſu, quàm tactu vulneris quantitatem agnouit; conſimili cautela vidit etiam frater ille, qui tunc temporis erat Vicarius eius. Frater verò ſocius mirandæ ſimplicitatis, dum infirmitatis cauſa languentes ſcapulas contrectaret, manu per caputium miſſa, & caſualiter vulneri ſacro illapſa magnum ei dolorem inflixit. Proindè portabat ex tunc femoralia ita facta, vt vſq; ad axillas pertingerent ad vulnus lateris contegendum. Fratres quoque, qui illa lauabant, vel tunicam excutiebant pro tempore, quia inueniebant eam ſanguine rubricatam, indubitanter per euidens ſignum in cognitionem ſacri vulneris peruenerunt, quod poſtmodùm in morte, reuelata facie, & ipſi cum alijs plurimis contẽplati ſimul, & venerati ſunt. EIA nũc ſtrenuiſſime miles Chriſti, ipſius per arma inuictiſſimi

Immaniſſima lues.

Mira vis aquę, qua manus, & pedes ſuos abluebat.

Inſigne miraculũ.

Contactu manus ſuæ pellit frigus ab homine.

Valdè celat impreſſa vulnera; at tamen videntur à multis.

Vulnus lateris non patitur videri.

In morte vident permulti.

ctiſſimi ducis, quibus munitus & inſignitus, omnes aduerſarios ſuperabis, Fer vexillum Regis altiſſimi, ad cuius intuitum omnes pugnatores diuini exercitus animentur: Fer nihilominus ſigillum Summi Pontificis Chriſti, quo verba, & facta tua, tanquàm irrepræhenſibilia, & authentica meritò ab omnibus aeceptentur. Iam enim propter ſtigmata Domini IESV, quæ in corpore tuo portas, nemo debet tibi eſſe moleſtus: quin potius quilibet Chriſti Seruus omni eſſe tenetur affectione deuotus. Iam per hæc ſigna certiſsima, non duobus, aut tribus teſtibus ad ſufficientiam, ſed quamplurimis ad ſuperabundantiam comprobata teſtimonia Dei in te, & per te credibilia facta nimis, omne tollunt infidelibus velamen excuſationis, dum credentes in fide ſtabiliunt, ſpei fiduciam ſurſum agunt, & ignem charitatis accendunt. Iam verè impleta eſt prima viſio, quam vidiſti, videlicet, quòd Dux in militia Chriſti futurus, armis deberes cœleſtibus, ſignoq; Crucis in inſignibus decorari. Iam in principio tuæ conuerſionis Crucifixi viſio compaſsiui doloris gladio mentaliter te transfigens, ſed & auditus vocis de Cruce, tanquàm de throno Chriſti ſublimi, & ſecreto propitiatorio procedentis, iuxta quod tuo ſacro firmaſti eloquio, vera indubitanter fuiſſe creduntur. Iam in tuæ conuerſionis progreſſu, & Crucem, quam vidit frater Syluester ex ore tuo mirabiliter procedentem, & gladios in Crucis modum tua viſcera transfigentes, quos ſacer vidit Pacificus, teq; ſecundum Crucis figuram in aere ſubleuatum, cùm de Crucis titulo Sanctus prædicabat Antonius, iuxta quod proſpexit Angelicus vir Monaldus, non phantaſtica viſione, ſed reuelatione fuiſſe cœlica conſpecta, verè creditur, & firmatur. Iam deniq; circa finem, quod ſimul tibi oſtenditur, & ſublimis ſimilitudo Seraph, & humilis effigies Crucifixi, interius te incendens, & exterius te conſignans, tanquàm alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, qui ſignum in te habeas Dei viui, & prædictis dat firmitatem fidei, & ab eis accipit teſtimonium veritatis. Ecce iam ſeptem apparitionibus Crucis Chriſti in te ſecundum ordinem temporum mirabiliter exhibitis, & monſtratis, quaſi ſex gradibus ad iſtam ſeptimam, in qua finaliter requieſcis, perueniſti. Chriſti namque Crux in tuæ conuerſionis primordio tam propoſita, quàm aſſumpta, & dehinc in conuerſionis progreſſu per vitam probatiſsimam baiulata in te ipſo continuè, & in exemplum alijs demonſtrata, tanta certitudinis claritate oſtendit, Euangelicæ perfectionis apicem te finaliter concluſiſſe, vt demonſtrationem hanc Chriſtianæ ſapientiæ in tuæ carnis puluere exaratam nullus uerè deuotus abijciat, nullus uerè fidelis impugnet, nullus uerè humilis paruipendat, cùm ſit uerè diuinitùs expreſſa, & omni acceptione condigna.

[Margin notes: Supra cap. 1. / Ibidem. / Cap. 3. / Cap. 4. / Ibidem. / Cap. 13. / Septem apparitiones ſanctæ Crucis ipſi oſtenſæ.]

DE PATIENTIA IPSIVS, ET TRANSITV mortis. *Caput* XIIII.



Vulnera clauorũ, atq; alta penetrabilis ictus
Creſcebant, Criſti dum moreretur amans.

CHRISTO iam igitur Cruci confixus FRANCISCVS tam carne, quàm ſpiritu, nõ ſolùm ſeraphico amore ardebat in Deum, verùm etiam ſitiebat cum Chriſto crucifixo multitudinem ſaluandorum. Faciebat proinde, quoniam propter excreſcentes in pedibus clauos ambulare non poterat, corpus emortuum per ciuitates, & caſtra circumuehi, vt ad Crucem Chriſti ferendam cæteros animaret. Fratribus quoque dicebat: incipiamus fratres ſeruire Domino Deo noſtro, quia vſque nunc parum profecimus. Flagrabat etiam deſiderio magno ad humilitatis redire primordia, vt leproſis, ſicut à principio miniſtraret, corpusq; iam præ labore collapſum reuocaret ad priſtinam ſeruitutem. Proponebat Chriſto Duce, ſe facturum ingentia, & fatiſcentibus membris, ſpiritu fortis, & feruidus nouo ſperabat certamine de hoſte triumphum. NEQVE enim languor vel deſidia locum habet, vbi amoris ſtimulus ſemper ad maiora perurget. Tanta autem in eo carnis ad ſpiritum erat concordia, tanta obedientiæ promptitudo, quòd cum ille ad omnem niteretur ſanctitatẽ pertingere, ipſa non ſolùm nõ repugnaret, ſed præcurrere niteretur. Vt autem viro Dei cumulus meritorum accreſceret, quæ omnia verè in patientia conſummantur, cępit infirmitatibus multimodis laborare tam grauiter, vt vix in eo membrum aliquod remaneret, abſque ingenti paſſionis dolore. Ad hoc tandem per varias, & diuturnas, & continuas ægritudines deductus eſt, vt conſumptis iam carnibus, quaſi ſola cutis oſſibus cohæreret. Cumq; duris corporis angeretur doloribus, illas ſuas anguſtias non pœnarum cenſebat nomine, ſed ſororum. Cùm autem ſemel grauiùs ſolito dolorum vrgeretur aculeis, quidam

Claui diuinitus ei impreſſi pedibus excreſcunt.

Magna in eo carnis & ſpiritus concordia.

Vix cutis ei relinquitur à morbis.

O virum admirabilem.

leis, quidam frater ſimplex dixit ad eum: Frater ora Dominum, vt mitius tecum agat; manum enim ſuam, plus ſolito ſuper te grauare videtur. Quo audito vir Sanctus cum eiulatu exclamans ait: Niſi noſcerem in te ſimplicem puritatem, tunm ex nunc abhorrerem conſortium, qui auſus fueris circa me diuina iudicia repræhenſibilia iudicare. & licèt totus eſſet attritus grauis prolixitate languoris, proijciens ſe in terram oſſa debilia duro caſu colliſit, & deoſculans humum: Gratias (inquit) tibi ago Domine Deus de omnibus his doloribus meis, teq; mi Domine rogo, vt centuplum, ſi tibi placuerit, addas, quia hoc erit mihi acceptiſſimum, vt affligens me dolore, non parcas, cùm tuæ ſanctæ voluntatis adimpletio ſit mihi conſolatio ſuperplena. Videbatur propterea fratribus, quòd quaſi alterum Iob viderent; cui cùm languor creſceret carnis, creſcebat ſimul & vigor mentis. Ipſe autem obitum ſuum longè ante præſciuit, dieq; tranſitus imminente dixit fratribus, ſui corporis tabernaculum deponendum in proximo, quemadmodum ſibi fuerat reuelatum à Chriſto. Cùm itaque per biennium ab impreſſione ſacrorum ſtigmatum, anno videlicet à ſua côuerſione vigeſimo multis fuiſſet anguſtiãtium infirmitatum probatiuis tunſionibus conquadratus, tanquam lapis in ſupernæ Hieruſalem ædifitio collocandus, & tanquàm ductile opus ſub multiplicis tribulationis malleo ad perfectionem adductus, ad Sanctam Mariam de Portiuncula ſe portari popoſcit, quatenus vbi acceperat ſpiritum gratiæ, ibi redderet ſpiritum vitæ. Quò cùm fuiſſet perductus, vt veritatis exemplo monſtraret, qnod nihil erat illi commune cum mundo in illa infirmitate tam graui, quæ omnem languorem concluſit, ſuper nudam humum ſe totum nudatum in ſpiritus feruore proſtrauit, quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hoſtis iraſci, nudus luctaretur cum nudo. Decubans ſic in terra, ſaccina veſte depoſita, faciem ſolito more leuauit in cœlum: & intendens illi gloriæ totus, manu ſiniſtra dextri lateris vulnus, ne videretur obtexit, & ait ad fratres: EGO, quod meum eſt, feci; quod veſtrum eſt, Chriſtus edoceat. Illachrymantibus autem ſocijs Sancti, qui miro fuerant telo percuſſi, vnus ex eis, quem vir Dei Guardianum ſuum eſſe dicebat, votum ipſius diuina inſpiratione cognoſcens, feſtinus ſurrexit, & acceptam cum chordula & femoralibus tunicam pauperculo Chriſti obtulit, dicens: Hæc tibi tanquã pauperi commodo, & tu illa ſuſcipias obedientiæ ſanctæ mandato. Gaudet ex hoc vir Sanctus, & iubilat præ lætitia cordis; quoniam fidem tenuiſſe Dominæ paupertati vſque in finem ſe vidit, palmasq; leuans ad cœlum, Chriſtum ſuum magnificat, pro eo, quòd exoneratus ab omnibus liber vadit ad ipſum. Fecerat enim hæc omnia paupertatis zelo, vt nec habitum quidem vellet habere, niſi ab alio commodatum. Voluit certè per omnia Chriſto crucifixo eſſe conformis, qui pauper, & dolens, & nudus in cruce pependit. Propter quòd & in principio conuerſionis ſuæ nudus remanſit coràm Antiſtite, & in conſummatione vitæ nudus voluit de mundo exire, fratribusq; ſibi aſſiſtentibus in obedientia charitatis iniunxit, & cùm viderent eum iam eſſe defunctum, per tam longum ſpatium nudum ſuper humum iacere permitterent, quò vnius milliarij tractum ſuauiter quis perficere poſſet.

Miro modo teſtatum reddit nihil ſibi cum mundo cô mercij. qui biênio poſt accepta ſtigmata Aſſiſij morbo implicitus in Aedê S.Marię Angelorum ſe deferri voluit, ibiq; dû fratres ſuos ad patientiã, ad paupertatem, & S.R.E. obedientiam cohortatus fuiſſet, illum pſalmi verſiculum pronũciãs. Me expectant iuſti, donec retribuas mihi, ſpiritum Deo reddidit.

Vide eximiã paupertatem.

O verè Chriſtianiſſimum virum, qui & viuens Chriſto viuenti, & moriens morienti, & mortuus mortuo, perfecta eſſe ſtuduit imitatione conformis, & expreſſa promeruit ſimilitudine decorari. Hora denique ſui tranſitus propinquante, fecit fratres omnes exiſtentes in loco ad ſe vocari, & eos conſolatorijs verbis pro ſua morte demulcens paterno affectu ad diuinum eſt hortatus amorem. De patientia & paupertate, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruandis ſermonem protraxit cæteris inſtitutis Sanctum Euangelium anteponens. Circunſedentibus verò omnibus fratribus, extẽdit ſuper eos manus in modum crucis brachijs cancellatis, pro eo quòd hoc ſignum ſemper amabat, & omnibus fratribus tam præſentibus, quàm abſentibus in crucifixi virtute, ac nomine benedixit. Inſuper & adiecit: Valete filij omnes in timore Domini, & permanete in eo ſemper. Et quoniam futura tentatio, & tribulatio appropinquat, felices, qui perſeuerabunt in his, quæ cœperunt. Ego verò ad Deum propero, cuius gratiæ vos omnes commendo. Suaui huiuſmodi admonitione completa, iuſſit Deo vir chariſſimus Euangeliorum ſibi codicem apportari. & Euangelium ſecundum Ioannem, quod incipit ab eo loco: ANTE diem feſtum Paſchæ, ſibi legi popoſcit. Ipſe verò, prout potuit in huius pſalmi vocem erupit: Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus ſum, & ad finem vſque compleuit. Me (inquit) expectant iuſti, donec retribuas mihi. Tandem cunctis in eum completis myſterijs, anima illa ſanctiſſima carne ſoluta, & in abyſſum diuinæ claritatis abſorpta Beatus vir obdormiuit in Domino. Vnus autem ex fratribus & diſcipulis eius vidit animam illam beatam ſub ſpecie ſtellæ

Nota, quod hic verus Euangelij preco Ro. Eccleſ. fidê commendat.

Vultu hilari abſcedit, ſocios velut alter Iacob.

Inq; crucem iunctis ſignat vtraq; manu.

Ioan. 13.

Pſal. 141.

Feliciſſimus Sãctiſſimi viri obitus.

Viſio cuiuſdã fratris.

ſtellæ præfulgidæ à candida ſubuectam nubecula ſuper aquas multas in cœlum recto trami te ſurſum ferri, tanquàm ſublimis ſanctitatis candore prænitidam, & cœleſtis ſapientiæ, ſimul & gratiæ vbertate repletam, quibus vir Sanctus promeruit locum introire lucis, & pacis, vbi cum Chriſto ſine fine quieſcit. Miniſter quoque fratrum in Terra laboris tunc erat frater Auguſtinus vir vtique ſanctus & iuſtus, qui in hora vltima poſitus, cùm iam diu perdidiſſet loquelam, audientibus qui aſtabant, ſubitò clamauit & dixit: Expecta me pater, expecta, ecce iam venio tecum. Quærentibus illis, & admirantibus multum cui ſic loqueretur audacter, reſpondit: Nonne videtis Patrem noſtrum FRANCISCVM, qui vadit ad cœlum? & ſtatim ſancta ipſius anima migrans à carne, patrem eſt ſecura ſanctiſſimũ. Epiſcopus Aſſiſinas ad oratorium Sancti Michaelis in monte Gargano tunc temporis peregrinationis cauſa perrexerat, cui Beatus FRANCISCVS apparens nocte tranſitus ſui, dixit: Ecce relinquo mundum, & vado ad cœlum. Mane igitur ſurgens Epiſcopus ſocijs narrauit quæ vidit, & Aſſiſium rediens, cum ſolicitè perquiſiſſet, certitudinaliter comperit, quòd ea hora, qua ſibi per viſionem innotuit, Beatus Pater ex hoc mundo migrauit. Alaudæ aues lucis amicæ, & crepuſculorum tenebras horreſcentes, hora tranſitus Sancti viri, cùm iam eſſet noctis ſequuturæ crepuſculum, venerunt in multitudine magna ſuper tectum domus, & diu cùm in ſolita quadam iubilatione rotantes gloriæ Sancti, qui eas ad diuinas laudes inuitare ſolitus erat, tam iucundum, quàm euidens teſtimonium perhibebant.

Apparet Epiſc. Aſſiſij.

DE CANO-

DE CANONIZATIONE, ET TRANSLATIONE ipſius. Cap. XV.



Hūc hominum Sator, hunc Princeps adſcripſit olympo,
Cui tellus lachrymas, ac tumulum ægra dedit.

FRANCISCVS igitur ſeruus & amicus altiſſimi, Ordinis Minorum fratrum inſtitutor, & dux, paupertatis profeſſor, pœnitentiæ forma, veritatis præco, ſanctitatis ſpeculum, & totius Euangelicæ perfectionis exemplar, ſuperna præuentus gratia ordinato progreſſu ab infimis peruenit ad ſumma. Hunc virum mirabilem vt potè paupertate prædiuitem, humilitate ſublimem, mortificatione viuidum, ſimplicitate prudentem, omniq; morum honeſtate conſpicuum, quem in vita Dominus mirabiliter effecerat clarum, in morte fecit incomparabiliter clariorem.

Corpus eius exanime futuræ gloriæ ſpeciē præſefert.

Beato nanq; viro migrante à ſæculo, ſpiritus ille ſacer domum æternitatis ingrediens, fontisq; vitæ hauſtu plenario glorioſus effectus, expreſſa quædam in corpore futuræ gloriæ ſigna reliquit, vt caro illa ſanctiſſima,

Claui diuina uirtute uiſuntur in carne Sancti uiri.

quæ crucifixa cum vitijs in nouam iam creaturam tranſierat, & paſſionis Chriſti effigiem priuilegij ſingularitate præſeferret, & nouitate miraculi reſurrectionis ſpeciem præmonſtraret. Cernebantur quidem in membris illis felicibus claui ex eius carne virtute diuina mirificè fabrefacti, ſicq; carni eidem innati, quòd dum à parte qualibet premerentur, protinus quaſi nerui continui, & duri ad partem oppoſitam reſultabant. Inuenta quoq; fuit patentius in ipſius corpore non inflicta humanitus, neq; facta plaga vulneris lateralis inſtar vulnerati lateris Saluatoris, quod redemptionis, & regenerationis humanæ in ipſo Redemptore noſtro protulit ſacramentum. Erat autem ſimilitudo clauorum nigra, quaſi ferrum, uulnus autem lateris rubeum, & ad orbicularitatem quandam carnis contractione reductum, roſa quædam pulcherrima uidebatur. Caro uerò ipſius reliqua, quæ prius tam

ex infir-

ex infirmitate, quàm ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio reniteſcens illius ſecundæ ſtolæ pulchritudinem prætendebat. Membra ipſius adeò mollia, & tractabilia ſe præbebant palpantibus, ut conuerſa uiderentur in teneritudinem puerilis ætatis, & quibuſdam cernerentur euidentibus ſignis innocentiæ decorata.

Similitudo clauorum, & vulneris lateralis qualis fuerit.

Cùm igitur in candidiſſima carne claui nigreſcerent, plaga verò lateralis vt vernans roſeus flos ruberet; mirandum non eſt, ſi tam formoſa, & miraculoſa varietas iucunditatem, & admirationem contuentibus ingerebat. Lachrymabantur filij pro ſubtractione amabilis patris, ſed & non modica perfundebantur lætitia, dum deoſculabantur in eo ſignacula Summi Regis. Miraculi nouitas planctum vertebat in iubilum, & intellectus rapiebat indaginem in ſtuporem. Erat quippe tam inſolitum, tamq; inſigne ſpectaculum contuentibus omnibus, & firmamentum fidei, & incitamentum amoris, audientibus verò admirationis materia, & excitatio deſiderij ad videndum. Audito ſiquidem tranſitu patris, & fama difuſa miraculi, accelerans populus confluebat ad locum, vt id cerneret oculis, quod à ratione dubium omne repelleret, & affectioni gaudium cumularet.

Plurimi oſculãtur diuinitus corpori eius vulnera impreſſa.

Admiſſi ſunt igitur Aſſiſinates ciues quamplurimi ad ſtigmata illa ſacra contemplanda oculis, & labijs oſculanda. Vnus autem ex eis miles litteratus quidem & prudens Hieronymus nomine, vir vtique famoſus, & celeber, cùm de huiuſmodi ſacris, & ſignis dubitaſſet, eſſetq; incredulus, quaſi Thomas, feruentius, & audacius coram fratribus, & alijs ciuibus mouebat clauos, Sanctiq; manus, pedes, & latus manibus proprijs contrectabat, vt dum vulnerum Chriſti veracia illa ſigna palpando contingeret, de ſui, & omnium cordibus omne dubietatis vulnus amputaret. Propter quod & ipſe inter alios huius veritatis tam certitudinaliter agnitæ, teſtis conſtans poſtmodùm effectus eſt, & tactis ſacroſanctis, iuramento firmauit. Fratres autem & filij, qui vocati fuerant ad tranſitum Patris, cum omni multitudine populorum noctem illam, in qua almus Chriſti Confeſſor deceſſit, ſic diuinis laudibus dedicarunt, vt non defunctorum exequiæ, ſed Angelorum excubiæ viderentur.

Viri ſeraphici exequiæ Angelicæ.

Mane autem facto, turbæ, quæ conuenerant acceptis arborum ramis, & cereorum multiplicatis luminibus, cum hymnis, & canticis ſacrum corpus ad ciuitatem Aſſiſij detulerunt. Tranſeuntes verò per eccleſiam Sancti Damiani, in qua virgo illa nobilis Clara, nunc glorioſa in cœlis, tunc incluſa cum viginibus morabatur, ibiq; aliquantulum ſubſiſtentes ſacrum corpus margaritis cœleſtibus inſignitum, videndum, & oſculandum ſacris illis virginibus obtulerunt. Peruenientes denique ad ciuitatem cum iubilo precioſum theſaurum, quem portabant, in eccleſia Sancti Georgij cum omni reuerentia condiderunt. In eo ſiquidem loco puerulus litteras didicit, ibiq; poſtmodùm prædicauit: poſtremò ibidem locum primum quietis accepit. Tranſijt autem Venerabilis Pater ex huius mundi naufragio anno Dominicæ Incarnationis milleſimo duceteſimo vigeſimo ſexto, quarto nonas Octobris, die Sabbati in ſero, ſepultus in die Dominico.

Multis ſtatim ab obitu coruſcat miraculis.

Cœpit autem Vir Beatus continuò, diuinæ faciei ſuperirradiante reſpectu, magnis & multis coruſcare miraculis, vt ſublimitas ſanctitatis eius, quæ ipſo viuente in carne ad morum directionem per exempla perfectæ iuſtitiæ innotuerat, mundo illo iam regnante cum Chriſto, ad omnem fidei firmitatem per miracula diuinæ potentiæ comprobaretur è cœlo: cumq; in diuerſis orbis partibus glorioſa eius miracula, largaq; per ipſum impetrata beneficia, plurimos ad Chriſti deuotionem accenderent, & ad ipſius Sancti reuerentiam incitarent; acclamantibus tam linguis ſermonum, quàm operum ad aures Summi Pontificis Domini Gregorij Noni, quæ per Seruum ſuum FRANCISCVM Deus operabatur, magnalia peruenerunt. Sanè cùm idem Paſtor Eccleſiæ, non ſolùm ex miraculis auditis poſt mortem, verùm etiam experimentis in vita ipſius oculis viſis, & manibus contrectatis, ſanctitatem eius mirabilem plena fide certificatus agnoſceret, ac per hoc in cœlis glorificatum à Domino nullatenus dubitaret, vt Chriſto, cuius erat vicarius, concorditer ageret, hunc in terris reddere celebrem, tanquàm omni veneratione digniſſimum pia conſideratione diſpoſuit. Ad omnem quoque certitudinem faciendam orbi terrarum de glorificatione viri Sanctiſſimi inuenta miracula, & conſcripta, & teſtibus idoneis approbata, examinari fecit per illos, qui minus inter Cardinales fauorabiles negotio videbantur. Quibus diligenter diſcuſſis, & ab omnibus approbatis, de fratrum ſuorum omnium prælatorum, qui tunc erant in curia, concordi conſilio & aſſenſu canonizandum decreuit: veniensq; perſonaliter ad ciuitatem Aſſiſij anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo octauo, decimo ſeptimo calendas Auguſti die Dominico, cum maximis, quæ longum foret enarrare, ſolennijs, Beatum Patrem catalogo Sanctorum adſcripſit.

In numero Sanctorum reponitur.

Anno

Anno verò Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo conuenientibus fratribus ad Capitulum Generale Aſſiſij celebratum ad Baſilicam in honore ipſius conſtructam, corpus illud Domino dedicatum, octauo calendas Iunij translatum eſt. Dum autem ille ſacer tranſportaretur theſaurus, bulla Regis altiſſimi conſignatus, miracula plurima ille, cuius effigiem præferebat, operari dignatus eſt, vt per odorem ipſius ſaluificum affectus traheretur fidelium ad currendum poſt Chriſtum. Erat reuera condignum, vt quem Deus in uita ſibi placentem, & dilectum effectum, in paradiſum per contemplationis gratiam tranſtulerat ut Enoch, & ad cœlum in curru igneo per charitatis zelum rapuerat ut Eliam: eius iam uernantis inter flores illos cœlicos plantationis æternæ oſſa illa felicia de loco ſuo pullulatione mirifica redolerent. Porrò ſicut uir iſte Beatus mirandis uirtutum ſignis in uita claruerat, ſic à die tranſitus ſui uſque in pręſens per diuerſas mundi partes pręclaris miraculorum prodigijs, diuina ſe potentia glorificante, coruſcat; nam cæcis, & ſurdis, mutis & claudis, hydropicis, & paralyticis, dæmoniacis, & leproſis; naufragis, & captiuis ipſius meritis remedia conferuntur, omnibusq; morbis, neceſſitatibus, & periculis ſubuenitur. Sed & multis mortuis mirificè ſuſcitatis, innoteſcit fidelibus mirificans Sanctum ſuum magnificentia uirtutis Altiſſimi, cui eſt honor, & gloria per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Tranſferri ſanctiſ ſimũ illud corpus.

Gen. 5.
4. Reg. 2.

Multi reuiuiſcunt mortui.

INCIPIVNT

INCIPIVNT QVAEDAM DE MIRACVLIS ipſius poſt mortem oſtenſis: & primò de virtute ſacrorum ſtigmatum, Miraculum pulchrum.



Paſtori oſtendens per ſomnum ſtigmata Summo
Atque aliis, dubium depulit ex animo.

AD Omnipotentis Dei honorem, & gloriam, Beati Patris FRANCISCI poſt glorificationem ipſius in cœlis, aliqua ex approbatis conſcripturus miracula, ab illo præcipuè cenſui ſumendum fore initium, in quo Crucis IESV virtus oſtenditur, & gloria innouatur. Nouus igitur homo FRANCISCVS, nouo, & ſtupendo miraculo claruit, cùm ſingulari priuilegio retroactis ſæculis non conceſſo inſignitus apparuit ſacris videlicet ſtigmatibus decoratus, & configuratus in corpore mortis huius corpori crucifixi. De quo quicquid humana lingua dicatur, minus erit à laude condigna. Totum quidem viri Dei ſtudium, tam publicum, quàm priuatum circa Crucem Domini verſabatur. Et vt Crucis ſignaculo cordi eius à principio ſuæ conuerſionis impreſſo corpus cõſignaret exterius, in ipſa ſe Cruce includens habitum pœnitentiæ ſumpſit Crucis imaginem præferentem, quatenus ſicut mens eius intus Dominum crucifixum induerat, ſic & corpus eius indueret arma Crucis, & in quo ſigno Deus poteſtates aereas debellaret, in eodem ſuus exercitus Domino militaret. Sed & à principio temporis, quo Crucifixo militare cœperat, diuerſa circa eum Crucis præfulſere myſteria, ſicut vitæ ipſius conſideranti decurſum clarius innoteſcit, qualiter apparitione Crucis Dominicæ ſeptiformi, tam cogitatu, quàm affectu, & actu, totus fuit in Crucifixi effigiem per ipſius excitatiuum transformatus amorem. Dignè igitur ſummi Regis clementia ſuis amatoribus, vltra omnem exſtimationem

Totum Franciſci ſtudium in Cruce Chriſti, quam ſibi in mente formauerat, eſt enim Crux Chri Paradiſi clauis. Hanc ſibi elegit Domin' ſuo geſtans humero, pro virga regni nobis comẽdauit, quod eſt grãde ludibriũ impijs, grande myſterium pijs, & vnde mundi philoſophus erubuit, ibi famulus Chri theſaurum reperit, & quod illi viſum eſt ſtultitia, ſeruo Dei factum eſt ſapientia, & gloria.

hominum

hominum condeſcendens, ſuæ Crucis vexillum ipſius corpori deferendum impreſſit,vt qui mirando fuerat Crucis amore præuentus, mirando etiam fieret Crucis honore mirificus. Ad huius ſtupendi miraculi irrefragabilem firmitatem, non ſolùm videntium, & palpantium teſtimonia per omnem modum credibilia, verùm etiam apparitiones mirabiles, & virtutes poſt ipſius obitum coruſcantes, ad omne mentis effugandum nubilum ſuffragantur. Felicis nanque recordationis Dominus Gregorius Papa Nonus, de quo vir Sanctus, vel prophetando prædixerat, quòd ad dignitatem foret Apoſtolicam ſublimandus, antequàm Crucis ſigniferum catalogo Sanctorum adſcriberet, ſcrupulum quendam dubitationis in corde gerebat de vulnere laterali. Nocte vero quadam (ſicut ipſe felix Antiſtes referebat cum lachrymis) Beatus ei FRANCISCVS quadam faciei prætenſa duritie in ſomnis apparuit,& hæſitationem cordis ipſius redarguens,eleuauit brachium dextrum,detexit vulnus, phialamq; popoſcit ab ipſo, vt ſcaturientem reciperet ſanguinem, qui ex latere defluebat. Obtulit in viſione Summus Pontifex phialam poſtulatam,quæ vſque ad ſummum ſanguine profluente de latere videbatur impleri. Ex tunc ad illud ſacrum miraculũ, tanta cœpit deuotione affici,& ęmulatione feruere,vt nullo modo pati poſſet,quòd aliquis præfulgentia illa ſacra ſigna ſuperba præſumeret impugnatione fuſcare, quin eum ſeuera increpatione feriret. Frater quidam ex Ordine Minorum officio prędicator, virtutis, & famæ prærogatiua præpollens, cui firmiter erat de ſanctis ſtigmatibus perſuaſum, dum humano ſenſu miraculi eius apud ſe rationem perquireret, dubitationis cępit cuiuſdam ſcrupulo titillari. Cùm igitur per dies plurimos ſenſualitate ſumente vigorem, luctamen huiuſmodi pateretur, nocte dormienti Sanctus FRANCISCVS pedibus lutulentis apparuit, humiliter durus, & patienter iratus. Et quæ ſunt (ait) iſta in te conflictationum certamina? quæ dubitationum ſordes? Vide manus meas, & pedes meos. Cumq; ille videret manus confixas, lutulentorum pedum ſtigmata non videbat. Remoue (inquit) lutum à pedibus meis, & cognoſce loca clauorum. Quos cùm ille appræhendiſſet deuotè, lutum ſibi videbatur abſtergere, locaq; clauorum manibus contrectare. Continuò vt euigilat lachrymis irrigatur, & priores affectus quodammodo lutulentos, tam lachrymarum profluuio, quàm publica confeſſione deterſit. In vrbe Roma, matrona quædam morum claritate, ac parentum gloria nobilis, Sanctum FRANCISCVM in ſuum elegerat aduocatum, ipſius habens depictam imaginem in ſecreto cubiculo, vbi patrem in abſcondito exorabat. Die verò quodam dum orationi vacaret, conſiderans imaginem Sancti, ſacra illa ſigna ſtigmatum non habentem, dolere cœpit non modicùm, & mirari. Sed non mirum ſi in pictura non erat, quod pictor omiſerat. Cumq; per plures dies quid cauſæ foret defectus huiuſmodi mente ſolicita pertractaret, ecce ſubitò die quadam apparuerunt ſigna illa mirifica in pictura, ſicut in alijs ipſius Sancti imaginibus pingi ſolent. Tremefacta illa filiam ſuam Deo deuotam aduocauit protinùs, requirens ſi abſque ſtigmatibus vſque tunc imago fuiſſet. Affirmat illa, & iurat olim ſine illis ſacris ſtigmatibus extitiſſe, & nunc verè cum ſtigmatibus apparere. VERVM quia mens humana ſemetipſam frequenter impellit, vt cadat, & in dubium reuocat veritatem,ſubintrat iterum cor mulieris dubitationoxia, ne fortè ſic fuiſſet imago à principio conſignata. At Dei virtus, ne primum contemneret miraculum, addidit & ſecundum. Continuò nanque diſparentibus ſignis illis, nudata priuilegio imago remanſit, vt per ſequens ſignum fieret probatio præcedentis. In Catalonia quoque apud Ilerdam accidit, virum quendam nomine Ioannem Beato FRANCISCO deuotum, quodam ſero per quandam incedere viam, in qua pro inferenda morte latitabãt inſidiæ, non quidem ipſi, qui inimicitias non habebat, ſed alteri cuidam,qui videbatur ſimilis eius, & tunc erat in comitatu ipſius. Exurgens autem quidam de inſidijs cùm hoſtem ſuum hunc eſſe putaret, tam lethaliter eum plagis plurimis gladiauit, vt nulla prorſus ſupereſſet ſpes recuperandæ ſalutis. Siquidem primò inflicta percuſſio humerum cum brachio penè totum abſciderat, & ictus alius ſub mammilla tantam reliquerat aperturam,vt flatus indè procedens circa ſex candelas ſimũl iunctas extingueret. Cùm igitur con ſilio Medicorum ipſius impoſſibilis eſſet curatio, pro eo quòd putreſcentibus plagis ex eis fœtor tam intolerabilis exhalaret, vt etiam ipſa eius vxor vehemẽter horreret, nulliſq; iam humanis iuuari poſſet remedijs, conuertit ſe ad Beati Patris FRANCISCI patrocinium, quanta poterat deuotione poſcendum,quem inter ipſos ictus vnà cum Beata Virgine fidentiſſimè inuocarat. Et ecce miſero in lectulo calamitatis ſolitario decubanti, cùm FRANCISCI nomen vigilans, & eiulans frequentius replicaret,adſtitit quidam in habitu fratris Minoris

Apparet Pontifici Gregorio IX. ſubdubitanti, à quo omnem hæſitationem amouit.

Item fratri cuidã hæſitãti apparuit, & mẽtem eius ita firmauit,vt dubitãdi non ſit relictus locus.

Aliud miraculum.

Diuinitus pinguntur vulnera in eius imagine, qbus B. Franciſcus fuit cõſignatus.

Nota aliud miraculum.

Minoris, per feneſtram, vt ei videbatur, ingreſſus; qui vocans eum ex nomine dixit. Quia fiduciam habuiſti in me, ecce Dominus liberabit te. A quo, cùm ęger quis eſſet, requireret, FRANCISCVM ille ſe eſſe reſpondit, & ſtatim appropians vulnerum illius ligaturas reſoluit, & cum vnguento per omnes plagas, vt videbatur, perunxit. Statim autem vt ſenſit illarum ſactarum manuum ſtigmatum, Saluatoris virtute ſanare valentium, ſuauem contactum, expulſa putredine, reſtituta carne, & vulneribus ſolidatis, reſtitutus eſt integrè priſtinæ ſoſpitati. Quo facto Beatus abſceſſit, & ipſe ſentiens ſe ſanatum, & in vocęm diuinæ laudis, & Beati FR. lætanter erumpens vocauit vxorem. At illa celerius currens, & ſtare iam videns, quem ſepeliendum credebat in craſtino, cùm eſſet ſtupore vehementi perterrita, viciniam totam clamore compleuit. Accurrentes autem ſui, cum illum niterentur, tanquàm phreneticum in lecto reponere, & ille è contra renitens aſſereret, & oſtenderet ſe ſanatum, tanto ſuut ſtupore attoniti, vt quaſi ſine mente omnes effecti, phantaſticum eſſe crederent, quod videbant: quia quem paulò antè conſpexerant plagis atrociſſimis laniatum, & totum iam marcidum, plena cernebant incolumitate iucundum.

Hominem immaniter uulneratum in viſione ſanat. Nee mireris, quia (vt Gregorius ait in Paſt.) ſancti uiri inter eluſiones, & reuelationes ſomniorum diſcernunt.

Ad quos ille qui factus fuerat ſanus: Nolite timere (inquit) nolite credere inane, quod ceruitis, quia Sanctus FR. modò à loco receſſit, & illarum ſacratum manuum tactu me integrè ab omni plaga curauit. Crebreſcente tandem huius fama miraculi, accelerat populus omnis, & videntes in tam aperto prodigio ſtigmatum Beati FR. virtutem, admiratione ſimul & gaudio replebantur, Chriſtiq; ſigniferum magnis laudum præconijs extollebant. Dignè quidem Beatus Pater carne iam mortuus, & viuens cum Chriſto, præſentiæ ſuæ oſtenſione mirabili, & manuum ſacrarum palpatione ſuaui, vulnerato lethaliter viro ſanitatem conceſſit, cùm illius etiam in ſe ſtigmata tulerit, qui miſericorditer moriens, & mirabiliter ſurgens, vulneratum genus humanum, & ſemiuiuum relictum plagarum ſuarum virtute ſanauit. Apud Potentiam Apuliæ ciuitatem, erat quidam clericus Rogerius nomine, vir honorabilis, & eccleſiæ maioris Canonicus. Hic cùm infirmitate quaſſatus, die quadam eccleſiam oraturus intraſſet, in qua erat imago Beati FR. depicta, glorioſa ſtigmata repræſentans, cœpit de illius ſublimitate miraculi, tanquàm de re omnino inſolita, & impoſſibili dubitare. Subitò igitur, dum mente plagatus interius cogitaret inania, in palma ſiniſtrę manus ſub chirotheca grauiter ſe ſenſit eſſe percuſſum, ſonitum audiens percuſſuræ, velut cùm ſpiculum proſilit de baliſta: moxq; tam vulnere ſauciatus, quàm ſonitu ſtupefactus, chirothecam de manu traxit, vt viſu dignoſceret, quod tactu perceperat, & auditu. Cumq; nulla fuiſſet prius in palma percuſſio, conſpexit in medio manus plagam, quaſi ſagittæ percuſſione inflictam, ex qua tanta vis procedebat ardoris, vt videretur ex illo deficere. Mirabile dictu.

Vulneratur cœlitus in manu dubitans de Beati viri ſtigmatibus, quæ non natura, uel arte, ſed diuina potentia B.Franciſco impreſſa fuerunt.

Nullum in chirotheca veſtigium apparebat, vt latenti plagæ cordis, latenter inflicti pœna vulneris reſponderet. Clamat exinde per duos dies, & rugit, dolore grauiſsimo ſtimulatus, & increduli cordis velamen explicat vniuerſis. Credere ſe veraciter ſacra ſtigmata in Sancto fuiſſe FRANCISCO fatetur, & iurat, conteſtans omnis dubitationis abſceſsiſſe phantaſmata. Orat ſuppliciter Sanctum Dei, per ſacra ſibi ſtigmata ſubuenire, & multas cordis preces multo impinguat profluuio lachrymarum. Mirum certè. Incredulitate proiecta, ſanationem mentis ſanatio ſequitur corporalis.

Inuocat Sanctum Franc. & mox ſanatur.

Omnis quieſcit dolor, frigeſcit ardor, nullum remanet veſtigium percuſſuræ. Sicq; factum eſt, vt latens mentis infirmitas per patens carnis cauterium, ſuperna prouidente clementia, curaretur, menteq; ſanata, & ipſa caro pariter ſanaretur. Fit homo humilis Deo deuotus, Sancto, & fratrum Ordini, perpetua familiaritate ſubiectus. Huius rei tam ſolenne miraculum, iuramentis firmatum fuit, & litteris ſigilli Epiſcopi munimine roboratis, ipſius ad nos notitia delata peruenit. De ſacris ergo ſtigmatibus nullus ſit ambiguitati locus: nullius in hoc, quia Deus bonus eſt, nequam ſit oculus, quaſi huiuſmodi doni largitio ſempiternæ bonitati non congruat. Si.n. illo amore Seraphico multa membra capiti cohærerent Chriſto, vt & in bello ſimili armatura inuenirentur condigna, & in regno ad ſimilem forent gloriam ſubuehenda, nullus hoc ſanę mentis, niſi ad Chriſti gloriam diceret pertinere.

De veritate ſacrorum ſtigmatum B. Franc. nouem extant Bullæ Apoſtolicæ, quarum veritati opponere erroneum eſt, immo ſtigmatibus B.Frã. opponẽtes ſub nota hæreſis ſunt puniendi. Vide auth. cõfor. li.3. fruc.3.

DE MORTVIS SVSCITATIS.



Nunc hos, nunc illos fatali morte peremptos
Diuino incolumes numine reſtituit.

IN caſtro montis Marani propè Beneuentum, mulier quædam Sancto FRANCISCO peculiari deuotione cohærens, viam vniuerſæ carnis intrauit. Conuenientibus autem clericis nocte ad exequias, & vigilias cum pſalterijs decantandas, ſubitò cunctis cernentibus, erexit ſe mulier ſuper lectum, & vnum de adſtantibus ſacerdotem, patrinum videlicet ſuũ aduocauit, dicens: Volo confiteri pater, ego enim mortua duro eram carceri mancipanda; quoniam peccatum, quod tibi pandam, necdum confeſſa fueram. Sed orante (inquit) pro me Sancto FRANCISCO, cui, dum viuerem, deuota mente ſeruiui, redire nunc ad corpus indultum eſt mihi, vt illo reuelato peccato, ſempiternam promerear vitam. Et ecce, vobis videntibus, poſtquàm illud detexero, ad promiſſam requiem properabo. Trementer ergo ſacerdoti trementi confeſſa, poſt abſolutionem receptam, quietè ſe in lecto collegit, & in Domino feliciter obdormiuit. In caſtro Pamarco in montanis Apuliæ poſito, patri, & matri vnica erat filia, in tenera ætate tenerè perdilecta. Qua infirmitate graui ad mortem perducta, parentes eius ſucceſſionem aliam non ſperantes, ſe in illa quaſi mortuos reputabant. Conuenientibus ergo conſanguineis, & amicis ad flebile nimis funus, iacebat mater infelix, ineffabilibus completa doloribus, & abſorpta ſuprema triſtitia, de his quę fiebant, nihil penitus aduertebat. Interim Sanctus FRANCISCVS vno tm̃ ſocio comitatus apparens, deſolatam viſitare dignatus eſt fęminam, quam ſibi ſenſerat eſſe deuotam, & pijs eam affatus alloquijs: Noli flere (inquit) nam lucernę tuæ lumẽ, quod deploras extinctũ, mea tibi eſt interceſſione reddẽdũ. Surrexit cõtinuò mulier, &

Inſigne miraculũ pro cõfeſſionis approbatione. Nam apud aures Dei vox valida eſt deuota cõfeſſio, quæ aperit vulnus peccati, & deducit ad portam Paradiſi, cùm ſit peccatorũ abolitio, & indulgentiæ mater.
Miraculum.

quæ

quę ſibi dixerat Sanctus omnibus manifeſtās, non permiſit extinctum corpus efferri, ſed cū magna fide Sancti FR. nomen inuocans, & mortuam filiā appræhendens, viuam & incolumem cunctis videntibus, & mirantibus alleuauit. Cùm fratres de Noceria peterent quoddam plauſtrum à quodam viro Petro nomine, quo aliquantulùm indigebant, ſtultè reſpondit eis, pro petito ſubſidio irrogando conuicium, & pro eleemoſyna ad honorem Sancti poſtulata FRANCISCI in nomen ipſius blaſphemiam iaculando. Pœnituit hominem ſtatim inſipientiæ ſuæ diuino ſuper eum irruente pauore, ne fortè vltio Domini ſequeretur, ſicut & fuit protinus ſubſequuta. Nam infirmatus continuò primogenitus eius paruo elapſo ſpatio ſpiritum exhalauit. Volutabatur per humum pater infelix, & Sanctū Dei FRANCISCVM vocare non ceſſans, cum lachrymis exclamabat: Ego ſum, qui peccaui, ego qui iniquè loquutus ſum, me in perſona propria flagellare debuiſti. Redde Sancte iam pœnitenti, quod abſtuliſti impiè blaſphemanti. Tibi me reddo, tuis me obſequijs ſemper expono, nam & deuotum ſacrificium laudis pro tui honore nominis ſemper offeram Chriſto. Mira res. Ad hæc verba ſurrexit puer, & planctum prohibens ſe morientem eductum de corpore per Beatum FRANCISCVM, deductum aſſeruit, & reductum. Cuiuſdam vrbis Romæ Notarij puerulus vix ſeptennis, matrem ad eccleſiam Sancti Marci euntem puerili more ſequi deſiderans, dum remanere domi compelleretur à matre, per feneſtram palatij ſe proiecit, & vltima quaſſatione colliſus continuò expirauit. Mater verò, quæ nondum longè diſceſſerat, ad ſonitum corruentis præcipitium pignoris ſuſpicata celeriter redijt; filiumq́; reperiens tam miſerabili caſu repentè ſubtractum, protinùs ſibijpſi manus iniecit vltrices, ac doloroſis clamoribus totam excitauit viciniam ad lamentum. Frater verò quidam nomine Raho de Ordine Minorum, illuc ſe ad prædicandum conferens, propinquauit ad puerum, & fide plenus, ait ad patrem: Credis ne Sanctum Dei FRANCISCVM poſſe filium tuum à mortuis ſuſcitare propter amorem, quem ſemper ad Chriſtum habuit pro reddenda vita hominibus crucifixum? Quo reſpondente ſe firmiter credere, & fideliter confiteri, ſeruumq́; Sancti in perpetuum ſe eſſe futurum, ſi tantum à Deo munus per ipſius merita recipere mereretur. proſtrauit ſe frater ille cum fratre ſocio in oratione, cæteros, qui aderant, excitans ad orandum. Quo facto cœpit puer aliquantulùm oſcitare, & apertis oculis, brachijsq́; eleuatis, ſe ipſum erexit, & ſtatim coram omnibus ambulauit incolumis per mirandam Sancti virtutem, vitæ ſimul redditus, & ſaluti. In ciuitate Capuæ. dum puer quidam ſuper ripam Vulturni fluminis cum pluribus iocaretur incautus cecidit in profundum. Quem fluminis impetus celeriter vorans ſub ſabulo mortuum ſepeliuit. Proclamantibus autem pueris, qui cum eo luſerant circa flumen, populoſa illuc multitudo conuenit. Cumq́; vniuerſus populus ſuppliciter, & deuotè Beati FR. merita inuocaret, vt deuotorum ſibi parentum fidem aſpiciens, prolem à mortis periculo dignaretur eripere; Natator quidam procùl aſtans clamoribus auditis acceſſit, & poſt diutinam inquiſitionem, inuocato tandem Beati FRANCISCI ſubſidio locum inuenit, in quo limus in modum ſepulchri, pueri cadauer obtexerat. Quem effodiens, & extra deportans, dolens defunctum inſpexit. Licèt autem populus, qui aſtabat, videret iuuenem mortuum, nihilominus tamen flens, & eiulans proclamabat: Sancte FRANCISCE redde puerum patri ſuo; ſed & Iudæi, qui venerant naturali pietate commoti, dicebant: Sancte FRANCISCE redde puerum patri ſuo. Subitò puer lætantibus, & mirantibus cunctis, exurgens incolumis, duci ſe ad eccleſiam Beati FR. ſuppliciter poſtulauit, vt gratias illi deuotus exolueret, cuius ſe nouerat virtute mirabiliter ſuſcitatum. In ciuitate Sueſſa in vico, qui ad columnas dicitur, repentè quædam corruens domus vnum abſorbuit iuuenem, & ſubitò interemit. Viri autem, & mulieres ruinæ ſonitu excitati, vndique accurrentes eleuauerunt hinc inde ligna, & lapides, & miſeræ matri mortuum filium reddiderunt. Illa verò amariſſimis repleta ſingultibus, ſicut poterat doloroſis vocibus exclamabat: Sancte FRANCISCE, redde mihi filium meum non ſolùm autem illa, ſed & omnes, qui aderant, Beati Patris præſidium flagitabant. Sed cùm non eſſet neque vox, neque ſenſus, cadauer poſuerunt in lectulo, & ad ſepeliendum ipſum diem craſtinum expectabant. Mater verò fiduciam habens in Domino per merita Sancti eius, votum emiſit, noua ſe ſindone Beati FR. operturam altare, ſi filium ſuum reuocaret ad vitam. Et ecce circa horam noctis mediam, cœpit iuuenis oſcitare, & caleſcentibus membris viuus exurgens, & ſanus, in laudis verba prorupit, ſed & clerum, qui conuenerat, & populum vniuerſum excitauit ad laudes, & gratias Deo, & Beato FR. cum mentis lætitia perſoluendas. Iuuenis quidam

Puella redit ad vitam.

Diuina vltio in blaſphemum. Blaſphemia enim cū ſit contumelia in Deum, vel Sāctos, valdè Deo diſplicet, eſt enim blaſphemia propriū idioma hoſtis infernalis, & damnatorum.

Mortuus reſurgit.

Puer mortuus deuotis precibus à B. F. ſuſcitatur.

Sūmoperè nobis deſideranda ſunt ſuffragia Sanctorum, vt quod poſſibilitas noſtra nō obtinet, eorū nobis interceſſione donetur.

Fide patris reſuſcitatur filius defunctus, S. Frācisci interuenientibus meritis.

Rurſus alius defunctus excitatur.

Aliud.

Votum nuncupat mulier, & filius ei' vitæ reſtituitur.

nis quidam Girlandinus nomine de Raguſia oriundus, vindemiarum tempore ad vineas exiens, cum in vaſe vinario, vt vtres impleret, ſub torculari ſe mitteret, repentè prægrandes lapides, motis in ſe lignorum ſtruibus, caput ipſius lethali percuſſione quaſſarunt. Feſtinauit continuò pater ad filium, & deſperans obrutum non adiuuit, ſed eum ſub onere ſicut corruit, ſic reliquit. Accurrerunt expeditius vinitores, magni clamoris vocem lugubrem audientes, multoq; cum patre pueri dolore completi. Extraxerunt iuuenem iam mortuum à ruina. Pater verò ipſius, IESV pedibus prouolutus humiliter precabatur, vt filium ſuum vnicum per Sancti FR. merita, cuius tunc imminebat ſolennitas, ſibi reddere dignaretur. Ingeminabat preces, vouebat officia pietatis, & Sancti viri corpus ſe viſitaturum cum filio, ſi ſuſcitaretur à mortuis, repromiſit. Mirum certè. Continuò puer, qui toto fuerat corpore conquaſſatus, reſtitutus vitæ, & integræ ſoſpitati, gaudens coram omnibus exſurrexit, plangentes obiurgans, & Sancti FR. ſuffragijs vitæ ſe redditum aſſeuerans. Quendam alium mortuum in Alemania ſuſcitauit, de quo Dominus Papa Gregorius, tempore translationis ipſius Sancti, fratres omnes, qui ad translationem, & Capitulum cõuenerant, per Apoſtolicas litteras certos reddidit, & gaudentes. Miraculi huius ſeriem, quia ignoraui, non ſcripſi, credens Papale teſtimonium omnis aſſertionis excellere inſtrumentum.

Vouet alius ſe viſitaturũ ſepulchrũ S. Franc. & filius reuiuiſcit.

DE HIS, QVOS A MORTIS PERICVLO liberauit.



Mille pericla necis, morborum mille pericla
Gentibus auertit relligione pijs.

IN confinibus vrbis, vir quidam nobilis Rodulphus nomine, cum Deo deuota vxore fratres Minores ſuo recepit hoſpitio, tam hoſpitalitatis gratia, quàm Beati FRANCISCI reuerentia, & amore. Nocte verò illa in ſummitate dormiens cuſtos caſtri, cùm iaceret ſuper ſtruem lignorum in ipſa muri poſitorum crepidine, ipſorum ſoluta compage, in tectum palatij corruit, & exinde ſuper terram. Excitata ad ſonitum caſus tota familia, & cuſtodis intellecta ruina, Dominus caſtri, & Domina cum fratribus accurrerunt. Is verò, qui ab alto corruerat, abſorptus fuerat tam profundo ſopore, vt nec ad caſum euigilaret iteratæ ruinæ, nec ad ſtrepitum accurrentis familiæ cum clamore, trahentium tandem, & impellentium manibus excitatus conqueri cœpit, quòd dulci fuiſſet quiete priuatus, inter Beati FRANCISCI brachia ſuauiter aſſerens ſe dormiſſe. Cùm verò de caſu proprio doceretur ab alijs, & in imo ſe videret, qui in alto iacuerat, ſtupens eſſe factum, quod fieri non perceperat, pœnitentiam ſe facturum ob reuerentiam Dei, & Beati FRANCISCI coram omnibus repromiſit. In caſtro Pophis, quod in Campania poſitum eſt, ſacerdos quidam Thomas nomine, acceſſit ad reparandum eccleſiæ Molendinum. Deambulans autem incautè ſecus extrema canalis, quo gurges profundus copioſo defluebat influxu, ſubito caſu cauiloſo ligno intruſus eſt, cuius impulſu voluitur molendinum. Cùm igitur conſertus iaceret in ligno, & ſuper os ipſius, quia ſupinus erat, aquarum impetus inundaret; corde tamen, quia lingua non poterat, Sanctum FRANCISCVM flebiliter inuocabat. Per magnum verò ſpatium ſic illo iacente, ac de vita ipſius iam penitus ſocijs

Ecce egregium miraculum.

Presbyter è manifeſto mortis periculo liberatur.

deſperatis, in contrariam partem molam cum violentia reuoluerunt, & ſic eiectus ſacerdos palpitans volutabatur in aquæ meatu. Et ecce quidam frater Minor indutus tunica candida, & fune ſuccinctus, cum magna ſuauitate arreptum per brachium, extra flumen eduxit, dicens: Ego ſum FRANCISCVS, quem inuocaſti. Ille verò ſic liberatus nimis obſtupuit; volensq; pedum ipſius oſculari veſtigia, huc atque illuc anxius diſcurrebat, quærens à ſocijs, vbi eſt ille? Quò abijt Sanctus? Qua via diſceſſit? Viri autem illi tremefacti proni ceciderunt in terram, ſublimis Dei glorioſa extollentes magnalia, & virtuoſa merita humilis ſerui eius. Iuuenis quidam de Burgo Celani pro metendis herbis exierat ad campeſtria quædam, in quibus vetus latebat puteus herbis in ſummo ore virentibus obumbratus, qui quaſi per paſſus quatuor aquarum altitudinem continebat. Segregatis igitur per campum & diſcurrētibus pueris vnus ex improuiſo decurrit in puteum. Ab ſorbente autem profunda fouea corpus, ſpiritus mentis ſurſum recurrebat ad Beati FRANCISCI ſuffragium, clamans in ipſo lapſu fideliter, & fidenter Sancte FRANCISCE adiuua me. Cæteri huc atque illuc ſe vertentes, dum puer alius non compareret, clamore, circuitu, & lachrymis requirebant eundem. Comperto tandem, quòd in puteum cecidiſſet, feſtinantes cum gemitibus redierunt ad Burgum, indicantes euentum, expoſcentes auxilium. Redeuntibus autem illis cum multa hominum turba, dimiſſus vnus per funem in puteum, puerum reſpexit in aquarum ſuperficie reſidentem, nihil paſſum penitus læſionis. Extractus verò de puteo puer, dixit omnibus, qui adſtabant: Quando ſubitò cecidi, Beati FRANCISCI patrocinium inuocaui, qui corruenti mihi ſtatim præſentialiter affuit, & manum porrigens leuiter appræhendit, nec vnquam deſeruit, donec vnà vobiſcum de puteo me eduxit. In eccleſia Beati FRANCISCI apud Aſſiſium, dum præſente Romana curia prædicaret Dominus Epiſcopus Hoſtienſis, qui poſtmodùm Summus Pontifex extitit Alexander, quidam lapis ponderoſus, magnus, incautè ſuper pulpitum excelſum, & lapideum derelictus, præ nimietate præſſuræ impulſus ſuper caput cuiuſdam cecidit mulieris. extimantes igitur circunſtantes perfectè ipſam iam mortuam, & caput eius totaliter conquaſſatum, cooperuerũt eam pallio, quo erat amicta, vt ſermone finito educeretur extra eccleſiam lugubre funus. Ipſa verò ſe Beato FRANCISCO, ante cuius iacebat altare, fideliter commendauit. Et ecce prædicatione finita, mulier coram omnibus adeò ſurrexit incolumis, vt nullius in ea læſionis veſtigium appareret: ſed & quod eſt amplius admirandum, cùm per longa tempora vſque ad horam illam dolorem capitis, quaſi continuum habuiſſet, plenè fuit ex tunc ab omnis morbi moleſtia liberata, ſicut ipſa poſtmodùm teſtabatur. Apud Cornetum cùm in loco fratrum ad fuſionem campanæ viri quidam conueniſſent deuoti, puerulus quidam octennis Bartholomæus nomine, Xenium quoddam fratribus laborantibus apportauit. Et ecce ſubitò ventus vehemens, concuſſa domo, oſtiũ portæ graue quidem, & magnum, ſuper ipſum puerulum ita valido proiecit impulſu, vt quẽ tam ingens pondus oppreſſerat, lethali crederetur colliſione quaſſatus. Sic enim totaliter iacebat tumulatus ſub pondere, vt nihil exterius appareret. Occurrerunt omnes, qui aderant, Beati FRANCISCI virtuoſam dexteram inuocantes. Sed & pater ipſius, qui rigeſcentibus membris ſe mouere non poterat præ dolore, votis, & voce Sancto FRANCISCO filium offerebat. Leuatum eſt denique funeſtum pondus deſuper puerum, & ecce quem credebant mortuum, quaſi ſuſcitatus à ſomno lętus apparuit, nullam in ſe prorſus præferens læſionem. Igitur cùm quatuordecim eſſet annorum factus eſt frater Minor, vir poſtea literatus, & famoſus in Ordine prædicator. Homines de Leutino lapidem prægrandem abſciderunt de monte, qui ſupponendus erat altari cuiuſdam eccleſiæ B. FRANCISCI in proximo conſecrandæ. Cùm autem ferè quadraginta homines lapidem illum ſupponere vehiculo niterentur, repetitis ſæpius viribus, ſuper quendam hominem lapis ille cecidit, & in modum ſepulchri obtexit. Sed cùm mente confuſi, quid facerent, ignorarent, maior pars hominum deſperata diſceſſit. Porrò viri decem, qui remanſerant lugubri voce Sanctum inuocantes FRANCISCVM, ne in ſuo ſeruitio ſic horrendè mori hominem pateretur, reſumpto tandem corde tanta facilitate lapidem amouerunt, vt nullus dubitaret S. virtutem affuiſſe FRANCISCI. Surrexit homo incolumis in omnibus membris, inſuper & lumen recuperauit limpidum oculorum, quod habuerat obſcuratum, vt omnibus daretur intelligi, quàm in rebus deſperatis Beati FRANC. merita validæ ſint virtutis. Simile quoddam accidit apud Sanctum Seuerinum in Marchia de Ancona, dum. n. lapis prægrandis de Conſtantinopoli apportatus ad baſilicam B. FRANC. multorum

Nota aliud.

Præclarũ ſanè miraculum.

Saxum fidem miraculi, ac teſtimonium ſeruans, ibidẽ appenſum hodie quoq; cõſpicitur.

Duplex miraculũ in vna muliere.

Ecce, quot miracula ad inuocationẽ S. Franciſci.

Triplex miraculũ conſpicitur.

multorum viribus traheretur, rapido lapſu eſt ſuper quendã trahentium deuolutus. Cumq; ille non ſolùm crederetur defunctus, ſed etiam totaliter comminutus, aſſiſtente ſibi Beato FRANCISCO, & lapidem ſubleuante, abſq; omni læſione ſanus, & incolumis lapidis proiecto pondere proſiluit. Bartholomæus Caietanus ciuis, cùm ad conſtructionem cuiuſdam eccleſię Beati FRANCISCI non modicum deſudaret, ruente trabe quadam infirmiter poſita, eiusq; opprimente ceruicem, fugit grauiter conquaſſatus. Ipſe verò mortem ſibi ſentiens imminentem, vti erat vir fidelis, & pius, à quodam fratre viaticum poſtulauit. Quod frater ille tam celeriter afferre non valens, quia mori ſubitò credebatur, Beati Auguſtini verba protulit, dicens ei; Crede, & manducaſti. Sequenti verò nocte Beatus FRANCISCVS cum vndecim fratribus illi apparuit, & inter vbera portans agniculum ad lectum eius acceſſit, vocauitq; illum ex nomine dicens; Bartholomæe noli timere, quia non præualebit aduerſum te inimicus, qui te in meo ſeruitio voluit impedire. Hic eſt Agnus, quem tibi dari petebas, quem & propter bonum deſiderium ſuſcepiſti, cuius etiam virtute conſequeris vtriuſq; hominis ſoſpitatem, & ſic per vulnera manum ducens, ad opus, quod cœperat, eum redire præcepit. Qui valdè manè conſurgens, & ijs, qui eum ſemínecem reliquerant, incolumis, & lætus apparens admirationem intulit, & ſtuporem. Sed & ipſorum mentes ad B.P. reuerentiam, & amorem, tam exemplo ſui, quàm Sancti miraculo excitauit. Quidam de Caſtro Ceperani nomine Nicolaus, in manus inimicorum crudelium incidit die quadam, qui crudelitate ferali vulneribus eum ſuper vulnera concidentes, vſque adeò ſuper miſerum ſæuierunt, donec vel extinctum crederent, vel protinus extinguendum. Clamauerat autem Nicolaus prædictus, cùm primos ictus exciperet alta voce. Sancte FRANCISCE ſuccurre mihi, Sancte FRANCISCE adiuua me. Hanc vocem à remotis audierunt quamplurimi, licèt auxilium ferre non poſſent. Deportatus tandem domum totus ſuo ſanguine volutatus, fiducialiter aſſerebat, ſe mortem ex illis vulneribus non viſurum, nec etiam ſe tunc ſentire dolores, quoniam Sanctus FRANC. ſibi ſuccurrerat & vt pœnitentiam ageret, à Domino impetrauit. Quod & ſequens confirmauit euentus. Nam lotus à ſanguine continuò contra humanam ſpem extitit liberatus. Filius cuiuſdam nobilis in caſtro Sancti Geminiani valido languore detentus, omniq; vlterius de ſperatus ſalute, ad extremum vſque perductus eſt. Riuus etenim ſanguinis ab oculis eius emanabat, ſicut ex vena brachij aſſolet ebullire. Cæteriſq; propinquæ mortis veris indicijs in reliquo corpore apparentibus, iudicabatur pro mortuo. Sed & pro debilitate ſpiritus, & virtutis, ſenſus, & motus vſu priuatus, viſus eſt penitus emigraſſe. Congregatis autem ex more ad planctum parentibus, & amicis, ac de ſola agentibus ſepultura, pater ipſius fiduciam habens in Domino, concito greſſu ad eccleſiam cucurrit Beati FRANC. quæ in eodem erat caſtro conſtructa, & cingulo ſuſpenſo ad guttur, cum omni humilitate ſe proſtrauit in terram, ſicq; vota vouens, & multiplicans preces, ſuſpirijs, & gemitibus meruit apud Chriſtum Sanctum FRANC. habere patronum. Reuerſus itaque ſtatim pater ad filium, & ſanitati reſtitutum inueniens, luctum in gaudium immutauit. Simile quiddam meritis Sancti operatus eſt Dominus circa puellam quandam in Catalonia de villa nomine Thamarit, & circa aliam de Ancona, quæ cùm eſſent præ nimietate ægritudinis in vltimo ſpiritu conſtitutæ; Beatus FRANCISCVS fideliter à parentibus inuocatus, perfectæ continuò eas reſtituit ſanitati. Clericus quidam de Vico Albo nomine Matthæus veneno mortifero bibito in tantum fuit grauatus, quòd loqui aliquo modo non valens, ſolùm finalem exitum expectabat. Sacerdos quidam, vt ſibi confiteretur admonuit, & verbum vnum ab eo extorquere non valuit. Ipſe verò in corde ſuo humiliter Chriſtum orabat, vt per Beati FRANC. merita à mortis eum faucibus eripere dignaretur. Moxq; vt confortatus à Domino Beati FR. nomen fideli deuotione depromſit, coram teſtibus, qui aderant, veneno euomito, liberatori ſuo gratias egit. In magno maris periculo poſiti quidam nautæ, cùm milliaria decem à portu Barolitano diſtarent, ingraueſcente nimiùm tempeſtate, iam de vita dubij anchoras ſubmiſerunt. Verùm ſpiritu procellarum mari feruentius tumeſcente, fractis funibus, & relictis anchoris, incerto, & inæquali curſu per æquora gradiebantur. Tandem nutu diuino mari placato ad reſumendas anchoras, quarum funes ſuperius enatabant, toto ſe conamine parauerunt, cumq; id perficere proprijs viribus non valerent, plurimorum Sanctorum inuocato ſubſidio, multiſq; iam ſudoribus liqueſcentes, nec vnam per totam diem reſumere potuerunt. Aderat autem nauta quidam Perfectus nomine, ſed moribus imperfectus, qui cum irriſione quadam dixit ad ſocios: Ecce Sanctorum

Item aliud illuſtre ſanè.

S. Franciſcus cuidam apparuit, & ſanauit eum mori bundum.

Res admiranda ſanè.

Redit ad ſanitatẽ iam moriturus.

Item duæ puellæ.

Euomit quidam hauſtum virus.

ctorum omnium inuocatis auxilium, & vt videtur, nullus eſt, qui ſuccurrat. Inuocemus iſtum F R A N C. qui nouellus eſt Sanctus, ſi quo modo in mare ſe demergat, & anchoras

Vouent nautæ Sãcto, & mox exaudiuntur.

perditas reddat. Conſenſerunt cæteri, non irriſoriè, ſed veraciter, ſuaſioni Perfecti, & ipſius obiurgantes irriſorium verbum firmauerunt cum Sancto ſpontaneum votum; ſtatimq; in momẽto ſine aliquo adminiculo natauerunt anchoræ ſuper aquas, quaſi ferri natura verſa foret in ligneam leuitatem. Peregrinus quidam inualidus corpore propter febris peracutæ ſymptomata, quam fuerat ante perpeſſus, naui quadam ſubuectus de vltramarinis partibus veniebat, ferebatur autem & ipſe ad Beatum F R. præcipuo deuotionis affectu, vt eum ſibi apud cœleſtem Regem elegerat aduocatum. Cùm igitur nec dum perfectè liber à morbo ſitis anguſtiaretur ardoribus, deficiente iam aqua, cœpit altà voce clamare: Ite fidenter, haurite poculum mihi, quia Beatus F R. vaſculum meum aqua repleuit. Mi-

Vas vacuum diuinitus aqua impletur.

rùm certè. Inuenerunt vas aqua repletum, quod fuerat antè vacuum derelictum. Alio verò die cùm tempeſtate ſuborta operiretur nauis fluctibus, & procellis quateretur peruaIidis, ita vt iam naufragium timerent, cœpit idem infirmus ſubito clamore vociferari per nauem: Surgite omnes (inquit) & Beato F R. venienti occurrite: Ecce ad ſaluandum

Duo miracula.

nos, adeſt. Sicq; cum voce magna, & lachrymis in faciem procidens adorauit, ſtatim ad Sancti viſionem, omnem ſoſpitatem reſumpſit infirmus, & maris fuit tranquillitas ſubſequuta. Frater Iacobus Reatinus, cùm in nauicula parua fluuium quendam cum alijs fratribus pertranſiret, ſocijs primò ſuper ripam poſitis, poſtremò ſe ad exitum præparabat: ſed modico illo ligno per infortunium reuoluto, rectore natante, frater merſus eſt in profundum. Inuocabant fratres extrà poſiti affectuoſis precibus Beatum F R. & vt filio ſuccurreret, lachrymoſis gemitibus ſupplicabant. Submerſus autem frater de ventre gurgitis nimis immenſi, cùm ore non poſſet, corde clamabat, vt poterat implorans pij Patris ſub-

Multa in vno fratre illuſtria miracula.

ſidium. Et ecce auxiliante ſibi B. Patris præſentia, per profundum, ſicut per aridam ambulabat, & demerſam nauiculam capiens cum ea peruenit ad littus. Mirabile dictu. Veſtimenta eius madidata non ſunt, nec aquæ gutta proximauit ad tunicam. Frater Bonauentura nomine, cum duobus viris per lacum quendam nauigans, confracta ex parte nauicula propter aquæ influentis impetum, demerſus eſt cum naui, & ſocijs in profundum. Cùm aũt de lacu miſeriæ miſericordem Patrem F R. inuocarent, cum multa fiducia ſuperenatauit, ſubitò aqua plena nauicula, & cum eis Sancto præbente ducatum, ſalubriter peruenit ad portum. Sic & quidam frater de Eſculo ſubmerſus in flumine, Sancti F R. meritis extitit

Multi ſeruantur in aquis.

liberatus. Sed in lacu Reatino cum quidam viri, & mulieres in conſimili eſſent periculo conſtituti, ad inuocationem nominis Sancti F R. de aquarum multarum perículoſo naufragio ſalubriter euaſerunt. Quidam nautæ Anconitani periculoſa tempeſtate iactati ſubmerſionis periculum iam videbant. Cumq; ſic deſperati de vita, Sanctum F R. ſuppliciter inuocarent, lumen in mari magnum apparuit, & cum ipſo lumine tranquillitas conceſ-

Innumera in mari S. Franciſci miracula.

ſa diuinitus, ac ſi Beatus vir ſua miranda virtute, & ventis imperare poſſet, & mari. Quantis autem miraculorum prodigijs Beatus hic Pater in mari claruerit, & clareſcat, quoties ibidem opem tulerit deſperatis; nullatenus credo poſſibile per ſingula enarrare. Nec mirum ſi iam regnanti in cœlis, collatum eſt imperium ſuper aquas, cui, & in hac mortalitate degenti omnis corporea creatura ad ſuam refigurata originem, mirabiliter ſeruiebat.

DE LIBERATIS A VINCVLIS, & carceribus.



Carceris incluſus tenebris miſerandus in atris
Franciſci en ſacro nomine liber adeſt.

IN Romania Græcum quendam cuiuſdam Domini ſeruientem, contigit de furto fallaciter accuſari: quem Dominus terræ in alto carcere mandauit includi, & grauiter vinculari. Domina verò domus miſerta ſerui, quem indubitanter credebat à culpa ſibi impoſita innocentem, pro liberatione ipſius apud virum precibus inſiſtebat deuotis. Verùm non acquieſcente viri ſui duritia obſtinata, recurrit Domina ſupplex ad Sanctũ FRANC. & eius pietati voto commendauit inſontem. Protinùs affuit miſerorum adiutor, & virum in carcere poſitum miſericorditer viſitauit, ſoluit vincula, carcerem fregit, *Voto nuncupato captiu⁹ liberatur.* innocentem manibus appræhenſum foras eduxit, & ait: Ego ſum ille, cui Domina tua te deuotè commiſit. Cumq; ille timore magno corriperetur, & pro deſcenſu altiſſimæ rupis voraginem circumiret, ſubitò liberatoris ſui virtute inueniens ſe in plano redijt ad Dominam ſuam, relataq; per ordinem miraculi veritate, deuotam Dominam ad Chriſti amorẽ, & reuerentiam Serui eius FRANCISCI feruentius inflammauit. In Maſſa Sancti Petri, cuidam militi debebat pecuniæ quantitatem pauperculus quidam. Cumq; præ inopia facultas non ſuppeteret perſoluendi, captus debitor à milite repentè, miſereri ſibi orabat ſuppliciter, dilationem quærens amore Beati FR. Spreuit ſuperbus miles preces oblatas, & Sancti amorem, velut inane quid, inaniter vilipendit. Nam ceruicosè reſpondens: Tali te (ait) loco recludam, & tali retrudam carcere, quòd nec FRANCISCVS, nec aliquis te poterit adiuuare. Tentauit quod dixit: Carcerem adinuenit obſcurum, in quo hominem vinculatum coniecit. Paulò poſt affuit Beatus FR. & fracto carcere, ruptiſq; *O ſtultum homuncionem.*

compedibus,

compedibus, illæſum hominem reduxit ad propria. Sic fortitudo FR. militem eſt prædata ſuperbum, captiuum, qui ſe ſibi ſubiecerat, liberauit à malo, militisq; proterui admirando miraculo immanſuetudinem commutauit. Albertus de Aretio, cùm in vinculis atrociſſimis teneretur pro debitis iniuſtè ab eo petitis, ſuam innocentiam Sancto FR. humiliter commendauit. Ordinem quidem fratrum Minorum plurimùm diligebat, & Sanctum FR. inter Sanctos ſpeciali venerabatur affectu. Dixit autem creditor ſuus voce blaſphema, quòd nec FR. nec Deus poſſet eum de ſuis manibus liberare. Factum eſt itaq; in vigilia Sancti FR. cùm vinctus ille nihil comediſſet, ſed ob Sancti amorem, victum ſuum cuidam tribuiſſet egeno, nocte veniente apparuit ei vigilāti Sanctus FR. ad cuius ingreſſum vincula de pedibus, & catenæ de manibus ceciderunt, ſpontè aperta ſunt oſtia, proſiluerunt tabulæ de ſolario, & liber abſceſſit homo ad propria rediens. Implcuit ex tunc votum, ieiunans vigiliam Beati FR. & cereo, quem annuatim conſueuit offerre, in accreſcentis deuotionis indicium, annuatim vnā vnciam ſuperaddens. Reſidente in ſede B. Petri Domino Gregorio IX. quidā Petrus nomine de ciuitate Aliſia de hæreſi accuſatus, Romę captus eſt, & de mandato eiuſdem Pontificis ad cuſtodiendum traditus Epiſcopo Tyburtino; quem ſub pœna Epiſcopatus accipiens compedibus alligauit, obſcuroq; ipſum carcere, ne poſſet effugere, includi fecit, panem ei præbens in pondere, & poculum in menſura. Cœpit autem homo ille Beatum FR. ad ſui miſerendum multis precibus, & fletibus inuocare, eo quòd audierat ſolennitatis eius iam adeſſe vigiliam. Et quoniam fidei puritate omnem abdicauerat hæreticæ prauitatis errorem, totaq; cordis deuotione adhæſerat fideliſſimo Chriſti ſeruo FR. intercedentibus ipſius meritis, à Domino meruit exaudiri. Inſtante enim iam nocte ſuæ feſtiuitatis, circa crepuſculum Beatus FR. in carcerem miſeratus deſcendit, & illum ſuo nomine vocans, vt citò ſurgeret, imperauit. Qui timore perterritus, quiſnam eſſet interrogans, Beatum FR. adeſſe audiuit. Cumq; virtute præſentiæ viri Sancti, vincula pedum ſuorum confracta conſpiceret cecidiſſe, & tabulas carceris, clauis vltrò proſilientibus aperiri, & apertum iter ſibi ad exeundum præberi, ſolutus tamen, & obſtupefactus fugere neſciebat, ſed ad ianuam clamans cuſtodes omnes perterruit. Qui cùm eum liberatum à vinculis Epiſcopo nunciaſſent, poſt intellectum ordinem rei, ad carcerem Pontifex deuotus acceſſit, & manifeſtè Dei virtutem cognoſcens, Dominum adorauit ibidem; Vincula quoque coram Domino Papa, & cardinalibus delata fuerunt, qui videntes quod factum fuerat, admirati plurimùm, benedixerunt Deum. Guidolotus de Sancto Geminiano, falsò accuſatus fuit, quod veneno interemerat quendam virum, & quòd eodem genere mortis filium eiuſdem viri, & vniuerſam eius familiam propoſuerat enecare. Captus proindè à poteſtate terræ grauiſſimis vinculis aggrauatus in turrim quandam incluſus eſt. Ipſe verò fiduciam habens in Domino pro ſua innocentia, quam ſciebat, cauſam commiſit Beati FR. patrocinio defendendam. Excogitante igitur Poteſtate, qualiter criminis obiecti confeſſionem eliceret per tormenta, qualibusq; pœnis confeſſum faceret interire, nocte illa, cùm manè ad cruciatus deberet adduci, Sancti FR. præſentia extitit viſitatus, & immenſo luminis fulgore vſque mane circundatus, repletusq; gaudio, & fiducia multa ſecuritatem euaſionis accepit. Aduenerunt manè tortores, & eductum de carcere eculeo ſuſpenderunt, aggrauantes ſuper eum multa pondera ferri. Depoſitus eſt pluries, & iterum eleuatus, vt pœna pęnæ ſuccedente citius ad confeſſionem criminis arctaretur. Sed ſpiritu innocentiæ lętabatur in vultu, nullam mœſtitiam prætendens in pœnis. Deindè accenſus eſt ignis ſub ipſo non modicus, nec propterea capillus eſt læſus, cùm tamen capite dependeret ad terram. Tandem bulliente oleo ſuperfuſus virtute Patroni, cui ſe commiſerat defenſandum, hæc omnia ſuperauit, & ſic dimiſſus liber, ſaluus abſceſſit.

Itē alius captiuus ſoluitur.

Inſigne miraculū, non abſimile prioribus.

Quidam captiuus hæreticus omnem abiurat hęreſim. liberatur à carcere captiuus.

Homo innocens mirè à S. Frāciſco adiuuatur.

DE LI-

DE LIBERATIS A PERICVLO PARTVS.



Immenſo afficitur mulier paritura dolore;
Hanc ope Franciſcus ſublevat, ecce parit.

QVAEDAM Comitiſſa in Sclauonia ſicut nobilitate illuſtris, ſic & æmula probitatis, erga Sanctum FR. deuotione flagrabat, erga fratres verò ſedula pietate; tempore verò partus duros perpeſſa dolores, tanta fuit anguſtia moleſtata, vt prolis futurus ortus, præſens videretur matris occaſus. Non videbatur infantem eniti poſſe ad vitam, niſi expiraret è vita, nec tali niſu parere, ſed perire. Subuenit cordi eius Sancti FR. fama, virtus, & gloria, excitatur fides, inflammatur deuotio. Conuertit ſe ad auxilium efficax, ad fidum amicum, ad deuotorũ ſolatium, ad refugium afflictorum. Sancte FRANCISCE (inquit) pietati tuæ ſupplicant omnia oſſa mea, & mente voueo, quod explicare non poſſum. Mira celeritas pietatis. Finis dicendi, finis fuit dolendi, parturiendi meta, pariendi principium. Statim enim omni ceſſante preſſura, partum edidit cum ſalute. Non fuit immemor voti, non propoſiti refuga, eccleſiam quandam pulchram conſtrui fecit, & conſtructam ad Sancti honorem fratribus aſsignauit. In partibus Romanis mulier quædam Beatrix nomine vicina partui, cùm per dies quatuor fœtum in ventre portaret extinctum, multis infelix agitabatur anguſtijs, & exitialibus doloribus vrgebatur. Mortuus fœtus matrem cogebat ad mortem, & nondum in lucem productum abortiuum publicum matris periculum pariebat. Tentabat medicorum auxilium, ſed omne humanum remedium laborabat in vanum. Sic de primis maledictionibus, copioſius aliquid declinarat in miſeram, vt ſepulchrum facta conceptus, ſepulchrum pro certo proximum expectaret. Fratribus tandem minoribus per internuncios tota ſe deuotione committens, ſuppliciter aliquid de Sancti FR. reliquijs fide plena popoſcit. Contigit nutu diuino, aliquantulum inueniri de chorda, qua fuerat Sanctus quandoque præcinctus. Mox vt ſuper dolentem poſita chorda fuit, omnis faciliimè ſolutus eſt dolor, mortis cauſa mortuus fœtus emiſſus, priſtina ſanitas reſtituta.

Ecce mira acceleratio auxilij, dum inuocatur S. Franciſcus.

Mulier locuples, quã dolor partus vrgebat, ad Sancti prorupit fidem auxiliumq; implorandum. & exaudita, nec voti immemor, eccleſiam cõſtruit in honorem B. Franciſci.

Gen. 3.

Vide quid poſſint Sancti, quando tãta vis eſt etiam in minimis eorum rebus.

nitas reſtituta. Cuiuſdam de Carùio nobilis viri vxor Iuliana nomine, pro filiorum morte annos trahebat lugubres, & continuè infelices deplorabat euentus, pro eo quòd omnes, quos cum preſſura portauerat filios, modico interiecto tempore cum vehementiori dolore ſepulturæ tradiderat.

Dat vitalem fœtũ mulieri, quæ nullũ educare ualebat.

Cùm igitur quatuor menſium conceptum haberet in vtero, magisq; propter euentus præteritos de conceptę prolis ſolicitaretur obitu, quàm de ortu, Beatum Patrem FR. pro vita nondum nati fœtus fideliter precabatur. Ecce autem nocte quadam dormienti ſibi mulier quædam apparebat in ſomnis, formoſum puerulum geſtans in manibus, illumq; lætiſſimè offerebat eidem. Cùm verò illa recipere recuſaret, quem ſtatim formidabat amittere, mulier illa ſubiunxit. Securè ſuſcipias, quia quem tuo mœrori compatiens ſacer mittit FRANCISCVS, vitam viuet, & ſoſpitate gaudebit. Statim euigilans mulier intellexit per oſtenſam ſibi cœlitus viſionem Beati FR. ſibi adeſſe ſuffragium. Ex tunc abundantiori completa lætitia, pro ſuſcipienda prole, iuxta promiſſum multiplicauit preces, & vota promiſit. Impletum eſt denique tempus pariendi, & peperit fœmina maſculum, qui iuuenilis robore florens ætatis, tanquàm per Beati FR. merita fomentum ſuſciperet vitæ, incitamentum parentibus præbuit ad Chriſtum, & Sãctum eius deuotionis affectus.

Parit gemellos mulier, quę fœmellas plurimas ſuſceperat.

Simile quiddam huic in Tyburis ciuitate Sanctus Pater effecit; cùm enim mulier quædam filias plurimas peperiſſet, deſiderio prolis fatigata virilis, apud Sanctum FR. preces ingeminauit, & vota. Concepit igitur eius meritis mulier illa, & geminos ei parere dedit, qui pro vno fuerat exoratus. Apud Viterbium partui propinqua mulier, morti propinquior cenſebatur, viſceralibus tormẽtata doloribus, & tota calamitoſa infortunijs mulierum. Cumq; naturæ ſuccumbente virtute, omnis deficeret artis induſtria, inuocato Beati FR. nomine liberata confeſtim mulier, partum ſalubriter terminauit, ſed aſſecuta quod voluit, & oblita beneficij, quod accepit, honorem Sancto non deferens, die natalis ipſius ad opera ſeruilia manus extendit, & ecce ſubitò dextrum brachium ad laborem extenſum inflexibile remanſit, & aridum.

Vide pœnam in S. Franciſci feſto laborantis.

Quod cùm ſtuderet ad ſe reuocare cum altero, vltione conſimili & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier reintegrauit votum, vſumq; membrorum, quem propter ingratitudinem amiſerat, & contemptum, per miſericordis, & humilis Sancti merita, cui ſe iteratò deuouit, recuperare promeruit. Mulier quædam de partibus Aretinis, cùm per ſeptem dies partus diſcrimina ſuſtineret, & iam in nigredinem verſa deſperata eſſet ab omnibus, votum fecit Beato FR. & eius cœpit moriens auxilium inuocare. Emiſſo autem voto, celeriter obdormiuit, viditq; in ſomnis Beatum FR. ſe dulciter alloquentem, ac requirentem, vtrum faciem ipſius agnoſceret, & antiphonam illam Virginis glorioſæ, SALVE Regina miſericordię; ſciret ad honorem huius Virginis recitare. Qua reſpondente ſe habere notitiam de vtriſque, Incipe (ait Sanctus) antiphonam ſacram, & antequam compleas, paries cum ſalute. Ad hanc vocem & euigilauit mulier, & cum timore cœpit dicere: SALVE Regina miſericordiæ. Cumq; illos miſericordes oculos precaretur, fructumq; commemoraret vteri virginalis, continuò cunctis liberata preſſuris, infantem peperit ſpecioſum, gratias agens Reginæ miſericordiæ, quę per Beati FR. merita ipſius fuerat dignata miſereri.

Notet hæc lector pius, & cõtemnat hereticórum blaſphemias, qui temerè à laudib' B. Virginis abhorrẽt & inſolentius.

DE CAECIS ILLVMINATIS.



Corruptus oculis optata, in vota vocatus
FRANCISCVS lucis munera reſtituit.

IN Conuentu Fratrum Minorum Neapoli, cùm quidam frater Robertus nomine, cæcus annis plurimis extitiſſet, creuit in oculis caro ſuperflua, motum, & vſum impediens palpebrarum. Cùm igitur fratres forenſes ad diuerſas mundi partes tendentes, ibidem plurimi conueniſſent, Beatus Pater FR. ſpeculum obedientiæ ſanctæ, vt eos miraculi nouitate hortaretur ad iter, prædictum fratrem ipſis præſentibus tali modo curauit. Iacebat nocte quadam frater Robertus prædictus æger ad mortem; iamq; ſibi fuerat anima commendata, cùm ecce adſtitit ei Beatus Pater cum tribus fratribus, omni ſanctitate perfectis, videlicet Sancto Antonio, fratre Auguſtino, & fratre Iacobo de Aſſiſio, qui ſicut eum perfectè fuerant ſecuti, dum viuerent, ita & ipſum alacriter comitabantur poſt mortem. Accipiens cultellum Sanctus FR. carnem ſuperfluam reſecauit, lumen reſtituit priſtinum, & à mortis eum fauce reduxit, dixitq; illi: Fili Roberte, gratia, quam tecum feci, ſignum eſt fratribus ad remotas nationes euntibus, quòd ego præcedam eos, & ipſorum dirigam greſſus. Vadant igitur gaudenter, & iniunctam obedientiam alacri animo exequantur. Apud Thebas in Romania mulier cæca, vigiliam Sancti FR. in pane tantùm & aqua ieiunans, ad eccleſiam Fratrum Minorum ſummo mane feſtiuitatis à viro ſuo ſuperducta eſt. Quæ dum Miſſa celebraretur, in eleuatione corporis Chriſti oculos aperuit, clarè vidit, deuotiſsimè adorauit. In ipſa verò adoratione voce magna proclamans, gratias (inquit) Deo & Sancto eius, quia video corpus Chriſti. Omnibus, qui aderant, in vocem exultationis conuerſis, poſt ſacrorum expletionem, reuerſa eſt mulier in domum ſuam cum gaudio ſpiritus, & lumine oculorum. Exultabat quidem mulier, non ſolùm quia lucis corporeæ re-

Vide quid poſſint Sancti in curandis ægris.

Cæca mulier ſub Miſſa videt, & Chriſti corpus adorat.

cuperarat aſpectum, verùm etiam, quia ſacramentum illud mirificum, quod eſt lumen animarum verum, & viuum, reſpectu primario, per Beati F R A N C I S C I merita, fidei ſuffragante virtute, meruerat intueri. In Campania puer quidam quatuordecim annorum de Caſtro Pophis ſubita vexatus anguſtia, ſiniſtrum oculum amiſit ex toto. Paſſionis acerbitas ſic de loco ſuo propulit oculum, quòd per octo dies extrà neruo relaxato, longitudine digiti vnius ad maxillas dependens, penè aridus eſt effectus. Sed cùm ſola ſupereſſet abſciſſio, & à medentibus foret penitus deſperatus, pater eius ad auxilium Beati F R. tota ſe mente conuertit. Non defuit ille indefeſſus miſerorum adiutor precibus ſupplicantis.

Ocul⁹ reſtituitur.

Nam oculum aridum mirabili virtute in locum ſuum, priſtinumq; vigorem reſtituit, & lucis optatæ radijs illuſtrauit. In eadem prouincia apud Caſtrum magni ponderis lignum ex alto proruit, & cuiuſdam ſacerdotis caput grauiſſimè quaſſans, ſiniſtrum oculum excæcauit. Qui humi deiectus, cœpit alta voce Sanctum F R. luctuosè clamare, dicens: Succurre Pater ſanctiſſime, vt ad feſtum tuum ire valeam, ſicut fratribus tuis ire promiſi. Erat enim vigilia Sancti. Qui ſtatim exurgens peroptimè liberatus in vocem prorupit laudis, & gaudij, & circunſtantes omnes, qui eius miſeriæ condolebant in ſtuporem conuertit, & iubilum. Iuit ad feſtum narrans omnibus, quam in ſe expertus fuerat clementiam, & virtutem.

Vide repentinā curationem.

Vir quidam de monte Gargano, dum in vinea ſua laborans lignum quoddam ferro ſuccideret, proprium percuſſit oculum, & ſic diuiſit per medium, vt quaſi media pars ipſius exterius dependeret. Cumq; in tam deſperato periculo deſperaret ſibi poſſe per hominem ſubueniri, ieiunaturum ſe in feſto Sancti F R. ſi ei ſuccurreret, repromiſit. Statim in loco ſuo debito viri oculum Sanctus Dei reſtituit, ſicq; diuiſum reiunxit, & lumine priſtino decorauit, vt nullius læſionis veſtigia remanerent.

Item aliam.

Filius cuiuſdam nobilis viri à natiuitate cæcus meritis Beati F R. lumen recepit optatum. Qui nomen ab euentu ſortitus, illuminatus vocatus eſt. Aſſumpſit poſtea, cùm in ætate eſſet, ordinem Beati F R. accepti beneficij non ingratus, tantumq; profecit in lumine gratię, & virtutis, vt verę lucis filius videretur. Tandem Beati Patris promerentibus meritis, ſanctum initium, fine ſanctiori concluſit.

Cæcus à natiuitate videt.

In Zachanto quod eſt caſtrum iuxta Ananiam, miles quidam Gerardus nomine oculorum lumen ex toto perdiderat. Accidit autem, vt duo fratres Minores, ab exteris partibus venientes, ad Domum ipſius hoſpitaturi diuerterent. Suſcepti itaq; deuotè propter reuerentiam Sancti F R. à familia tota, & cum omni benignitate tractati, gratias agentes Deo, & hoſpiti, ad locum fratrum deuenere vicinum. Nocte igitur quadam Beatus F R. vni fratrum illorum in ſomnis apparuit, dicens: Surge feſtina cum ſocio ad domum hoſpitis noſtri, qui Chriſtum, & me ſuſcepit, in vobis, volo enim beneficia rependere pietatis. Cæcus quidem effectus eſt ſuis promerentibus culpis, quas pœnitentiali non ſtuduit confeſſione purgare. Diſparente quoq; Patre frater feſtinus ſurrexit, vt mandatum cum ſocio celeriter adimpleret. Venienteſq; ad hoſpitis domum, cuncta, quæ viderat alter, per ordinem narrauerunt eidem. Stupuit vir ille non modicùm, & vniuerſa, quæ dicebantur, vera eſſe confirmans, compunctus ad lachrimas confeſſus eſt libens. Tandem correctione præmiſſa, interioriq; homine taliter renouato, exteriorem continuò recuperauit aſpectum. Huius miraculi fama circunquaq; diffuſa, non ſolum ad reuerentiam Sancti, verùm etiam ad confeſſionem humilem peccatorum, & hoſpitalitatis gratiam plurimos incitauit.

Obſerua lector meritum hoſpitalitatis.

Nota hic de ſacramentali confeſſione, quam ſuperius memorauimus.

DE LI-

DE LIBERATIS A DIVERSIS inſirmitatibus.



Aegra artis medicæ nunquam curanda peritis
Sanat membra malis, vlceraq; atra leuat.

APVD Caſtrum Plebis iuuenis quidam mendicus ſurdus erat, & mutus à natiuitate ſua, qui linguam adeò curtam habebat ac tenuem, quòd multoties exquiſita à pluribus, præciſa penitus videretur. Vir quidam Marcus nomine, ipſum propter Deum ſuſcepit hoſpitio, qui eum ſibi benefacere ſentiens, cœpit cum ipſo aſſiduus demorari. Sero quòdam cùm prædictus vir cerneret eum coniuge adſtante puero, coram eis dixit vxori: Hoc ego maximum miraculum reputarem, ſi Beatus FRANCISCVS huic auditum redderet, & loquelam, & adiecit. Voueo Deo, quòd ſi hoc Sanctus FRANCISCVS dignabitur operari, propter amorem ſuum huic puero expenſas conferam, donec viuet. Mirum certè. Subitò lingua creuit, & locutus eſt, dicens: Gloria Deo, & Sancto FRANCISCO, qui mihi loquelam præbuit, & auditum. Frater Iacobus de Iſeo, cùm puerulus eſſet in domo paterna, rupturam incurrit corporis valdè grauem,

Ecce inſigne miraculum.
Aliud inſigne miraculum.

ſuperno verò afflatus ſpiritu, licèt eſſet iuuenis, & infirmus, Ordinem Sancti FRANCISCI deuotus intrauit, nulli tamen, qua vrgebatur infirmitate, detexit. Factum eſt autem cùm corpus Sancti FRANCISCI transferretur ad locum, vbi pretioſus ſacrorum oſſium eius nunc theſaurus eſt conditus, affuit & tunc dictus Frater translationis gaudijs, vt glorificati iam Patris corpori honorem debitum exhiberet. Et appropinquans tumbæ, in qua oſſa ſacra fuerant collocata, præ deuotione ſpiritus ſacrum tumulum complexatus, ſubitò miro modo ad loca debita partibus reuocatis, ſanum ſe ſenſit, ſuccinctorium depoſuit, & ex tunc ab omni dolore præterito liber fuit. Ab infirmitate quoque conſimili frater Bartholus de Eugubio; frater Angelus de Tuderto, Nicolaus Sacerdos de Stichano, Ioannes de Fora, vir quidam de Piſis, & alius de Caſtro Ciſterne, Petrus quoque de Sicilia, & homo quidam de Caſtro Spelli, iuxta Aſſiſium, & quàmplures alij per Dei miſericordiam, & Beati FRANCISCI merita extiterunt mirabiliter liberati. In Maritima mulier quædam mentis alienationem per quinquennium paſſa, viſu, & auditu priuata eſt. Indumenta dilaniabat dentibus, ignis, & aquæ periculum non timebat, & caduci morbi ad ſummum incurrerat horribilem paſſionem. Nocte verò quadam cùm diſponeret ſibi diuina miſericordia miſereri, ſalutaris fulgore lucis ſuperilluſtrata diuinitus vidit Beatum FRANCISCVM ſuper ſolium ſedere ſublime, ante quem proſtrata, ſanitatem ſupplicIter expoſcebat. Illo verò nondùm fauente precibus, firmauit mulier votum, promittens pro Dei amore, ac Sancti petentibus, donec haberet eleemoſynam non negare. Illicò Sanctus pactum recognouit, quòd olim cum Domino fecerat ſimile, & ſignans eam Crucis ſignaculo, integram ſibi reſtituit ſanitatem. A conſimili paſſione puellam quandam de Nurſia, & filium cuiuſdam nobilis viri, & alios quoſdam relatione veridica compertum eſt, Sanctum Dei FRANCISCVM miſericorditer liberaſſe. Petrus de Fulgineo ad viſitandum limina Beati Michaelis quodam tempore pergens, dum minus reuerenter peregrinationem peregit, fontis cuiuſdam aquam deguſtans à dæmonibus eſt inuaſus, & exinde per tres annos obſeſſus, diſcerpebatur in corpore, peſſima loquens, & horrenda prætendens, habens aliquando lucida interualla: Beati virtutem, quam efficacem audierat ad effugandas aereas poteſtates, humiliter requiſiuit. Et ad ſepulchrum pij Patris accedens, mox vt illud contigit manu, à dæmonibus eum crudeliter diſcerpentibus mirificè liberatus fuit. Simili etiam modo mulieri cuidam de Narnio habenti dæmonium, miſericordia FRANCISCI ſubuenit, & alijs pluribus, quorum vexationum anguſtias, & curationum modos longum eſſet per ſingula enarrare. Vir quidam, nomine Bonus, homo de ciuitate Fani paralyticus, & leproſus, ad eccleſiam Sancti FRANCISCI à parentibus deportatus, vtriuſque morbi plenam conſequutus eſt ſanitatem; ſed & alius iuuenis quidam Acto nomine, de Sancto Seuerino, totus leproſus, voto emiſſo, & ad ſepulchrum Sancti delatus, meritis ipſius à lepra mundatus eſt. Habuit quidem Sanctus ſupra huiuſmodi morbo curando præcellentem virtutem, pro eo, quòd humilitatis, & pietatis amore leproſorum obſequijs ſe humiliter deputarat. Nobilis quædam mulier Rogata nomine, in Epiſcopatu Sorano per viginti tres annos fluxu fuit ſanguinis fatigata, ſed & à quàmpluribus medicis quàmplurima mala perpeſſa. Præ nimietate quidem languoris, ſæpius videbatur mulier expirare. Sed ſi quando fluxus huiuſmodi ſtringebatur, tumeſcebat corpore toto. Audiens autem quendam puerum Romano ſermone canentem miracula, quæ Deus per Beatum FRANCISCVM fuerat operatus, nimio dolore commota, tota prorupit in lachrymas, ſicque intra ſe fide accenſa, dicere cœpit. O Beate Pater FRANCISCE, qui tantis coruſcas miraculis, ſi me digneris ab hac ægritudine liberare, magna tibi accreſcet gloria, quoniam adhuc tantum miraculum non feciſti. Quid plura? His dictis, ſenſit ſe Beati FRANCISCI meritis liberatam. Filium quoque ipſius Marcum nomine, qui brachium habebat contractum, Sanctus FRANCISCVS, voto ad ipſum emiſſo, ſanauit. Fœminam etiam quandam de Sicilia, per ſeptennium fluxu ſanguinis fatigatam Beatus Chriſti ſignifer ſaluam fecit. In vrbe Romana Praxedis quædam nomine religioſitate famoſa, quæ à tenella ætate, propter æterni ſponſi amorem arcto ſe carcere per quadraginta iam ferè annos abdiderat, apud Beatum FRANCISCVM gratiam promeruit ſpecialem. Nam cùm die quadam pro rebus opportunis ſolarium ſuæ cellulæ conſcendiſſet, & impulſione phantaſtica corruens cùm fractum haberet pedem cum crure, & humerum à poſitione debita ſequeſtratum, apparuit ei

Sanantur hernioſi aliquot.

Mulier, dū uouet, mox ſanatur.

Mira uis contacti ſepulchri.

Præcellens uirtus S. Frăciſci in lepra curanda.

Mira celeritas curationis.

paruit ei benigniſſimus Pater veſtimentis gloriæ candidatus, & dulcibus affatibus alloqui cœpit eandem: Surge (inquit) filia benedicta, ſurge ne timeas. Et appræhenſa manu ipſius eleuans eam diſparuit. Ipſa verò per cellulam ſuam huc atque illuc ſe conuertens, putabat ſe viſum videre, vſquequò ad clamorem ipſius apportato iam lumine, perfectè ſe ſentiens per Seruum Dei FRANCISCVM eſſe ſanatam, cuncta, quæ acciderant, per ordinem enarrauit. Prçclarum miraculum.

DE NON OBSERVANTIBVS FESTVM, & non honorantibus Sanctum.



En affixa manu mirè falx ipſa reſedit
Franciſci hoc feſtum non celebrante diem.

IN Pictauię partibus, in villa, quæ Symo dicitur, Sacerdos quidam Reginaldus nomine, Beato FRANC. deuotus, feſtum ipſius parochianis ſuis indixerat ſolenniter celebrandum. Vnus autem de populo ignorans Sancti virtutem, ſui paruipendit Sacerdotis mandatum. Egreſſus autem foras in agrum, vt ligna ſuccideret, cùm ſe præparaſſet ad opus, vocem audiuit huiuſmodi ter dicentem: Feſtum eſt, operari non licet. Verùm cùm nec imperio ſacerdotis, nec ſupernæ vocis oraculo ſeruilis temeritas frænaretur, addidit diuina virtus ad gloriam Sancti ſui ſine mora miraculum, & flagellum; mox enim vt furcam vna manu iam tenens, altera cum ferreo inſtrumento leuauit ad opus, ſic diuina virtute vtraque manus vtrique inſtrumento cohæſit, vt ad neutrius dimiſſionem digitos aliquatenus relaxare valeret. Ex quo ſtupefactus nimis, & quid ageret neſciens, ad eccleſiam, multis vndique ad videndum prodigium concurrentibus, properauit. Vbi mente compunctus ante altare, quodam ex aſſiſtentibus ſacerdote monente, (plures quippè ad feſtum vocati conuenerant ſacerdotes) Beato FR. ſe humiliter deuouit, tria, ſicut ter vocem audierat, vota vouens, quòd ſcilicet feſtum ipſius coleret, quòd ad illam, in qua tunc erat, eccleſiam in feſto veniret, & quòd Sancti corpus perſonaliter viſitaret. Mirum certè relatu. Vno emiſſo voto, vnus digitus factus eſt liber, ad ſecundi emiſſionem ſolutus eſt alius, ſed tertio facto voto, laxatus eſt tertius, & poſtmodùm tota manus, necnon & altera ſubſequenter, populo, qui iam multus aduenerat, Sancti clementiam deuotiſſimè implorante. Sic homo priſtinæ redditus libertati per ſeipſum inſtrumenta depoſuit, cunctis laudantibus Deum,

Punitur à Deo violans temerè ferias S. Franciſci.

Hoc quoque contigit in Grætio, & in vrbe Petuſij. Nã Gedeon præbẽdarius, & mulier Ciſternę monitis viri Sancti non acquieſcentes, à diabolo fuerũt aſportati.

Nota de tribus votis inſigne miraculum.


Deum, virtutemq; Sancti mirificam, qui tam mirabiliter percutere poterat, & ſanare. Ipſa verò inſtrumenta vſque hodie coram altari ad honorem Beati FR. fabricato, ibidem in memoriam Sancti dependent. Plura quoque illic, & in locis vicinis patrata miracula, & Sanctum in cœlis oſtendunt eximium, & feſtum ipſius in terris venetabiliter excolendum. In ciuitate quoque Cenomanenſi, dum in ſolennitate Sancti FR. mulier quædam manus ad colum extenderet, & digitis appræhenderet fuſum, obrigeſcentibus manibus, cęperunt digiti magnis ardoribus cruciari. Igitur pœna docente, Sancti recognoſcens virtutem, corde compuncta, cucurrit ad fratres. Cumq; pro ſalute ipſius deuoti filij Sancti Patris clementiam precarentur, incolumis effecta eſt ſtatim, nec aliquid læſionis remanſit in manibus, niſi ad Sancti memoriam ſolum veſtigium combuſturæ. Simili etiam modo in Campania maiori mulier quædam, & in villa Oleti mulier altera, & in Caſtro Pilei tertia, dum Beati Patris feſtum celebrare contemnerent, præuaricantes, primùm mirabiliter ſunt punitæ, ſed poſtmodùm pœnitentes, pet Sancti FR. merita mirabilius liberatæ. Miles quidam in prouincia Maſſę, Beati FR. operibus, & miraculorum ſignis impudentiſſimè detrahebat, inferebat multa opprobria peregrinis ad ipſius memoriam venientibus, & contra fratres publica garriebat inſania. Cùm autem ſemel Sancti Dei gloriam impugnaret, addid it ſuper peccata ſua blaſphemiam deteſtandam. Si verum eſt (inquit) quòd FRANCISCVS iſte ſit Sanctus, gladio hodie cadat corpus meum. Si verò Sanctus non eſt, euadam incolumis. Non diſtulit ira Dei condignum inferre ſupplicium, cùm iam facta fuiſſet oratio in peccatum: Mora enim modica interiecta, dum blaſphemus nepoti ſuo inferret iniuriam, accepit ille gladium, & patrui viſceribus cruentauit. Eodem die mortuus eſt ſceleratus, inferni mancipium, & filius tenebrarum, vt cæteri diſcerent miranda FRANCISCI opera non blaſphematorijs verbis impetere, ſed deuotis laudibus honorare. Iudex quidam nomine Alexander, dum à Beati FR. deuotione, quos poterat, venenata lingua retraheret, diuino iudicio lingua priuatus, per ſex annos obmutuit. Qui cùm in eo, quo peccauerat, torqueretur, alta pœnitudine reuocatus, dolebat ſe contra Sancti miracula oblatraſſe. Itaque non perſtitit miſericordis indignatio Sancti, ſed pœnitentem, ac ſe humiliter inuocantem, reſtituta loquela, recepit ad gratiam. Ex tunc linguam blaſphemam conſecrauit laudibus Sancti, deuotionem ſimul, & diſciplinam recipiens per flagellum.

Vltio celeſtis in fęminas temeraria.

Ecce hominis blaſphemi iuſtam vltionem. Nam obmuteſcit obrectator S. Franciſci.

DE QVI-

DE QVIBVSDAM ALIIS MIRACVLIS diuerſorum generum.



Franciſci ad tactum miſeri putredine femur
Fuſſe ſacro languens redditur incolume.

IN Caſtro Galiani Valuenſis Diœceſis, mulier erat quędam nomine Maria, quæ Chriſto IESV, & Beato FR. famulatu deuoto ſubiecta, vno dierum æſtiuo tempore exijt, vt manibus conquireret proprijs neceſſarium victum, cùm igitur feruente nimium æſtu, ſitis deficere cœpiſſet ardoribus, omni priuata beneficio poculi, pro eo quòd in monte arido ſola eſſet, quaſi exanimis humi proſtrata, patronum ſuum Sanctum FR. inuocabat pio mentis affectu. Dum autem perſeueraret mulier in affectuoſa, & humili prece, labore, ſiti, & æſtu fatigata quàmplurimùm, paululùm obdormiuit. Et ecce Sanctus FR. adueniens, & eam vocans ex nomine. Surge (inquit) & bibe aquam, quæ diuino munere tibi, ac pluribus exhibetur. Ad huius vocis auditum ſurrexit mulier à ſomno, non modicùm confortata, & accipiens ſilicem, quę iuxta ſe erat, radicitus euulſit à terra, effodiensq; ligno paruulo circunquaque, viuentem reperit aquam, quæ cùm primò videretur paruula ſtilla, ſubitò diuina virtute creuit in fontem. Bibit itaque mulier, & ſatiata oculos lauit, quos cùm longa prius haberet ægritudine obumbratos, noua ex tunc ſenſit luce perfuſos. Feſtinauit ad domum mulier, tam ſtupendum miraculum ad gloriam Sancti FR. denuncians vniuerſis. Concurrerunt vndique multi ad miraculi famam, experientia magiſtra diſcentes mirabilem illius aquæ virtutem, dum ad ipſius contactum, confeſſione præmiſſa, à varijs morborum cladibus plurimi liberabantur. Perſeuerat vſque hodie fons ibi perſpicuus, & in honore Beati FR. ibidem oratorium eſt constructum. In Hiſpania apud Sanctum Facundum, viri cuiuſdam Ceraſum arefactam, ad virorem frondium, florum, & fru-

Nota inſigne miraculum.

Item vim fontis, & ſacramẽtalis cõfeſſionis.

ctuum

ctuum contra ſpem mirabiliter reuocauit. Incolas quoque terræ apud Vileſios à vermium peſte corrodentium vineas circunquaque, miraculoſo ſuffragio liberauit. Sacerdotis cuiuſdam iuxta Palentiam horreum quoddam, quod vermibus frumentarijs repleri quolibet anno ſolitum erat, ſibi fideliter commendatum penitus expurgauit. Terram quoque Domini cuiuſdam de Petra mala, in regno Apuliæ, ſibi ſuppliciter commendatam ab odioſa peſte bruchorum penitus ſeruauit indemnem, cùm tamen in circuitu omnia eſſent prædicta peſtilentia deuorata. Vir quidam Martinus nomine, cùm longè à caſtro ſuo boues minaſſet ad paſcua, crus vnius bouis caſu quodam ſic fuit deſperatè confractum, vt nihil eſſet ſibi de remedio aliquo cogitandum. Dum autem pro decoriatione foret ſolicitus, & inſtrumentum, quo id faceret, non haberet, domum reuerſus Beato FR. bouis curam reliquit, ipſumq; fideli Sancti cuſtodiæ fiducialiter commendauit, ne ante ſuum reditum deuoraretur à lupis. Summo itaque mane ad bouem in ſylua relictum cum excoriatore reuerſus paſcentem ipſum ita inuenit incolumem, quòd nequaquam crus fractum ab altero diſcernebat. Gratias egit bono paſtori, qui diligentem de boue ſuo curam habuit, & medelam donauit. Succurrere nouit humilis Sanctus omnibus inuocantibus ipſum, nec quantuncunque paruas neceſſitates hominum dedignatur, nam viro cuidam de Amitrino iumentum reſtituit furto ſublatum. Mulieri cuidam de Interduco catinum nouum in multas partes caſu diuiſum, integrè reparauit. Viro etiam cuidam de monte Vlini in Marchia conſolidauit vomerem in fruſta confractum. In Sabinenſi Diœceſi vetula quædam octogenaria erat, cuius filia moriens lactentem infantulum dereliquit. Cùm igitur anus paupercula plena eſſet inopia, & vacua lacte, nullaq; eſſet mulier, quæ ſitienti paruulo lactis ſtillicidium, iuxta quod exigebat neceſſitas, erogaret, quò ſe verteret, vetula penitus ignorabat. Debilitato verò infantulo, nocte quadam omni humano deſtituta ſubſidio, ad Beati Patris FR. auxilium implorandum lachrymarum imbre perfuſa, tota ſe mente conuertit. Affuit ſtatim innocentis amator ætatis. Ego (inquiens) ſum FRANCISCVS, ò mulier, quem cum tantis lachrymis inuocaſti. Pone (ait) mammas tuas in ore pueruli, quoniam abundanter cibi lac Dominus dabit. Impleuit anus Sancti mandatum, & ſtatim octogenariæ mammæ lactis copiam effuderunt. Innotuit omnibus mirabile Sancti donum, multis tam viris, quàm mulieribus accelerantibus ad videndum. Et quia quod teſtabantur oculi, lingua impugnare non poterat, excitabantur omnes ad laudandum Deum in Sancti ſui virtute mirabili, & amabili pietate. Apud Spoletum vir, & vxor vnicum habentes filium, quotidie velut hæreditarium opprobrium deplorabant. Brachijs ſiquidem collo connexis, iunctiſq; genibus pectori, & pedibus natibus alligatis, non hominis proles, ſed monſtrum quoddam potius videbatur. Vehementiori mulier ex hoc afflicta dolore, crebris gemitibus clamabat ad Chriſtum, Sancti FR. auxilium inuocando, vt infelici ſibi, & in tali opprobrio conſtitutæ, ſuccurrere dignaretur. Nocte igitur quadam, cùm propter huiuſmodi triſtitiam triſtis eam ſomnus arriperet, apparuit ei Sanctus FR. pijs eam affatibus mulcens, inſuper & ſuadens, quòd ad locum propinquum ſuo nomini dedicatum deferret puerum, vt ex aqua putei loci illius in nomine Domini ſuperfuſus, plenam reciperet ſoſpitatem. Negligente autem illa Sancti adimplere mandatum, ſecundò replicauit id ipſum. Tertiò quoque apparens mulierem cum puero vſque ad ianuam dicti loci præambulo ducatu perduxit. Superuenientes autem nobiles quædam matronæ deuotionis cauſa ad prædictum locum, eis à muliere præfata diligenter expoſita viſione, vnà cum ipſa puerum fratribus præſentarunt, & haurientes aquam de puteo, earum nobilior proprijs manibus lauit infantem. Statim puer omnibus membris ad ſua loca productis, ſanus apparuit, & magnitudo miraculi omnibus admirationem induxit. In caſtro Choræ Oſtienſis Diœceſis, vir quidam ſic crus ex toto perdiderat, vt nullo modo progredi, vel mouere ſe poſſet. Poſitus itaque in anguſtia vehementi, & auxilio deſperatus humano, cœpit nocte quadam, ac ſi præſentem cerneret Beatum FR. talem coram eo aſſumere materiam querulandi, Adiuua me Sancte FRANCISCE, recolens meum ſeruitium, & deuotionem tibi impenſam. Nam in aſino meo te portaui, ſanctos pedes tuos, & ſanctas manus tuas oſculatus fui, ſemper tibi deuotus, ſemper beneuolus extiti, & ecce morior doloris huius duriſſimo cruciatu. His pulſatus querelis, ſtatim affuit beneficiorum memor, deuotioni gratus, & vigilanti viro cum vno fratre apparuit. Ad vocationem eius ſe veniſſe dixit, & tuliſſe remedia ſanitatis. Tetigit locum doloris cum baculo paruulo, qui figuram Thau in ſe habebat, & fracto mox apoſtemate, perfectam tribuit ſanitatem, & quod mirabilius eſt, ſacrum

Multa miracula.

Egregium miraculum de boue curato.

Alia inſignia miracula.

Vide illuſtre miraculum in octogenaria.

Inuocatus S. Franciſcus ter apparet mulieri.

Egregium miraculum.

Cum artus tabidis manarent vlceribus ſanantur ad inuocationem ſancti uiri.

Vide, non ignorãt ſancti res noſtras, quod blaterãt hæretici.

ſignum

ſignum Thau impreſſum ſuper locum ſanati vlceris ad miraculi memoriam dereliquit. Hoc ſigno Sanctus F R. ſuas conſignabat litteras, quoties charitatis cauſa ſcriptum aliquod dirigebat. Sed ecce dum per diuerſa miracula glorioſi Patris F R. mens narrationis varietate diſtracta decurrit, promerente ipſo Crucis glorioſo ſignifero, in ſignum ſalutis Thau non ſine diuina directionę peruenit, vt ex hoc poſſimus aduertere, quòd ſicut Crux militanti poſt Chriſtum fuit ſublimitas meriti ad ſalutem, ſic & triumphanti cum Chriſto, facta eſt firmitas teſtimonij ad honorem. Hoc quippe Crucis myſterium magnum, & mirum, in quo chariſmata gratiarum, & merita virtutum, & theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ tam alta profunditate velantur, vt à mundi ſapientibus, & prudentibus ſint occulta, tam plenè fuit Chriſti paruulo reuelatum, vt omnis vita ipſius non niſi Crucis veſtigia ſequeretur, non niſi Crucis dulcedinem ſaperet, non niſi Crucis gloriam prędicaret. Verè nanque in ſuæ conuerſionis principio dicere cum Apoſtolo potuit, Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri I E S V Chriſti: Non minus etiam verè in conuerſationis progreſſu addere valuit, QVICVNQVE HANC REGVLAM fuerint ſecuti, pax ſuper illos, & miſericordia: Veriſſimè autem in conuerſatione potuit ſubinferre: Stigmata Domini I E S V in corpore meo porto. Sed & illud nos quotidie deſideramus ab ipſo audire: Gratia Domini noſtri I E S V Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres. Amen.

Galat. 6.

S. Frãciſci uita omnis Cruci Chriſti dedicata.

Gal. 6.

Ibid.

GLORIARE igitur iam ſecurè in Crucis gloria, Chriſti ſignifer glorioſe, quoniam à Cruce incipiens, ſecundum Crucis regulam proceſſiſti, & tãdem in Cruce proficiens, per Crucis teſtimonium, quantæ gloriæ ſis in Cœlo, cunctis fidelibus innoteſcit. Securè iam te ſequantur, qui exeunt ex Aegypto, quia per baculum Crucis Chriſti mari diuiſo, deſerta tranſibunt, in repromiſſam viuentium terram, Iordane mortalitatis tranſmiſſo, per ipſius Crucis mirandam potentiam ingreſſuri. Quò nos introducat verus populi ductor, & ſaluator IESVS Chriſtus crucifixus, per merita Serui ſui F R A N C I S C I, Ad laudem & gloriam vnius Dei, & trini, qui viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

BREVIS ANNOTATIO
DE B. FRANCISCI VITA, EIVSQ. IMAGINIS VERITATE,
quæ animum ipſius facilè coarguunt.

HACTENVS D. Bonauentura auctor ſummæ fidei, & eruditionis, de B. FR. vita. Vt autem ſequentia cum primis annectamus, hoc volumus atteſtari, Ne ſcilicet id quenquam commoueat, quòd pleraque referantur, quæ primo obtutu videri poſſint ob ſui excellentiam minus credibilia, cùm & alia quædam memorentur, quæ narrari non poſſent. Quis enim verbis conſequi poſſit labores, dolores, & ſudores, quos B. FR. pro Chriſto perpeſſus eſt, tum publicè, tum priuatim, & in occulto nemine vidente? Altiſſimus ſanè Deus videtur, non tantùm in eo voluiſſe eiuſmodi facta producere & efferre, quæ iudicium approbaret humanum, ſed quibus etiam intellectus ipſe obſtupeſceret. Quòd autem talis fuerit inclyti huius confeſſoris vita, & morum inſtitutio, facilè etiam ex eius vultu, qui eſt index & imago animi, poſſumus coniecturam facere, quem ſuprà ex Margarito Aretino illius temporis pictore inſigni retulimus. Quodq; fuit comprobatum ex chronicis R.D. Thomæ Archidiaconi cathedralis Eccleſiæ Spalatenſis, qui confitetur vidiſſe Beatum FR. Bononiæ ann. 1217. vel 1220. in feſto Aſſumptionis B. Virginis. Verùm noſtra fragilitas aliorum vires ſua imbecillitate metiens, quod peragere nequit, putat ab alijs nequaquam id agi potuiſſe. Propter quod in nos rectè dici poteſt illud,

Noctua phœbeum viſu non ſuſtinet orbem,
Hoc etiam Iouis armigero putat eſſe negatum:
Sic genus hoc exangue ſuis quod viribus impar
Autumat, Herculeos excedere iudicat auſus.

AVCTOR IN SVMMAM CAVSAM TOTVS intendens, diuinoq; fretus auxilio, & vires ad ſuſceptum laborem ſuſcitans ita canit.

IAm iam cuncta fauent: opusq; Patres
Pandens Seraphici Ordinis micantes
Iampridem expetitur, Patresq; ſummo
Inter purpureos, ſacrosq;, SYSTO
Debetur meritò, inde qui profectus
Incrementa tulit ſui decôris.
His quidni auſpicijs bonis & altis
Audendum? Duce tam pio & verendo
Ecquis non adeundus arduarum
Rerum ſit labor? illius potentem
Ad nutum iuuat hoc onus ſubire,
Qui inter Seraphicum Ordinem refulget
Suffultus triplici caput corona,
Et qui Seraphicum Ordinem tuetur,
Atque auget meritis, ſuaq; laude.
Ergò ô Spiritus alme, qui indigentes
Fecundas animos bonis ſupernis,
Inſpira mihi ritè te precanti
Mentem, quæ æqua ſit huius imperatæ
Molis ponderi: ades meo labori
De cœlo: ordiar iſta te annuente.

DE VITA, ET MORIBVS SOCIORVM

B. P. FRANCISCI,

TVM BEATORVM OMNIVM

Seraphicæ Religionis,

QVIQVE FLORVERVNT, ET QVOTQVOT NOSTRA AETAS HABET,

per alphabeticum ordinem ſerie certa diſtributa.

EXPOSITIS QVOQVE EORVM NOMINIBVS, cognominibus, patrijs, rebusq; præclarè geſtis,

Cum expreſſis ad viuum quorundam imaginibus.

Auctore F. Petro Rodulphio Toſsinianenſi
Conuentuali Franciſcano,
in Magna Domo Venetiarum Prælectore.



M D L X X X V I.

Ad ſacros Franciſcani Ordinis Propagatores, vt vim præſtent gratiamq; operi.

CVRA, FRANCISCI Socios beatos
Dicere, Heroasq; alios ſequentes
Eſt mea, vnde altum decus, vnde robur
Accipit Ordo.
Vos meam mentem rapite ô beata
Numina ad ſedes ſuperas, vel imis
His adeſte oris mihi, quos ſacerdos
Veſter honoro.
Explicem vt veſtros decoremq; honores,
Et probem humano generi inſtituta,
Atque ſit dictis vigor, & fauentum
Gratia libro.
Quem legant feruentq; homines, amansq;
SYXTVS in primis probet ipſe veſtræ
Sanctitatis, relligionis, atque
Veſter alumnus.

PRAEFATIO
IN VITAS SOCIORVM B. FRANCISCI, necnon Beatorum omnium Seraphici Ordinis.

CLEMENTISSIMVS Deus, qui pro ſua incredibili bonitate, ac immenſa beneficentia cuncta creauit, creataq́; ineffabili prouidentia moderatur, & ſapientiſſimè regit, præcipuos quoſdam viros delegit præ cæteris, qui probatiſſimis ſuis moribus, vitaq́; integritate, ſanctiſſimum redderent cunctis illius nomen, & per vniuerſum orbem propagarent, dum ſuomet clariſſimo exemplo quàm optimè humano generi conſulendo, ad ſuauiſſimos amplexus Dei allicerent & prouocarent. Horum inſignem ſanctitatem, rerumq́; geſtarum excellentiam & copiam, cùm mecum ipſe repeto & conſidero, tanta me tenet cum admiratione delectatio, vt eorum præclara facta tanquam ſemper recentia mihi videantur, & omni admiratione digna. Cauſa pia ſcribendi. *Quam ob cauſam adductus haud longiùs ſuſtinere potui, viros cœlo datos ad propagandam, augendam, & illuſtrandam D. FRANCISCI familiam in terris obſcurè latêre, & quaſi obmuteſcere.* Hiſtoria vitæ magiſtra. *Sine hiſtoria enim, quæ eſt veluti magiſtra vitæ, & rerum præteritarum, omniumq́; ſecretorum commemoratio, quaſi puerili quadam ignoratione videmur flagitioſè seneſcere. Quam ob rem ſæpe mecum demiratus ſum, quòd in ſcribenda eorum vita res tanta quodammodo contempta ſit, & eouſque progreſſa, vt viris eruditis indigna penè ſtudio ſuo, atque opera viſa ſit. Ex quo factum eſt, vt ſuperiorum temporum negligentia, quædam ſint nobis obſcura, quædam incerta, quædam verò venerunt quidem ad manus meas, ſed adeò priſcis literarum characteribus, vt mihi ab integro diſcenda foret lectio, & in noſcendis elementis fuerit quodammodo repueraſcendum. Porrò hæc me cauſa, vel potius indignitas mouit, vt libenter aliquot iam annis ſtudium meum, & operam, (quæcunque tamen ea ſit) contulerim ad ſcribendum Sociorum B. FRANC. vitas, & inſtituta, tum reliquorum Beatorum omnium Seraphici Ordinis res actas, eximiam ſanctitatem, & ſacroſancta ſtudia. Quos toto terrarum orbe illuſtres, ſuo quoque catalogo inſcriptos Catholica celebrat Eccleſia. Arduam ſanè rem ſum aggreſſus, & perdifficilem mihi prouinciam ſuſcepi: quia metiendum ſuum cuique ingenium, & vires penſiculandæ: Nam ſi tentaueris ferre pondus, quod capiti immittere nequeas, cogêris mox nutare, poplitem flectere, & ab incœpto turpiter deſiſtere. Quis enim mare magnum cyatho metiri queat? Vnde Ethnicus ille ſcriptores prudenter carmine ſuo præmonuit inquiens:*

> Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
> Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
> Quid valeant humeri.

Horatius in arte poetica.

Primùm itaque narrabo, qua potero breuitate, vitam, & exempla memoranda Sociorum inclyti Patriarchæ FRANC. non quidem elaborato ſtylo, ſatius vtiliusq́; fore exiſtimans ornare meam hiſtoriam pijs Sanctorum monimentis, & laboribus, & ſic pulcherrimis eorum exemplis excitare cæteros ad virtutes amplexandas, ad rectumq́; viuendi mo- Auctoris propoſitum.

dum inſtituendum, quàm ſermonis illecebris eblandiri, verborumque lenocinio detinere.

Similitudo ab animæ ui concupiſcibili ad intellectiuam.

Quia ſicut debilis eſt ille ſtomachus, qui non niſi delicatum admittit cibum; ita & mens imbecilla, quæ potius verborum apparatu, quàm ſententiarum vbertate paſcitur; præſertim vbi de recta morum inſtitutione, & de honeſte beateq; vita ducenda tractatur. Deinde verò dabo operam (licet non ſatis pro tantæ rei dignitate) diligenter conſcribere, non oratione quidem materiæ pari, ſed vt ingenij mei vires ferent, eorum Sanctorum egregia facta, qui tanti Ordinis initia decorarunt, ſuóq; ipſorum exemplo docuerunt, qua ratione, & quibus ſtudijs, vera & diuina gloria parari poſſit, ad quam intendere quiſque atque anniti debet. Id quod ſi facere recuſarem, poſſem (& quidem meritò) aut ingratitudinis erga noſtrum benigniſſimum Ordinem, aut etiam inuidentiæ contemptúsq; erga ſublimes ipſius

Huius operis editio auſpicatu SYXTI V. Pont.

Ordinis viros, ab aliquibus fortè ſugillari. Quin cecidit etiam percommode, ac felici quodam auſpicio, vt eodem tempore noſtrum hoc opus è Franciſcano Ordine prodeat, & in lucem edatur, ad hanc noſtram familiam exornandam & celebrandam; quo tempore pariter ab eodem Ordine ad Apoſtolicæ Sedis gubernacula eſt aſſumptus, vno omnium applauſu, SYXTVS V. Pont. Max. Ex quo bono euentu mihi quoque exiſtimaui eſſe ad eius operis editionem feſtinandum, cui iam apparuerint tam ſemper deſiderata, tam opportuna, tam fauſta auſpicia. Vnde etiam cùm videant homines præſentes eum ſummum Pont. cogitationem ſuam omnem, curam, & ſtudium locare, & figere, in conſeruanda Chriſtianæ Reipub. tranquillitate, & ſecuritate, tum in animarum cultu & ſalute procuranda; ijdem veluti per exemplum viuum poterunt, arguendo præterita per ſimilitudinem præſentium, intelligere eiuſdem noſtri Ordinis ſacros illos viros, de quibus mihi ſcribendum eſt, ſemper ad publicam vtilitatem, & ad ſalutem communem maximè propenſos, & intentos fuiſſe. Quam rem ego hanc meam hiſtoriam legentibus æquè cupio ſermone oſtendere. Itaque inter enarrandum adducam quoque in res ipſas, quos potero, auctores, ne cui videar quicquam de mea ſententia protuliſſe, quod vel ratione, vel auctoritate non poſſit comprobari. Nihil enim alienius ab ingenio moribúsq; meis, quàm inſtar Aeſopicæ corniculæ alienis me

Nonitas noxia. l. 11. ff. de conſt. princ.

venditare plumis. Fugiam quoque nouitates quantum fieri poſſit; ſcio enim quòd omnibus in rebus, tum præcipue in ſtudijs ſemper officit nouitas, quia veritas nuda & ſimplex gra-

Duplex obiectio.

tior & luculentior eſt, quàm ornamentis extrinſecus fucata. Duo autem ſolum videntur occurrere, in quibus mihi meo quodam iure indultum velim, deprecórq; lectorem, ſi quis acrioris ingenij illis offendi videatur, ne repentino ſuo iudicio aduerſatus moroſè mecum, & ſeuerè agat. Vnum eſt, quòd res & actiones ipſas, quæ alioquin ſolent nudè & ſimpliciter narrari, nos ſententijs noſtris ijs, quæ ſunt illis maximè conſentaneæ viſæ, volumus quaſi veſtire, & rationibus ſuis exornare. Alterum eſt, quòd in hac materia, cùm peni-

Dilutio obiectionum.

Valer. Max. Ethnicorum exponens exempla quibuſdam ſuis dictis dilatat. Cic. monet L. Luceium per literas, vt res ſuas copioſius narret.

tus ſacra ſit & religioſa, placuit tamen citare poetarum verſus, & multis in locis proprios etiam ſparſim collocare. Quorum illud grauiſſimis aliquibus viris probatum, et factum videmus, atq; eo ſcribendi modo vſum quoque D. Bonauenturam in Vita D. FRANCISCI explicanda: hoc autem non eò quidem adhibuimus, ut uoluptatem Lectoris aucuparemur, potius ut, ſiquod ei obreperet, tædium leniretur, ſed præcipue quòd libentius, & facilius memoriæ mandantur quæ carmine, quàm quæ ſoluta oratione ſunt comprehenſa. Interim pie Lector vale, & alacriter iſta legas, tuiſque precibus apud Deum nitere, ut ſicut Sanctis ſuis ad ſequendum ſe opitulatus eſt, ita interceſſione B. FRAN. ad ipſos imitandos adſit nobis, ut demum ex huius operis lectione ad rectiorem morum uitæque compoſitionem (quod uel maximè optamus) proficere poſſimus. Amen.

QVOD

QVOD B. FRANCISCVS EXEMPLO CHRISTI *quoſdam elegit, à quouis numero, ex omni copia diſcipulos, vt hac potiſſimùm via alliceret homines ad ſuaues Dei amplexus.*

QVEMADMODVM CHRISTVS redemptor noſter quoſdam
diſcipulos elegit ad prædicandum, miris virtutum dotibus illuſtrans, po- Matth. 4.
teſtatemq́; faciens ampliſſimam, vt oculis hominum ſtupenda miracula
perquirerent, quibus veritatis ab eis prædicatæ clariſſimum teſtimonium
eluceret. ij enim tanquam terræ promiſſionis ardentiſſimi fuerunt ſpe-
culatores: quos Dominus informauit doctrina & vita ſua, vt cęteris quo- Num. 13.
que fidem atteſtarentur: ſi enim vni, vel alteri creditur, cò magis vbi tanta hominum co-
pia intercedit. Non omnibus tamen reuelauit arcana & myſteria, quæ non intelligenti-
bus & rudibus potius ad errorem fuiſſent, quàm ad bonam frugem. Ad hunc ſanè mo-
dum B. Pater FRANCISCVS ſic diuini amoris incendio æſtuabat, vt omnium vo-
luntates ſuaui quodam nectare, quod olim immortalium Deorum dicebatur potus, ad ſe
alliceret, & retineret. Vnde plurimi mira religiòne & ſanctitate viri quadam ſuauitate
illecti, dimiſſis prædijs, & amplis opibus neglectis, ad ipſum conſectandum confluxerunt.
Porrò arcta via ingreſſi, ſanctis exercitijs tempus omne tranſegerunt, nihilq́; cum huius
vitæ vanitatibus & voluptatibus commercij habere voluerunt. Hinc fauſtis initijs, felici-
busq́; omnino incrementis, Sacer Ordo incœpit, & auctus eſt. Inter quos duodecim di-
ſcipulos primùm ſelegit, veluti totius ſacratiſſimi Ordinis fundamenta. Sicut CHRI-
STVS præter duodecim ſeptuaginta duos elegit, vt totidem gentibus linguarum Euan-
gelium prædicarent. Legimus quoque quòd filij Iſrael venerunt in Helim, vbi erant duo- Exod. 15.
decim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ. Ita quoque B. FRAN. ſuos elegit, qui Prærogatiuæ ſociorum B. FR.
ſingularibus diuinorum munerum prærogatiuis claruerunt; Quidam eorùm raptus eſt ad Auctor Confor.
tertium Cœlum, vt B. Aegidius; Quidam tactus ab Angelo calculo ignito, ſicut Iſaias, par. 2. fruc. 8.
qui de myſterijs CHRISTI IESV tot ac tam magnifica & aperta teſtimonia protu- Iſa. 6.
lit, vt Euangeliſtæ magis, quàm Prophetæ partes implere videatur: quod & de Philippo
Longo legitur: Quidam domeſticè loquebatur cum Deo, vt alter Moyſes, ſic frater Syl- Exod. 19.
ueſter: Quidam peruolabat vt aquila ad diuinæ ſapientiæ arcana, vt alter Ioannes, ſic
F. Bernardus de Quintaualle. Quos B. Pater non tam ſanctæ prædicationis pabulo, quàm
optimis Regulæ inſtitutionibus adeò piè ſanctèque imbuere ſtuduit, vt nihil omnino eis
ad ſummam perfectionem defuerit, eosq́; dimiſit ad propagandam, augendamq́ue Chri-
ſti Eccleſiam, quam proprio ſanguine decorauit.

DE B. BERNARDO DE QVINTAVALLE primogenito, fideliq́ ſocio B. P. FRANCISCI,



Franciſcũ hoſpitio excepit Bernardus, & huius
Se ſocium inſpecta relligione facit.

DE CONVERSIONE B. BERNARDI DE QVINTAVALLE.

CVM adhuc B. FRANCISCVS inter homines labentis huius vitæ conuerſaretur, omnibus erat tam deſpectus & contemptibilis, vt inſanus ferè & mente alienatus vbique videretur. Dominus Bernardus (cognomento) Quintaualle, vir inter ciues Aſſiſiates egregius, & moribus conſpicuus, quiq; publicè conſulebat, neque abſurda erant eius conſilia, vel inania: multa quoque lenitate & manſuetudine erat ornatus. is perpendens in B. FRANCISCO morum grauitatem, & vitæ ſanctitatem, atque præſtantiam; idque per dies plurimos cùm anxius perquiſiuiſſet, ſtatim (Deo diſponente) decreuit, ſuis omnibus contemptis, FRANC. pauperem ſequi, licèt locuples eſſet, nulliusq; rei humanæ egenus, vt cuius conſilio, & ſingulari patrocinio omnes vterentur: de quo leguntur illa carmina.

Inter primores fama notiſsimus vrbe
Ciuis erat tota, ſimul & ditiſsimus agri,
Conſilio grauis, & lingua dictisq; diſertus;
Audierat vulgi plauſus, vocesq; ſonantes.

Audita itaque fama B. FRANCISCI vbique diffuſa & peruulgata, volens de ipſo periculum facere, aſtu quodam (vt fieri ſolet) inuitauit eum, vt ſecum illa nocte cenaret,

& domi

& domi ſuæ quieſceret. Annuit B. Pater Spiritu Dei plenus: tunc Bernardus totus lætus in eodem cubiculo, vbi ipſe manebat, lectum ſterni ſeruo Dei FRAN. curauit. Ardebat lampas accenſa in cubiculo; B.FR. mox vt intrauit cameram, vt abſconderet diuinam gratiam, quam habebat, proiecit ſe in lectum perinde ac ſi eſſet ſomno prægrauatus. Bernardus furtiuas vigilias præripiebat ſolus, & quaſi quibuſdam ſanctis inſidijs cubandi modum, & ſurgendi, diligenter attendebat. At B. FRANC. totus ignitus indicibilibus lachrymis, ad primam auroram ſomno excitus, facie & manibus in Cœlum protenſis, hæc verba frequenter repetebat: DEVS MEVS, ET OMNIA. in eaq; oratione perſeuerauit B. FR. vſque ad auroram. Cuius aſpectu vehementer excitatus Bernardus, ſibi iratus, accuſans propriam ignauiam, damnata priori vita, viuere cum illo deinceps decreuit: totusq; feruore pietatis accenſus, prouolutus ad pedes B. FR. exinde impenſè rogauit, vt ſe in numerum ſuorum reciperet, eumque interrogauit; Dic quæſo Franciſce, Si Dominus temporalis multa ſeruo ſuo concederet ad vſum, is verò non indigeret, quid illi faciendum eſſet? reſpondit, Domino, vnde hæc proueniunt, ſunt reddenda. ergo, inquit Bernardus, temporalia, quæ mihi conceſſit Dominus, illi reddam? Cui FRANC. Arduum ſanè id eſt, quod percunctaris Bernarde, explorandum eſt conſilium à Deo; eamus ad eccleſiam, audiamus miſſam, & oratione præmiſſa, à Domino quid futurum, ſit indicabitur. Placuit conſilium ſancti viri Bernardo, cœpitque ſecum dicere,

B. Bernardi furtiuæ excubiæ ad explorandam ſanctitatem B.FR.

Dictum in precibus familiare B. FRANCISCO.

Ardua res eſt homini mundana relinquere, quibus mirificè oblectatur.

Da precor haud dubiis, da nunc cognoſcere ſignis,
Quæ me fata premant.

B. FRANCISCO & Bernardo euntibus ad audiendam miſſam, (vt mox dicemus) fit obuius Petrus Cataneus cathedralis eccleſiæ Aſſiſij canonicus, qui poſtea audita miſſa, viſoq; miraculo de trina libri apertione, eodem die, quo Bernardus Quintaualle ſancti viri veſtigijs inhæſit, ipſe quoque Cataneus ſe dedidit, die XVI. Aprilis anno 1209. Hinc (vt quibuſdam placet) Sacer Ordo initium cepit & augmentum. Inde ad ſolitaria loca ſe receperunt, vacantes orationi, humilitati, & paupertati, quæ ſunt Religionis fundamenta certa.

QVO CONSILIO B. BERNARDVS ſponte abdidit ſe in Religionem S. FR.

B. FRANCISCVS admirans diuinæ maieſtatis excellentiam, quæ labenti mundo conſulere videbatur, ſpiritu prophetico illuſtratus præuidebat magnalia, quæ Deus facturus erat per ipſum & Ordinem ſuum, quem à ſe inſtituendum decreuerat: ideò cum lachrymis frequenter inuocabat Deum, ſine quo nil poteſt humana fragilitas. Cùm itaque Bernardus Quintaualle, vir per omnia illuſtris, præcipuo amore diligeret B. FRAN. quem ſibi imitandum duxerat, ſua diſpoſuit pauperibus erogare, & vitam Apoſtolicam cum B. FR. inſtituere. Quo audito B. FRAN. non mediocri gaudio perfuſus ait. Bernarde ardua res eſt propria relinquere, quæ tenerius amamus, quia qui diues eſt, putat ſe nullius egere, imò nec Dei opem requirit; credit enim latenter Deum quendam ſe eſſe. Nec enim immeritò ſenſu quodam altiori Paulus dixit, Auaritiam eſſe idolorum ſeruitutem, vt ſcias ex diametro pugnare cum Deo vero. Quare & iuuenis ille audito Domino præcipiente, vt ſua venderet, & daret pauperibus, abiit triſtis. quia nulla triſtitia maior, quàm à Deo recedere; inde triſtitiarum agmina irruunt. Cùm ergo difficile ſit propria relinquere, requiramus (ait) conſilium à Deo. Quibus dictis cum Bernardo & Petro Cataneo ingreſſus eſt ædem S. Nicolai, prope forum ciuitatis Aſſiſij, vt miſſam audirent, vt paulò antè diximus, qua peracta muniuit ſe B. FR. ſigno crucis, & ante altare flexis genibus, accepit miſſale, ter aperuit, vtpotè qui erat verus Trinitatis amator. In prima libri apertione occurrit illud conſilium Domini: SI vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni ſequere me. Vbi iubemur propria vendere, & proprijs manibus diſtribuere, vt intelligamus quàm voluntariè, quàm expeditè, quàm meditatò viam perfectionis ingredi debeamus, & quàm tutum bonumq; ſit Deo inhærere. In ſecunda verò libri apertione illud occurrit, non caſu

Virus diuitiarum.

Eph. 5.

Matth. 19.

Legenda trium ſociorum.

Diuina vocatio Bernardi.

Matth. 19.

Pſal. 17.

aliquo,

Luc. 9. Num. 22. 2. Pet. 2. Luc. 9.

aliquo, aut humano euentu, ſed diuino conſilio. NIHIL tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Vbi non prohibet Dominus ſtudioſam prouidentiam, ſed curioſam ſolicitudinem temporalium, quam qui quærunt, ſequuntur viam Balaam, qui mercedem iniquitatis amauit. Atque demum tertiò B. FRANCISCVS codicem Euangelij aperiens incidit in illud: QVI vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quo verbo inſinuat appetitum ſenſitiuum cohibendum ei, qui vult Chriſtum ſequi. Tunc B. FR. explorato diuino conſilio gauiſus eſt valde, & gratias egit Domino, & Bernardo ait, En Bernarde conſilium Domini. qui perſpecta Domini voluntate, haud cunctanter omnia ſua vendidit, & pauperibus elargitus eſt, meruitque nudus nudum ſequens eſſe primogenitus B. FR. à quo omnem eius viuendi rationem aſſecutus fuit, in qua in dies proficiens, virtutem ſibi talem peperit, vt in Dei eccleſia vberrimos fructus attulerit.

DE INGRESSV EIVS AD ORDINEM.

Quo tempore B. Bernardus ſuſcepit habitũ S. FR.

SVSCEPIT autem Bernardus olim B. FRAN. ſocius in terris, nunc in Cœlo gloriæ conſors & cohæres, ſanctæ conuerſionis togam anno ſecundo à conuerſione B. FR. hoc eſt anno 1209. die 16. Aprilis. Quem ſuum primogenitum B. Parens appellabat, & miris eum laudibus extollebat, dicebatque eum eſſe Ordinis fundatorem, vtpotè qui ſua pauperibus diſtribuerat, & regulam fundauit in paupertate: ſicut & Chriſtus fundauit Eccleſiam ſuam, non ſuper terram, aut terrena, ſed ſuper firmam petram. Verè ergo primogenitum ſuum appellabat, tam primitate ſuſcepti Ordinis, quàm gratia perfectionis. Fuit enim vir alti cordis & conſilij, qui perſpicuè, abiecto omni inanis gloriæ fuco, atque oblectamento, arduas quæſtiones exponebat, & problemata, profundoque ſenſu ſcripturas ſacras interpretabatur, ex quo tam clerici, quàm laici ad eum doctrinæ inſtitutionisq; cauſſa confluebant. In obiurgandis vitijs nullus fuit eo acrior, eaq; ſeueritate vſus eſt, vt neque fratri Heliæ parceret Generali: Cùm enim vidiſſet eum non rectè ambulantem ad puritatem regulę (nam more Principum equis curſorijs & gradarijs vtebatur, & ciborum delectum nimia curioſitate exquirebat) reprehendit, vt aperiret venenatas cordis cogitationes, & hoc remedio tam incurabili morbo mederetur. Quemadmodum qui venenum hauſit, ſi ſtatim ex ſtomacho illud reijciat, antequàm ſerpere intimius incipiat, mortem euadit. ſed non propterea reſipuit F. Helias malo agitatus ſpiritu, neque auſus eſt quicquam obloqui contra Bernardum ob reuerentiam eius ſanctitatis, & ſingularem vitæ integritatem; vnde etiam ob eam cauſſam B. FRANC. charus fuit.

Simile. nam uitia ut uenena ſerpũt.

DE PERFECTIONE VITAE EIVS.

Iſaac de Syria ſer. 24. Phil. 3. Iudic. 3.

MAGNVM profectò indicium Chriſtianæ perfectionis eſt, cùm anima calefit, ſicut ignis, die ac nocte: ita vt feruenti ſpiritu deſiderijs & concupiſcentijs omnibus dominetur, dum vitia carnis vel reprimit, vel abſcindit; ita vt ſibi mundana omnia reputentur velut ſtercora. Sic enim dicebat Apoſtolus, Omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem: eſt autem Chriſtum lucrifacere illi per fidem coniungi, & per eius iuſtitiam abſolui, ac iuſtificari. Porrò vir perfectus mundana ſpernit, & ambidexter dici poteſt, vt ille Aoth, qui vtraque manu utebatur tanquam dextera. Sic perfectus homo, proſpera dexteraque reputat ſiniſtra, & ut ſtercora, & ea, quæ aduerſa ſunt, bono rectoque uſu confert ad dexteram, & fiunt ei arma iuſtitiæ. Verùm perfectio duplex aſſignatur à magiſtris, altera in via quæ viatrix dicitur, altera in patria, quæ dicitur patriæ: & neutra habetur abſque vera humilitate, quæ ortum habet à timore, à quo oritur compunctio ſalutaris: ab hac verò ruditas & contemptus omnium mundanorum, vnde marceſcunt vniuerſa vitia, & virtutes ſuccreſcunt. Cùm ergo B. Bernardus Quintaualle ſuſcepit exterius ſanctæ conuerſationis tunicam, interius indutus virtutum habitu, ſtatim ſe totum dedidit contemplationi, & lachrymis ſpiritualis lætitię, ijs ſe muniuit armis ad deſtruendas machinas tentationum, vt frangeret cornu tumidæ elationis humanę, paulatimque, & per aſſuetudinem virtute & perfectione accedente, omnem teme-

Perfectio duplex, & eius ortus.

Caſſianus lib. 4. coll. cap. 43.

rariam

rariam fiduciam redegit in cinerem, & ſequens Ducem ſuum FRANCISCVM, quem imitandum ſibi propoſuerat, direxit pedes ſuos in viam pacis.

DE EXCELLENTIA VIRTVTVM, quibus B. Bernardus fuit inſignitus.

SICVT terra frugifera viuentibus alimoniam præbet, non ſua ſponte, ſed ſi vomere & ruralibus raſtris inuerſa & culta fuerit, ſuas fructuum do tes proferet, quòd ſi inculta manet, nullas fruges affert, ſed tribulos, & ſentes: ſic bona anima ſi bonis ſtudijs exerceatur, ſaluberrimos produ- cit vberrimosque fructus. Inter virtutes autem obedientia inſignis habetur, quam qui habet non contradicit, non diſſentit, non differit, cùm ea ſit propriæ voluntatis mortificatio. Verus enim obediens, (vt D. Auguſtinus ait) vacuus eſt ſenſu ſuo, & recipit alienum, ſicut cæra quæ facilè ſuſcipit omnem peregrinam impreſſionem. Hac virtute præſtitit egregiè B. Bernardus Quintaualle. Nam cùm inter initia exorientis religionis, cùm adhuc nulla eſſent capta loca, decreuit B. FRANC. inuiſere limina S. Iacobi Compoſtellani, & aſſumpſit ſibi in ſocios Bernardum vnà cum alijs quibuſdam; vix iter aggreſſis, obuium B. FRAN. habuit quendam infirmum extrema ægritudine fatigatum, quem B. FRANC. pio intuitu contemplans, miſericordia motus, curandum dedit B. Bernardo, qui eum libenter excepit, & diligenter curauit. Verùm cùm B. FRAN. vnà cum alijs perueniſſet Compoſtellam, fuit ei à Domino reuelatum, quòd eius Ordo futurus eſſet maximus in Eccleſia, & per vniuerſum Orbem dilatandus. Vnde hoc felici nuncio gaudio perfuſus, rediit in Italiam; ei autem aduentanti occurrit Bernardus cum infirmo ſanitati reſtituto, quod B. FRANCISCO non mediocrem attulit voluptatem. De ſingulari verò obedientia eius illud inſigne narratur, Semel in quadam ſylua orans totus fuit in oratione abſorptus, ita ſenſibus erat abalienatus, vt dormire potius videretur. Vnde ter à B. FRANCISCO vocatus nihil reſpondit, veluti moleſtam eius interpellationem ægreferens. Sed B. FRANCISCVS re mox ea perſpecta, voluit ſuæ moroſitatis importunitatiſque commiſſum luere. Itaque ſe humi proſternens illi iuſſit, vt altero pede ſibi os obtunderet, altero guttur premeret, ſimul ei ſanctæ obedientiæ monitu animum addens. Ille timidè quidem ac verecundè, ſed vt obedientiæ præceptum impleret, eius dictis acquieſcens fecit, quod auctoritas magiſtri cogebat, & quod minimè ſe decere ſuſpicabatur. Felix obedientia, quæ mandatum non procraſtinat, (vt Beatus Auguſtinus ait) ſed parat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & ſic ſe totam in ſe colligit, vt mandato pareat operantis. hanc ſtuduit Beatus Bernardus ſemper habere. Fuit quoque paupertatis amator præcipuus. Nam ſi aliquem vidiſſet vili veſte tectum, ſeipſum arguens dicebat: Hic patientius paupertatem tolerat, quàm tu Bernarde: Si quem vidiſſet pretioſis indutum, tam humiliter de ſeipſo ſentiens dicebat, Forſan is defert cilicium ad nudas carnes. Et in hac ſuauium admonitionum copia inueniebat, vnde ſe ad paupertatem magis confortaret, ſibique magis placeret: illud enim à ſuo magiſtro frequenter audiuerat, quòd quantò quis pauperior eſt, eò liberalior eſſe poteſt, ſi hanc habeat voluntatem: Nam illi voluntas pro facto reputatur, reſpectu omnium, quibus compatitur.

Simile.

Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda.

S. Auguſt.

Reuelatio facta B. FRAN. de eius Ordine.

B. Auguſt.

D. Bonau. in ſuis illuminationib.

D. Bern. de Euãg. æterno ſer. 4.

DE ADMIRANDA CONTEMPLATIONIS quiete, qua mens eius à terrenis abſoluta interdum aſcendebat, interdum verò rapiebatur.

HVC nobis præcipuus debet eſſe conatus, & ſtudium: hæc immobilis deſtinatio cordis iugiter affectanda eſt, & tenenda, vt diuinis rebus ac Deo mens ſemper inhæreat: Quicquid ab hac diuerſum diſcrepanſque eſt, quamuis magnum, infirmum tamen, ac certè noxium iudicandum eſt. Porrò hoc fuit ſtudium B. Bernardi, qui Dei amore repletus ferebatur ad diuina fixo oculorum intuitu;

eratque ita contemplationi deditus, vt dormire videretur, & totus corpore quaſi in aere ſuſpendi & ſubleuari. Quod etiam in ſomnijs præuidit B. Leo D. FRANCISCI ſocius in loco S. Mariæ de Angelis, cùm eſſet morbo graui oppreſſus. qui vt alter Heliſæus ſpiritu Dei plenus, occulta cordis cogitata cognouit: nèc mirum, quia animus contemplantis (ait D. Gregorius) videre valet, quod loqui non valet: eſt enim contemplatio internæ lucis clariſſima dies. Fuit B. Bernardus tantæ contemplationis, vt per annos quindecim ſine præiudicio actuum obedientiæ, ſemper mente & facię erecta Cœlum ſuſpiceret: à cuius oculis velut duabus lucidiſſimis ſtellis miri ſplendoris radij promicantes cernebantur, vt eorum aciem nulla vnquam temerarij iudicij hebetaret cæcitas, aut lippitudo: tam mundos habebat oculos, vt quicquid videret in creaturis, totum regeret in creatorem. Vnde in aſſidua contemplatione pauſare videbatur anima eius. De quo B. Aegidius eius conſocius dicere ſolebat per iocum, quòd erat ſemihomo, quia ſtabat in Cella incluſus, & paſcebatur pane hirundinis; eſt enim hirundo auis notiſſima, quæ in tectis nidificat, & tranſuolando depaſcitur. Sic iſte paſcebatur diuina conſolatione, & extaſi. Vnde ob eam gratiam S. FRANCISCVS frequenter de Deo cum eo loquebatur, cubiculum eius ſic diligebat, vt non niſi neceſſitate impellente, vel ſuadente vtilitate ab eo diſcederet. In contemplatione verò trahebat iugiter ab intimo corde ſuſpiria: ideóque apparebat anima eius tota ignea, cum ſpiritu intus ferueret charitate ſucceſo, & verus contemplator anticipans arram Paradyſi ſumma agilitate, quæ eſt glorificati corporis dos, quodammodo perfrui videbatur, quod modò in futura gloria perfectè & perenniter poſſidet. Ad hanc gloriam non peruenitur niſi poſt ſui ipſius victoriam. Sicut Moyſes, qui primò à turbis ſegregatus montem conſcendit, ieiunioq; purgatus audiuit Dei voces internè, diuiniq́ue vidit coruſcationes fulgoris: demumq́ue ſuperlucentiſſimam ingreſſus eſt caliginem; vbi cæcutit oculus. Tantæ fuit contemplationis Bernardus, vt per dies triginta diſcurreret ſolus per montium cacumina, ſic captus extaſi, vt externa non curaret. Dum ſemel cantaretur miſſa extra ſe poſitus ab hora prima ad nonam fuit raptus cunctis admirantibus. Ad hunc cœleſtium ciborum theſaurum tam nobilemq́ue contemplationis penum F. Bernardus fuit à Deo admiſſus, tanquam vnus de commenſalibus regni cœleſtis.

Greg. lib. 5. Moral.

Contemplatio internæ lucis clariſſima dies.

Hirundinis natura.

Seraph. Firm. in Problem.

Exod. 3.

DE INSIGNI CONSTANTIA ANIMI B. Bernardi, quæ cuncta aduerſa expugnabat, & de mira eius patientia.

APPROBATA Regula ab Innocentio III. Pontifice Maximo, miſit B. FRANCISCVS F. Bernardum Bononiam, quem vilibus indutum, rudi nempè & ſordida tunica deſpectum hominem conſpicientes pueri, cœperunt eum contumelijs iniurijſque laceſſere. At ille nulla fractus iniuria omnia patienter ſuſtinebat pro Chriſti gloria, & cum magna lætitia cuncta ſuſcipiebat aduerſa: & vt cunctis eſſet illuſionis exemplar, ſe medio expoſuit foro, quem pueri ſaxis impetebant & luto. At ille certò ſciens, quòd non eſt vir fortis, cui non conſtat creſcitque animus in ipſa rerum difficultate, temporumq; aſperitate, omnia ſumma animi firmitate ſufferebat. Aderat ibi fortè vir quidam nobilis, qui rem maturius prudentiuſque perpendens percunctatus eſt Fratrem Bernardum ad quid veniſſet: mox Bernardus protulit Regulam Euangelicam, quam gerebat in pectoris ſinu, & opere adimplebat: quam cùm vir ille perlegiſſet, admirans ſtatum altiſſimæ paupertatis vehementer obſtupuit, & multis coram adſtantibus ait: HOMO ISTE EST SERVVS ALTISSIMI. obtulitque ei locum, vbi poſſet commodius vacare diuinis: tantumque creuit Sancti viri fama; vt quiſquis eum tangere poſſet, ſe beatum prædicaret. Hoc ipſum proinde fecit in eo conſtantia, quæ eſt ſoror patientiæ, amica pacis, ſanctitatis propugnaculum. Neque poteſt aliquis opus aliquod vel aggredi, vel perficere, niſi fortem induat patientiam, ſtatuens penitus malle mori, quàm operi cedere. Quemadmodum qui velit in virentibus ac humidis lignis ignem ſuccendere, prius oportet multam ferat vim fumi, quàm poſſit clareſcentem videre flammam. At Bernardus cognoſcens ſe eſſe in magna exiſtimatione

Conſtantia quid.

Apta ſimilitudo.

mationc apud omnes, timens ambitionis ventum, quæ cæcos reddit homines, eripitque libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio, timensque ne talis obſeruantia, tantusque honor eius quietem, & tranquillitatem perturbaret, ad Beatum FRANCISCVM confugit, & quæ geſta erant narrauit; quomodo ille iudex nobilis ſuſceperat eum domi hoſpitio, locum tectumque pro pauperculis fratribus dederat, pro quibus etiam aduocatum agebat. Accidit autem per id tempus, quòd B. FRANCISCVS cùm perueniſſet Bononiam, contemplans admirabilem ædificij ſtructuram, durè arguit F. Bernardum, nec voluit hoſpitari apud fratres ſuos, ne videretur tantam ſublimitatem contra Regulæ ſuæ inſtituta comprobare, atque ſuum iudicium ad aliorum ſententiam aggregare; quare ſatius ei viſum eſt declinare ad hoſpitium B. Dominici, quem mirificè diligebat, & cum quo fuit arctiſſima neceſſitudine coniunctus. Ambitionis lethale virus. Dura B. FRAN. increpatio.

DE SINGVLARI BENEDICTIONE à Beato FRANCISCO morientè collata Bernardo.

CVM adhuc S. FRANC. peregrinaretur in humana conſuetudine, venerabatur præcipuo affectu F. Bernardum ſuum primogenitum. Quare in ſuo obitu vocauit ad ſe tanquam filium ſuum primogenitum, & paterna benedictione eum conſolatus eſt. Acceſſit ad dexteram eius F. Helias accepturus à Patre benedictionem, quem multoties decepit calidiſſimus Serpens, qui veteranæ malitiæ veneno imbutus nobis varijs artibus, & machinis tendit inſidias. Verùm & ſi B. FRANCISCVS cæcutiret præ lachrymarum aſſuetudine, plenus tamen prophetico ſpiritu, cùm impoſuiſſet manus ſuper caput Heliæ, dixit: Hoc non eſt caput primogeniti, & cancellatis manibus, vt alter Iacob Patriarcha dexteram ponens ſuper caput Fratris Bernardi benedixit his verbis: BENEDICAT te Pater Domini noſtri IESV CHRISTI in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in CHRISTO: Sicut primus electus es in Ordine iſto ad exhibendum exemplum Euangelicum ad imitandum CHRISTVM in Euangelica paupertate, cui non ſolùm tua liberaliter obtuliſti, ſed temetipſum in odorem ſuauitatis. Benedictus ergo ſis à Domino IESV CHRISTO, & à me pauperculo ſeruo eius benedictionibus ſempiternis, ingrediens & egrediens, vigilans & dormiens, viuens & moriens. Qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur, & qui maledixerit tibi, non erit immunis. Eſto Dominus fratrum tuorum, & tuo imperio cuncti ſubiaceant. Hanc benedictionem in ſuo obitu reliquit B. FRANCISCVS Fratri Bernardo, quæ aſſeruatur Aſſiſij manu B. FRANC. ſcripta inter reliquias Sanctorum. Gen. 27.

DE FELICI TRANSITV B. BERNARDI, & de dulcibus verbis, quibus cæteros ardentius commonebat, vt dicta factis comprobarent.

CVM B. Bernardus in grauem morbum incidiſſet, vt de ſola ſepultura ageretur, fratres, qui eum magnopere obſeruabant, & pio venerabantur affectu, precibus apud eum contendebant, vt aliquid memoria dignum relinqueret; & quem præſentem diligebant, abſentis quoque memoria animum à moleſtijs parumper abducerent. Ille verò qui corporis infirmitatem animi virtute & conſtantia ſuperabat, dixit: Fratres mei animum meum diſtractum recolligam; & quæ ſentio dicam vobis hoc flagitantibus. licèt proprium hominis ſit, vt læſus doleat, & laceſſitus impetu efferatur (habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes & boni viri difficillimè poſſunt) me tamen nullius offenſa vnquam perturbatum fuiſſe, neque poſt offenſam alicui mortalium ſuccenſuiſſe ſcitote. In nulla re ſentiebat ſe oblæſum, quia iniuria affectus tacebat, tanquam à potentioribus victus, ſciebat enim multò glorioſius eſſe, iniuriam tacendo fugere, quàm reſpondendo ſuperare.

Ideò cœpit lachrymis ardentius cohortari eos ad Regulæ obſeruantiam iuxta formam præſcriptam à B. Patre FRANCISCO. Ad quem cùm acceſſiſſet B. Aegidius, vrgente exitus hora, ijs verbis allocutus fuit: FRATER BERNARDE SVRSVM CORDA: cui ſtatim reſpondit: Habemus ad Dominum. Mox eius facies pellucida effecta eſt, non ſine adſtantium admiratione. Ita dilectus Deo & hominibus relicto corporis ſubſidio, lætus accumulato ſibi merito ad æterna domicilia commigrauit. Conditus eſt B. Bernardus Aſſiſij in Aede D. FRANC. non longè à tumulo Sancti Patris, vt qui in vita dilexerunt ſe, in morte etiam non ſint ſeparati: & is qui in terris olim laboris fuit ſocius, nunc diuino conſilio miraculis clarus, in cœlis gloriæ conſors æuo perpetuo fruitur.

Ex amicis optimus ille eſt, atq; firmiſſimus habetur, qui in calamitatib. præſens adeſt, & indigentibus auxiliū affert.

DE

DE B. PETRO CATANEO ASSISIATE ſecundo ſocio S. FR.



B. PETRVS Cataneus Aſſiſias vir miranda pietate, & inſigni obedientia præfulgens, Deum animo ſpectans, ei ſeruire diſpoſuit. Primò enim canonicus maioris Eccleſiæ Aſſiſij, deinde Spiritu ſancto afflatus ſuſcepit habitum S. FRANC. ipſomet die, quo Bernardus de Quintaualle decreuit rebus terrenis deſpectis B. FRANC. ſequi, & toto pectore ſacris eius veſtigijs inhærere. Cuius ſingulari exemplo commotus Petrus fugiens à conſpectu hominum mundum perfectè renunciauit, & ſua ex animo pauperibus erogauit. Porrò fuit F. Petrus vir ſummæ probitatis, vnde ſalutari odio inſectabatur vitia omnia, & ſcelera; illud non ignorans quod quidam Sanctus dicere conſueuerat: NON MAGIS DECERE DAEMONEM VISIBILEM STARE IN MONASTERIO, QVA'M INVISIBILEM. quia non minus carnalibus affectionibus internum præpeditur exercitium, quàm oculus lippiens à puluere. Recordabatur ſe vltrò mortuum mundo, vt Chriſto ſecurè viueret: & hac nimirum via inordinatos abrumpebat affectus, veluti procelloſi turbines vento flante validiſſimo. eaque de cauſa inducebatur anima eius ad mundi contemptum. planè deſertum eſſe ſe, atque abiectum intelligens, omnia pro Chriſto contemnebat. Quare laboribus, vigilijs, ieiunijsq; attritus, mirabili quodam feruore animi, in omni perfectione, & vitæ ſanctitate vſque ad extremum diem inceſſit. Quod eius exitus poſtea confirmauit.

Quo tempore B. Petrus Cataneus ſuſcepit habitum S. FRAN.

Singulare dictum B. Petri.

QVO CONSILIO F. PETRVS VICARIVS B. FRAN, Guardianum cuſtodemq́; conceſſit.

In ſeueris & tetricis rebus vita nõ vita eſt, ſed calamitas.

QVONIAM hæc vita præſens plures habet aculeos & pericula, quàm gaudia & ſecuritatem, in qua diuerſa mortalium ſtudia tam ſedulò & vehemenier occupantur, ideò B. FRANC. à conſortio huius mundi ſe prorſus abſtinere propoſuit. Si enim quiſpiam examinando iudicare velit, in hac vita plus laboris, quàm quietis; plus mœroris, quàm gaudij; plus luctus, quàm ſolatij; plus difficultatis, quàm lenitatis; plus periculi, quàm ſecuritatis reperiet. Quòd ſi minimam laborum difficultatem, & afflictionum partem pro immortali Deo pertulerimus, rectè beati eſſemus. Cùm ergo B. FRAN. perſpexiſſet cuncta caſibus, erumnis, laboribusq́; innumeris ſubijci, atque agitari, petijt à F. Petro, quem Vicarium ſuum conſtituerat, vnum de conſocijs ſuis in Guardianum, cui firmiter obedire promiſit, illud certò ſciens, quòd QVANTO' quis diligentius obſequitur, tantò maiorem gratiam obtinebit; & quæ habemus bona, ob nullam aliam cauſam adipiſcimur, quàm ob præſtitam obedientiam, exemplo Chriſti, qui parentum obſequio ſubdi voluit. Et ne puerorum more blanditijs, aut metu ſubiectum fuiſſe putes, non fuit infirmitatis, ſed pietatis, & liberi gratuitiq́; obſequij iſta ſubiectio. Annuit ergo F. Petrus B. FRANC. vt haberet ſibi ſocium in guardianum, cui obediret. Fuitque nobis exemplo, vt quicquid præpoſiti noſtri nobis iniunxerint, prius id ipſum exequi, quàm cauſas inquirere, curemus. Nam abſurdum præpoſterumq́; videtur, vt cuius officium eſt obedire, is de ſeniorum mente ſententiaq́; iudicet. Semel F. Petrus interrogauit B. FRANC. an liceret aliquid retinere eorum, qui religionem intrabant. reſpondit, ſuum conſilium fore, VT locus S. MARIAE eſſet cæteris paupertatis norma, & ſingulare religionis exemplar: imò malle altare B. Virginis neceſſitatis tempore denudari, quàm perperam contra paupertatis votum quicquam committi, vel contra Euangelij obſeruantiam aliquid attentari. Fuit F. Petrus B. FRAN. peregrinationis comes ad Honorium III. Pont. Max. pro confirmatione Regulæ vnà cum F. Bernardo Quintaualle, F. Rufino Aſſiſiate, & Maſſæo Marignani, qui proprijs auribus (vt retulit) audiuit Chriſtum concedentem amplam indulgentiam pro Eccleſia S. Mariæ de Angelis.

Vltronea ſubiectio quanti ſit apud Deum.

Perpende quanti ſemper B. FRAN. fecerit paupertatē, quę nulli malum eſt, niſi repugnanti.

DE FELICI EIVS TRANSITV.

CVM cœpiſſet F. Petrus graui morbo laborare, ſciens omnia hac lege creata, vt morte deleantur, ſumptis Eccleſiæ ſacramentis feliciter in Domino obdormiuit, cœpitq́; ſtatim poſt obitum (Domino operante) miraculis coruſcare. Conditus eſt in æde S. Mariæ de Augelis vnà cum quatuor alijs beatis, quorum nomina ſunt mihi incomperta. Cuius ad ſepulchrum multi ægri delati curati ſunt. Per hunc enim Dominus plurima ſigna oſtendit, quibus fama B. Petri longè lateq́; peruagata eſt, per merita IESV Chriſti, cui eſt honor in ſecula. Amen.

DE B. AEGIDIO ASSISIATE ſocio D. FRANCISCI.



Veſte ſua, monitu Franciſci, texit egenam Fœmellam Aegidius ſe pietate probans.

DE INGRESSV EIVS AD ORDINEM.

B. AEGIDIVS Aſſiſias tertius D. FRANC. ſocius longè aberat ab vrbe Aſſiſij, quando F. Bernardus Quintaualle, & F. Petrus Cataneus rebus ſuis pauperibus erogatis ſe FRANCISCO addiderunt. Quo audito adiuit S. FRAN. in quadam crepidine montis orantem, rogauitq́ue, vt ſe in aliorum numerum reciperet. B. FRAN. explorata animi firmitate & conſtantia Aegidij ſecum duxit Aſſiſium, in itinere obuiam habuerunt pauperculam, cui cùm B. FRAN. nihil haberet, quod præſtaret, dixit Aegidio, da illi palliolum tuum. quod hilariter nullaque tectus ſimulatione effecit Aegidius, vt expeditior eſſet ad ſequendum Chriſtum nudum, ſeruumq; eius FRAN. Quare in die S. Georgij ſuſcepit ſanctæ conuerſationis tunicam. Fuit Aegidius vir idiota, ſed altæ contemplationis, & in oratione aſſiduus, in qua viſus eſt multoties à terra ſubleuari: amabat ſolitudinem, in qua gemitibus, ſuſpirijs, & deprecationibus implorabat diuinam miſericordiam; ſicq́ue contemplationi deditus, humanis & diuinis miniſterijs occupabatur. Vel enim ipſe prædicabat, vel proprijs laborabat manibus, ne, Apoſtolum imitatus, aliquem grauaret: qui pari conſilio, ſpe, & periculo perrexit cum B. FRAN. in Prouinciam Marchiæ Anconitanæ, ibiq́ue ſalutaribus conſilijs, & optimis inſtitutis, excipiebant animas, ad Chriſti IESV amorem inducentes.

S. Bonauentura.

1. Theſſ. 2.

DE

DE PRAESTANTIA VIRTVTVM B. AEGIDII.

SALVTIFERA ſanctorum virorum exempla pios ad audiendũ animos ad tranſitoriæ voluptatis contemptum, & deſiderium incitant æternorum. ſicut magnifica & celeberrima opera B. Aegidij ad hoc nos monent, quia vita, & geſta eius probis fulcta operibus, & doctrina fructuoſa ſignis comprobata, illuſtrant animos, dirigunt greſſus, & corda noſtra demulcent. Quicquid enim in ſanctis eminet, diuina potentia operatur. Aegidius itaque memoria dignus, verus FRAN. imitator, quem cum nominare contingeret, præ nimia dulcedine ſibi labia circumlambebat, in ſanctarum ſcripturarum lectione & meditatione tam aſſiduus fuit & frequens, vt ſola Paradyſi voce audita penè in extaſim eleuaretur; veluti arida ligna quæ facilè ignem concipiunt. Fuit mitis in omnes, vt alter Aegidius Abbas ad oſtia Rhodani ſolitarius, cuius nomen ipſe gerebat: de quo narratur, Marul.lib.4. quòd cùm cerua, quæ ei lac præbebat, à venatoribus agitata ad eum naturali inſtinctu con fugiſſet, pro ea defendenda vulnus accepit, libentiſſimeq; ijs, à quibus vulneratus fuit, omnem offenſam dimiſit, & pari ſimplicitate pro cerua ſolicitus orauit. Ad hunc ſanè modum Aegidius fuit, qui manens apud Eremum de Fabrione in planitie Peruſiæ, ſyluam intrauit, & vocato ad ſe quodam fratre, appenſo collo proprio fune, quo præcinctus erat, negotium dedit illi Ducem ſuum FRANCISCVM imitatus, vt vitam & mores ſuos omni verborum petulantia inceſſeret, malens anxius de ſe illa dici, quàm ſuas laudes ab vllo prædicari: præcepitq; ei, vt ſic denudatum traheret ad locum fratrum, quò cùm ipſe perueniſſet, alta voce clamare cœpit: Miſeremini mei fratres chariſſimi, miſeremini mei peccatoris. Nemo ſatis exprimere poſſet pro rei dignitate, quantum terrena omnia contemneret; qui vt alter Hilarion dicere conſueuerat. SVPERVACANEVM fore mundicias in cilicio anxiùs quærere. & vt alter Hilarion latrones in ſe graſſantes in ſolitudine intrepidus excepit. Rogatus ab ijs quis eſſet, quia vim non formidaret, quia nudus (inquit) ſum. Cur (aiunt) non times vulnera & mortem? non talia, inquit, ab eo timentur, qui paratus eſt mori. Sic B. Aegidius paupertatem tanti faciebat, vt illud ſæpe Pſal.127. diceret: LABORES manuum tuarum manducabis: quia labores cum gaudio ſumuntur propter ſpem, & modò ſunt cibus: ſed iucundior eorum fructus erit, quando ſancti venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos: ideo & ſola tunica contentus fuit. Semel dedit caputium cuidam pauperi, ſine quo viginti dies quaſi mente & ſenſibus abalienatus perrexit; carnem ſuam aſſiduis vigilijs edomabat in ſeruitutem ſpiritus redigens, ſomno, cibo, & potu parcè vtens. Hæc proinde talia ſunt, qualia niſi mentes aſſuetæ ſciunt. Semel comedebat in die, & ab anno 1208. ſuæ conuerſionis ad annum ſui obitus 1262. hanc vitam auſteram duxit.

De profunda eius humilitate, cum pari grauitate cõiuncta.

Dictum B. Hilarionis.

DE RAPTV B. AEGIDII, ET de extaſi, qua ſæpe eleuabatur.

FVIT Aegidius vir altæ contemplationis totus intendens in Deum, id quod omnis eius vita facilè monſtrat, & in ea tanta dulcedine afficiebatur, vt in raptu obliuiſceretur alimenti. quod legitur & de alijs multis, & de B. Paulo, qui triduo illo ſuæ conuerſionis raptus ad Empyreum cœlum non manducauit, neque bibit; non videbat, quia lumine ſupernaturali erat illuſtratus, nullam habuit humanam operationem; non manducauit, quia pane ſuauiſſimo ſatiebatur interius: non bibebat, quia fons aquæ viuæ illi præbebat potum. Vnde beatus fuit beatitudine horaria, quia intellectui D. Pauli fuit immiſſa intelligibilis ſpecies, qua clarè Deum intuebatur, cùm raptus ſit mentis eleuatio ab eo quod eſt ſecundum naturam, ad id quod eſt ſupra naturam, virtute ſupernaturalis agentis, qua virtute mens noſtra actu eminenti, motu ſufficienti, & virtute efficienti eleuatur ad Deum, abſtrahiturq; à cognitione ſenſibili, imaginaria, & phantaſiabili. Id quod conſtat de B. Aegidio, qui ſæpenumero rapiebatur, & diuinarum rerum contemplatione quaſi naturali quodam pabulo recreatus adeò extra ſe eleuabatur, vt nihil omnino ſentiret ea, quæ extra ſe fiebant: idq; frequenter ei accidebat, quando diuina euchariſtia reficiebatur.

Quid multis Sanctis acciderit in raptu.

Scotus 7. quolib. art.7.

Raptus quid ſit.

Vehemẽs raptus & extaſis B. Aegidij.

Fatetur

Fatetur D. Bonauentura Generalis ſe proprijs oculis conſpexiſſe eum raptu eleuatum. A quo cùm ſemel petijſſet B. Aegidius: Pater, quid faciemus, vt ſaluemur? reſpondit D. Bonauentura: VNA VETVLA poteſt magis & feruentius diligere, quàm magiſter in Theologia. Quibus auditis B. Aegidius currens in hortum quaſi ſtultus clamare cœpit: Vetula, paupercula, ſimplex, & idiota, diligas Dominum Deum tuum, & poteris eſſe maior quàm F. Bonauentura. Semel viſus eſt à terra ſubleuari coram quinque miniſtris, qui ad eum venerant, vt tantum virum inuiſerent. Spatio trium horarum raptus eſt coram D. Iacoba Romana de ſeptemſolijs perilluſtri fœmina. Coram Gregorio IX. Pont. Max. ſemel fuit in tantam contemplationis altitudinem ſubleuatus, vt nec pulſus nec ſenſus appareret; perinde ac ſi anima à corpore eſſet ſeparata. Nec mirum cuiquam videri debet, cùm & B. Auguſtinus, & B. Ambroſius dubitaſſe viſi ſint, An anima Pauli Apoſtoli in raptu fuerit ſeparata à corpore, ipſomet atteſtante, An in corpore an extra corpus neſcio. Vnde B. Rugerius de B. Aegidio dicebat: Facile fore menti eleuatæ rapi.

DE SPIRITV PROPHETICO B. AEGIDII.

PRAEFVLSIT quoque apprimè & maximo conſilio, & prophetiæ ſpiritu, qui cognouit in ſpiritu S. Ludouicum Regem Franciæ, licèt antea nũquam vidiſſet. vnde mutuo amore & amplexu, corde potius quàm ore, alter alterum allocutus eſt, quæ res indicium fuit magnæ conſolationis. Multa quoq; prædixit antequàm fierent, & occultiſſima quæque reuelauit. Illud inſigne fertur, cùm ipſe aduerſa valetudine laboraret, dixit fratribus, qui ſecum aderant; Dicite Peruſinis, quòd propter miracula & canonizationem meam, nunquam pulſabuntur campanæ, nec ſignum aliquod dabitur, niſi Ionæ Prophetæ. quod rei declarauit euentus. Nam poſt eius felicem tranſitum Peruſini terram ſuffodientes inuenerunt lapidem marmoreum, in quo inſcripta erat hiſtoria Ionæ Prophetæ, quo ipſe conditus fuit, prout adhuc viuens prædixerat, vnde facilè intellexerunt in eo fuiſſe ſpiritum prophetiæ.

Spiritus prophetiæ B. Aegidij.

DE INSIGNI EIVS DOCTRINA.

MVLTA ſcripſit opuſcula omni laude digna, de quibus iſta circunferuntur: de conſilijs animarum, de via ſalutis & perfectionis, de fide & dilectione, de contemptu mundi, & alia multa. Fuit præterea in congreſſu vir percomis, lepidus, & iocoſus; cuius dicta erant elegantia, arguta, multoq; ſale condita. Cuidam interroganti quomodo poſſet euadere vitium carnis, reſpondit: Qui vult transferre magna ſaxa vel trabes, ſtudet hoc ingenio magis, quàm viribus efficere. Caſtitas autem (dicebat) eſt veluti Speculum, quod ſolo anhelitu inficitur & maculatur. Dixit Fratri Gratiano, Tantum Deo placeas, quantum te per gulam ſuſpendas, quia homo ſuſpenſus inter cœlum & terram ſuſpenditur. Dixit ſemel, Nobis ſemper laborandum exemplo illius, qui mutuatum ſibi aſinum nunquam ſinit ociari: per aſinum intelligens corpus. Rurſus dicebat, Si vnus tantum homo damnari deberet, & omnes ſaluari, totis viribus niterer ne eſſem ille ſolus. Fratri Iacobo de Maſſa habenti gratiam raptus, & ab eo ſciſcitanti, quid deberet facere pro cuſtodienda diuina gratia; reſpondit, Nec addas, nec diminuas, fuge multitudinem quantum potes. ideſt quando mens eſt eleuata, nec aliquid per præſumptionem addendum, neque aliquid religionis diminuendum. Cùm duo Cardinales precibus apud eum contenderent, vt pro eis rogaret; ſtatim reſpondit, Quæ mihi orandi neceſſitas pro vobis imminet, qui eſtis viri purpurati, & orbis cardines, ex quo habetis maiorem ſpem? At illi, quomodo? reſpondit, Vos cum tot diuitijs, tot honoribus, & proſperis huius mundi rebus, habetis ſperare vobis certam ſalutem: ego autem tot calamitatibus oppreſſus timeo damnari. Quo audito illi timore perculſi abierunt. Cuidam conquerenti de prælato, quòd ab oratione abduceret, reſpondit: Adhuc frater ignoras vim orationis, quæ tanta eſt, vt non ſatis exprimi poſſit. ſed ſi quis eſſet in colloquio Angelorum, vocatus à prælato obedire debet. dicebat enim: DVM Bos collum iugo ſubmittit, implet horrea. Videns mirabilem ſtructuram ſacri Conuentus Aſſiſij per curam F. Heliæ, arguens fratres

Quędã B. Aegidij ἀποφθέγματα.

Caſtitas violata non obeſt, niſi animus cõſentiat.

Corpus noſtrum eſt veluti aſinus, quia ſicut hoc animal ſubijcitur ſuo Domino: ita corpus noſtrũ ſubijcitur ſpiritui.

nimis

nimis ſibi blandientes dicebat: Nil vobis deeſt fratres chariſſimi præter vxores. nam non minus diſpenſare licet in paupertate, perinde ac in caſtitate. Nauis fracta eſt, & conflictus factus eſt, fugiat qui fugere poteſt, & euadat, ſi poteſt. Multa dixit notatu digna ad morum inſtitutionem, & ad vitam componendam; nam eleuatus ad tertium cœlum (vt alter Paulus) multa ibi percepit & hauſit, quæ poſtea præter rerum vſum alijs patefecit: quæ ego ordine quodam ſubijciam, vt facilius menti imprimantur & hæreant.

DE CONSILIIS ANIMARVM.

QVIDAM interroganti quid poſſet facere Deo magis gratum, reſpondit B. Aegidius, Vna vni, ideſt vna ſola anima vni ſoli Deo ſine aliqua intermiſſione eſt committenda. F. Gratianus petijt ſemel ab eo quid facere deberet, quod eſſet gratum Deo, reſpondit: Nihil eſt quod magis placeat Deo, quàm quòd te per gulam ſuſpendas: quia homo ſuſpenſus non eſt in Cœlo, & tamen eſt ſubleuatus à terra, & ſemper reſpicit inferius: ita debet facere homo inter ſpem timoremq; poſitus, de ſeipſo humiliter ſentiens debet Dei miſericordiam expectare. Cuidam volenti intrare Religionem præcepit, vt interficeret parentes, hoc eſt vt eos penitus relinqueret, & Deo penitus inhæreret. Rurſus cuidam interroganti an liceret intrare religionem, reſpondit: Si quis ſciret theſaurum abſconſum in agro, non interrogaret an ſit bonum extrahere. Cuidam Iuriſperito dixit: Credis quòd dona Dei ſint magna? reſpondit, credo: tunc ait F. Aegidius, oſtendam tibi quòd non credis, Quanti valent res tuæ? reſpondit Iuriſperitus, mille libris. cui Aegidius, Si dares illas mille libras pro centum millibus, nonne magnum lucrum reportares? reſpondit ille, maximè: & tamen (ait Aegidius) non dares pro regno Cœlorum, ergo cœleſtia nihilipendis. Tunc Iudex vlterius perquiſiuit. Credis quòd quilibet tantum operetur, quantum credit? reſpondit Aegidius, Qui bene credit, bene operatur, vt faciunt ſancti, cui ſententiæ acquieuit Iudex. Cuidam glorianti in bonis operibus, & in malis mœrenti, reſpondit Aegidius: Moderatè dolendum eſſe de peccatis, quia maior eſt diuina miſericordia, quàm peccatorum noſtrorum copia. Si enim agri cultores vererentur malos influxus cœleſtes, vel volucres cœli, nunquam ſulcis terræ mandarent ſemina, cùm tamen ſemper maior pars fructuum remaneat penes cultorem: ita non eſt dimittendum bonum opus propter inanem gloriam, quia ſemper remanet maior pars penes operantem. Quidam interrogauit, An in ſeculo poſſet obtineri gratia? reſpondit, Poteſt. ſed gratia in religione de facili creſcit & conſeruatur, quia homo in religione eſt ſequeſtratus à ſeculo; vbi in religione ſunt multi, qui à malo retrahunt, in ſeculo autem facilè deperit gratia. Cuidam poſcenti vt pro ſe oraret, reſpondit, Ora tu pro teipſo. At ille, Rogo te ora pro me, qui es Deo amicus, ego autem ſum homo peccator. Tum inquit Aegidius: Dic mihi, ſi plateæ eſſent plenæ auro, nunquid mitteres aliquem nuncium ad capiendum aurum? reſpondit, non, ſed ego ipſe irem: ſic eſt de Deo ait Aegidius, Totus mundus Deo plenus eſt, omnes poſſunt eum inuenire. Vade ergo tu, & alium ne mittas. Quidam dixit B. Aegidio: Volo ire Romam; reſpondit Aegidius, Scias velim eligere bonam monetam ab adulterina, & aurum à ſcoria, hoc eſt peccata à bonis.

DE FIDE.

OMNIA quæ poſſunt excogitari, narrari, videri, palpari nihil ſunt reſpectu eorum, quæ nec excogitari, nec videri, nec palpari poſſunt. de Deo autem nihil poteſt dici quod ipſe ſit, cùm ſit maior omnibus, quæ excogitari poſſunt: & quicquid de ipſo dicitur, eſt veluti punctus reſpectu magnæ circunferentiæ. Illi, qui habent dona Dei, non cognoſcunt; & qui non habent, non quærunt. Homo fingit Deum qualem vult, ſed ipſe eſt talis, qualis ipſe eſt. Eſt enim Deus ſphæra intellectualis, cuius centrum vbique eſt, & circunferentia nuſquam. Dicebat quòd homo qui expectat aliquod bonum æternum, nullum malum pauet: & expectantem æternum malum, nullum bonum lætificat. Vnde peccator quandiu viuit, nunquàm debet deſperare de diuina miſericordia: quia nulla

Deus quid ſit iuxta Platonicos.

eſt arbor

eſt arbor ita ſpinoſa & nodoſa, quam non poſſit homo læuigare & complanare: nec eſt aliquis tam grauis peccator in mundo, quem non poſſit Dominus gratia & virtutibus adornare.

DE DILECTIONE.

DILECTIONEM maiorem alijs virtutibus. Beatus qui non ſatiatur illis rebus, quas ſemper debet deſiderare: ſed amor noſter nihil eſt reſpectu amoris Creatoris, quia omnis amicus fraudulenter incedit. Hæc eſt via ſalutis, vt ſis lætus de bono proximi, & doleas de malo tuo. QVI non vult alios honorare, non honorabitur, & qui non vult cognoſcere, non cognoſcetur, & qui non vult fatigari, non quieſcet. Quicquid fit abſque dilectione & amore, non placet Deo, & Sanctis. Si quis efficitur pauper ſuis, diuinis efficitur diuꝫ: ergo diuina debet homo eligere, & ſua contemnere. Multum debes eſſe fidelis in amore illius, qui te liberare vult ab omni malo, & qui tibi vult dare omne bonum.

DE HVMILITATE.

NEMO poteſt venire in cognitionem Dei niſi per humilitatem: Via eundi ſurſum eſt ire inferius; quæ in orbe acciderunt mala, ſemper ea faſtu & capitis eleuatione, vt patet in Lucifero, in Adam, in Phariſæo, & alijs. Bona verò quæ acciderunt, facta ſunt in flectendo caput, vt patet in B. Virgine, in publicano, latrone, & quampluribus alijs. Quidam frater petijt ab Aegidio, Quomodo poſſumus nos humiliare? reſpondit, Laua manus, & pone ibi os, vbi habes pedes. Magnus humilitatis gradus eſt, cognoſcere ſe ſemper eſſe contrarium bono. Beatus qui ſeipſum humiliat, & iudicat, quia non veniet ad aliud iudicium. Beatus qui fideliter ambulat ad obedientiam & iudicium alterius. Hoc fecerunt Apoſtoli, poſtquam Spirituſancto fuerunt repleti. QVI vult pacem & tranquillitatem habere, omnem hominem reputet ſuum ſuperiorem. Beatus qui non vult videri in ſuis verbis & moribus, niſi in illa compoſitione, in qua diuina gratia componit illum. Beatus qui ſcit conſeruare & abſcondere reuelationem Dei, quia Nihil occultum, quod non reuelet Dominus, quando placet ſibi. Humilitas neſcit loqui, & patientia non audet loqui. Humilitas videtur eſſe quaſi fulgur, quia ſicut fulgur facit percuſſiones terribiles, & poſtea nihil poteſt ex eo inueniri: ſic humilitas diſſipat omne malum: & eſt inimica vniuerſi peccati: humilitas facit inuenire gratiam coram Deo, & pacem cum hominibus. Si Rex velit mittere filiam ſuam in aliquem locum, non poneret eam ſuper equum indomitum & calcitroſum, ſed ſuper equum manſuetum, & ſuauiter ambulantem: ita Deus non ponit gratiam ſuam in ſuperbis, ſed in humilibus. Humilitas, & patientia.

DE TIMORE.

TIMOR Domini ſanctus expellit omnem alium timorem, & cuſtodit illa bona, quæ nequeunt lingua exprimi. Qui non timet, oſtendit ſe non habere quod perdat. Timor regit & gubernat hominem, & facit inuenire gratiam Domini: quam ſi habet homo, timor Domini conſeruat eam, & ſi non habet, facit ad eam peruenire. Omnes creaturæ rationales, quæ ceciderunt, nunquam cecidiſſent, ſi hoc donum habuiſſent. Homo qui offendit in tantum Deum, quòd dignus eſt morte, cum qua ſecuritate poteſt adire eius præſentiam? Non eſt homini perfecta ſecuritas, dum eſt inter hoſtes ſuos. Inimicus noſter eſt caro noſtra, ipſa cum Dæmonibus ſemper eſt aduerſaria, & contraria animæ noſtræ. Abſque timore ſancto impoſſibile eſt hominem poſſe ad gratiam Dei conſcendere, vel in ea perſeuerare. Quò quis maiorem habet timorem, eò plus orat. CVI datur gratia ſanctæ orationis, non eſt parum quid. Opera hominum quantumcunque magna videantur, non ſunt ſecundum æſtimationem hominis, ſed ſecundum diuinum beneplacitum. ideò nobis eſt ſemper timendum. Perpende.

DE

DE PATIENTIA.

QVO' quis magis paratus eſt ſufferre tribulationes, eò maior eſt apud Deum, & non plus. SI quis dicit tibi malum, adiuua illum: ſi quis dicit tibi bonum, redde illud Deo. SI vis facere partem tuam bonam, facies partem tuam malam, & partem alterius bonam. QVANDO quis contendit tecum, ſi vis vincere, perde. Via ergo ſaluationis eſt via perditionis. INIVRIAM vlli inferre noli, & ſi quis tibi facit iniuriam, patienter ſuſtine amore Dei, & propter remiſſionem peccatorum tuorum. Multò melius eſt grauem iniuriam ſuſtinere ſine murmure amore Dei, quàm paſcere quotidie centum pauperes, & per plures dies ieiunare. BEATVS qui ſemper habet ante oculos peccatum ſuũ, & beneficia Dei, & ſuſtinet pariẽter omnem tribulationem & anguſtiam: Ex hoc enim debet habere magnam conſolationem. QVI ſemper habet præ oculis peccata ſua, in nulla tribulatione deficiet. SI plueret Dominus lapides & ſaxa de Cœlo, non nocerent nobis, ſi eſſemus quales eſſe deberemus. SI vincis teipſum, vinces omnes inimicos tuos, MAGNA virtus eſt, ſi quis permitteret ſe vinci ab omnibus hominibus; quia talis homo eſſet dominus huius mundi. SI vis ſaluari, conare vt deſperes ab omni conſolatione, quam tibi dare poteſt omnis mortalis creatura, quia maiores ſunt caſus ex cõſolationibus, quàm ex tribulationibus. NOBILIS eſt natura equi, qui licèt ſit in curſu velociſſimo, tamen is qui equitat, poteſt eum auertere in aliam viam atque inflectere: Sic debet homo in impetu ſuo permittere ſe regi ab illo, qui corrigit: cùm ad ſolam memoriam Dei debeat homo deſiderare quantum eſt de ſe dare pretium alijs, vt traherent eum per capillos. Quidam murmurabat coram illo, cui ipſe dixit: Mi frater quantò plus murmuras, eò plus te oneras, & quantò humilius ſubmiſeris caput obedientiæ ſanctæ, tantò leuius & ſuauius erit tibi. Tu non vis vituperari in hoc ſeculo, & vis honorari in alio, non vis maledici, & vis benedici, non vis laborare, & vis quieſcere.

Aurea verba.

De fratre murmurante.

DE OCIO.

Ocioſitas mala.

SICVT ocioſitas mala via eſt ad infernum: ita quies eſt via ad cœlum. Res mutuata nobis à Deo eſt, caro noſtra, & quaſi tres dies ſunt totum vitæ noſtræ. SI quis vult facere malum, vix petit conſilium. Prouerbium dicebat ironicum: AD ſpem tui vicini non ponas ollam ad ignem. Semel dixit quidam frater: Fortè moriemur antequam experiamur aliquid boni. reſpondit B. Aegidius, Pelliparij nouerunt de pellibus, Cerdones de calceamentis, quomodo homo poteſt ſcire artem, in qua nunquam ſtuduit?

DE CONTEMPTV MVNDI.

Exemplum.

VAEH homini illi, qui ponit cor ſuum, & deſiderium ſuum, & vires ſuas in rebus terrenis, propter quas amittit vitam æternam. Aquila quæ volat altiſſimè, ſi haberet alligatam cuilibet alæ trabem, non volaret tam altè. MVLTOS inuenio laborantes pro corpore, paucos pro anima. AVARVS ſimilis eſt talpæ, quæ non credit alium theſaurum eſſe, niſi terram excauare & inhabitare: ſic homo qui non eſt contentus rebus renis, ſed ſemper ſuſpirat ad alia. Corpus factum eſt propter animam: & hic mundus propter alium mundum. Dicebat quoque quòd MVNDVS eſt talis campus, quòd habens ex eo partem maiorem, habet partem deteriorem: propterea Beato FRANCISCO non placebant nimis formicæ propter nimiam ſolicitudinem congregandi victualia ſua, ſed aues cœli magis placebant, quia non congregant in horrea.

Mundus.

DE

DE CASTITATE.

DICEBAT quòd caro noſtra eſt veluti ſus voluta in volutabro: Vel ſicut ſcarabeus, qui natat in ſtercore: Vel eſt ſicut pugil Diaboli. Quidam frater interrogauit eum, quomodo poſſet cauere à vitijs carnis, reſpondit, quòd Omne vitium lædit caſtitatem, quæ eſt veluti Speculum clarum.

DE TENTATIONE.

QVANTO' homo gratioſior fuerit, eò plus à Diabolo impugnatur, non tamen debet homo ceſſare ſequi gratiam ſuam, quia quantò grauior fuerit pugna, tantò ſi vicerit maior erit corona. Nos ideò non habemus multa impedimenta, quia non ſumus quales eſſe deberemus. QVANTO' quis magis fuerit repletus virtutibus, eò magis infeſtatur à vitijs. Quidam dixit maxima tentatione cogi, Reſpondit, QVANTO' aliquis Rex magis munit milites ſuos armis, tantò vult vt fortius prælientur: ſicut agricola purgat vepribus & ſpinis agrum, & fatigatur diu antequam colligat fructum.

DE POENITENTIA.

FVIT ſemel interrogatus à quodam, Quomodo quis poteſt conſcendere ad gradum virtutis & perfectionis; Reſpondit, Quòd ei primò dolendum eſt de peccatis, moderatè tamen: poſtea debet confiteri purè, & pœnitentiam agere: poſtea cuſtodire ſe ab omni peccato, & ab omni occaſione peccati: tandem debet ſe in bonis operibus exercere. BENEDICTVM ſit illud malum, quod conuertitur in bonum homini. BEATVS qui habet dolorem de peccatis ſuis in hoc mundo, donec peruenerit illuc, vbi omnia deſideria cordis ſui complebuntur.

DE ORATIONE.

ORATIO eſt initium & complementum omnis boni, quæ illuſtrat animam, & per eam cognoſcitur bonum & malum; cætera opera bona adornant animam, ſed oratio eſt magnum quid. Contemplationis autem gradus eſſe dicebat, ignem, vnctionem, extaſim, contemplationem, guſtum, quietem, gloriam. QVI neſcit orare, non cognoſcit Deum. Cuidam oranti nec valenti habere ſtatim ſpiritum deuotionis dixit, PAVLATIM tibi incedendum eſt, quia ſi haberes paululum vini in vegete fęce commixti, non concuteres vegetem, ne fęcem miſceres. Molendinarius malleo percutit, & complanat molam, vt bonam farinam emittat: ſic tibi faciendum eſt in oratione. Diabolus in oratione acrius vrget orantem, multaque iacula immittit: & qui in bello orationem dimittit, eſt ſicut transfuga qui è bello aufugit. laborandum eſt aſſidua oratione. FABER multis tunſionibus fabricat cultellum antequam perficiatur, & tamen in fine vnica tunſione perficit. QVILIBET laborare debet pro viribus, vt acquirat vitam æternam, quam amittere non eſt corrigiam calceamentorum amittere. Quidam interrogauit B. Aegidium, Quid facis Aegidi? reſpondit, Malum. illi verò interroganti, Quod malum facis cùm ipſe ſis bonus frater Minor? reſpondit, Dic mihi, Vter paratior eſt an Deus in conferenda nobis gratia ſua, an nos in acceptanda? reſpondit, Deus in conferenda. Ergo (ait) nos facimus malum. deſine igitur mirari, ſi dixi, malum. Dicebat quòd boni religioſi ſunt magni lupi, qui raro & magna vrgente neceſſitate exeunt è latibulis, & in publico paruam moram trahunt: Sic perfectus homo non quærit audire aliquid, vel uidere, vel moram facere cum aliquo, niſi pro magna neceſſitate. Immò dicebat, Vellem potius eſſe cæcus, quàm ea videre, quæ forſan poſſunt iter meum impedire.

Orationis vis & natura.

DE SPIRITVALI CAVTELA,
& eius conſideratione.

Perpende.

SI vis bene videre, erue oculos tuos, & eſto cæcus: ſi vis bene audire, eſto ſurdus: ſi bene loqui, eſto mutus: ſi bene ambulare, abſcinde tibi pedes: ſi bene operari, mutila tibi manus: ſi bene amare, habeas te odio: ſi vis bene viuere, te mortifica: ſi bene lucrari, diſce perdere: ſi vis eſſe diues, eſto pauper: ſi vis eſſe in delicijs, afflige te: ſi vis eſſe ſecurus, eſto ſemper in timore: ſi vis exaltari, humilia te: ſi vis honorari, deſpice te, & honora te deſpicientes: ſi vis habere bonum, ſuſtine malum: ſi vis eſſe in quiete, labora: ſi vis benedici, deſidera maledici. O quàm magna ſapientia, ſcire hæc, facere. & quia magna ſunt, non omnibus data ſunt. NEMO debet aliquid audire, vel loqui, niſi ad vtilitatem, nec vltrà vllo modo procedere.

De hac extrema ſententia Socratica latè Xenoph. in memorab.

DE VIA SALVTIS,
& perfectionis.

DICEBAT B. Aegidius: SI vis ſaluari, non petas rationem ab humana creatura de his, quæ tibi accidunt. SI vis ſaluari, ſatage te ſeparare ab omni conſolatione & honore, quæ poteſt tibi dare aliqua creatura. VAEH illis qui volunt honorari de ſua malitia. SI quis tecum contendit, ſi vis vincere, perde, alioquin in fine quando credideris te viciſſe, perdidiſti. VITIA & peccata ſunt virus lethale: virtutes verò ſunt theriacæ. SICVT gratia vna trahit ad aliam: ſic vnum vitiũ trahit ad aliud. MENS in humilitate requieſcit, patientia eſt filia eius. PVRITAS cordis videt Deum: Deuotio manducat ipſum. SI amas amaberis, ſi times timeberis, ſi ſeruies ſeruietur tibi. Si bene te geſſeris erga alios, alij ſe bene gerent erga te. BEATVS qui amat, & non deſiderat inde amari. BEATVS qui ſeruit, & non deſiderat ſeruiri. Et quia hęc magna ſunt, ſtulti ad hæc non pertingunt. TRIA potiſſimum animo tuo hærere debent: Primum eſt, ſi omnem tribulationem quæ accidit, libenter ſuſtineas. Secundum, ſi de omnibus quæ facis & recipis, magis humilieris. Tertium eſt, ſi fideliter diliges illa bona, quæ videri non poſſunt corporeis oculis. Interrogauit ſemel B. Aegidius quendam fratrem dicens, Habes tu bonam animam? reſpondit frater ille, Frater mi neſcio. Cui Aegidius, Sancta contritio, ſancta humilitas, ſancta charitas, ſancta deuotio, ſancta lætitia faciunt animam ſanctam & bonam.

Tria debent hærere animo Chriſtiano.

DE SCIENTIA VTILI ET INVTILI,
& de verbi Dei prædicatoribus.

QVI vult ſcire ſatis inclinet caput, ſatis operetur, ſatis trahat ventrem per terram, & Dominus docebit eum ſatis. SVMMA ſapientia eſt bona opera facere, bene cuſtodire ſe, & iudicia Dei conſiderare. Cuidam volenti ire ad ſcholas dixit, Tantam ſapientiam debet homo habere, quantum boni operatur, & non plus. NON ſis minus ſolicitus eſſe utilis alijs, ſed eſto magis ſolicitus ut ſis utilis tibi ipſi. VERBVM Dei non eſt audientis, uel dicentis, ſed operantis illud. MVLTI neſcientes natare intrauerunt in aquas, ut adiuuarent pereuntes in eis, & cum pereuntibus perierunt. BEATVS eſt ille qui dirigit aliquos per uiam rectam, & ipſe non ceſſat ire per eam; Sicut qui inuitat aliquos ad currendum quò ipſe currere non deſiſtit, bonus enim prædicator magis ſibi, quàm alijs loqui debet. Qui uult animas peccatorum trahere, curare debet, ne ab alijs malè trahatur; ſicut plus meretur qui peregrinatur ad Sanctum Iacobum, quàm qui alijs uiam oſtendit. Dicebat quoque, MVLTA uideo quæ non ſunt mea, multa audio quæ non intelligo, & multa loquor, quæ non operor.

Officium boni prædicatoris.

ergo

ergo videtur mihi quòd per ſolum viſum, loquelam, & auditum non ſaluatur homo. Docuit quendam Prædicatorem vt diceret, Bo bo, multum dico & poco fò.

DE VERBIS BONIS, & non bonis.

QVI loquitur bona verba, eſt quaſi os Dei; & qui loquitur mala verba, eſt quaſi os Diaboli. QVANTO magis homo eſt plenus vitijs, eò magis eſt neceſſarium de virtutibus loqui: ſic enim ex frequenti colloquio de virtutibus, facilè inducitur homo ad amplexum illarum. EGO non reputo minoris virtutis ſcire bene tacere, quàm ſcire bene loqui: quare homo deberet habere collum inſtar gruis, vt per multos nodos efflueret verbum, priuſquàm ex ore egrederetur.

DE PERSEVERANTIA.

QVID prodeſt homini ieiunare, orare, eleemoſynas facere, ſeipſum affligere, ſentire quoque magna de Cœlo, & non peruenire ad portum ſalutis? Ecce aliquando apparet aliqua nauis multo theſauro plena, tamen miſerè perit, & contrà aliqua nauis deſpecta venit ad portum. ARBOR licèt ſit propagata, non tamen ſtatim coaleſcit; & ſi coaleſcit, non ſtatim floret; & ſi floret, non ſtatim producit fructus; & ſi producit fructus, non ſtatim magnos; ſi magnos, non maturos; ſi maturos, non omnes ad os comedentis perueniunt; ſed multi marceſcunt, & à beſtijs deuorantur. DVO magna bona hominis reputo, Deum amare, & ſemper à peccato cauere.

DE RELIGIONE.

DICEBAT: Vellem potius habere modicum in Religione, quàm multa bona extrà, quia plura pericula & pauciora adiutoria ſunt in ſeculo, quàm in Religione. Sed homo peccator plus formidat bonum ſuum, quàm malum ſuum; quia timet pœnitentiam agere, & religionem intrare plus, quàm in peccato iacere, vel in ſeculo remanere. Dicebat quòd multi religionem ingrediuntur, & quæ conueniunt religioni non operantur, quia non omnes ſciunt equitare, vel pugnare, etiam ſi Orlandi militaria arma haberent. Sed de religione B. FRANCISCI dicebat, Videtur mihi quòd Religio Fratrum Minorum verè fuit miſſa à Deo in hunc mundum ad magnam hominũ vtilitatem. Verùm niſi ſcimus, quales nos eſſe decet, vęh nobis. quia hæc religio eſt pauperior & ditior cęteris, ſed vitium id noſtrum eſt, quia volumus nimis altè ambulare; cùm tamen idem ſit dicere Fratrem Minorem, quàm ſubiectum pedibus omnium. ſed ille eſt diues, qui imitatur diuitem; ille eſt ſapiens, qui imitatur ſapientem: ille bonus, qui imitatur bonum: ille pulcher, qui imitatur pulchrum: ille nobilis, qui imitatur nobilem dominum Deum noſtrum. Item dicebat, quòd illa quæ odit ſecularis, debet religioſus diligere, vt paupertatem, verecundiam, nuditatem, famem, ſitim, vilitatem.

De Religione Fratrum Minorum.

DE OBEDIENTIA.

QVò maiori obedientiæ vinculo conſtrictus fuerit religioſus, eò maiorem fructum producet. & quò magis fuerit obediens ſuo prælato propter honorem Dei, eò magis eſt pauper & mundus. Religioſus obediens eſt velut homo bene armatus, qui ſecurus tranſit inter hoſtes, & nemo poteſt eum offendere. Religioſus murmurans eſt ſimilis militi inermi. QVANDIV bos ſubijcitur iugo, implentur horrea.

Religioſus obediens.

DE CONTEMPLATIONE.

Vita actiua & cõtemplatiua Marthæ & Marię cõparantur.

INTER gradus veræ contemplationis is præcipuus eſt, mortis meditatio; quia ſola memoria mali non oſtendit ſi bonum conſequamur. ſed non efficitur quis contemplatiuus, niſi ſit prius bonus actiuus. iſtæ enim duæ vitę per Martham & Mariam ſignificantur; laborabat illa, & vacabat iſta. Ad contemplandam autem diuinam gloriam eſt nobis aditus per virtutes, quæ ſunt viæ & ſchalæ eundi ad regnum cœlorum. Vt autem quis ad hoc perueniat, eſt conſideratio ſuorum malorum, cautela de præſentibus, timor de futuris, conſideratio diuinæ miſericordiæ, quæ hominem expectat. Cuidam dicenti, Quare magis in homine pullulant mala, quàm bona? reſpondit, Poſt maledictionem pronior eſt terra ad producendum malas herbas, quàm bonas; ſed diligens cultor poteſt facilè extirpare. Cuidam quærenti de prædeſtinationis arcano reſpondit, quòd ſufficiebat ſibi littus maris ad lauandum pedes, manus, & totum corpus. Dicebat rogãdum eſſe Deum ob maius præmium, vt mittat nos ad dura prælia. Dicebat, quòd facilè cognoſcitur ſi quis Deum cognoſcit, ſi omni ſolicitudine ſeparat ſe à vitijs, & quòd eſt ſumma gratia cuſtodire gratiam ſibi datam. Hæc de ſingulari & ſalutari eius doctrina, quæ indicant etiam vrbanitatem quandam, & acumen eius ingenij.

DE FELICI OBITV B. AEGIDII,

& de eius præclaris ſignis, quæ vitam & mortem eius beatam comprobarunt.

POSTQVAM B. Aegidius multa & magna ſui in Deum mutui amoris indicia & ſigna dederat, obijt Peruſij anno 1282. à ſua conuerſione 52. tempore B. Bonauenturę Generalis: conditus eſt in æde B. FRAN. Statim autem poſt eius obitum, cùm iam commendaſſet ſpiritum ſuum ſponſo, quem ipſe elegerat, Sanctus vir miraculis clarere cœpit: tres ſiquidem ab oculorum cæcitate liberauit, duos à pedum dolore, tres laborantes morbo gutturis, mulierem liberauit à partus doloribus & abortiuo, quendam alium laborantem calculo, multaq; alia perpetrauit miracula, quę habentur in legenda eius Peruſij in ſacrario eccleſiæ S. FRAN. recondita; quę libenter omitto, ne liber creſcat in immenſum.

DE BEATO SABBATINO

quarto ſocio D. FRANC.

B. SABBATINVS vti vir bonus erat & rectus, ita cum Deo ambulauit in omnibus operibus ſuis, donec ad ipſo fruendum peruenit. Pauca de ipſo inuenio certa fideq; digna. ſed tametſi ignoretur patria eius, vel cognomen, in qua nunc patria habitet ſpiritus eius, prorſus non dubitamus. quoniam in Cœleſti Hieruſalem habitat, vbi nutritur alimento immortali, & tanquam ſydus in firmamento lucet. Obijt Romæ in Eccleſia S. Mariæ ad aram Cœli, ibiq; conditus miraculis illuſtris.

DE BEATO MORICO

quinto ſocio D. FRANC.

Hoſpitale S. Saluatoris Parietũ.

BEATVS Moricus paruulus primò ex Cruciferorũ Ordine Aſſiſij apud Hoſpitale S. Saluatoris Parietum (ſic enim appellabatur locus ille, quo hoſpites & peregrini excipiebantur) qui languore graui, moleſto, atque prolixo laborabat, per nuncium inſtanter petijt à B. FRANCISCO, vt pro ſe ad Dominum intercedere dignaretur; cui B. Pater benignè annuens, oratione præmiſſa, panis micas accepit; & oleo lampadis, quæ ante B. Virginis ardebat altare, admixtas ægrotanti contra morbum eius ſingulare remedium tranſmiſit. quas cùm Moricus comediſſet, tantum mentis & corporis vigoris accepit, vt paulò pòſt religionem Beati FRANCISCI ingreſſus, non manducans

panem,

panem, neque bibens vinum, inopem vitam duxerit, & ſola tunica fuerit contentus, ſub qua deferebat ferream ſubuculam: crudis herbis & leguminibus vſus eſt, more Sanctorum Patrum, ad edomandam carnem, quærens ſemper loca viliora, pauperiora, & deſtituta omnibus delitijs, & voluptatibus huius labentis ſeculi; nouerat enim quòd ſicut impoſſibile eſt eodem oculo aſpicere cœlum & terram, ſic impoſſibile eſt non perire eum, qui ſe terrenis implicuerit. plures ſuæ integritatis ſtudio ad ſe attraxit. Fuit primus Miniſter prouincialis Franciæ; meruit quoque ſuis apud Deum meritis, in B. FRANCISCI fronte magnum ſignum Thau contemplari, quod ſanctus vir magno venerabatur affectu. Obijt cumulatus meritis in Vrbeuetana, ibiq; iacet miraculis illuſtris. Simile.

DE FRATRE IOANNE CAPELLA *ſexto ſocio B. FR. qui vt alter Iudas Iſcariothes ſe laqueo ſuſpendit.*

FRATER Ioannes Capella, à quo primò facta eſt Ordinis relaxatio, fuit inter cæteros diſcipulos B. FRANCISCI vt alter Iudas, de quo ait Dominus: Nonne ego duodecim vos elegi, & vnus veſtrum Diabolus eſt? Ita inter diſcipulos S. FRANC. fuit Ioannes Capella, fortè ſic dictus, quia primus almutium ſiue biretum detulit, & ab eo Capellæ nomen promeruit, qui vt alter Iſcariothes laqueo ſe ſuſpendit, vt in hoc quoque FRANCISCVS non eſſet CHRISTO diſſimilis, vt & nos hoc inſigni exemplo intelligamus, ob vnius hominis delictum non contemnere omnium communitatem, & communem viuendi regulam. Nam in Cœlo omnes illi ſpiritus ſunt boni: in Inferno omnes ſunt mali: in terra verò tanquam in media aëris regione, in qua generantur grandines, & fulgura, boni ſimul & mali vitam agunt. Siquidem nulla in mundo ſanctior congregatio reperiri poteſt, quàm fuit Apoſtolorum, in qua iniquiſſimus Iudas inuentus fuit: ſicut nunc ſagena Eccleſiæ bonos & malos comprehendit: ita quoque Religioſorum monaſteria boni & mali habitant. Quid ergo mirum ſi in collegio ſociorum B. FRANCISCI Ioannes Capella formidabile ſui reliquit exemplum? qui diuini conſilij tanti Patris oblitus, mandata eius neglexit. Natura enim vitiorum eſt, illuc velle reuerti, vbi primò ſteterunt. Sed hoc admiratione dignum eſt, quòd abijt in locum ſuum, & in aere crepuit medius aerearum collega poteſtatum, ſicut Iudas, quem nempe veri Dei, & veri pariter hominis, qui de cœlo venerat operaturus ſalutem in medio terræ, proditorem nec cœlum recepit, nec terra ſuſtinuit. Vnde Matthias in locum eius ſubrogatus & electus fuit: Ita Gulielmus Anglicus, vir ſanè moribus & vitæ probitate conſpicuus, ſucceſſit Ioanni Capellæ: obijt poſtea Aſſiſij tumulatus in inferiori eccleſia, tempore F. Heliæ Generalis Miniſtri.

Ioan. 6. — F. Ioannes Capella primus almutij inuentor. — Vitiorum natura. — Gulielmus Anglicus.

DE BEATO PHILIPPO LONGO *ſeptimo ſocio B. FRANC.*

BEATVS Philippus (cognomento Longus) primus Viſitator pauperum dominarum, vir tantæ perfectionis, quòd Dominus (vt fertur) dignatus eſt tangere labia eius calculo munditiæ, & quamuis eſſet laicus & idiota, profunda tamen Dei myſteria penetrans mira in Deum afficiebatur voluptate. Obijt virtutibus clarus, & exemplis, Peruſiæ, tumulatus in eccleſia Monialium, de cuius vita & præclaris geſtis ſcripſit F. Bernardus de Beſſa Aquitanus. Floruit in loco Grecij anno 1246.

Primus Viſitator. — Legenda trium ſociorum.

DE B. CONSTANTIO VEL (VT ALIIS PLACET) *Ioanne de S. Conſtantio octauo ſocio D. FR.*

BEATVS Conſtantius ex S. Conſtantio octauus ſocius B. FRANC. verè conſtans, qui in laqueis tentationum conſtitutus conatus eſt ſeipſum ſeruare immunem ac inſontem; quæ Dei ſunt cogitans, loquens, & operans; in dolore pœnitentiæ & fletu ſe exercens, in meditatione mortis Chriſti. ſciens, & illud animo peruoluens quòd MAGNIS morbis magna ſunt opponenda medicamenta.

Quam ob rem in hac vita contritionis perſeuerans, addens iguem igni, feruorem feruori, deſiderium deſiderio, amorem amori, feliciter obdormiuit in Domino. Pauca dicenda exiſtunt: nullibi enim reperire potui quando & quomodo ingreſſus eſt Ordinem. Conſtat de morte eius quòd obijt Aſſiſij, & in eccleſia Sanctæ Mariæ de Angelis honorificè ſepultus eſt.

DE BEATO BARBARO
nono ſocio D. FRANC.

BEATVS Barbarus vir ſanctitate vitæ clarus, precipuus paupertatis amator, quam verbo ſimul & opere extollebat (vt mos ſingularis eſt Ordinis) velut theſaurum incomparabilem in cœlo reconditum, omnia deſpiciẽs propter Chriſtum S. FRAN. adhæſit, ſciens quòd qui timore pœnę renunciat mundo, perſimilis eſt thuri, quod à principio ſpirat bonum odorem, ſed tandem in fumum euaporat; & qui ſpe præmij terreni mouetur, ſimilis eſt molæ ipſi frumentariæ, quæ ſemper eodem in loco manet, vel ei ſimilis, qui ligatis manibus, & pedibus vult currere. Porrò Barbarus omni perfectione plenus, audita fama B. FRAN. vbique peruulgata, illi adhæſit; Nec miretur quiſquam hanc repentinam mutationem in viris ſanctis, quia SICVT ſemen cadens improuisò de manu agricolæ, vbi non vult, vberius quandoque germinat, quàm ſtudioſè ſeminatum: ita ſpiritus Domini quandoque piè vtiliterq́; decipit animas, repentinaque propter ardorem animi mundi renunciatio meliorem finem ſortitur. Fuit B. Barbarus eximius paupertatis amator, qui præter mantellum, habitum, & chordam, nil aliud penes ſe retinuit. Obijt in maxima humilitate Aſſiſij, ſepultus in loco S. Mariæ ab Angelis.

Renuntians mundo timore pœnæ.

DE B. BERNARDO VIGILANTIO
decimo ſocio B. FRANC.

B. BERNARDVS Vigilantius, qui vigil factus in laboribus, tempore procedente, ſanctitatis nomen promeruit, vigilans fuit, nec ſomnijs credens; Nam qui ſequitur ſomnia, eſt ſimilis currenti poſt vmbram, qui ſperat eam ſe poſſe comprehendere. Huic Dominus tantam gratiam donauit, vt ad ſummam mentis eleuationem, & contemplationem euectus ſit. Vnde B. FRAN. veſtigijs perpetuò hæſit. Obijt miraculis clarus, ſepultus Aſſiſij in æde Sanctæ Mariæ de Angelis.

Sequens ſomnia.

DE BEATO ANGELO
vndecimo ſocio S. FR.

B. ANGELVS Tancredus Reatinus primò ex equeſtri ordine miles aſſumptus, qui mundi huius illecebris contemptis à B. FRANCISCO, exploratа prius animi eius ſententia, ad Ordinem ſuum receptus fuit. Nam cùm ipſe admodum Dæmones pertimeſceret, ob eam cauſam non audebat ſolus dormire de nocte. B. FRANC. qui tanquam medicus admirabilis procurabat ſalutem animarum, mandauit ei per obedientiam ſanctam, vt ſolus montem excelſum conſcenderet, & alta voce exclamaret: Superbi Dæmones omnes venite ad me, & quicquid poteritis, facite mihi. Quod cùm ille humiliter feciſſet, nec aliquis Dæmon ad eum veniſſet, deinceps ipſe impauidus effectus eſt: & hoc admirabili antidoto ſanatus extitit. Simile huic narrat Climachus Doctor ſpiritualis, ſe vidiſſe in quodam monaſterio latronem venientem ad Abbatem illius monaſterij, à quo ille petijt fieri monachus, quem Abbas ſtare fecit diebus ſeptem ad contemplandum modum & ſtatum monaſterij, poſtea ipſum interrogauit, an placeret ibidem remanere; qui reſpondit, placet. Cui Abbas: Volo ſcire abs te corã monachis quicquid turpis inhoneſtiq́; feciſti in ſeculo,

In legenda antiquiori.

Ioan. Clim. gradu 4.

Ad quod latro dixit ſe eſſe paratum. Congregatis monachis venit latro indutus cilicio, nudatoque capite, aſperſo inſuper puluere, cùm perueniſſet ad eccleſiam, dixit ei Abbas, abſiſte, quia non es dignus huc intrare, qua vóce, quaſi ad magnum tonitru exterritus cecidit latro,& terram lacrymis irrigauit; vnde hac via Abbas prudens remedium ægrotanti attulit opportunum. Sic B. FRAN. conſuluit aptè ſaluti F. Angeli, quem adſciuit ſibi in ſocium, cùm ab Honorio Pont. Max. obtinuit præfixam diem Indulgentiæ S. Mariæ ab Angelis. vir mitis fuit & cunctis affabilis, qui meruit videre in monte Aluernæ ſacra ſtigmata B. FRANC. Obijt Aſſiſij, conditus in æde D. FRAN. non longè à ſepulchro Sancti Patris, quem verbo ſimul & opere ſemper imitatus fuit.

DE BEATO SYLVESTRO duodecimo S. FRAN. ſocio.

BEATVS Syluester duodecimus ſocius S. FRAN. vir multis & præclaris dotibus ornatus, primò presbyter ſecularis, qui cùm vidiſſet B. Bernardum Quintaualle, & B. Petrum Cataneum res ſuas pauperibus elargiri, horum exemplo vehementer commotus, ipſe quoque aliorum exemplo liberaliter diſtribuit, atque ad imitandum ſibi propoſuit virtutis exemplar. Hic per quietem vidit ingentem draconem ciuitatem Aſſiſij deuaſtantem, ex cuius ore crux quædam procedebat eximiæ magnitudinis, vt ſummitas eius cœlos tangeret, ad cuius aſpectum Draco ille fugabatur. Quo felici auſpicio decreuit omnia ſua vendere, & ea pauperibus diſtribuere. Fuit ei tanta efficacia in oratione, vt quicquid à Deo peteret, obtineret, B. quoq; FRANCISCVS confeſſus eſt ſe vidiſſe loquentem cum Deo, velut alterum Moyſem, qui loquebatur cum Deo ſicut amicus cum amico. Fuit ſolitudinis amator, nec ſatis occulta latibula inuenire poterat, in quę ſe cum ſocijs abderet. Exod.33.

APPENDIX.

PRAETER hos duodecim, quos modò enumerauimus, habuit quoque B. noſter parens FRANCISCVS CHRISTI exemplo ſeptuaginta duos diſcipulos, viros integros vitæ, & omni ſanctitate perfectos, quorum vitas, & inſtituta alphabetico ordine diſtributorum inferius explicabimus: De quibus dicere ſolebat B. FRAN. quòd ille eſt verè frater Minor, qui habet fidem F. Bernardi, ſimplicitatem & puritatem F. Leonis, benignitatem F. Angeli, gratioſum aſpectum F. Maſſæi, patientiam F. Iuniperi, charitatem F. Rugerij, ſolicitudinem F. Lucidi. Hos itaque miſit B. FRAN. per vniuerſum orbem ad prædicandum, & ferendum bonum ſemen Chriſtianæ fidei: quia, ſicut vepribus ager, qui eſt natura fœcundus, exuberat: ſic animus incultus vitijs ſua ſponte inualeſcentibus, velut ſpinis obducitur. Sed cùm vnus cultor acceſſerit, ſtatim cedentibus vitijs fruges virtutis oriuntur. Et ſicut recèns natus infans ſine nutricis lacte non poteſt ali, neque ad vitæ creſcentis gradus perduci: ſic genus humanum ad abſolutam non poterat perfectionem deduci abſque pabulo diuini verbi. Idcircò huic ſtudio intendebant diſcipuli, quos B. FRAN. miſit per vniuerſum orbem.

Legenda antiquior.

DE

DE BEATIS, ET MARTYRIBVS SERAPHICI ORDINIS B. FRANCISCI;

Qui humanæ ſalutis anxij, fidei ſtudio, pro Chriſti gloria ſanguinem effuderunt.



Non enſis, non flãma vorax; non dira Tyranni Supplicia à vera vos pepulere via.

BEATVS Pater FRANCISCVS diuino eeferens indicio, ſe & ſuos pro aliorum ſalute vocatos (Nam hoc noſtræ ſalutis argumentum eſt, & occaſio, ſi non ſolùm pro nobis ipſis ſoliciti, ſed & proximis vtiles fuerimus, ipſos ad viam veritatis perducentes) nihil ad vtilitatem conducens & fructuoſius ſibi relinquendum putauit. ſiquidem ait Dominus in Hieremia: Qui educit pretioſum à vili, quaſi os meum erit. Sicut enim anima eſt corpore præſtantior; ita maioribus præmijs digni ſunt hi, qui admonendo, & continuè docendo in viam rectam deſides, ſomniculoſos & perditos inducunt: & tãquam mundi luminaria, & virtutum propugnatores vitiorum tenebras & aggreſſiones demoliri contendunt. Beatus itaque FRANCISCVS de animarum ſalute mirificè anxius, anno à ſua conuerſione XI. non ſine maximo vitæ ſuæ diſcrimine iter ingreſſus Solthanum adiuit, & alijs quinque Bernardo, Petro, Accurſio, Adiuto, & Othoni ſe comitem & ducem præbuit; quorum linguæ erant cœlorum claues, eosq; ad Miramolini regnum tranſmiſit, vt ipſe Orientis, illi verò Occidentis populis ſaluberrimum Chriſti Euangelium prædicarent: qui nulla vi, nullaque ratione ad Maomethiſmum adduci potuerunt, imò conſtanter & intrepidè dicebant Regi: Nos Chriſti Saluatoris noſtri meritis confiſi ſperamus eum hanc fidei noſtræ profeſſionem probaturum, nosq; euecturũ ad eam gloriam, ob quam ſumus progeniti. Nam Rex Marochius, peruerſa ſua audacia, impietatis indicium

Hierem. 15.

B. FRAN. humanæ ſalutis anxius Solthanũ adiuit.

Mira Sanctorum Martyrũ fidei cõſtantia.

cium in ſe oſtentans, improbitate ſua quærebat ſtudium ſanctorum martyrum corrumpere: ſed illi qui fidei ſtudio alacriter in ſtadium concertationis venerant, vltrò ſe ad martyrium accinxerunt, qui internam animi lætitiam præſeferentes, magna cum vultus ſerenitate, atque ſingularj patientiæ exemplo, beatam animam pro Chriſti gloria emiſerunt.

Heu pietas, heu priſca fides.

Sed ò ineffabilem omnipotentis Dei inter ſeruos ſuos charitatem; ò fidem humanæ diuinæque iuſtitiæ fundamentum; ò felicem conditionem eorum, qui per vepres & inacceſſibiles calles cœleſtem patriam quæritant, vt hi quinque Chriſti martyres, quaſi prima ſemina Seraphici Ordinis pugnando fortiter nullum ſupplicij ac mortis genus pro aſſequenda animarum ſalute, & nominis ſui immortalitate refugerunt, ſed tandem pro Chriſti gloria feliciter occubuerunt, de quorũ felici martyrio aliqua pro viribus noſtris ſubijciemus.

QVINQVE FRATRES COLIMBRIAM clariſsimam Luſitaniæ vrbem miſsi, ab Vrraca Regina perhumaniter excipiuntur.

INNVMERA Agarrenorum multitudo venerat aduerſus Hiſpanos, quos acerrimè inſequebantur, & omnes qui piè de Chriſto ſentiebãt, Dijs immolare cogebantur, quibus ſancti martyres bellum tam acre indixerunt, vt nunquam tam feſſi fuerint, quin eos fortiter vrgendo expugnarent. Nullum enim non mouet lapidem humani generis hoſtis Diabolus verſipellis, dum videt aliquos in viam religionis ingreſſos, Deo conſecratos, vt hæreſes in mundum introducat, ac infidelitatis errorem perpetuumq; atheiſmum in eo, ſi poſſet, plantet, vt hac ratione de omnium ſalute ſemel ſit deſperatum, ſicut in omni tempore & ætate ſuſcitauit Sathan miniſtros ſuos nefarios, qui Chriſti Eccleſiam perſecuti ſunt, ſicut in duodecima perſecutione Eccleſiæ ſuſcitauit Iulianum Apoſtatam, qui Chriſtianorum ſanguinem idolis vouit: nec impunè, quia factus Cæſar & dolo Auguſtus, ſuſcepto aduerſus Perſas bello, in ipſo prælio lethale vulnus accepit, & in cœlum iaculatus in hæc verba prorupit: Exple iram tuam Galilæe (ita enim Chriſtum appellare conſueuerat) abs te enim me fateor ſuperari. Eiſdem quoq; artibus ſuſcitauit Sathan ſuos miniſtros, & carnifices, in ſeruos B. FRANCISCI veræ fidei ſelectiſſima membra. Vbi ergo ſancti martyres ſiſtunt Colimbriæ præſtantiſſimæ vrbis non tam ciuium nobilitate, quam ſtudiorum frequentia, ab Vrraca Alphonſi II. Regis vxore perhumaniter excepti fuerunt; exploratoque ſanctorum martyrum conſilio, quæſiuit ab eis finem vitæ ſuæ: illi autem ſpiritu prophetico pleni prædixerunt eius obitus diem. Quorum verbis & exiſtimatione commota Regina ſanctos viros, ſine vlla cunctatione, tranſmiſit in villam Alenquerij ad Dominum Infantem, & Dominam Sanctiam, quæ B. FRANCISCVM mirificè diligebat, & intelligens quantæ vanitatis eſſet ille ornatus, qui carnem in putredinem reſoluendam comitatur, tanto amore & ſpiritu propriam caſtitatem cuſtodiebat, vt diceret, Malo paradyſo priuari, quàm caſtitatem meam violari. Omnia pauperibus erogauit, & anno 1217. oratorium erexit in Alenquerio caſtro, vbi aſperam vitam ducens, nullo obſonio cibos ſuos condiebat. Extitit hoc non vulgare exemplum illuſtris fœminæ, quæ omnem intemperantiam declinans, Reginæ nomen & decus pertæſa, in anguſto oppido, ſe ſponte ſubdidit, pro certo illud habens, quod dicere ſolebat B. Arſenius: NON poſſe ſe ſimul cum Deo, & hominibus eſſe.

Iulianus Apoſtata.

Vrracæ Reginæ in beatos Martyres dilectio.

Cõſtantia & propoſitũ B. Sanctiæ perilluſtris fœminæ.

AB VRRACA REGINA MITTVNTVR SYVILIAM, vbi poſthabito omni vitæ diſcrimine, fidem Chriſti conſtanter prædicant.

DEINDE Beati Martyres ab Vrraca illuſtriſſima fœmina Hiſpaniç Regina, vilibus vt peregrini, Hiſpanico more, induti miſſi fuerunt Hiſpalim Bæticę prouinciæ vrbem clariſſimam, olim Romanorum Coloniam, quæ hodie Syuilia dicitur, vbi egregia militum manu detenti, & acerba ſeruitute oppreſſi fuerunt ab his, qui aliena incommoda non conquerebantur, ſed nulla pietate moti eorum

periculum

periculum non miſerebantur; cæteroquin inſultabant miſeris, maledictis exagitabant, vellicabant, atque turpia quædam in eos inferebant. Qui coram Rege ſiſtentes imperterriti, omnem de corpore & de animo metum abſtergẽtes, nullam animis paeem in Maomethica lege eſſe conſtitutam affirmabant: ob quæ Rex ancip iti cura diſtractus animo fluctuabat: atque eò tandem commotus eſt, vt dolore atque iracundia arderet, ac diceret: Abite perditiſſimi ſycophantæ, qui neglecta corona mea opes in minimis ponitis, neque perpenditis quanta vobis immineat cum diſcrimine vitæ veſtræ calamitas. At ea, quam ſanctis impius tyrannus ſtruebat calumniam, in eum verè competebat; Falſi enim homines falſi deluſi opinionibus ac perſuaſionibus, dum quid ſit verum neſclunt, in multos errores labuntur. Ad hæc Tyrannus patefacto conſilio ſuo, ranquam pernicioſus quidam aper, aut ſæuiſſimus Leo, ſecum cogitabat graui ſupplicij genere eos affieere; & ita exaeerbatus morti adiudicandos, & capite puniendos cenſuit, in quo vno totum animum, curam, cogitationemq; poſuit. O mentis cæcitatem magnam; quæ vtique ſumma eſt grauiſſimaq; vindicta præpotentis Dei.

Sæui tyranni in Beatos Martyres rabies, & deteſtāda iniquitas.

O' curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane.

Sed BB. Martyres quadam die ad loca frequentia delapſi, ſpiriru feruentes, immani Regi mulra de regno Chriſti propoſuerunt ad baptiſmum adducentes, multaq; turpia de Maomethe lactauerunt damnantes eam vitam. Nam ad excipiendam diuinam gratiam, quæ ſeſe nobis quotidie offert, obtinendamq; & adipiſcendam ſempiternam ſalutem, nihil nos æquè adducit, ac ſi rerum humanarum naturam expendamus, breuemq; & inſtabilem earum fructum cum cœleſtis felicitatis æternitate conferamus. Quapropter Rex capitibus eos truncari iubet. Verùm ad verba filij ſui mutauit ſententiam, fecitque eos in alta turri occludi, qui à ſummitate turris Chriſti fidem conclamabant, & legem Maurorum & dogmata eorum damnabant. Rex habito ſeniorum conſilio miſit eos Marochium, vbi erat Dominus Petrus Infans. Et cùm ſemel F. Berardus currum eonſcendens populo prædicaret, Miramolinus pergens extra vrbis mœnia ad viſenda ſepulchra Regum, videnſque fratrem illum de curru prædicantem, fatuum iudicauit, & Marochium iterùm tranſmiſit. Rex Marochij audito fratrum aduentu, quid eſſet de eis faciẽdum ſecum ſtatuit, propterea eum illos viginti diebus in carceribus, fame, & ſiti afflixiſſet, tandem morti adiudicauit.

POST INFELICEM OBITVM VRRACAE REGINAE Sancti Martyres diuino firmati præſidio omnem planè humanam ſpem abijciunt.

ALPHONSVS autem Aragonius Rex, qui Vrracam Alphonſi Sexti Caſtulonenſis Regis filiam vxorem duxerat, cum ea, quòd parum pudicè viueret, poſtea diuortium fecit. Ad eam Caſtulonenſis Regni per patris mortem hæreditas obuenerat, & communi nomine eam cum viro poſſederat: cæterùm dimiſſa in paternum Regnum cùm ſe recepiſſet, Præfectos munitorum locorum, ac minores populorum Dominos, qui Caſtulonenſi regno fidem obſtrictam habebanr, requiſiuit, vt ſibi ſoli tanquam patris hæredi in poſterum parerent. Petrus verò Aleres Comes Caſtulonenſis, cùm ab initio ab Vrraca matrimonio cum Aragonio Alphonſo iuncta in Alphonſi manu iuraſſet: nunc ab eadem Regina poſtulatus, inter has difficultates, vt vir iuſtus, hanc non ſine vitæ ſuæ diſcrimine rationem iniuit, qua vtrique fidem datam ſeruaret. Loca enim munita, & alia quæ in manu ſua habebat Vrracæ dedit, cum iure ei, quæ patris erat hæres, deborentur: vt verò Aragonio quoque Alphonſo pro fide, quam ei dederat, ſatisfaceret, inſigni Comitum veſte amictus manè ad eum profectus eſt, cùm omnis Purpuratorum numerus adeſſet, & reſte in collum accepta, Regi dixit, Loca omnia, quæ fidei meæ credita erant, quia in Caſtulonenſi Regno poſita Reginæ Vrracæ, vt potè quæ mihi domina eſt, hæreditario iure debebantur, ab ea iuſſus tradidi: verùm (vt noſti) cùm eam duxiſti vxorem, tibi quoque fidem pro eis locis ſacramento obſtrinxi: itaque pro ea fide corpus meum, manuſque illas, quæ iurauerunt, tibi præſens aſſigno, vt veluti eorum dominus in ipſa, quod pro æquitate, ac iuſtitia tua duxeris, ſtatuere valeas. Quam rem eum Rex, omneſque, qui aſtabant non

Bapt. Ful. lib. VI.

ſine ingenti admiratione audiuiſſent, Petrus iuramento ſolutus eſt: quoniam eum omnes vtriſque pro vtriuſque fidei nexu ſatisfeciſſe iudicarunt. Demum accidit per id tempus, vt Vrraca Regina bellum aduerſus Alphonſum filium gereret, cumq; ei pecuniæ deeſſent, premereturq; belli pondere, acceſſit ad S. Iſydori fanum, vt quòd donarijs ſatis opulentum habebatur, ſpoliaret: cæteris autem contingere ſacros theſauros formidantibus, ipſa manu ſua multa diripuit abſtulitque, ſed miſera dum templo egreditur, mortua concidit; & ſic vltricem manum Domini experta, finem tunc vitæ habuit, quem B. Martyres ei prædixerant. Poſt cuius infelicem interitum Sancti Martyres, dum in anguſtijs detinerentur, omnem prorſus humanam ſpem ſibi abijciendam ſtatuerunt, Deoq; ſoli innitendum, à quo eorum animi quotidie magis firmabantur, ſeuerius autem ab iniquo Rege tractari adhuc vexabantur.

DE INSIGNI MIRACVLO, QVOD ACCIDIT tribus Fratribus Minoribus, dum tractaturi eſſent pacis fœdera inter duos Reges Mauritanos.

DVM hæc agerentur, tres Fratres Minores in Vrbe Marochij habitabant, vbi multi quoque Chriſtiani erant, & cùm maxima ferueret contentio inter Regem Marochij & alium Regem Mauritanum paratis hinc inde armis ad pugnam, Fratres timentes Chriſtianis malum aliquod imminere, habito aſſenſu à Rege Marochiorum ad hoſtem placandum ſe accingunt, ſed per deuia accedentibus occurrit Leo, qui depoſita naturali ferocitate, cœpit formidoloſis Fratribus capite & cauda eblandiri, eiſque viam præmunire: ſed cùm in nemore quidam fures Fratribus mortem comminarentur, Leo magno impetu in eos irruens in celerem fugam conuertit. tandem Leone duce velut diuino nuncio peruenerunt ad Regem Mauritanum, ad cuius cuſtodiam ſtabant quidam milites, qui videntes Fratres eis prohibuerunt ingreſſum ad Regem, Leo verò in medio militum viam Fratribus præparabat ad Regem. Quo viſo Rex habuit fratres in magna veneratione, tanquam nuncios à Deo miſſos, & eorum opera cum Rege Marochij fœdus iniuit.

Leo miraculosè occurrit trib. Fratribus Minoribus.

SANCTI MARTYRES AB INIQVO REGE pertinaci audacia morti adiudicantur.

HVC itaque res deducta eſt, vt Sancti viri capitis ſententia punirentur. Nam Dominus, qui in ſuis futuris Martyribus, firma mentis conſtantia, & voluntaria paſſione glorificandus erat, effecit, vt conſtantiſſimè Chriſtum prædicarent. Ea enim eſt Dei optimi prouidentia, vt quos per agonem martyrij deſtinat coronare, & eorum glorioſa certamina longius protrahat, vt dùm ex ipſis, & ex nobis alij proficiunt, Chriſtus in ſeruis ſuis laudetur. Sicut aquæ diluuij quò altiores extiterunt, eò maiori ſpatio à terra Noe arca abrepta eſt, & Cœlum verſus elata, ſic Sancti Dei, quò ſæuioribus acerbitatum fluctibus obijciuntur, eò ſublimius tendunt. Quam ob rem iniquus Rex, qui geſtiebat Sanctos Martyres cruciandos ſibi dari, comprehendi, & in vincula conijci iuſſit, carceris ianuæ cuſtodes poſuit, edixitque ne quis ad eos adiret, aut vllum cibi genus afferret, futurum ratus, vt illi ſine vllo ciuitatis tumultu, fame, & rerum omnium inopia conficerentur. Illi verò incluſi, atq; ab omnibus humanis præſidijs deſerti, precationibus operam dabant, & à certa præſentis auxilij expectatione pendebant, ſe mutuò ad martyrij coronam inuitantes his verbis. Quid deſides ſeruique torpentes hęremus, dùm in vrbe cœleſtes exhibeantur martyribus coronæ, quas quidem ignaui nec rapimus, nec perimus? quid nobis timendum eſt, ſi potius lætandi cauſſam habemus? NOS hac lege nati ſumus, vt aliquando moriendum ſit; præſtò eſt quod iam diu optauimus: ibimus (Deo ducé) in illam ciuitatem, cuius deſiderium nos diu tenet, vbi non eſt meum & tuum frigidum illud verbum: ſed erit vnus Deus in omnibus. Nos hic ſumus inquilini, natura dedit nobis diuerſorium. Hic non cum imbelli aut inermi hoſte, ſed cum armato & inueterato diutina arte, abſque

Sanctorum Martyrũ ſpirituali ſolatio recreatorũ ad futurum martyriũ mutua cohortatio.

vſu belli

Vana tyranni in Beatos Martyres opinio.

vſu belli negocium eſt. Videns immanis Rex Sanctorum Martyrum conſtantiam, quę ſiuit arte & dolo eos ab eorum conſilio abducere, & ad ſe vocatis ait: Quæ vos veſania ducit, vt tantã cruciatuum acerbitatem velitis experiri? aut quę vos ſpes mouet, vt intrepidè carceres & vincula negligatis? Beati eritis, ſi amabili pręſentis vitę iucunditate appetenter fruemini. At illi dixerunt ad Regem: Si velles indignatione depoſita veritatem intueri, & animum tuum à ſęuitia ad manſuetudinem reuocare, videres quàm miſericors ſit Deus, & pręſtabilis ſuper malitia tua. Tunc Rex rabie perfurens, dolores, quos intus fouebat, in eos euomuit, & pro viribus cupiditates iniecit, vt à diuina vitę conditione miſeros exturbaret, ſicque in eos debacchatus à ſe furenter abdicauit, demum ira incenſus ſe ab ſolio citato gradu proripuit, eosq; virgis cęſos extrudit. Iniqui verò miniſtri ligatis manibus Sanctorum & pedibus, appoſitis collo eorum funibus per humum trahentes tam grauiter flagellauerunt, vt penè uiſcera apparerent; ſed cùm à ſancto propoſito nulla ratione, nulloque ſtudio poſſet iniquus carnifex eos auertere, unumquemque interfici iubet, quorum ſanguis innoxius clamat in aures Domini Sabaoth.

DE INSIGNI MIRACVLO B. BERARDI in exercitu Regis Miramolini.

REM nobis memoratu dignam diuinorũ martyrum celebritas ſuggerit, quę rerũ pulcherrimè geſtarum certiſſimum poſteris teſtimoniũ affert. A Rege itaque propulſati ſancti viri cum D. Petro Hernando Caſtulonenſi ex ulteriori Hiſpania Marochiũ petunt, ubi erat dominus infans, qui viſis fratribus incredibili gaudio perfuſus eſt, pręclaris enim eorũ operibus lętabatur; illi uerò vt erat eis altum conſiliũ, firmiſſimis conſcientię pręſidijs muniti, corã Rege exclamare cęperunt aduerſus ſectã Maomethicam, & contra Regem tantę inſanię conſortem. ſed miſſi ad Cęptam Saracenorum vrbem ſunt: poſtremò aliquanto pòſt reuertentes ad Regem carceribus mancipati, abſtinentia confecti, viginti dies ſine aliquo cibo vel potu (quod miraculo aſcribi debet) uexati ſunt. Sub illud tempus dum Sancti viri diuerſis pœnis afficerentur, tabida peſtilentię lues lethaliter inuaſit regionem illam, tanta hominum ſtrage, ut pauci ſupereſſent: quo diro aſpectu uiſo, populi conclamare cœperunt coram Rege, id mali euenire ob illatas ſanctis uiris iniurias. Vnde immanis Rex populari ſtrepitu concitatus ſanctos Viros dimiſit. Verùm cùm arma ſuſcepiſſet contra Arabes, qui multa damna eaque grauia inferebant, & eò maiora, quò maiores in exercitu erant aquę anguſtię, ut multis incommodis milites uexati urgerentur, quę res inferebat Regi metum maioris belli, ſtatim F. Berardus medio exercitu ſurgens, uirium firmitate pręſtans, in publicum ſe proripuit, & aduocata populi concione, ut potè qui erat animo infractus, & uiribus corporis infatigabilis, uerbo, & opere, occultè & palàm, prout ſeſe opportunitas obtulerat, Rempublicam Chriſtianam defendens clamare cœpit: Agite milites ſi baptizari uultis, nõ deerit uobis aqua, & percuſſa humo baculo, quem geſtabat, erupit illimis fons, tanta aquarum copia profluens, ut biberent omnes plus ſatis. Cuius rei euentu tantum conualuit apud omnes nominis eorum gloria, ut tanquam Dij ubique colerentur. Sed Rex Miramolinus incredibili odio ęſtuans Abozaidę puniendos tradidit; quia immanis crudelitas dum uno ſupplicij genere minimè ſe proficere ſentit, alia, & alia tentat, ut eiſdem repetitis ſuppliciis maiores faciat victorias & triumphos. In ea itaque rerum perturbatione Marochium confugiunt, vbi ſaxis & pugnis laceſſiti, tanquam opprobrium hominum & abiectio plebis, omni iniuria commoti ſunt. Tunc iudex, qui magnarum rerum iudicia ſubire conſueuerat, accepta de ſanctis viris falſa opinione, in ſella ſublimi ſedens ab eis ſciſcitatus eſt, quæ tanta (inquiens) imprudentia vos tenet, vt ſpreto noſtro Maomethe ſolum Chriſtum prędicetis? At illi ad hęc fulmina & maledicentiæ verba (vt eiuſmodi genus hominum aſſolet) imperterriti, ſummo animi temperamento dixerunt. Nos vnum Chriſtum confitemur, pro quo certamen ſubeuntes malitiam doloſque tuos ſuperabimus. Quæ verò tu iactas, ſuperſtitiones ſunt aniles, ad errorem multitudinis fictæ cõmentitiæq;, vt Poetarum fabulæ. quare multò magis exitio tuo, quàm ſupplicio noſtro cõmouemur. quod enim nos paſſuri ſumus, bidui aut ſummum tridui ſpacio conficietur; tui verò cruciatus ſempiterni

Inſigne B. Berardi miraculũ, qui vt alter Moyſes, fidei clypeo munitus eduxit aquã de petra.

Abozaidæ carnifici puniendi traduntur.

Mira admodum Sanctorum Martyrum fiducia.

ſunt

ſunt futuri. Vnum Deum verum colere nobis certum ac deliberatum eſt: hæc tua ſimulacra muta, atque inanima, non modò cuiquam prodeſſe, aut obeſſe non poſſunt, ſed niſi impulſu agitentur externo, ſe loco mouete nequeunt. Ad hæc carnifex indignaius ait, Parate vos ad ſupplicia: cui Otho: Nil nobis optatius erit, quia admonuit nos Dominus ne timeamus eos, qui occidunt corpus. Tunc carnifex fecit eos ſeorſum ſeparati, atque durè & crudeliter flagellari, ac demum eorum vulnera aceto & ſale perfricari: qui aculeis & diuerſis martyrij generibus lacerati, ducti ſunt ante Regem Miramolinum, cui Otho dixit: Quid tentas nos faſcinare impie Tyranne? Nos fidem ſanctiſſimæ Trinitatis confitemur Patrem, Filium, & Spiritumſanctum. inde bis exſpuens in terram, voluit hoc argumento ſignificare ſe nihilipendere verba & tormenta Regis. Quod videns Rex percuſſit eum crudeli alapa dicens, Audi, & tace. ſed Otho maiora paratus ſubire, æquo animo tulit: inſiſtebat impius Rex iniurijs beatos Martyres prouocans, atque illud non ſemel obijciens, Nunc adiuuet vos Deus veſter, & liberet vos ſi poteſt de manibus meis, arrepto enſe, propria manu (vt modò dictum eſt) eos percuſſit, atque purpureo ſacroq; ſanguine impias manus fœdauit.

DE IMMANI FERITATE, QVAM SCYTHAE immites atrociter exercent in Chriſtianos, quod etiam hoc ſeculo efficiunt hæretici in miniſtros Euangelij.

NON minus quoque Scytharum fera conſuetudo fuit, qui primi hoſtis, Fulg. lib. IX.
quem manu ſua in prælio interemiſſent, ſanguinem guſtabant, atq; detractam capitibus cutim cum capillis equorum pectoribus appendebāt, ſolennibusque diebus pro poculo in calua honoratioris hoſtis, quem interemiſſent, bibebant: adeò ab omni humanitate abhorrebant, quibus fortaſſe regio ipſa, longusque vſus huiuſmodi cauſſas præbebat. Vnde factum eſt, vt qui ſanctos viros auſi ſunt moleſtare, vel temerario ſceleris auſu inuadere, non infamiæ modò, ſed etiam necis pœnam ſuſtinuerint, eoſque tanquam ſacrilegos, & Val. Max. lib. 1. de
in Deum blaſphemos dira & grauis vltio ſemper ſubſecuta ſit, quia contra Deum & con- neglecta rel.
ſcientiam tyrannicè nimium patrarunt. Perpende quoque præſentem ſtatum, intuere huius noſtri ſeculi factiones per defectionem à vera religione exortas, & plura ſchiſmata, opiniones, & diſceptationes, vſqueadeò vt nec pater cum filio in religione conueniat.
O clementiſſime Pater paternam tuam clementiam tandem placabilem oſtende, & per Pia ad Deum apo
gratiam tuam dirige nos in veram, rectam, & catholicam concordiam, & vnionem. ſtrophe.

TRADVNTVR A REGE MAROCHIORVM carnificibus vltimo ſupplicio puniendi.



Barbarus ob fidei cultum nos eſſe peremit;
Franciſco nondum regna tenente poli.

QVEMADMODVM qui in mari fluctibus turbato, duobus contrariis & ſæuientibus ventis iactantur, tandem feruntur, quò vehementior vrget: Ita Rex, qui fœda reclamante eius conſcientia, cor ſuum obdurauerat, paratus ad euertendam Chriſtianam religionem, delendosq; fidei cultores, vt abduceret Sanctos Martyres à ſancto propoſito, adduci fecit quinque forma egregia pulcherrimasq; virgines, vt hac arte ſaltem, vt erat callidiſſimus, & libidinis miniſter, eos deciperet. Sed beati viri duri admodum ad hanc rem, vt potè ad cœleſtes delicias confidenter inhiantes, inſignem animi abſtinentiam conſtantiamq; declararunt, quia addicti martyrio ſtrenuè in fidei probatione & confeſſione perſtiterunt, dum alij, qui fortiter vident eos cadere, ſimili exemplo commoti, morti ſe intrepidè offerunt. Inter quos Otho tanquam magiſter vitæ, & nuncius futurę felicitatis, ad veram pietatem erudiebat, & torpentes excitans ad ſpem cœleſtis gloriæ dicebat: Vos fratres mecum perſiſtite in Romanæ fidei confeſſione, pro qua animas noſtras hodie non dubitemus offerre Deo, vt eaſdem in Cœlum conferat, ſplendidiſſimisq; exornet coronis. leuia ſunt, quæ ſubimus ſupplicia, ſed gaudia perpetua ſunt, atque æterna, quę expectamus. Veniat in mentem illud dictum B. FRANCISCI Ducis noſtri, cuius nos imitatores ſumus. Modica paſſio, gloria infinita, tēpus reſolutionis noſtræ inſtat. Quibus non plenè abſolutis, in forum ducti fera nimis nedum barbara vltione capite puniti ſunt, tum funibus per brachia & membra ductis ligati, extra muros ciuitatis fuerunt tracti, curſimq; per gyrum ciuitatis rapti: nocte verò vrgente, ſacra corpora dilacerata ferali ſæuitia relicta ſunt in campis: Saraceni verò innumerabili lapidū congerie ita furebant in beatorum corpora,

B. Othonis Sacerdotis adhortatio ad martyrium.

Solatoriū dictum B. FRANC.

pora, vt grandinis tēpeſtas videretur, tanta fuit rabies & impetus furoris in Rege, maligno inſtigante ſpiritu, qui omnis pacis & vnitatis eſt corruptor, diſcordiatum verò & tumultuum induſtrius ſeminator. Anno itaque ducenteſimo atque vigeſimo ſupra mille die 16. Ianuarij, tempore Honorij III. Pont. Max. animas Deo reddiderunt, quorum corpora proiecta in cloacis Alonſus Telius Conſobrinus D. Infantis vir probatiſſimæ exiſtimationis, ea religioſè & ingenti pietate colligens, Colimbriam detulit: itaque D. Ruberto S. Crucis Colimbriæ canonico, & præfati D. Infantis Confeſſario conſeruanda tradidit: qui vt erat pietate inſignis, & Sanctorum Martyrum obſeruator eximius, omnium ſpiritualium vnguentorum odore fragrantia, optimo & decentiſſimo loco condenda curauit. Mirabile dictu, quòd veneranda illa Sanctorum Martyrum capita igni ſuperpoſita, incombuſta atq; intacta inuenta ſunt, vt ne capillus quidem perierit, immò tanto inde odore ac ſuauitate adſtantes oppleti erant, vt protinus mentis ſtupore omnes perculſi fuerint, & mira ſuauitate conſperſi. Paſſi ſunt igitur ſub Honorio III. Pont. Max. anno 1220. annis ſeptem ante obitum S. FRANCISCI.

INSIGNIBVS MIRACVLIS coruſcant poſt obitum.

PETRVS de Roſa homo impurus, perfidè nimis audens ſanctas reliquias comprimere, diuina vltione mancus euaſit, neque nimio dolore perculſus, à loco, vbi erat, amoueri potuit, niſi prius purgata anima ſacramentali confeſſione. Inter cętera quoq; illud inſigne narratur, quòd cùm D. Infans deferens ſacras & venerandas reliquias perueniſſet cum ſuis Arozzam, quieuit aliquantulum. Milites iniqui Regis poſt aliqua conſilia inter ſe habita, quærentes eum interficere, perturbati reuerſi ſunt ad iniquum Regem. Ad Gaditanum fretum ducti illi, ſecuri tranſeunt luce diuinitus eos illuſtrante. Itaq; in tanto diſcrimine peruenit ad Alphonſum Regem Legionis eius conſobrinum, apud quem dies aliquot commoratus eſt, & per Alphonſum Perez familiarem ſuum tranſmiſit Colimbriam venerandas Sanctorum reliquias. Mula tam pretioſum theſaurum ferens recto tramite, vltrò, & nullo trahente, pergens ad Eccleſiam S. Crucis, cùm perueniſſet ad maiorem aram (dictu mirabile) procubuit. Rex viſo tanto miraculo conſtrui fecit pulchrum ſacellum, in quo condidit reliquias, partim detulit Goueam in Eccleſiam Fratrum Minorum, integrum corpus in Monaſterium S. Bernardi de Loruano, cui ſoror eius Abbatiſſa præerat. Hoc prætereundum non eſt, quòd peſtis in memoriam quinque Martyrum, ad quinque annos, tanto impetu, & hominum cæde graſſata eſt, vt omnes cogerentur fateri manum Dei vindicem: Ita ſolet Deus veræ religionis irriſores, & miniſtrorum Euangelij contemptores, & ſacrilegos violatores per iuſtitiam ſeuerè punire. Quam ob rem Rex tam inſigni exemplo in lacrymas commotus, vt ſuorum hæſitationem cognouit, in medium proſiliens, blandis verbis, & perſuaſibilibus rationibus præcepit, ibi inuocanda fore & colenda Sanctorum nomina, vbi crudeliter fuerant dilacerati. Tunc Rex, & ſi eſſet feritate inſignis, tot claris Sanctorum miraculis permotus, conceſſit Chriſtianis, vt Marochij habitare poſſent, & ſuum Epiſcopum haberent, cui obedirent, ab eoq; ſacramenta ſuſciperent. Horū audito inſigni martyrio B. Antonius Patauinus, viſiſq; reliquijs, fidei feruore ſuccēſus, ad Ordinem ſe tranſtulit Minorum, cùm prius eſſet Canonicus regularis ſub Regula & inſtituto B. Auguſtini. Interim quinque martyres miraculis inſignes à Sixto IIII. Pont. Max. in Sanctorum Martyrum catalogum relati ſunt an. 1481. Pontificatus ſui an. x1.

Mula Sanctorum religas deferens, in terra inclinata procubuit.

B. FRANCISCVS. AVDITO GLORIOSO MARTYRIO quinque Fratrum, benedixit locum Alenquerij.

NIL gratius potuit vnquam contingere B. FRANCISCO, quàm audire clariſſimam quinque Fratrum victoriam, qui tam glorioſè ad propagandam Chriſti fidem feliciterq; occubuerant. Vnde id cum ei denuntiatum eſſet, bene ſua benedictione precatus eſt loco Alenquerii, vt potè quod ſuo tempore quinque flores purpureos protulerit. Interim Cœli prouidentia non hominum conſilio factum eſt, vt quidam legatione fungens, atque pro Sede

Benedictio Beati FRAN. loco Alēquerij, qui produxit ſuo tempore quinq; flores purpureos.

Apoſtolica mandata referens in illis partibus, præcepit (neſcio certè quo ſtudio) ne Sanctorum Martyrum reliquiæ colerentur, tantum abfuit, vt perpetuos honores decreuerit, qui manum Dei expertus, crudeli febre correptus eſt, proſtratusq; coactus eſt dicere. Nunc certa fide teneo beatos Chriſti athletas vos in terris omni veneratione dignos, qui in beatis ſedibus canonizati eſtis, polliceorq; me de cętero ſacram veſtri memoriam venerari. et mox ſurrexit incolumis. quo euentu hodie quoq; menſe Ianuarij ad perpetuam rei memoriam rogatio celebrari ſolet. Decidit quoque in pago vulgò Falla grando tam ingens, vt nullus ſuperfuerit præter vnũ, qui vouit Sanctis Martyribus ſi ſuperuiueret, velle ſe & ſuos quotannis viſere ſanctas eorum reliquias; & conſecuta ſanitate quæ pollicitus eſt, exitu præſtitit, & hanc fidem omnibus promulgauit. Hæc ſunt quæ mihi dicenda erant breuitatis ſtudio, ne labor hic cœptus in magnitudinem longè maiorem opinione mea ſuccreſcat, neve moleſtia & tædio fortè afficiam Lectores: ad reliqua igitur transeamus.

B. ACCVRSIVS laicus vitæ ſanctitate clarus iacet Florentiæ, qui inter cætera cùm eſſet ibidem infirmarius, & ſemel in ſacello infirmorum orationi vacaret, oranti apparuit B. Virgo. Multa quoque præclara ab eo geſta circunferuntur, quæ mihi ſunt incomperta, quamuis diligenter à me conquiſita fuerint.

S. ADIVTVS vnus ex quinque Martyribus apud Marochium glorioſo martyrio coronatus, de quo ſuperiùs præfati ſumus.

B. ADAM cognomento Ruffus miraculis clarus, de quo pręcipuè iſta ferũtur. Paſcha adoleſcentula Noceti filia lac comedens cœpit à Dęmone crudeliter torqueri, ad tumulũ B. Adami delata à Dęmonum infeſtatione protinus immunis euaſit. Maria Rapollę à Dęmonio vexata ad B. tumulum (cunctis cernẽtibus) ſanitatem recepit, nullaq; deinceps infirmitatis vel diabolicæ infeſtationis incommoda experta fuit. Matthęus iudex Seriuenſis B. Nicolai Iapygenſis vulgò de Bario limina petens, genibus vni atque alteri cruri intumeſcentibus, ad ciuitatem peruenire non potuit, vxor eius peram viri ſui ad tumulum B. Adami detulit, qua cùm ſepulchrum tangeret, ad virum reuertẽs genibus appoſuit, & cruribus, vnde ſtatim tumor abſceſſit. Pariſius de S. Sophia ore diſtorto, & altero brachio paralytico, oratione præmiſſa ad B. Adamum, nõdum oratione completa, ſenſit ſe à moleſtia liberum, & clamans ac ſtupens gratias rędidit Deo liberatori, & ſancto viro interceſſori. Margarita magiſtri Petri medici vxor partus dolore tam vehementer affecta, vt morti videretur affinis, vir eius anulo, qui corpus B. Adami tetigerat, collo vxoris appenſo, confeſtim emiſſo fœtu, doloribus partus immunis euaſit. Giſus Atriẽſis annos quinque oculorũ lumine orbatus ante ſancti viri tumulũ per eius merita videre promeruit. Obijt autẽ B. Adamus Barij Apulię, qui viuẽs, & vita functus miraculis fulſit, ab incolis magno habetur in pretio.

Egregia miracula B. Adami.

B. ADAMVS ſocius B. Antonij Dyrrachini, qui horam ſui obitus prædixit, qua poſtea deceſſit, iacet Cathari.

B. AGNELLVS Piſanus primus miniſter Angliæ, & fundator celeberrimi Conuentus Pariſiorum, qui ob eius vitę ſanctitatem multos ad Ordinem recepit, quibus adhibuit pręceptorem Robertum magiſtrum Theologię Oxonię, verùm cum audiſſet in controuerſiã verti, Deus eſt, animo turbatus eſt, & illud ſtudiũ renocauit. obiit Oxoniæ in Anglia. cõditus in capſa lignea. Narratur, quòd Fratres volentes trãsferre venerabile illud corpus inuenerunt ſepulchrũ plenũ liquore, quo diſparente, oſſa eius cũ veneratione trãſlata ſunt.

B. ALBERTVS de Sartiano Mediolanenſis humili loco natus, vir literis eruditus, vt monimenta eius laude digna declarant, & præcipuè quędam epiſtolæ, quę habentur in loco Capiſtrani. Pręceptorem habuit Guarinum Veronenſem, vt ipſe fatetur, hauſit quoq; literas Gręcas à quodam pręceptore Gręco, qui Gręca cum Latinis pariter coniungens, effectus eſt vir doctus. ob eam cauſam fuit in pretio habitus ab Eugenio IIII. Pont. Max. in Concilio Florentino, vbi Græci cum Latina Eccleſia conuenerunt. Vnde dictus Pont. tranſmiſit illum ad Pretum Ianum in partes Orientales. fuitq; prædicationibus multos traxit ad fidem Chriſti. multa conſtruxit cœnobia in Candia, in Capha, Conſtantinopoli, & Hieruſalem. Peragrauit totam Syriam, Græciam, Aegyptum, portabat vexillum Crucis ante Solthanum, & corani Græcorum Imperatore admirabili cõſtantia prædicauit nomen IESV Chriſti. Erat verbũ Dei in ore eius ſicut gladius efficax, pertingens vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus. Fuit autem in ſacris concionibus maximus vitiorũ obiurgator, vnde multoties pro veritate tuẽda incurrit diſcrimen vitę. Semel prędicans corã Franciſco Sfortia Mediolanenſium Duce, tã ſeuerè arguebat eũ & eius curiã, vt Ducis ſatellites mortem

B. Albertus latinè græceq; doctus, longinquas pluresq; adit regiones ſtudio fidei: prædicator eximius.

Hebr. 4.

mortem ſancto viro ſępe intentarent; quibus Dux ait: Sinite eũ, quia ſuo fungitur munere. Erat prædicatio eius grata & fructuoſa doctis ſimul & indoctis. Mediolani dum prædicaret, confluebant ad eum ſexaginta millia hominum. Semel dum frequenti populo concionem haberet, ceruus ſe interpoſuit perturbans auditorium. Recognita Sanctus vir exclamauit, Nolite timere, Diabolus in forma cerui nos turbare nititur. In dicendo vtebatur præclara dicendi forma, quæ cum ſanctitate vitæ coniuncta multos ad ſe attrahebat. In ſuis concionibus exaltabat nomen IESV Sanctum Bernardinum imitatus, cuius diſcipulus ipſe fuit, & cultor præcipuus. Tempore Eugenij IIII. Pont. Max. deduxit Armenios ad obedientiam Eccleſiæ: fuit Legatus Pontificis in partibus Aethiopiæ; inuiſit loca ſancta, ſed in Gręcia graui morbo oppreſſus votum complere non potuit. In itinere quoſdam inuenit martyrio oppreſſos à barbaris, quos ipſe admirabili conſtantia cohortatus fuit ad patientiam. Sed cùm celebraretur Concilium generale Florentiæ, eò ſe contulit F. Albertus, & à Pont. Max. perhumaniter fuit exceptus. Dici non poteſt quanta cum lętitia animi à populis vniuerſis coleretur, campanæ ſine modo ſonabant in aduentu eius. gaudebant Patres in Concilio, quòd ipſe reduxiſſet Armenios & Iacobitas in obedientiam Eccleſiæ Romanæ. Poſt varios perpeſſos labores, vrgente morbo, obijt Mediolani anno 1450. in die Aſſumptionis B. Virginis. Cuius animam ad cœlos conſcendentem vidit B. Ioannes de Capiſtrano vir ſanctioribus annumerandus, ac verbi ſacri concionator inſignis, qui eodem tempore concionabatur in loco Burgi S. Sepulchri. ſicque affatus eſt: En vadit, en properat. Reliquit poſt ſe clara ingenij ſui monumenta, nempe tractatum de corpore Chriſti ad Patres Ordinis, de Pœnitentia; Apologiam contra Pogium Florentinum, tractatũ contra obloquentes in Martyres Chriſti. Multas epiſtolas ad ſummum Pont. Eugenium, & ad Principes, & ad viros doctiſſimos; quibus omnibus nomen ſuum inclaruit.

B. ALBERTVS de Coſſignano in Piceno miraculis clarus apud Murum Vallis.

B. ALDEMARIVS à Felſinio prouinciæ Aquitaniæ, filius quondam Domini Caſtrinoui, & dominæ Bertoldæ, qui primò profeſſus eſt Regulam S. Benedicti, deinde Ordinem Minorum ingreſſus in eo multum profecit; fuit obedientia promptus, humilitate modeſtiſſimus, & altiſſimę paupertatis obſeruator ardentiſſimus. Varijs caſtigationibus & flagellis afficiebat carnem ſuam. Cæcos, Dæmoniacos, & infirmos plurimos pręuia oratione, & miranda virtute curabat. Quicquid laboris pateretur & incommodi, illud referebat ad Chriſti gloriam. Sicut Ioannes Scholaſticus narrat de illo coco, qui inter continuos fletus, & cordis compunctionem, ſemper in ſuo miniſterio habebat Deum præ oculis, & ex intuitu materialis ignis ſemper cogitabat flammam inferni. Exemplũ Ioannis Scholaſtici de coco.

B. ALDOBRANDINVS de Amanatis nobilis Florentinus. Quem Dominus pręuenit in benedictionibus dulcedinis, vt in Domino confideret, qui omnium malorum timore ſublato, ad regiones infidelium ſe recepit, cum fiducia prædicans verbum Domini; ſentiens ſiquidem ſe plantatum fide, radicatum charitate ſuper aquas vitæ, quę iuxta Ezechielis vaticinium de Sanctuario egredientes viuificant omnia, nihil pręter Chriſtum cupiebat: Quid enim deeſſe poteſt ad æternam felicitatem illi, qui à Deo diligitur? Porrò hoc diuino incendio Aldobrandinus accenſus animas Chriſto acquirebat. Ezech. 47.

B. AMBROSIVS à Maſſa vir vitæ probitate, & lectiſſimis moribus conſpicuus, ab infantia viam ſimplicitatis ingrediens, à vitijs, quibus generatim ſcatet mundus, animum ſuum conſeruare ſatagebat; qui in primo pubertatis flore, literarum ſtudijs diligenter incumbens, adoleſcentiæ initia Domino conſecrauit. In ciuitate itaque Meſſana habitum B. FRANCISCI humiliter ſuſcepit, atque omnes facultates ſuas pauperibus erogauit, ſic in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate, aſperam vitam duxit: nudatisque pedibus incedens hunc illuc, pręedicando verbum Dei, obtulit ſe Domino ſacrificium medullatum: in oratione frequens ſtratum conſcientiæ ſuæ plerunque fletibus irrigabat; pane & aqua contentus, concupiſcentiæ carnalis incendia ſuperabat: Fratribus & ſecularibus humanitatis cuiuſque obſequium ſtudioſus miniſtrabat; in illatis ſibi moleſtijs patiens, ſi fortè verbo vel facto alicui intuliſſet iniuriam, mox chorda ceruicibus appenſa, veniam ſuppliciter petebat. In his B. Ambroſius perſeuerauit ad annos quindecim. Præfulſit quoque vir ſanctus prophetiæ ſpiritu. Vnde prædixit F. Tobiæ eius ſocio non ſolùm obitum ſuum in Vrbeuetana, ſed etiam horam ſui obitus inter nonam & veſperas. Hic glorioſus Frater quanti meriti ſit apud Deum, miracula eius fide digna teſtantur, quorum nonnulla ſubnectam.

PRAECIPVA QVAEDAM MIRACVLA.

CHRISTOPHORVS Vrbeuetanus annos decem manum cõtractam cum habuiſſet, ad tumulum Sancti viri incolumen retraxit, & lætus ad propria remeauit. Gregorius Penone de Ciuitella crure contracto, & apoſtemate laborans, voto ad B. Ambroſium emiſſo, à contractione cruris, & apoſtematis paſſione curatus eſt. Domina Pax toto corpore contracta & complicata ad inuocationem B. Ambroſij conualuit. Extiterunt etiam alia multa miracula poſt mortem ad Dei magni gloriam, Sancti huius honorem, & fidelium incrementum.

B. ANDREAS cognomento Dulcis, verè dulcis & pius, vt potè qui omnes, quibus ſalutis verbum proponebat, ſuauius & ardentius ad ſe trahebat, & aduerſa omnia pro Chriſti amore ſuperabat, atque ſpirituali quadam dulcedine perfuſus, diuiniq; amoris igne feruidus humiliter omnino de ſeipſo ſentiebat, illud ſibi proponens, quòd verum gaudium humilitatis ſtudium pijs mentibus inſerit. iacet Arimini miraculis celebris.

In quo verũ gaudium conſiſtit.

B. ANDREAS Hiſpellàs, miraculorum copia inſignis, & cunctis admirabilis, ſitus eſt Hiſpelli, qui peregrinos hoſpitio excipiebat, nudos veſtiebat, pro quibus eleemoſinam etiam petebat, malens ipſemet eſurire, quàm alios fame premi. Vitam & geſta huius ſancti viri priuatim expreſſa inueniri haud potui, forſan deleta bellis & factionibus, quibus ſemper Vmbria flagrauit.

B. ANDREAS Anagninus ex illuſtri Comitum familia Signiæ, Alexandri IIII. Pont. Max. nepos, per omnium annalium monimenta celebris, poſthabita Cardinalatus dignitate, quod pauci perraró faciunt, & præclara ſibi viuendi ratione ſelecta, in hoc terrenarum rerum inexplicabili gurgite poſitus, ſanctè vixit. Inter cætera verò illud ſingulare eſt, Cùm ſemel appetiſſet auiculas (vt fieri ſolet) mox in menſa appoſitas noluit prægustare, ſed ſigno Crucis facto illæ obſequentes, & in altum ſubleuatæ, perinde ac ſi eſſent viuentes, euolauerunt. Illud quoque inſigne narratur, quòd omnes qui à ſpiritibus immundis diuexabantur, ad tumulum eius delati, ſanabantur. huic apparuit in ſomno Carolus primus Siciliæ Rex, eum rogans, vt pro ſe apud Deum intercederet, cùm acerbas in Purgatorio ſuſtineret pęnas, id quod piè fecit. Hunc Bonifacius Papa adſcripſiſſet Sanctorum Catalogo, ſi ſuperuixiſſet, ob inſignia eius miracula, quæ nullo ſilentio præterire deberemus, cùm hæc clariſſima ſint apud Pilenſes, ſed breuitati ſtudentes omittimus. obijt enim miraculis illuſtris, in loco Pilei in Campania ſitus.

Inſigne miraculũ de B. Andrea, & de eximia ei' ſanctitate.

B. ANDREAS Hungarus martyrio coronatus eſt Bidinij Regni Bulgarorum; eſt autem Bulgaria Europæ regio, quę ſupra Thraciam inter Danubium & Pontum Euxinum ſita eſt. Hic tanta enituit animi conſtantia, vt cum varijs cruciatibus afficeretur, & vrgeretur eo dolore vehementi, qui eſt motus aſper in corpore, nullam tamen vocem emiſit. Nam vir prudens & fortis, qui maiora & ſolidiora animi deguſtauerat oblectamenta, libenter properabat ad illas epulas, quas nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, & proinde conſtanti animo omnem ſuſtinebat acerbitatem, ac ſi non ipſe, ſed alius pateretur. Felix ter quaterq; beatus, qui ſe ſic gerit, ſicut vir iſte ſanctus, quem Dominus mirificauit miraculis, & vitæ exemplis.

Conſtantia B. Andreæ Pannoni.

1. Corint. 2.

B. ANGELVS à Monteleone pauperrimus & deſpectus homo, ſciens quòd pauperis quàm diuitis domus quietior eſt, & in ſacco ſecurius, quàm in ſerico dormitur, paupertatem magnopere amplexus eſt. Obijt miraculis clarus apud Montem Compatrium in Campania.

Pauper à paruo lare dictus is eſt, qui ſeipſo contẽtus, ſibi viuit.

B. ANGELVS cognomento nullo addito, cuius geſta non inuenio, iacet Camerini.

B. ANGELVS Reatinus primò miles, deinde cùm primo ætatis flore pubeſceret, libertatis dignitatem conſiderans addidit ſe ſocium B. FRANCISCO, cum quo aſperam vitam ducens, ſigna & miracula ſuæ cum Deo gratiæ, & viuens, & poſt obitum edidit. Hic cum B. Bernardo Quintaualle, & B. Petro Cataneo, quos ſuprà memorauimus, Romam petijt ſequens B. P. FRANCISCVM ad Honorium Pont. Max. pro confirmatione Regulæ. Obijt Aſſiſij, atque in æde D. FRANC. tumulatus eſt vnà cum alijs ſanctis viris.

B. Angelus Reatinus vnus ex ſocijs B. FRANC.

DE SEPTEM MARTYRIBVS.



Arbaldus Chriſti legem, moresq́; docentes:
Septem Seraphicos angit, & enſe necat.

SANCTVS Angelus natione Etruſcus, cuius eſt nomen celebre, & virtus nomine maior, conuentum Piſarum fundauit, primò Miniſter prouinciæ Angliæ fuit, deinde ipſe & Frater Daniel de Beluederio Calaber, & Miniſter prouinciæ Calabriæ, cum Samuele, Dannulo, Leone, Vgolino, & Nicolao; dum optima & aurea illa naſcentis Ordinis Seraphici tempora feliciter quaſi quodam igneo motu promicarent; obtenta eundi facultate à F. Helia Generali, anno iam completo poſt obitum S. Patris, martyrij deſiderio flagrantes traijcere ſtatuerunt Marochium Mauritaniæ vrbem, vt Saracenis fidem Chriſti, & verbum ſalutis prædicarent. Primò itaque peruenerunt Tarachoniam Aragoniæ vrbem. Frater Daniel cum tribus aliis nauem conſcendit, aliis tribus conſociis (neſcio quo euentu fortè ex caſu) in terra dimiſſis, non potuerunt omnes transfretare. cumq́; ad Cęptam vel Septam Saracenorum vrbem applicuiſſent, ſocios, quos antea dimiſerant, expectabant, ibique non curis laxati vel ſoluti opere, ſed ſalutis animarum ſoliciti, Piſanis, & Maſſilienſibus mercatoribus, qui aderant cum pleriſque aliis Chriſtianis, prædicabant: interim tres ſocii qui remanſerant, ad portum Cęptæ applicuerunt ſecundo Cal. Octobris. Porrò Frater Daniel vir quidem diſcretus, & ſex alij ſpiritu feruentes ſalutem illorum totis viribus ſitientes, non timebant ſe morti exponere, vt animas Chriſto, cuius cauſam agebant, lucrifacerent. Morabantur pauperes Fratres cum reliquis qui aderant Chriſtianis mercatoribus in Vico extra mœnia prædictæ ciuitatis, quia nulli Chriſtiano licebat ingredi ciuitatem abſq; Saracenorum ſpeciali facultate, expectantes quidnã de eis decerneretur. Verùm Chriſti amore incenſi erant ad martyriũ, Nihil enim à ſe pręcl-rè

Septem Martyres ſuſcepto cõſilio, propoſitaque ratione martyrij deſiderio flagrant.

Feruor vehemẽs Sanctorum Martyrum.

clarè geſtum, nihil laude dignum exiſtimabant, niſi prius ſacra certamina ſubijſſent; quare feria ſexta de ſalute animæ inter ſe agentes, die ſabbati confeſſione præmiſſa, ſumptaq; deuotè Euchariſtia, nocte imminente eiuſdem diei poſt veſperas fecerunt mandatum Domini lauantes ſibi inuicem pedes, & dum fuerunt aliqualiter recreati, die Dominico ſummo mane, antequam homines deambularent (vt moris eſt) per plateas, Fratres in publicum exiere, conſperſis cinere capitibus, & Spiritus ſancti robore confortati, nomen Domini palàm conclamabant dicentes, In nullo alio eſſe veram ſalutem præterquam in Chriſto IESV. Sermo enim diuinus quaſi ignis ardebat in cordibus ſingulorum, nec vlterius dilationem patiebantur. Satellites verò Diaboli multis opprobrijs & verberibus eos affecerunt, atque ita iniurijs & liuore fœdatos adduxerunt ad Regem, qui inaniter & effusè exultans, audito nomine Chriſti, & quòd Maomethes tanquam deſertus & planè deſpectus à ſanctis viris haberetur, efferata in ſanctos martyres vſurus immanitate, tonſis capillis velut fatuos reputans, teterrimo carcere, & acerbis tormentis voluit eorum conſtantiam explorare; quos vinctos catenis ferreis, metuque grauiore concuſſos in uincula coniecit, ibique ad octo dies crudeliter ſeruatos detinuit, Mauris pugnis eos & diuerſis tormentorum generibus affligentibus; ſed hi animo optimè conſtituti, capitis ſui periculum pro aliorum ſalute negligebant, nihilque metuebant ſupplicij, quòd ſemel deliberauerant pro nomine Chriſti vitam cum morte commutare. Quid verò infra hoc ſpacium octo dierum illis acciderit non eſt mihi compertum, niſi quòd iſti Fratres carceribus detenti infrà poſitam epiſtolam ſcripſerunt, plenam lacrymis, Domino Vgoni maiori ſacerdoti Genuenſium, & duobus Fratribus, quorum vnus erat de Ordine Fratrum Minorum, alter verò de Ordine Prædicatorum, qui venerant illis diebus de Alchazaro, hoc eſt de domo regia, & de interioribus partibus Saracenorum. tenor autem epiſtolæ talis eſt.

Alchazarum lingua Arabica eſt regia domus.

EPISTOLA SEPTEM FRATRVM MINORVM dum eſſent vinculis detenti ad D. Vgonem Sacerdotem Genuenſem, & duos Monachos.

BENEDICTVS Pater Domini noſtri IESV Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, qui præparauit Patriarchæ Abrahæ victimam holocauſti. Qui etiam ex præcepto Domini de terra ſua exiuit neſciens quò iret, ideoque reputatum eſt ei ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus. Sic ergo qui ſapiens eſt, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens; quia ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Notum ergo ſit vobis, quòd ſi Dominus IESVS Chriſtus, qui paſſus eſt pro nobis, & qui dixit: Ite, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Ite, & nolite timere eos, qui occidunt corpus. Item: Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Item: Si perſecuti ſunt me, & vos perſequentur: duxerit vias noſtras in ſemitis ſuis ad laudem eius, & ſalutem fidelium, ad honorem Chriſtianorum, & ad mortem & damnationem infidelium. ſicut Apoſtolus ait; Chriſti bonus odor ſumus: Aliis odor vitæ in vitam, Alijs odor mortis in mortem. Nam ſi non veniſſem (ait Chriſtus) & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent: Nunc autem excuſationem non habent de peccato. Igitur nuntiatum fuit ante Regem nomen Chriſti, & confeſſum per nos, quòd non eſt in alio vera ſalus, & probatum per veras rationes mediante interprete coram ſapientibus eius. Regi ergo ſeculorum immortali, & inuiſibili, ſoli Deo, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Gen. 12. 1. Cor. 3. Marci 16. Lucæ 5. Ioan. 15. 2. Corin. 15. Ioan. 15. 1. Timot. 1.

SEPTEM MARTYRES CORAM ARBALDO REGE magna animi conſtantia & firmitate conſiſtunt.

ARBALDVS Tyrannus (eſt autem Arbaldus lingua Arabica vel Alchaldus, ſiue potius Aſtaldus iudex vel præfectus) cùm ſanctos Martyres in vincula coniecisset, ad fores carceris conſtitit, oculo ad rimas admoto, eos catenis ſolutos, inſueto nitore ſplendentes, lætitia ingenti perfuſos, cantiones laudeſque diuinas celebrare

brare vidit, carceremque ipſum aliàs tenebricoſum modò clariſſima luce colluſtratum perſpicit; Quo ſpectaculo vehementius Rex indignatus, ſexto idus Octobris coram ſe præſentari iuſſit, eiſque ingentes diuitias & pretioſa munera obtulit, ſi neglecto Chriſto Maomethem ſequerentur. At illi intrepidi ad tribunal Regis ſiſtentes, nullaque de ſe timoris indicia præbentes, perinde ac ſi victoria eſſet promiſſa, dicebant: Nihil eſt quod minus deſideremus; diuitias perpetuas præſtare nemo poteſt, hîc aduenæ ſumus & peregrini, patriam cœleſtem per varios caſus, & mille rerum diſcrimina petimus. Stultus admodum ille eſt, & parum humanæ conditionis memor, qui commorationis & non diuerſorij potius ſedem hanc terreſtrem putet; eò redeundum eſt, vnde venimus, circularis eſt iſta peregrinatio, ac nos eodem referri: qui dolet hoc æuum eſſe breue, & tam citò finiri, dolet quòd non & ſuam nobis DEVS immortalitatem participauerit. Qui animum ad cœleſtia tollunt, & mente purgata ibi diuerſantur, dedignantur has tenebras, ac teterrimi carceris ſitum, & tanquam de duro ergaſtulo erumpere cupiunt. Hæc Saraceni audientes inter ſe conſilium inierunt, ſigillatim eos examinant ſeorſum abductos, multaque eis pollicentur ſi fieri velint Saraceni, ſin minus eos capitali ſententia plectendos. ſed illi intrepidi dicebant: Nonne amotæ mentis ille eſt, qui auro plumbum præfert, & luci tenebras? Nemo qui ſapiat in ea vrbe manendum ducit, in qua virtuti non adſint præmia; retrahatis ergo vos ab erroribus, & abiecta falſa religione, Dominum veſtrum cognoſcatis, Deum noſtrum, communem omnium parentem, cuius nec virtus æſtimari poteſt, nec magnitudo perſpici, nec principium comprehendi. Nos ſcimus, & re ipſa experimur hanc vitam ærumnoſam, & curarum plenam, tot caſibus & periculis expoſitam, nihil ſtabilis, nihilque certi habere. Contrà verò altera vita ſedes eſt æterna, quæ, quod ſemel dederit, nihil aufert, non eſt obnoxia varietati diſcriminique, ſed perpetua viget felicitate. Vos damna, vos iacturam arbitramini eſſe, quod lucrum eſt ingens, hinc nobis paratum eſt iter ad felicitatem. Quis ergo terror? quod ſupplicium poteſt nos deturbare? Tunc quidam ferus gladiator, furore accenſus, enſe percuſſit caput Danielis aliorum Fratrum miniſtri, qui cùm ſtaret intrepidus, alter Saracenus cœpit ipſum cohortari dicens: Quare præſentis vitæ dulcedinem perdere vultis? ſuſcipite fidem & legem Maomethis, vt vitam & honorem in vita habeatis. Cui Daniel ait: Inueterate dierum malorum, perditæ audaciæ, quandiu in errore Sathanæ decipieris? Maomethes tuus, quem tanti facis, & quotquot eum ſequuntur, ſunt miniſtri Sathanæ. Alcoranus veſter eſt merum figmentum. Tu ergo potius conuertere ad fidem noſtram Catholicam, nec patiaris diutius tam pernicioſo mendacio illudi. Quibus verbis reliqui Fratres vehementius accenſi gratias agebant Deo, quòd eò eſſent deducti, vt corpus & animam illi conſecrarent: dicebantq; F. Danieli, Anima noſtra tuam ſequetur in Cœlum pater, benedic animæ noſtræ, & morere: nos quoque mortem ſubibimus, nec propterea frangemur tantis incommodis agitati, poſt tempeſtatem ſperamus ſerenitatem, citò finietur bellum, & aderit perpetua pax. quibus benedictis cum lacrymis, Chriſti milites inuictiſſimi à miniſtris Diaboli denudantur. Rex iratus pro ſuæ poteſtatis furore, viſa eorum conſtantia, ſæuiens in ipſorum perniciem, eos morti adiudicauit. tunc ſatellites Regis minarum atrocitate commoti vinctis Martyrum manibus, præcinente tuba, ducunt ad ſupplicium, vt vltricibus flammis cruciarent. Illi verò improperium Chriſti portantes, quaſi ad epulas inuitati feſtinabant ad mortem: ducti ad locum occiſionis per manus iniquorum, ſacris eorum capitibus cæſis, decollati ſunt, & beatiſſimas animas ſanguine purpuratas Domino tradiderunt: miniſtri Diaboli corpora eorum per ciuitatem trahentes dilacerarunt: Chriſtianis autem ſummæ curæ fuit, ne inhumata & omnino deſerta iacerent. Quare Genuenſes, Maſſilienſes, & Piſani mercatores reliquias Martyrum prò maiori parte diuinitus colligentes, cum honore ſuſcipientes, Alſondegæ Maſſilienſis in villa eorum condiderunt. vbi ipſorum meritis miracula creberrima oſtenduntur. cùm verò primò eſſent tumulata in vico Genuenſium mercatorum, poſt aliquot annos in Eccleſiam Beatæ Mariæ apud Marochios, vbi Saraceni maximam lucis claritatem conſpiciebant, pòſt aliquandiu à filio Regis Luſitaniæ in Hiſpaniam tranſlata ſunt, inſignibusque miraculis celebrata.

Septem Martyrũ conſtantia, & mira fides.

Barbari ſuperſtitionibus vanis pertinaciter inherẽtes obdurant ſe contra manifeſtã veritatem.

Verba conſtantiſſimæ veritatis.

Alcoranus liber eſt compoſitus a Maomethe, & tribus magiſtris, quibus Diabolus auctoritatem & induſtriã miniſtrauit. Primus fuit quidã Iudæus aſtrologus, Ioannes de Antiochia hæretic⁹, Sergius Arrianus, qui legem abominabilem confixerunt, reſecãtes ardua, & omnia concedentes, ad quæ mũdani homines proni erãt, gulã, luxuriam, rapinam, & huius generis multa.

QVAM

QVAM MALE CESSIT ARBALDO, qui abiecta omni religione, iniuit fœdus contra Miniſtros Chriſti.

DVRAM & acerbam vindictam incurrunt ij, qui contra miniſtros Chriſti ſocietatem & fœdus ineunt. Ioſaphat Rex, quia pactum & amicitiam iniuit cum improbo & ſacrilego Ochozia Rege Iſrael, eam ob cauſam ab Eleazaro Propheta audiuit: Quia habuiſti fœdus cum Ochozia percuſſit Dominus opera, contritæque ſunt naues, nec potuerunt ire in Tharſos. Aza ob initum fœdus cum Rege Benedad pedum dolore correptus fuit, qui morbus inſtar carcinomatis vſque ad corporis verticem ſerpebat. Eiuſmodi nefarias confœderationes increpat Deus per Iſaiam: Vęh illis qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt, & ſuper equitibus, quia præualidi nimis. Atque (vt vno verbo rem expediam) improba fœdera facilè diſſoluuntur, diſruptis enim malorum ſubdolis colligationibus diſſoluitur vinculum, rumpitur nodus, labaſcit amicitia. O' proteruas hominum perplexitates: Ita accidit Arbaldo Regi iniquo, cùm debuiſſet ſumere arma contra Maomethem, machinatus eſt aduerſus ſanctos viros, quorum ſanguis in pœnam graué tanti ſceleris, contra nefarios miniſtros Sathanæ clamat in aures Domini Sabaoth.

2. Paralip. 20. 3. Reg. 15. Iſa. 31. Iacobi 5.

DE EORVM CANONIZATIONE.

HAEC animo perpendens Leo X. Pont. Max. retulit in Sanctorum Martyrum numerum, mandauitque vt Fratres Minores facerent officium in die coronationis eorum, hoc eſt die x. Octobris; celebratur quoque feſtum illorum in Epiſcopatu Pragenſi: in officio Bracarenſi: celebratur martyrium anno 1221. impreſſoris vitio, cùm potius fuerint martyrizati anno 1227. anno integro ab obitu B. Patris FRANCISCI. Hæc pauca habui de his ſeptem Martyribus, nec temerè, vt oſtenderem quàm magnis initijs, futurus breui toto orbe terrarum illuſtris, Ordo Minorum in tantam amplitudinem creuerit, vt vbique locorum Beati FRANCISCI merita, & nominis ſui gloria concelebrentur.

B. ANTONIVS Bonfadinus Ferrarienſis Theologus, & concionator inſignis, poſt diuturnos labores & peregrinationes, rediens à Sancto Sepulchro deuotionis gratia, Cotignolæ oppidi Romandiolæ diem clauſit vltimum, ibidem apud Minores ſepultus non longè ab oppido: viſitur integrum corpus eius, & ab incolis habetur in honore. de cuius laudibus leguntur ſubiecta carmina:

Hoc Bonfadini ſaxo pia buſta teguntur
Antoni: Hic viſit Sancta Sepulchra Dei.
Confeſſorq; fuit Domini, verbumq; Tonantis
Edocuit populos, chriſticolaſq; fidem.
Pro meritis en quanta fecit miracula, diui
FRANCISCI miles venit in aſtra poli.

B. ANTONIVS alter iacet Nurſiæ miraculis fulgens, cuius geſta quamuis latiſſimus eſſet ſcribendi campus, nil tamen certi reperire potui, ſed reuera ſancti huius viri non deeſſent admiratores, ſi maiores noſtri diligentius ſcripturis rem tantam fuiſſent complexi, idque negotij ſumpſiſſent, vt Sanctorum vitas memoriæ mandarent. Difficile enim eſt egregijs aſſertoribus fidem non adhibere, nec noſtra ex poteſtate credulitas pendet, nobis inuitis abit, reditque fides. hoc tamen pro certo habemus virum ſanctum nunquam à virtutibus ceſſaſſe, vnde accumulato ſibi merito, omni peccatorum purgata rubigine, quieuit in Domino in Conuentu Nurſiæ antiquæ Sabinorum vrbis.

B. ANTO-

B. ANTONIVS de Roſatè Mediolanenſis pro fide Chriſti à Saracenis inter aſſeres per medium ſectus, glorioſo martyrio cõſummauit agonem. nam Sanctus Dei pugil, ſublatis in cœlum oculis, agebat gratias Deo, dicens: Domine æterne ſplendor, peccatorum protectio, & dux, & tranquillus portus, eſto mihi in auxilium, ago tibi gratias Pater Sancte, & nomen tuum ſanctiſſimum veneror, qui largitus es mihi, vt te confiterer, & ſanctum filium tuum IESVM Chriſtum, & Spiritum ſanctum tuum auctorem vitæ, vt prædicarem nullum eſſe Deum præter te, neque in cœlo, neque in terra, neque in mari: ſuſcipe animam meam in pace, & dignum me fac æterno regno. Heu fallaces mortalium ſpes, & inanes hominum cogitatus, quicquid homini ſubiacet, infra hominem ſit neceſſe eſt, nihil eſt homine maius, niſi quod fuerit ſupra hominem. ſicque oculos eò dirigebat, quò illos naturæ ſuæ conditio direxit, vt illud vnicum numen adoraret; ſic totus lætus bibit vſque ad ebrietatem in fonte illo perenni, qui eſt benedictus in ſæcula.

B. ANTONIVS de Monte Leone annum ſuæ ætatis duodecimum agens, ſponte nulloque hominum ſuaſu, ſe in Beati FRANCISCI religionem ſubdidit, in qua egregiè profecit. nam propter imbecillam & teneram eius ætatem, vt vix ſuſtinere poſſet aſperitatem habitus, ad annos quadraginta nunquam faciem mulieris contemplatus eſt, quamuis ſemper oſtiatim quæreret eleemoſynam: vir quidem memoria dignus, qui domuit auaritiam, conculcauit ſuperbiam, libidinem prorſus ignorauit, potu ciboque parciſſimè vtens, non iræ, non inuidiæ, non alteri paſſioni ſuccubuit: ſcelerum inſectator vehemens. quare meruit habere multas reuelationes, qui cùm eſſet in loco Stronconis in Vmbria, ferunt locutum fuiſſe cum ſanctiſſima Trinitate: ſæpe enim ſupra ſenſus humanos ita ſpiritu rapiebatur, vt angelus potius videretur, quàm ſimplex homo, qui ſingulari gratia, & miraculorum munere præſtans, longè lateque inclaruit: porrò ſuis exemplis, & ſalutaribus documentis, plurimos ad fidem Chriſti trahere conabatur, vbi tot mala in orbe toto increuerant. Semper enim Deus ſuſtinuit malos, vt mala cum bonis pugnent, vt vitia ſint aduerſa virtutibus, vnde habet alios quos puniat, & alios quos honoret. ſicut primis illis temporibus factum eſt diluuium ad tollendam perdendamque ex orbe terræ malitiam. Floruerunt ſub hæc tempora plures inſignes viri, inter quos memoria dignus eſt B. Ioannes à Stroncone, & hic B. Antonius, à Deo producti ad calcanda terrena, vt cœleſtia conſequerentur: miræ compaſſionis in pauperes Chriſti fuit: nudis pedibus ſemper incedebat, vtebatur pane & aqua abſynthij, qua vſus eſt quatuordecim annos, antequam aliud deguſtaret: à feria quinta paſſionis vſque ad diem paſchatis non manducabat, neque bibebat.

Præclara huius Sancti geſta, quibus paratur iter ad vitã æternam.

De ſpiritu prophetiæ, & de eius miraculis.

CLARVIT quoque prophetiæ ſpiritu. Nam ſemel predixit mortem cuidam eunti ad ciuitatem Aquilanam, qui re contempta obijt in itinere. Quædam mulier habuit quinque filios, qui cùm omnes eſſent mortui, & ipſa eſſet ſterilis, ille prędixit, quòd adhuc filios eſſet ſuſceptura. Prædixit Aſſiſiatibus, vt ſe ad crucem præpararent, & die ſequenti peſtis eos inuaſit. Prędixit quoque diem ſui obitus, qui, vt prædixerat, eodem die & hora morte ereptus eſt, Aſſiſij in Aede D. Damiani conditus, atque miraculis illuſtris: cuius corpus anno ab eius obitu iam elapſo integrum, & omni ex parte incorruptum inuentum eſt; ad cuius tactum plerique diuerſis morbis laborantes (Deo concedente) per merita ſancti viri liberati ſunt; inter quę hęc præcipuè circunferuntur: Quędam mulier de Palatio vulgò dicto agri Aſſiſinàtis laborans puerperio procubuit ad tumulum ſancti viri, & vouit huic Sancto, cuius precibus gratiam conſecuta eſt. Quidam fracto crure ad preces beati viri incolumis euaſit.

Obitus B. Antonij.

B. ANTONIVS Toletanns Toleti manens ianitor, ſanctè vixit, mirabiliaq; per eum operatus eſt Dominus: ſemel amphoram fractam plenã vino integritati commiſit. Puellã vnicã emortuã ſigno Crucis ad vitã reſtituit: ſignis & viuens, & mortuus glorioſus.

B. ANTONIVS Tegrinus Piſanus, viuens adhuc ſigna fecit. Obijt glorioſè in monte Luco, in agro Spoletino: is contemptis maternis illecebris, & vxore, quam nondum duxerat, neglectisq; ciuilibus legibus, quibus vacabat, effectus eſt Frater Minor, & multum profecit: cuius meritis, quidam ad ſanctum virum voto emiſſo, à morbo tibiæ, quo laborabat, liber euaſit.

DE B. ANTONII DYRRHACHINI miraculis, & de prophetiæ ſpiritu.

Sudor manat à corpore B. Antonij Dyrrhachini.

BEATVS Antonius Dyrrhachinus Archiepiſcopus, quãuis reluctaretur, Dyrrhachij, qui pluribus annis Saracenis prædicauit, multosq; ad fidem Chriſti conuertit, ſpiritu prophetico clarus, multa enim prædixit, & præſertim diem & horam ſui obitus: de quo inſigne illud narratur: mortuo iam, atque (vt fieri ſolet) induto Epiſcopalibus indumentis, ita cadauer eius cœpit deſudare, vt omnes adſtantes in admirationem adducerentur. quod miraculi loco adſcribi debet. Obijt Dyrrachij, ſepulchri tamen eius nullum apparet veſtigium, cùm ciuitas multoties à barbaris fuerit direpta, nec multò ante hæc noſtra tempora: cùm Senator Reipublicæ Venetæ præeſſet Dyrrhachio, morbo affectus, vt valetudinem curaret, Olcinium ſe contulit, cœli ſalubrioris gratia. eam occaſionem nacti hoſtes, noctu Dyrrhachium furtim aggreſſi, ſcalis ad murum poſitis, ſe in oppidum intulerunt; interfectisq; paucis ſomno expergefactis, oppido ſunt potiti.

Petrus Bẽb. lib. 5. Hiſt. Ven.

VERA B. ANTONII CONFESSORIS EFFIGIES.



Lilia, quidve color deſignat candidus? almi
Lilia candorem pectoris alba notant.

DE B. ANTONII CONFESSORIS *Phyſiognomia, & de eius nomine.*

FVIT inclytus Chriſti Confeſſor Antonius ſtaturæ mediocris, tumenti abdomine, vaſto obeſi corporis pondere: fuit enim corpore obeſo, ſed ſanctitate obeſior, membra eius naturali pallore affecta, ad nigredinem declinabant. Fuit ei lingua facunda & diſerta, vox clara & placida, ſed tam alta & flexibilis, vt ab omnibus citra faſtidium audiri poſſet. Qua verò facie fuerit, & qua ſtatura, facilè conſpici poteſt ex effigie eius expreſſa Paduæ; viſitur hodie quoque Romæ in Eccleſia Lateranenſi opere moſaico & vermiculato à duobus fratribus Minoritanis delineata, quorum nomina ſunt mihi incomperta. Cuius quidem rei illud inſigne fertur, cùm Bonifacius VIII. Pont. Max. mandaſſet deleri effigiem D. Antonij, & loco eius exprimi imaginem D. Gregorij Papæ, acceſſerunt nuncij, ſed ab alto deiecti extremum ſpiritum diuino iudicio effuderunt. Dictusq; eſt fortè Antonius vel ab ἀνθὸς Græcè, quod Latinè florem ſignificat, vnde lilia deferebat in ſignũ nitidæ ſuæ puritatis; vel à loco vbi habitum D. FRANCISCI ſuſcepit, qui S. Antonius dicebatur: vel quaſi altitonans, prius Fernandus dictus, nomen Hiſpanis vſitatum.

Hiſpani Mauris proximi ſubnigro colore nitét.

Inſigne Portentũ de Beati Antonij imagine.

DE EIVS ORTV, ET DE INGRESSV *ad Ordinem Sancti Auguſtini.*

PRIMVM quidem natus eſt D. ANTONIVS Olyſippi, quæ Hiſpaniarum eſt vrbs anno MCXCV. ex Martino patre Alphonſi ſtrenuo milite, matre verò Maria, parentibus quidem honeſtis, qui quales fuerint, ex tanti vita filij facilè dignoſci poteſt; quorum ipſe exempla imitatus manus extendebat ad pauperes, & Eccleſiarum frequentius limina terebat; neque fuit quicquam tam aſperum, tamque arduum, quod cœpta illius moraretur. ſed humilitati, manſuetudiniq;, & patientiæ ſtudens, ſeculi oblitus, ad Dei contemplationem aſcendit. ſicq; in Dei timore excreſcens, vt ſapiens architectus fundamentum iecit; ab ipſis enim incunabulis quodam prǽſagio futurorum moribus exornabat ætatem. Nam cùm ætate iam nubili progreſſus ad annos pubertatis perueniſſet, tumultuãtibusq; in carne pruriente corruptionis motibus, & titillamentis ſe præter ſolitũ ſentiret illicitè perurgeri, ſpretis litterarum ſtudijs, quibus diligenter vacabat, ad Cœnobium quoddam S. Auguſtini dictæ ciuitati proximum conuolauit, Canonicìq; Regularis habitum humili deuotione ſuſcepit, vbi cùm annis penè duobus commoratus nulla ratione tolerare poſſet importunos parentum motus, natale ſolum quod ad eneruandos viriles animos fomitem præſtat, ad Sanctę Crucis de Colimbria feliciter tranſmigrauit, vbi diſciplinis regularibus vacans cunctis amabilem ſe præbebat, die noctuq; orationibus & diuinis colloquijs intendens, meruit pro voto à Domino exaudiri: erat ſiquidem iuuenis optimi ingenij, multæ vigiliç, abſtinentiæ magnæ, contemplationis aſſiduæ, vt illo nec quietior, nec obedientior alter eſſet: nulla in eo pompa, nulla oſtentatio; tempus quoque, cuius iactura maxima eſt, ea ratione diſtribuebat, vt nihil ei per negligentiam euolaret, nihilque per vanitatem efflueret.

Parentes D. Antonij.

1. Cor. 3.

Vis & conditio natalis ſoli.

Tempus motibus ſuis examinandum, ne inaniter labatur, cuius quidẽ iactura maxima eſt.

QVA OCCASIONE B. ANTONIVS *ingreſſus fuit Ordinem S. FR.*

PRAETEREA contigit, quòd Dominus Petrus Infans primogenitus Regis Luſitaniæ detulit Colimbriam reliquias quinque Martyrum, de quibus ſuperius prǽfati ſumus, quos B. Pater FRANCISCVS ad infidelium oras pro fide CHRISTI propaganda tranſmiſerat, quorum reliquijs à Diuo Antonio conſpectis, ſtatim elephantis more, viſo cruore ipſe vehementer commotus, vehementius ad prælium incitatus eſt. Vnde zelo Dei renes accingens, ad Ordinem Fratrum Minorum quibus poterat niſibus aſpirabat, & conceptum ſui pectoris crebris orationum ſtudiis, & arctis afflictio-

aſſlictionum ieiunijs ſuum Domino propoſitum commendabat. Accidit vt quidam Fratres Minores è vicino eleemoſynæ petendæ gratia illuc de more aduentarent, quos famulus Domini tractos ſeorſum ſic allocutus eſt: Fratres mei dilectiſſimi Ordinis veſtri habitum magna cum animi voluptate ſuſciperem, ſi ſperarem veſtra ope atque conſilio ad partes infidelium tranſire ad prædicandum Dei verbum, vt cum martyribus pro fide Chriſti poſſem coronam obtinere. Sperabat enim fortis Chriſti athleta diuina gratia tanquam valido clypeo munitus, breui de Cruce Chriſti brauium reportare. Vnde frequenter cum lacrymis orabat ad Dominum: Miſericors Deus quando præſtabis mihi, vt lictori ferire parato poplites meos flectam ad ſuſcipiendam coronam diutius peroptatam? putas ne videbo, putas ne experiar aliquando quod totis pręcordijs concupiſco? O' Beatum virū, & cunctis meritò extollendum Antonium, verè Antonium, qui pro Chriſto affectabat Sanctorum Martyrum illuſtri collegio non tam habitu, quàm martyrio copulari. Data itaq; à Fratribus eundi ad Saracenos fiducia, habito prius benigno ſui ſuperioris aſſenſu, non tam loci mutatione, quàm vitæ ſuæ tranſlatione, animi ſui firmitatē omnibus declarauit. Nam vix obtenta eundi facultate, martyrij deſiderio feruens Marochium Mauritaniæ vrbem properat. Verùm Deus, cuius nutu cuncta gubernantur, virum ita acrius intentata febre flagellauit, vt pro ſanitate recuperanda eum vel inuitum ad natale ſolum compelleret, qui, dum nauem ingreditur, horrida correptus procella, ita ex oculis in littore ſpectātium ſublatus eſt, vt omnium opinione ſubmerſus crederetur, ſed aduerſis vndis & vento deiectus fuit in Siciliæ inſulam, vbi à Meſſanenſibus Fratribus exceptus, cum eiſdem etiam non multo pòſt Aſſiſium profectus eſt, vbi tunc temporis Capitulum (vt vocant) generale celebrabatur, quo abſoluto, nullaq; de viro habita ratione, tandem diuino afflatu à Fratre Gratiano Miniſtro prouinciali Romandiolæ ad Eremum Montiſpauli prope Forumliuij Flaminiæ vrbem deſtinatur, ibi ſolitariam vitam aliquod tempus degens, panem in pondere comedens, & aquam pariter bibens in mēſura, carnem ſuam ſpiritui inſeruire prorſus coegit. ſed maxillas fręno ita conſtringebat, vt vix niſi aliena ope ſuffultus incedere poſſet. ieiunijs enim & aſſiduis laboribus ita erat extenuatus, vt eius facies abſtinentiam & auſteritatē Sanctorum Patrum Aegypti ac Paleſtinę referret. Porrò humilitatis cultor in lauandis coquinæ vtenſilibus humiliter de ſeipſo ſentiens, faſtum declinare ſtudebat, & quamuis humanioribus litteris, vt eius monumenta teſtantur, eſſet inſigniter eruditus, verba tamen ita ſupprimebat, vt nec Latinè auderet loqui, cùm poſtularet neceſſitas. O' humilitatem & deiectionem eximiam. Sed factum eſt (Domino diſponente) vt dum haberentur ſacræ ordinationes Foriliuij pro initiandis clericis, inter quos mos erat aliquid proponere, B. Antonius qui vnà cum Guardiano loci illuc conuenerat, prædicare Verbum Dei iuberetur, qui tamen imperitiam excuſabat, nunquam antea eiuſmodi declamationibus vſus. Verumtamen iuſſioni maiorum obtemperans, coactus eſt longum interrumpere ſilentium; talemq; habuit ſermonem, qualis exercitatiſſimo cuique tribui potuiſſet; ſed tanta maturitate, & ſcientiæ profunditate, vt omnes in ſtuporem & admirationem conuerteret. Et quis non ſatis admiretur hominem à pubertate penè idiotam plectro linguæ, à calamo Spiritus ſancti tam alta Dei arcana proferentem? Vnde B. FRANCISCVS audita eius in dicendo efficacia & ſpiritu, magna perfuſus lætitia, tribuit ei facultatem prædicandi vbique: tunc ſacris concionibus operam dare cœpit, qui calore illo agitatus diuino animo perpendens Euangelicum illud, Exiit qui ſeminat, tanta vi & ſpiritu in auditores ferebatur, vt fulmen ciere potius videretur, quàm loqui: Ad quem omnes confluebant, ſtabantque attenti irreuerberatis eum luminibus contuentes. Quem ob vitæ ſanctitatem, & prædicationis formam B. FRANCISCVS, cuius diſcipulus & imitator ille fuit, ſuum Epiſcopum appellabat, vt iure dici poſſet: Ille erat lucerna ardens & lucens.

Sicco Polētonus in vitam D. Antonij.

Pia precatio Diui Antonij.

Deus iter eius aliorſum flexit. nā tritū illud eſt, homo ꝓponit, Deus autem diſponit: ſed mirum q̃ a nauis inter procellas dehiſcentibus vndis ſaluatur meritis B. Antonij.

Requiſitus fuit à Fratre Gratiano, vt celebraret miſſam Fratribus, q̃ erant apud Eremum S. Pauli.

Magna animi deiectio in B. Antonio, qui prædicare iuſſ' quaſi fons erumpens ſubita vi in latū profundumq; flumen effudit.

B. Antonio tribuitur facultas prædicandi vbique.

Ioan. 5.

DE SINGVLARI EIVS ERVDITIONE.

CVM B. Antonius à quodam presbytero ſacerdote parentū eius familiari & domeſtico eſſet ſufficienter inſtructus illis artibus, quibus ętas puerilis ad humanitatem informari ſolet, apud Canonicos Regulares ſolidioribus literis operam dedit, ſed aſſumpto Minorum habitu, vti erat aſſidui ſtudij, & perpetuæ memoriæ, tantam breui in ſacris ſcripturis eruditionē adeptus eſt, vt omnibus admirationi eſſet, & ob inſignem eius doctrinam & dicendi cū grauitate energiam, ARCA TESTAMENTI, & ſacratū ſcripturarum

B. Antonius ob ſingularē eius eruditionē dictus eſt Arca teſtamenti.

paſſim armarium vocitaretur; teſtes ſunt elegantes ſermones, quos ipſe trito eloquio elaborauit in ſacro Aluernæ monte iuſſu Gregorij IX. Ponr. Max. qui diuinum quendam amorem, & cœleſtem vim ſpirare videntur ad rectam viuendi ratiouem accommodati, atque ad pietatem aptè diſpoſiti.

TESTIMONIVM ABBATIS VERCELLENSIS de profectu D. Antonij in ſacris litteris.

Vercellis litteris operam nauat.

SANCTVS Antonius primus fuit in ſacro Minorum Ordine, qui litteris operam dedit, & habita facultate à B. Patre FRANCISCO vnà cum F. Adamo de Mariſco Anglico Vercellas ad Abbatem S. Andreæ profectus eſt. Nam eo tempore (neſcio certè quo euentu) Ticinenſe Gymnaſium in eam vrbem delatum fuit. Hic Abbas, cuius nomen haud inuenire potui, fuit vir eruditionis & religionis ſummæ, vt Paraphraſis in B. Dionyſium Areopagitam indicat, quem etiam è Græco in Latinum idioma ſumma fide tranſtulir, necnon egregia commentaria in Cantica canticorum Salomonis, in quibus maximè inſtitit circa ſenſum anagogicum, ad cuius ſublimitatem animam eleuare conatus eſt, & quodammodo in Deum transformare. Quamobrem cùm eſſet nominis fama celebris, ad ipſum confluebant omnes, inter quos fuit B. Antonius, vt ipſemet Abbas teſtatur in dicta Paraphraſi in Dionyſium, cuius verba ſubijciam. Multi penetrarunt archana S. Trinitatis, ſicut expertus ſum in F. Antonio ex Minorum Ordine in familiari conſuetudine, quam habui ſecum, quia parum inſtructus diſciplinis ſecularibus, ſpiritus feruore, tam breui myſticam Theologiam adeptus eſt, vt cœleſti amore intus peruſtus, foris diuina ſcientia populos illuminaret. Fuit autem primus lector in Ordine Paduæ, primò in conuentu Peſſulano, deinde Bononiæ, cùm primùm inſtitutum eſt ibi publicum apud Fratres gymnaſium à F. Ioanne de Scaciata, qui fuit primus Prouincialis Miniſter prouinciæ Bononiæ: Verùm quia id fecit abſque aſſenſu S. FRANC. ab eo fuit maledictus, dubitabat enim vir Deo plenus quandoque fore, vt litteræ ſpiritum extinguerent, vt patet in ſubiecta epiſtola, qua B. FRANC. commonefecit S. Antonium, ne ob ſtudium dimitteretur diuinum officium.

EPISTOLA HORTATORIA S. FRANCISCI ad Beatum Antonium de Padua.

Monet S. FRAN. B. Antonium, vt ſacras litteras interpretetur, ſine preiudicio diuini officij.

CHARISSIMO Fratri Antonio F. Franciſcus ſalutem. Placet mihi, vt Fratribus ſacras Theologiæ litteras interpreteris, ita tamen vt nec in te, neque in cæteris (quod vehementer cupio) extinguatur ſanctæ orationis ſpiritus iuxta Regulam, quam profitemur. Et quamuis Fratres precibus cum illo agerent, quàm poſſent diligentiſſimis, vt vellet aliquid ex ſacro penu depromere, nunquam tamen annuit, niſi prius obtenta à Beato FRANCISCO benedictione, & aſſenſu, quo habito iugem diuinis ſtudijs nauauit operam.

DE EIVS EFFICACIA IN DICENDO, vt verè dici poſſit Antonius quaſi altitonans.



FVIT in B. Antonio mira in dicendo efficacia, & vis, ad permouendos animos, qua arguebat incredulos, obſecrabat pios, nulla eum flectebat perſonarum acceptio, nulla fauoris humani, vel auræ popularis opinio demulcebat. Sed iuxta ſermonem Propheticum: Quaſi plauſtrum triturans montes terrenę ſublimitatis contriuit, myſteria myſticis, ſpiritualia ſpiritualibus permiſcens. Quem dicendi modũ quo aduixit, ſemper obſeruauit, vt ſapientibus alta, & mediocribus mediocria impenderet. Cumq; aliquando publicè de cruce Domini noſtri IESV Chriſti verba faceret, patrem FRANCISCVM, qui viuens adhuc alia in prouincia longè ſepoſitus degebat, propè adſtare in aere vidit, nutu confirmantem omnia, quæ ab ipſo dicebantur. Ad tam ſublime euangelizandi munus non niſi per humilitatis gradum aſcendit, hoc eſt dum eo ſe indignum reputat, & tamen quod iubebatur, obediendo experiri non recuſat, ſed & tunc confitens ac dicens: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius &c. Dum ſemel Paduæ prædicaret, & Eccleſia præ multitudine capere non poſſet populum, in prætorum atrijs, & locis publicis prædicabat, omnes auidè eum audiendi ſtudio nocte conſurgentes præueniebant, vt videretur alter Ioannes Baptiſta, ad quem egrediebatur omnis regio Iudęæ, ab illo vt baptizarentur, ab iſto vt ſpirituali alimonia reficerentur. Qui tanta vi & ſpiritu repellebat vitia, vſuras & alienas detentiones damnabat, vt omnes certatim ad pedes eius confluerent, & rerum pretium exportarent: meretrices præterea prophanati pudoris, proſtitutione famoſas, ſalutaribus monitis à flagitio cohibebat: raptores, incendiarios, & fures, ſeu quacunque

Eſaiæ 41.

S. Antonio de cruce Chriſti prædicãti apparuit de improuiſo Beat⁹ FRANC.

Clauſo iuſtitio, & intermiſſis negocijs triginta millia conuenerant, vbi nullus ſtrepitus, nullumquę murmur auditum fuit.

maleficij nota pollutos ad pœnitentiam efficaciter conuertebat. Mox vt ſuggeſtum conſcendebat, maximus fiebat virorum & mulierum concurſus; fatebantur omnes ſe nunquã vidiſſe hominem, qui ſanctitatis, fidei, religionis, & charitatis illuſtrius pręſeferret exemplum. Sed illud inſigne fertur de tanto viro præconium, dum ſemel Romæ peregrinis de mandato D. Papæ prædicaret, vbi erant Græci, Latini, & Barbari, omnes non ſine ingenti admiratione ſic intelligebant, vt quiſque perciperet verba, in quibus educati erant. Cuius ſacræ conciones nulli moleſtiam afferebant, aut tędium. Hinc non immeritò S. Bonauentura in tranſlatione ſui corporis, Patauij trigeſimo ſecundo anno ſui obitus, linguam eius recentem & rubicundam, diuinitus repertam, in manibus tenens, inter lacrymas dixit: O' lingua quæ ſemper Deum benedixiſti, & alios benedicere docuiſti, nunc perſpicuè cernitur, quanti meriti fueris apud Deum, & ſic oſculans eam depoſuit in loco decẽti. In ciuitate Bituricenſi cùm eſſet cuſtos Lemonicenſis, dum prędicaret in quodam campo propter multitudinem, ingruente pluuia prçcepit B. Antonius ne quiſquam abiret: dictu mirabile, nec gutta aquæ cecidit ſuper illos, cùm tamen grando circunſtaret populum vt murus, quo viſo miraculo cuncti gratias Deo reddiderunt, B. Antonium deinceps in ſumma deuotione habentes. Hoc miraculum expreſſum eſt in frontiſpicio maioris Eccleſiæ Bituricenſis. Audiuit ſemel Abbatem S. Benedicti prædicare quędam verba Diui Pauli, ſcripta ad Dionyſ. Areopagitam, quibus auditis aliquandiu viſus eſt in aerem eleuari.

Ingens miraculũ.

Admiranda eius energia.

Biturix ciuitas Galliæ Aquitanicę.

VEXATVR A DIABOLO.

HAVD prætereundum eſt, quòd Diabolus ſerpens antiquus, & humani generis hoſtis acerrimus, attendens ſalubre ſancti viri propoſitum, ſuis peruerſis machinationibus conabatur quotidie impedimẽtorum repagula obijcere, atque ſtudio eius pio quantum poterat obuiare. Vnde nocte quadam ſubinitium quadrageſimę, poſt multos prędicationum, confeſſionum, & vigiliarum perpeſſos labores, cùm laſſum corpus ſopori dediſſet, repentè adfuit ei Sathan omnis inuidentiæ parens, qui fallacia & inſidijs impudenter (vt ſui moris eſt) aggrediens guttur ipſius illabendo adeò crudeliter illiſit, vt ſe ſuffocari Chriſti confeſſor exiſtimaret; vnde à ſomno excitatus humili prece ad B. Virginem (cuius erat prçcipuus cultor) ait: Succurre B. Virgo mater miſericordiæ, decus virginum, & fiducia in te ſperantium. Ad hanc piam B. Virginis inuocationem confuſus Dęmon euanuit, & abſceſſit: vnde vir ſanctus ſuperno lumine perfuſus, Leonis inſtar, qui ad nullius pauet intuitum, fortius aduerſus ſordes hominũ inſurgens nunquam à prędicationis munere deſciuit.

Vehementer tentatur à Diabolo.

DE SPIRITV EIVS PROPHETICO.

IN Ciuitate Podij in Gallia, vbi Guardianus erat, prędixit martyrium cuidam notario, quem ſibi obuium ſemper venerabatur, & obſeruabat: qui licèt indignanter ferret, quaſi id fieret in eius contemptum & contumeliam, rei tamen, iuxta ſancti viri vaticinium, veritatem declarauit euentus. Nam cùm ſanctum Chriſti Sepulchrum vnà cum Epiſcopo vrbis pio voto inuiſiſſet, diſputare cœpit intrepidè cum Saracenis de Maomethica ſuperſtitione, ex quo triduo flagellis immaniter percuſſus glorioſo martyrio cõſummauit agonem. Prædixit quoque nobili cuidam fœminæ Aſſiſiati, quod paritura eſſet filium, qui futurus eſſet Frater Minor, & martyr: quæ Philippum illum peperit, qui poſtea apud Azotum truncatis manuum articulis coram Sulthano, nulla ratione aut vi perterritus, cohortans conſocios ad martyrium, & ipſe martyrio coronatur, de quo inferius dicemus.

Indicia ſpiritus prophetiæ, quò præfulſit B. Antonius.

DE PRAECLARIS EIVS MIRACVLIS.

IN partibus Tholoſanis cùm vir ſanctus ſtrenuè diſputaſſet aduerſus hæreticum quendam de reali exiſtentia corporis Chriſti in altari, poſt multa verba vltrò citroque habita, quibus hæreticus deductus fuit (vt dici ſolet) ad metam non loqui, ſic ut nulla ratione euadere potuerit, famulus Dei vt hæreticum à tam fœdo & pernicioſo errore abduceret, adducto in publicũ aſello fame triduo confecto, atq; magna in Deum fiducia miſſa prius religioſè celebrata,

Apud Gallos.

multis

multis coram hæreticis adſtantibus, aſello famelico in eſcas ſibi ad hoc paratas inhianti dixit: In nomine Creatoris tui, quem in manibus indignè, ſed veraciter teneo, præcipio tibi, quatenus veniens debitum reuerentiæ exhibeas, vt cognoſcant omnes, quòd omnis creatura famulatur creatori. Nondum Sanctus verba finierat, aſellus dimiſſo ad poplites capite procubuit coram ſanctiſſimo Sacramento. Quæ res magnam hæreticis attulit triſtitiam. Verum ille hæreticus, abiurata omni hæreſi, de cætero fideliter credidit, & ſimpliciter adorauit. Quo exemplo veritatem ſacramenti, & viri ſanctitatem teſtatiſſimam eſſe voluit. In ciuitate quoque Arimini, vbi maxima hæreticorum colluuies erat, piſces (Deo inſpirante) ad ſe attraxit, qui ordine quodam conſimili ſe habentes gregatim confluebant, tenentes capita ſuper aquas, ac ſi penderent ab ore viri, diuerſarum ſpecierum, colorumq́ue varietate, quibus ſanctus vir ſic fari cœpit: Scitote piſces eſſe Dei creaturas, cui debetis gratias agere, qui dedit locum diaphanum, in creatione benedixit vobis, ab aquarum inundatione vos præſeruauit, vaſtum mare in domicilium veſtrum, vbi nutriri commodè poteſtis, atque hinc inde vagari, vobis benignè elargitus eſt. Ionam Prophetam conſeruauit in ventre Ceti, ſtaterem ex vobis accepit. Chriſtus quoque Deus & Dominus noſter multa inſignia in vobis perpetrauit, piſces quoq; in cibum poſt glorioſam eius reſurrectionem, ad confirmandos in fide diſcipulos, ſumpſit. Dictu mirabile, ad hæc inclyti Confeſſoris verba piſces commoti capita ſubmittebant, vt hoc ſaltem indicio oſtenderent ſe laudare altiſſimum. Cuius rei euentu multi infideles & hæretici, quibus ſcatebat vniuerſa illa ciuitas, ad fidem Chriſti conuerſi ſunt. Ibidem etiam hæreticum quendam proteruum, (vt eorum mos eſt ab orbe condito,) cui nomen Bonellus erat, oſtenſo miraculo Euchariſtiæ, cùm ſemel ab hęreticis impulſoribus eſſet incitatus, vt cibum afferret veneno infectum, vt illud Euangelicum experiretur, ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit; B. Antonius percepta in primis eorum malitia, pia exhortatione increpuit, & cibũ ſumens benedixit, accepitq; cibum, non vt tentaret fidem polliciti, neque vt Deum ipſum pertentaret, ſed vt veritate Euangelica infidelium ſaluti conſuleret, quo facto multi hæretici ad fidem Chriſti conuerſi ſunt. Quædam mulier improuisò obtulit viro ſancto filium contractum, qui commotus aſpectu filij, & lacrymis matris, ſuaſu ſocij eius fratris Lucæ viri ſanè probatæ vitę, ſigno crucis filium ſanitati reſtituit; & quem mater triſtis infirmum portauerat, ambulantem iam virtute propria domum læta reportauit. Quædam mulier dum feſtinat deſiderio audiendi B. Antonium prędicantem, arbitrans in pelui lauare infantulum ſuum in feruenti cacabo imprudenter reliquit, quę cum à prędicatione rediret (nunciantibus vicinis) inuenit puerum in feruenti aqua illæſum, & Deum laudantem. Cuius rei euentu mulier Deo gratias egit, & Sanctum venerabunda adorauit. Cimizza mulier monſtroſa quadam gibboſitate informi, cui ſpina extrorſum flexa tumorem in dorſo creauerat, ad tumulum Sancti in oratione procubuit, mox complanato humero, dorſoq́;, (cunctis cernentibus) gibboſitas euanuit. Itaque domum reuerſa eſt meritis reddita ſana Patris. Richarda mulier Paduæ cunctis nota, crura gerens arida, annos viginti ita deformis erat, vt calloſa quadam copulatione pedes naribus adhęrerent, ad tumulum Sancti delata, & graui ſopore aliquantiſper oppreſſa, inclinato ad terram capite, clamantis vocem audire viſa eſt, Deo gratia quia liberata es, & ita ſanitati reſtituta incolumis euaſit. Gula quædam nomine ab annis octo contracta deſiccato crure ſiniſtro, ac neruis decurtatis, pedis greſſum nequaquam humi figere poterat, vir eius Mauoraldus equo euectam ante Sancti tumulum ſuppliciter collocauit, quæ orationi incumbens tanta cœpit anguſtia quadã perurgeri, quòd ſtatim ſanitati reſtituta cum viro ſuo commigrauit. Cæſana Veneta altera manu contracta ante Sancti tumulum ſudore perfluens, ſanitate potita, lætaque & Deo gratias agens abijt. Bartholomęus ex Plebeſacci ab infantia mutus, & paralyſi annos 14. toto corpore ſolutus, voto ad tumulum ſancti Confeſſoris emiſſo, certaq; fide orans, ſolutis linguę vinculis loquutus eſt gratias agens Deo. F. Theodoricus Apulus ſiniſtro lumine orbatus, ad ſepulchrum Sancti accedens non ſine diſcrimine vitæ ſuę, gratiam conſecutus ad propria lętus redijt. Rolandus cognomento Bolganus, inualeſcente capitis ægritudine obſurduit, & viginti annos ſurdus manſit, qui precibus B. Antonij liberatus eſt. Paduana Patauina Paduani filia ſerpentũ more reptans, epilepticaq; peſte laborans, ſola ſancti viri benedictione nullam de cætero morbi ſenſit paſſionem. In comitatu Paduæ mulier quędã ad vicinam domum ad ignem aſſumendum profecta, reuertensq́; ad propria filiã paruulam ſe ſequentem in fouea luto & aqua oppleta ſupino vultu natantem reperit.

Accurrens

Bononinus nobilis ciuis Ariminẽſis, qui annos triginta errorẽ pertinaci animo ſuſtinuit palam erraſſe cõfeſſus eſt.

Ionæ 2. & Matth. 12.

Matth. 17.

Bonellus hæreticus.

Marci 16.

Egregia pietatę, & admiranda diuinaq; virtute ꝑditus apparet miraculis vbique.

Accurrens gemebunda mater ſubmerſam filiam de lacu abſtraxit, adùolantibus ad triſte ſpectaculum non paucis. Vir quidam de adſtantibus pedes eius eleuans in ſublime, de- 4.Reg.4. uexo capite, hauſtas aquas emittere ſatagebat. Sed neque erat vox, neque ſenſus: quia compreſſis labijs & genis, omnis penitus abſceſſerat ſpes ſalutis; pia mater emiſit votum ad Sanctum, ſtatim (cernentibus omnibus) puella labia mouit, & immiſſo digito ori eius, aquas illicò epotas per ſancti viri merita euomens, calore affuſa vitali reuixit. Leonardus Venetus, ab annis quatuor ex contractione humorum auribus obturatis, omnino ſurdus effectus eſt, ad Sancti autem ſepulchrum ſupplici prece deſideratum repentè recuperauit auditum. Leonardus Paduanus narrauit Sancto, ſe pede matrem percuſſiſſe, cuius Matth.18. impulſu ea in terram corruit, quem Sanctus increpitans dixit, Si pes tuus ſcandalizat te, vade & abſcinde eum. quo verbo concitus Leonardus domum rediens, pedem abſcidit. Rumor verò tanti piaculi ad omnes, & præſertim ad aures matris increbuit, quę feſtinanter domum rediens, cumque filium ſic mutilatum conſpiceret, acclamans de Antonio con queritur, qui oratione prçuia, facto pariter ſigno crucis, pedem coniungens ſacris manibus, aliquandiu deſuper liniens, ſtatim pes inſertus & conſolidatus eſt tibiæ: ita ſurrexit homo alacer, & incolumis exultans laudauit Deum. Aleardinus miles ex Saluaterra, à teneris hęretica prauitate deluſus, prandentibus quibuſdam cum eo, & diſputantibus de miraculis ſancti viri, capto mox cyatho in hęc verba prorupit, Si cyathum iſtum inconcuſſum ſeruauerit, quem vos Sanctum aſſeritis, vera fore cętera fatebor, quæ de ipſo mihi perſuadere contenditis. Dictu mirabile, colliſum lapidi viuo militis vitrum perſtitit inconcuſſum. quo viſo miraculo, pœnitentia ductus, ad vitrum impiger miles ipſe proſiluit, ſumq; vitrum ſecum perferens virtutem ſancti viri paſſim prædicabat. Accidit ſemel in Etruria cùm diuitis funus celebraretur, ꝙ D. Antonius, qui fortè illic aderat, magno ſpiritus feruore commotus exclamauit, diuitem ut canem ſepeliendum ad mœnia ciuitatis, cuius cor non in corpore, ſed in arca pecunię condebatur. Nam iuxta dictum Saluatoris: Matth.21. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Quę res conquiſita inuenta eſt prout Sanctus prędixerat. Nec illud inter minima cenſeri debet, cùm ſemel apud Montempeſſulanum ſacras ad populum haberet conciones, exiſtenti iam in pulpito ſubijt animo, quòd à cantoribus in choro nunciata eſſet antiphona, qui ſtatim obedientię memor, flexo ad pectus capite, manente in pulpito corpore, ſpiritu eius in choro, cunctis audientibus, alta uoce intonuit, Alleluia. Cùm eſſet Guardianus Lemonicenſis, quò miſſus fuit, ut hęreticos, qui ibi magnopere fidem Chriſti di uexabant, conuerteret, in nocte pręcedente feriam ſextam hebdomadę ſanctę, in Eccleſia S. Petri de Quadruuio prędicans, eodem tempore cantauit lectionem cum Fratribus in choro.

Singulare ſanctitatis argumẽtum in ſancto viro.

Ab alto vaſis vitrei fragilitas nõ frangitur.

INTRE-

INTREPIDE', ANIMO'QVE VEHEMENTI increpat Eccelinum, qui libertate Veronæ & Paduæ ſublata maxima cæde furebat in omnes.



Territus Antoni Eccelinus voce Tyrannus
Flectitur, & collum fune obeunte domat.

ECCELINVS de Romano dictus ex Germanorum genere oriundus, Paduæ, & Veronæ Tyrannus immanis, qui (vt memoratum eſt) ſæuitiæ fama nulli Tyrannorum ceſſit, immò omnes crudelitate ſuperauit, præſertim in Euganeis oris exercuit tyrannidem, Paduam ingreſſus & Veronam militari impetu maximam cædem perpetrauit, violauit virgines, matronis ademit mammas, prægnantium vteros exſecuit, partus exſectos in ignem proiecit, biſſena Patauinorum millia, qui ſecum militabant, audita Patauij defectione, ad vnum interfecit; Victus prælio, volensque oppugnare exercitum Martini Turriani Mediolanenſium exercitus præfecti, vulnus, quod ad Soncinum in pugna acceperat, more ſæuientis feræ reſcidit vnguibus, vt tam crudeliter, quàm vixit, moreretur. Quid ergo potuit in eo eſſe diuini, qui ſibi ipſi non pepercit? iuſta Dei vindicta factum eſt, vlciſcitur enim Deus ſuas iniurias; nec perlonga eſt malorum hominum felicitas. manſit in tyrannide annos viginti. Talia cùm vidiſſet audiſſetq; Sanctus Chriſti Confeſſor Antonius, procul ab omni ſuſpectæ aſſentationis genere ait: Magna eſt tibi bene agendi neceſſitas impoſita, ſi rectam iuſtitiæ virgam tenueris, ſi paci conſulueris; ſin minus, citò regnum amittes, eijcieris, ſi modò eijciaris, & non peiora tibi accidant. Quouſque igitur rabide canis innoxium ſanguinem effundere decreuiſti? imminent vitæ tuæ diſcrimina. Multa dixit, multaque ei comminatus eſt. Id autem prædixit vir ſanctus, vt periculi magnitudine territus à perſecutione deſiſteret. Expectabant ſatellites iuſſionem Tyranni, vt Con-

Eccelini immanis ſæuitia.

vt Confeſſorem Chriſti, ſicut in cęteros facere conſueuerant, trucidarent. verum enim illud eſt;

Nulla fides, pietaſq; viris, qui caſtra ſequuntur.

Magna animi & verborum cõſtantia Eccelinum reprehendens, uelu ti alter Ioannes prouocauit in ſe iram atq; ſæuitiã noui Herodis.

Verba Eccelini.

Sed aliter factum eſt (Domino diſponente) Nam Tyrannus pauore conſternatus, & ſancti viri oratione commotus obſtupuit, ac veluti ad ignem cera liqueſcens, omni feritate depoſita, & cingulum collo appendens coram viro Dei ſe proſtrauit non ſine admiratione adſtantium, culpam ſuam palàm dixit, atque ſuis commilitonibus in hæc verba loquutus eſt: Viri commilitones ne miremini. Nàm in aſpectu viri vidi quaſi fulgentem ignem, qui ita me perterrefecit, vt ſtatim ad inferna ſubmergi viderer. ſed poſtea cum ipſe tentaret callidè facere de ſancto viro periculum, miſit ſeruos ſuos cum quibuſdam xenijs & munuſculis ad ſanctum virum, mandans illis vt ſi acceptaret, ſtatim trucidarent. At ne ob id quidem Antonius ſententia motus eſt, ſed intrepidè ait: Abſit, vt rapinas hominum accipiam. quo audito miniſtri confuſi rediere ad Tyrannum, & narrantibus illis quæ acciderant, ait Tyrannus, Verè hic homo Dei eſt, dimittite eum, ſicque eum viuentem & mortuum formidauit, cuius aſpectu deterritus,

Dixit ſatellitibus Eccelini diſcedito hinc, ne uos cœlũ cooperiat, uel terra hiſcat, & vos deglutiat.

Diuerſaq; paſſus Tentamenta ſui.

Inſigne de B. Antonio.

F. Bartholomæus Corradinus.

Illud preterea inſigne narratur & creditur, quòd poſt obitum ſancti viri, eius precibus & magnis apud Deum meritis, Paduana ciuitas Eccelini tyrannide nimis oppreſſa & pergrauata demum liberata fuerit. Vnde F. Bartholomęus Corradinus orans ad tumulũ D. Antonij audiuit hæc verba: Deo gratias, ciuitas liberata eſt. quod (Deo diſponente) factum eſt, quia Anſelmus Eccelini exercitus præfectus, perterritus, vrbe relicta, fugam arripuit, & ſubinde Philippus Fontana Rauennæ Archiepiſcopus, & ſummi Pont. Legatus, vrbem ſumma pace tenuit: id quod planè miraculum haberi debet.

B. ANTONIVS DECLINANS HOMINVM congreſſum, domicilium ſibi, & ſocijs in agro Patauino parauit.

SED profectò ſicuti ſecularium & potentum conſortium his, qui ſeculo renunciarunt, fugiendum eſt, ita omnibus Sanctorum quęrenda ſolitudo, quæ incitamentũ virtutis eſt. Cùm ergo B. Antonius totam quadrageſimam in ſacris concionibus, lectionibus, & vigilijs ad feſta Pentecoſtes inſumpſiſſet, ad extremum magna de ſe concepta opinione, tãquam vitis vberrima & fœcundiſſima ramos eſſet extenſura, voluit ante ſuum obitum ſermonibus ſuis finem imponere, vt ei à D. Vgolino Card. Ordinis protectore demandatum fuerat, ad campum S. Petri non procul ab vrbe ipſa Paduæ ſe contulit. Vbi D. Tyſo de Campo S. Petri vir genere & moribus illuſtris, & D. Antonij cultor eximius, contemplatus ſancti viri aduerſam valetudinem, vt aliquo eum honeſto ſolatio recrearet, ad euitandum nimium æſtum, qui eo tempore, hoc eſt ſub Calen. Iunias plus ſolito vrgebat, in nuce quadam proceræ altitudinis ei frondeas extruxit cellulas, ſtoreiſq; cõſeptas. vbi cum F. Luca, & Rugerio conſociis meditabatur, & aſſiduè perſcribebat: tempore verò quietis, & corporalis refectionis, deſcendebat, nulla tamen occaſione diuinum officium intermittens. Verùm cùm paulatim cœpiſſet viribus deſtitui, & doloribus perurgeri, accito ad ſe F. Rugerio ait: Mi frater, ſi placet eamus Paduam, ne quem grauemus hic, & vt Deo de tot collatis nobis beneficijs gratias agamus. eunti itaque Paduam occurrit Fr. Vinotus, eumque hortatus eſt, vt ad locum pauperum dominarum declinaret, qui vulgò Cella dicitur in ſuburbio Paduano; ubi aliquot dies decubanti, urgente obitus die, Chriſtus apparuit, cuius conſpectu intimis exultans præcordijs, ſubleuatis aliquantiſper oculis, & iunctis manibus, pſalmos pœnitentiales ſimul cum Fratribus collacrymantibus decantando ad finem uſque compleuit. Cumque dimidia ferè hora ſpirituali quadam dulcedine ſpiritum attrahens ſubſtitiſſet cœpit ſenſu adhuc uegetiore quàm lingua, animam tamen extremis, ut aiunt, labris tenens, hymnum illum, cui initium eſt: O glorioſa Domina, qui apud Hiſpanos eſt in magna reuerentia, uoce tremula & collabente decantare. Omnibus denique ſacramentis religioſè ſuſceptis, cunctiſque in eum myſteriis conſummatis, inſignibus Chriſtianæ uitæ exemplis, oculorum acie in Cœlum defixa in altũ ſuſpiciebat

Multitudinẽ pertæſus, laboribus & aduerſa ualetudine fractus honeſto ſolatio recreatur. nec malè uiuit, qui benè latuit.

ciebat ſplendidiſſimum & puriſſimum æternitatis lumen contemplans. Quidam præ cæteris lacrymis perfuſus quid aſpiceret, interrogauit. Video (inquit) Dominum meum, & poſt modicum interiectum temporis ſpatium, anima illa ſanctiſſima leniter ab ergaſtulo corporis, glorioſa dormitione, in ſpe certa ſanctiſſimæ reſurrectionis, in abyſſum æternæ claritatis abſorpta eſt. qui ſimul apparuit Abbati Vercellenſi, quem in ſacræ Theologiæ myſteriis habuit præceptorem, ijs verbis alloquens: En pater, relicto apud Paduã aſello, ad patriam pergo. Obijt itaque S. Antonius anno ſuæ ætatis trigeſimoſexto, & poſt Christum natum 1231. die 13. Iunij indictione quarta, feria ſexta. Mirum ſanè id quod legitur, quòd corpus eius tumidum ſpeciem dormientis prętendebat, membra uerò naturali pallore confecta albicabant, quod apertum futuræ glorię indicium fuit, neque uerò, vt ſolent cadauera, oculis aut facie terrebat, quin potius aſpectu videbatur longè plus ſolito hilari, & nequaquam mortuus, ſed viuere & quieſcere. Mortuo itaque viro ſancto, Fratres metu affecti ne tantum pignus auferretur ab eis, laborabant, atque omni conatu nitebantur occultare. At pueri diuino ſpiritu incitati, per vrbem cateruatim incedentes clamabant, Heu mortuus eſt vir ſanctus, mortuus eſt Pater ſanctus, & prędicator eximius Antonius. Ad hanc vocem commotus populus, vrbe tota relicta confluxit ad venerabile corpus, omnes videre cupiunt, contrectare, atque ſacras ei preces offerre. irruunt omnes, atq; inde magno impetu ad arma trahuntur, quidam enim volebant ibidem tumulari ſacrum corpus, vbi extremum diem clauſerat, alij verò ad ciuitatem deferri, vt ciuitas Patauina magno (iuxta Sancti vaticinium) fulgeret honore. Interim conſulunt Epiſcopum ciuitatis D. Iacobum Patauinum, genere quidem ignobilem, ſed vitæ probitate & moribus conſpicuum, qui vnà cum Guffredo Lucinorum è familia à Cumauis vrbis Pręfecto (nam ciuitas publico tunc regebatur conſilio, & annuis magiſtratibus) in tanto turbine diſſenſionum ſacrum corpus in vrbem deferri decernit.

Per aſellum intelligit corpus ſuũ, quod aſſiduis laboribus, & ſtimulis affecerat.

VENERANDVM B. ANTONII CORPVS non vulgari pompa defertur Paduam.



Antoni corpus Patauı dum fertur ad vrbem,
Plenæ hymnis reſonant, lætitiaq; viæ.

AVDITO ſacri Confeſſoris obitu & populari tumultu, Miniſter prouincialis, qui ad quatuor dies antè quaſi à ſomno excitatus venerat, vnà & D. Epiſcopus, & Præfectus ciuitatis, maturo conſilio, militarique cohorte, accedunt ad Oratorium, vbi vir ſanctus deceſſerat. Accurrit totus Clerus cum infulis, & ſacris veſtibus, accurrit populus per globos & cuneos circunſtantis multitudinis, cum ramis, & luminibus, humillimè ſupponunt humeros, & cum exultatione, & ingenti gaudio, deferunt eum per mediam vrbem, ad locum Sanctę Marię, ubi commorabantur Fratres. Interim Paduę crebra (præſtante Deo) fiunt miracula: paralytici contactu ſacratiſſimi corporis conſolidantur, illuminantur cæci: cuius ſanctitatis claritatem, & meritorum excellentiam, hac etiam in re, mortalibus voluit Deus illuſtrem & notam eſſe, vt haberent tutiſſimum portum, quò confugerent, & Paduani, apud quos uidebatur pullulare quędam hæretica prauitas, tanto theſauro ad ſui indulgentiam potirentur. Cæterum cùm ſacrum eius corpus ad quinque dies inhumatum permanſiſſet, nullam paſſum eſt, uel alterationem, vel extraneam exhalationem, qualem naturaliter pati ſolent mortuorum cadauera. Mirabilis prorſus Deus in Sanctis ſuis. Porrò quamplures uariis languoribus preſſi, tactis eius ueſtibus, vel pulueribus tumuli, cunctis cernentibus, & admirantibus, adepti ſunt ſanitatem.

DE EIVS SEPVLTVRA, ET de Arca diuinitus inuenta.

DVM ergo agerctur de eius ſepultura, nulla exinde corruptio ſubſecuta eſt, neque fœtor, (vt modò dictum eſt) vllus exhalauit, cùm tamen eſſet calor cœli immenſus, vt potè menſe Iunij. tandem vno omnium aſſenſu in Templo S. Mariæ Fratrum honorificè conditum eſt. Ad hoc inſtantes F. Bartholomæus Corradinus Guardianus, vir vitæ ſanctitate celebris, necnon F. Lucas ſocius D. Antonij, de quo plura ſuperius diximus, cogitauerunt pro tanto & pro tam inſigni theſauro, ſancto viro vices rependere, vt quemadmodum viuens tanquàm lux matutina orbem vniuerſum irradiauerat, ſic mortuus excelſo loco, & altiori tumulo reconderetur. Neque id ſilentio prætereundum eſt, quòd arca in qua reuerenter conditur, fuit diuinitus inuenta, & fabricata (vt fertur) à Sanctis quatuor coronatis, qui paſſi ſunt ſub Diocletiano Imperatore. Hoc etiam non omittam, quòd D. Guido Cardinalis & Epiſcopus Bononienſis, in Galliæ, Lombardiæ, Marchiæ Taruiſinæ, Alemaniæ, & Pannoniæ partibus pro Sancta Sede Legatus, collocauit corpus D. Antonij vbi nunc iacet, præmiſſa omni reuerentia & ſpirituali obſequio, ſed tanta miraculorum affluentia, vt Capitulum generale Lugduni poſt aliquot annos celebratum mandauerit, diem Tranſlationis, non ſecus ac diem obitus, ſolenniter ab omnibus concelebrandã eſſe. De quo hoc inſigne narratur, quòd in villa Santarem Regni Luſitaniç, tempore Dionyſij, quædam mulier à Dçmonio vexata precibus S. Antonij liberata eſt, vnde hæc verba comperta ſunt: Ecce Crucem Domini, fugite partes aduerſç, vicit Leo de tribu Iuda, Alleluia Alleluia: & hoc breue inter reliquias dicti Regis hodie quoque aſſeruatur.

Arca D. Antonij diuinitus inuenta à quatuor coronatis elaborata creditur.

Capituli generalis Lugduněſis pia inſtitutio.

Pondera hoc & expende.

DE EIVS CANONIZATIONE.

GREGORIVS IX. Pont. Max. qui familiariter S. ANTONIVM nouerat, eodem anno quo vir ſanctus ab humanis ſublatus eſt, viſis prius atque luculenter inſpectis ingentibus eius miraculis, in Cathedrali Eccleſia Spoleti, ſummo mane, indutus Pontificalibus, coram Cardinalibus, & frequenti populo, alta voce intonuit: O' Doctor optime Eccleſiæ. quam antiphonam cum toto Clero, ſummo gaudio, cum pari pietate, compleuit. Originale autem habetur Romæ, prout his noſtris diebus retulit mihi Reuerendiſs. D. Calligarius Brittonorienſium Epiſcopus, quod cum Anagniæ inter vetera quędam tabularia comperiſſet, obtulit Sanctiſſimo D. Gregorio XIII. Pont. Max. qui mandauit reponi in Bibliotheca Vaticana.

Dum canonizatur Spoleti, audiտæ ſunt campanę Vlyſipnæ, nullo trahente.

PERORATIO IN VITAM, & miracula D. Antonij.

HAEC ſunt, quę mihi dicenda occurrunt de vita & miraculis inclyti Confeſſoris D. ANTONII: Quòd ſi miracula eius recenſere vellem, & narratio modum excederet, & breuitate etiam ſtili ſtudium legendi amplius prouocarem. Scripſerunt de vita eius B. Ioannes Pechanus Archiepiſcopus Cantuarienſis, F. Ioannes Cremonenſis miniſter Prouinciæ S. Antonij, F. Matthęus Pedelarius Lector prouinciæ Bononiæ, F. Raymundinus Lector Paduæ, F. Bartholomæus Tridentinus Ordinis Prædicatorum. Scripſit quoque vitam eius quidam ſuppreſſo nomine anno 1316. quę fuit approbata à F. Iacobo Sauri Miniſtro S. Antonij, & à toto Capitulo Veronæ habito, vbi cautum eſt à diſcretis patribus, vt per totum Ordinem haberetur, & legeretur.

Qui vitam & facta præclara Diui Antonij deſcripſerunt.

TEMPLVM D. ANTONII TOTO ORBE celeberrimum, egregia manu, & eleganti opere conſtructum.



Grata illi vrbs ſtatuit turrita et grandia templa
Mira ubi ſunt Sancti tot monumenta viri.

INTER præcipuas, clariſſimi ſanctitate viri, & inclyti Confeſſoris Antonij extat ędes extructa cælato & inciſo eleganti opere Franciſci Sanſouini, Hieronymi Camp.[ci] Iulij Longobardi, qui egregia manus & ingenij ſui monumenta poſt ſe reliquit. Anno verò Domini 1475. die 18. menſis Iunij, die Dominico, infra octauam eiuſdem Sancti, conſecratũ eſt altare eius per D. Iacobum Zeno Epiſcopum Paduę, pio voto, & propenſa in D. Antonium pietate. Extat quoq; maxilla eius in ſacrario, in inſigni tabernaculo argenteo minio, & pigmento laudatiſſimi coloris elegãter exornato, ibidem poſita ſumptu & opera illuſtriſs. D. Guidonis, quẽ ſuprà memorauimus. Paduani quoq; an. 1263. meritis B. Confeſſoris a duro tyrãnidis Eccelini iugo liberati, linguã eius recentẽ & rubicundã annos ſeptẽ de viginti humi conditã, omni adhibita diligẽtia, in vaſe argẽteo reuerẽter collocarũt.

B. AVGVSTINVS Aſſiſiàs primus miniſter prouincię terrę laboris, obijt Capuę hora, qua B. FRANCISCVS Aſſiſij ſubclamans dixit, Expecta me pater, expecta me. ad cuius ſonum omnes quaſi repentino mortis timore percuſſi ſunt. Multa fecit miracula (Deo operante) vnde habetur in multa reuerentia: Hiſtoria vitę ſuę Capuę ante maiorem aram, honeſtis picturis expreſſa eſt.

B. ATHANASIVS Mediolanenſis iacet Piſauri, in Eccleſia Fratrum de familia. Qui viuens, & mortuus miracula fecit; inter cætera cùm ſemel Diabolus peteret ignem ab eo, attulit carbonem ignitum, quo viſo Diabolus aufugit.

B. BARTHOLOMAEVS Martinocius Politianus, amore Chriſti, & propenſa pietate in B. Franciſcum, ſancti viri veſtigia ſecutus, conſummato labentis huius vitæ agone, apud Cairum Babylonię à capite deorſum vſque ad pedes à Saracenis diſſectus eſt.

B. BARTHOLOMAEVS Pucifranciſci Politianus amore Chriſti incenſus, vxorem, filios, & omnia pro Chriſto relinquens, factus eſt Frater Minor: cuius oſſa

condita

condita ſunt in æde D.Franc. Montiſpolitiani, in quadam capſa lignea, ſub cuſtodia duarū clauiū, quarū altera eſt penes Guardianū Conuentus, altera verò apud optimates ciuitatis.

B. BELINGARIVS à Monteacuto, poſt multos perpeſſos labores, & præclara eius geſta, obijt Genuæ, viuens & mortuus ſignis clarus.

B. BELTRANDVS à Bolega vir magnæ ſanctitatis, & perfectionis, obijt Arelate in Prouincia prouinciç.

B. BENEDICTVS Apulus Bidinij in Bulgaria martyrio coronatus.

VERA B. BENEDICTI ARETINI EFFIGIES.



DE B. BENEDICTI ARETINI VITA.

BEATVS Benedictus Aretinus ex Sinigardo de Sinigardis, & Eliſabeta Petramaliſchia, honeſtis parentibus natus, à tenetis ſtudioſè viuens per omnes ſanctitatis gradus inceſſit, B. FRANCISCI imitator aſſiduus, à quo etiam ad Ordinem ſacrum receptus eſt. Sicut ipſe recepit Ioannem Imperatorem Conſtantinopolis, & Regem Hieruſalem, qui cùm eſſet miniſter prouinciæ Antiochenæ, detulit Aretium digitum Danielis Prophetæ ex Babylonia, cuius virtute multa Deus operatus eſt in ea vrbe, quæ plurimùm fuit diuexata militaribus armis, præſertim in perſecutione Thotilæ, qui tot Italię ciuitates deſtruxit, & arari fecit, & ſale ſeminari. vnde Aretium ab ariditate fortè nomen accepit. Obijt autem B. Benedictus Aretij tumulatus in æde D. Franciſci, in capella extructa à familia Sinigardorum in honorem huius Sancti: caput cuſtoditur in ſacrario, in quadã capſula. obijt 2. Kal. Septembris feria vj. anno verò 1224. de ipſo autem leguntur iſta carmina:

Recipitur ad Ordinem per Beatũ FRANCISCVM.

Aretii Benedictus ego Sinigardia proles,
Vates, & ſacra relligione Minor.
Aſſyrij Patres mihi iam paruere miniſtro,
Hinc digitum, Daniel quem dedit, ipſe tuli.
Nunc viuo in Cælis, patria & mea membra reſeruat,
Inque meis aris thurea dona fero.

B. BENEDICTVS quidam familiaris B. Virginis claruit Efordiæ.

B. BEREDICTVS Mugellanus Etruſcus, qui multa præclara fecit, ſitus eſt Florentię.

B. BENCASA Tudertinus floruit in prouincia S. Iacobi.

B. BENTIVOLA vel Bentiuolius ex S. Seuerino in Piceno, honeſtis ortus parentibus. Nam Girardus nobili genere habuit Albaſiam vxorem, quæ ob ſterilitatem, atque propter deformitatem à viro deſpecta, cogitur vidua aliquod tempus manere. Accidit per id temporis, vt dæmoniacus quidam in ædem S. Seuerini adduceretur. Ad hoc ſpectaculum multitudo magna tam virorum, quàm mulierum cucurrit, inter quas adfuit quoque Albaſia muliebriter rem nouam admirans, interrogatus obſeſſus quid de ea futurum ſit, indignanter reſpondit, Propediem reconciliata viro pariet filium miræ ſanctitatis. & quamuis dæmonum pręſtigiis, & diuinationibus minimè ſit fides adhibenda, futurorumque iudicium ſoli Deo reſeruatum ſit, permittit tamen quandoque Deus diuina myſteria fœda lingua publicari. Sicut Cayphas de Chriſto prophetauit, & Herodes Aſcalonita interrogauit de aduentu Meſſiæ. ſicque factum eſt, vt ex Girardo Albaſia ſuſceperit duas filias, Palmam, & Pacificam, quæ in monaſterio S. Saluatoris, ſub ordine S. Clarę tanquam primæ plantulæ monaſticam vitam duxerunt: habuit quoque quatuor filios Bentiuolium, Bonauenturam, Antonium, & Bonaſpene, quorum tres Ordinem S. FRANCISCI ingreſſi ſunt. Bonaſpene, quamuis eſſet ei in animo intrare Ordinem Pręudicatorum, vxoria tamen cupidine victus, vxorem duxit, & ex ea quatuor habuit filios Bentiuolium, Bonauenturam, Antonium, & Penſabene, omnes Fratres Minores, ſacerdotes, & concionatores optimos. Fuit B. Pauli Spoletini alumnus, dum pręudicaret in S. Seuerino, intrauit Bentiuolius Ordinem S. FRANCISCI, & Palma ſoror inter Moniales Sanctæ Claræ.

Deus ad ſui gloriã interdum permittit diuina myſteria lingua fœda peruulgari.
Ioan. 11.
Matth. 2.

DE EIVS MIRACVLIS.

MVLTA circunferuntur miracula à Beato Bentiuolio facta in vita & in morte, quorum maiorem partem prudens omitto malens ipſa intacta relinquere, quàm dubia ſcribere. In oratione perſeuerans viſus eſt quandoque à terra ſubleuari. Manens apud locum Trabis in Vmbria, dum cogeretur illinc diſcedere, detulit leproſum ſuper humeros, cuius curam ipſe gerebat, ad montem S. Vicini tam breui interiecto temporis ſpatio, vt miraculi loco adſcriberetur. Hæc narrauit B. Leo quondam Archiepiſcopus Mediolani, & habuit à B. Paulo Spoletino, qui apud Montem S. Vicini aſperam ducebat vitam.

Domina

Domina Ritamia nobilis matrona ex oppido Sancti Seuerini multis preſſa doloribus, guſtu deſtituta, cùm in extremis laborare ſe crederet, ſigno crucis B. Bentiuolij munita ſtatim omni dolore liberata fuit.

DE EIVS OBITV.

OBIIT B. Bentiuola in die Natalis Domini, in loco Fratrum Sancti Seuerini. Inde factus eſt magnus concurſus populorum ex circuniacentibus locis, non enim ſe hominem quiſquam reputabat, niſi potuiſſet vel tangere, vel ſaltem ſacrum corpus videre. Poſt cuius obitum redditur cæcis viſus, ſurdis reſtituitur auditus, paralyticis conſolidatur adempta virtus, fiſtulæ deſtruuntur, cedunt morbi, languores fugiunt, accurrunt omnes, quia ſuccurrit omnibus, vt laudetur Dominus in operibus ſuis.

B. BENVENVTVS Eugubinus iuxta effectum ſui nominis benedictione præuentus, vitæ venerabilis gratia & moribus conſpicuus, miranda cunctis, aut potius imitanda ſanctæ conuerſationis inſignia poſteris reliquit, litterarum ignarus, plus opere quàm ſermone profecit; mouent enim plus exempla, quàm verba. Nacta occaſione ex tempore Ordinem Minorum intrauit, & mox ad ſeruiendum leproſis humiliter ſe ſubiecit, miſerorum plagas manibus fricans, & abluens, obedientiam tanto mentis culmine cuſtodiebat, vt ad omnia ſuperiorum mandata procliuis obediret; atque impiger & ſine mora pareret: mira pollebat patientia, ſine aliquo vel minimo turbationis indicio, aut querelæ, in priuatis ægritudinibus, & morbis, glorioſum exiſtimans cum Apoſtolo infirmari in exteriori homine. Paupertatis zelator eximius, vix externa victus & veſtitus neceſſaria requirebat: iuſtitiæ cultor pius quietem ſilentij obſeruabat, delicta aliena compatiens fraterna charitate deplorabat.

Curat exemplum ſe omnibus eſſe.

1. Cor. 9.

Eximiæ charitatis exemplum.

INSIGNIA EIVS MIRACVLA.

AMILLINA de Corneto lepræ morbo percuſſa erat, ſupercilia pilis penitus denudata caluebant, & humore ab oculis defluente lumina caligabant, & vox raucitate ſonabat, vnguesq; cadebant à digitis, vnde horrori maximo omnibus effecta erat: ex quo ad preces B. Benuenuti adhuc viuentis ſpe concepta, mox eo mortuo ad tumulum delata, iungens manum B. Benuenuti cœpit corporis impedimento paulatim obſidere, & ſic incolumis euaſit. Stellentia de Corneto filium epilepticum, cui filij ſalus erat propria vita charior, voto ad Sanctum emiſſo, eius meritis vidit incolumem. Torta Cornetana tibiarum contractionem paſſa, ac doloris anguſtia amens effecta, meritis Sancti liberata, ad propria redijt. Guilelmus Forzedis tribus diebus pernoctans priſtinæ ſanitati eſt reſtitutus. Multa quoque, & hæc quidem inſignia, miracula fecit, quæ velle in præſentia recenſere longum eſſet, & operoſum. Hoc tamen nollo ſilentio præteribo; quòd Gregorius IX. Pont. Max. per litteras Apoſtolicas anno 1236. teſtatur ſepulchrum B. Benuenuti multis miraculis coruſcare, præcipuè verò Corneti, vbi tumulatus eſt apud Minores. Eſt autem Cornetum Apuliæ oppidum, vbi B. Pater FRANCISCVS puerum octennem Bartholomæum nomine ingenti pondere oppreſſum, & lethali oſtij cuiuſdam pergrandis colliſione quaſſatum, quaſi à ſomno ſuſcitatum liberauit.

Ingens miraculū B. FRANCISCI Corneti Apuliæ oppidi.

B. BENVENVTVS (incerto cognomine, & patria) iacet in conuentu Recineti in Piceno miraculis clarus.

B. BENVENVTVS Anchonitanus, ex nobili Scotinulorum familia, primò Archidiaconus Eccleſiæ Anchonitanæ; deinde Minorum Ordinem ingreſſus ab Vrbano IIII. Pont. Max. ob ſingularem eius virtutem, & prudentiam Epiſcopus Auximi creatus eſt: vnde reddita eſt Auximatibus Epiſcopalis ſedes, qua multo antè priuati fuerant. conſtruxit in vrbe Auximi hoſpitale, quod eius nomine Benuenuti appellatur, qui viuens & mortuus miraculis claruit. eius dies ſolenniter celebratur in cathedrali eccleſia Auximi die 22. Martij. Floruit anno 1260.

Auximatibus redditur Epiſcopalis ſedes.

S. BERALDVS martyr, vnus ex quinque martyribus apud Marochium Mauritaniæ vrbem, de quo ſuperius præfati ſumus.

B. BERNARDINVS Tomitanus Feltrius (cognomento paruulus) Bernardini Tomitani Academici Patauini conſanguineus, vt ſæpius mihi Paduę liberalibus diſciplinis incumbenti retulit. Fuit ab ipſis incunabulis ingenio præſtans, qui cùm in ſtudio bonarum litterarum magnopere cum ætate proficeret, euaſit illuſtris, atque adeò

Paruulus dicebatur ad differentiā S. Bernardini Senenſis.

profecit, vt quantum patiebatur illa ætas, non videretur habere æquales. fuit corpore breui, ob cuius breuitatem dicebatur etiam Bernardinus paruulinus. ſed

Quò minor iſte fuit mortali corpore terris;
Hoc maior cælis, mente, animo, ingenio eſt.

B. Bernardini Feltrij effigies erat Paduæ ad viuum expſſa apud Bernardinum Tomitanum: ſed graſſante illic peſte anno 1577. combuſta eſt.

Fuit quoque facie rotunda, aliquantulum macra, colore ſubnigro, oculo eminenti, perſpicuo, & viuaci, ſingularis eloquentiæ. Cuius quidem rei teſtes ſunt epiſtolæ quædam latinæ ad pręfectos ciuitatum Italiæ, qui eum ſummis precibus exorabant, vt ſacris ſuis concionibus eos conſolaretur. In ſacris, quas frequenter habebat ad populum, prædicationibus vtebatur lingua communi, & erudita, quibuſdam rhetoricis coloribus, atque oratorio ſale reſperſa. Erat ei lingua verſatilis & ſoluta, pronunciatio clara, vox varia & ſublimis, latera firma: cuius ſermo non aridus, ſed copioſus erat, exemplis, prouerbiis, & ſententijs adeò refertus, vt videretur fulmen & tonitruum eloquentiæ, prout quidam teſtati ſunt, qui eum concionantem pluries audiuerunt, & experti ſunt. Primò quidem iuri Pontificio operam dedit, & euaſit Canoniſta celebris, in Religione verò liberalibus diſciplinis non mediocriter inſtructus, cunctis ſe reddebat admirabilem. maximè tamen Lactantium Firmianum, Auguſtinum de Ciuitate Dei, Ciceronem, & D. Hieronymum familiares habuit.

Spiritu prophetiæ præfulſit.

Inter cætera ſpiritu prophetico præfulſit. Paduæ ſiquidem in foro præ nimia multitudine pręedicans, capite ad brachium dormientis inſtar aliquantulum deflexo, dixit ſe in ſpiritu exequijs matris ſuæ interfuiſſe, apud Montemfeltrium, vbi illa eadem hora deceſſerat, qua ipſe Paduæ pręedicabat. Semel quoque in Montefeltrio prædicans, cuidam miniſtro ſalariæ, qui in eius concionibus moleſtiam inferebat, pręedixit immaturam mortem, quæ ei inſperatò aduenit. prædixitq; bella in tota Italia futura. Brixię, & Vincentię, vbi erant ciuiles atque hoſtiles ſeditiones ſuis monitibus exemplisq; ſedauit, eaſque ad pacis fœdera adduxit. Paduæ inſtituit ſacrum Montem pietatis anno 1491. vel potius mare pietatis, quaſi mãmam pauperum Chriſti, cum aſſenſu Domini Petri Barozzi Epiſcopi Padueę, pro cuius erectione paſſus eſt multa incommoda; Romam profectus eſt, redijtq; Paduam triumphans cum facultate à ſummo Pontifice pręedicãdi vbiq; locorum.

Scripta eius erudita.

Edidit quaſdam conciones vernaculo ſermone de perfectione vitæ Chriſtianę ſatis eruditas. Obijt Ticini anno 1494. die 28. Septembris hora x. ante feſtum S. Michaelis, celebratæ ſunt eius exequiæ die Dominico ſequenti, cuncto populo, & vniuerſo clero, & conuentibus religioſorum, ac Gymnaſij, cum maximo honore ac veneratione, ſonituq; campanarum, ac pueris circiter quatuor millibus indutis cottis albis, ſtoliſque, cum bandirolis (vt dicunt) in manibus depictis nomine IESV, & Monte pietatis. Qui infinitis claruit miraculis, in eiuſque obitu audita ſunt carmina, & cantus lætitiæ plena.

Leonicus Venetus, Philoſophus, & Vates egregi⁹.

De cuius inſigni doctrina & mira dicendi eloquentia Leonicus Venetus, philoſophus pręclarus, Græcis & Latinis litteris egregiè doctus, ità cecinit:

Fulmine qui quondam præcordia dura ſolebas
Rumpere, & eloquii mollificare ſacri.
Bernardine decus Feltrinæ & gloria gentis,
Da quoque nunc precibus tendere ad aſtra tuis.
Nec tibi diſpliceat, quòd ſis tibi corpore paruus,
Hortulus iſte breuis mitia poma gerit.

VERA B. BERNARDINI CONFESSORIS EFFIGIES.



Corde manuq́; ſuum fert Bernardinus Ieſon
Et docet, & labijs ſemper Ieſon habet.

D·E

DE VERA B. BERNARDINI EFFIGIE, & de eius egregia indole.

VIT B. Bernardinus facie ſqualida, & macie extrema confecta, multa ei grauitas eloquij, multa ſuauitas, multa doctrina, in vultu multa alacritas & comitas, in ieiunijs frequens, in cibatu parcus, in vigiliis aſſiduus, in diſciplinis nullis confractus laboribus, in tentationibus ſtrenuè pugnans, in concionibus ſacris ad populum feruens, cuius vox à remotis quaſi tuba audiebatur, quæ maximum dicenti decorem ac dignitatem addebat, quam ita aptè moderabatur, vt ſeſſor peritus equum facilè regere ſolet. Illud quoque miraculi loco haberi debet, quòd tam remoti, quàm propinqui eum concionantem audiebant, quamuis perpetuo impeditioris & balbutientis linguæ offendiculo eſſet præpeditus: nam lingua ita interrumpebatur, vt primas dictionum ſyllabas in priuatis colloquijs iterum atque iterum cogeretur anhelando repetere; & propterea videbatur initio ſermo eius exanguis, quòd minimè audientium animos permoueret: ſed præmiſſa ad Deum oratione, igneus globus à cœlo dimiſſus, ita hęſitantem & præpeditam linguam decoxit, vt poſtea concitatiſſimo orationis curſu, ab exordio in finem concionis, inoffenſa lingua diſcurreret, rapiens conuoluensq; ſecum auditorum animos, inſtar rapidiſſimi torrentis hybernis aucti niuibus. Nec mirum, quia Deus Iſaiam pollutum labijs concionatorem fecit; qui linguas infantium diſertiſſimas reddere nouit; qui neque Aſinæ Balaam elocutionem negauit. Quæ in ſancto viro fuerunt futurorum præſagia: vnde ipſe quaſi ad hoc diuinum munus progenitus videretur, & dicere ſolitus eſſet in tenera ætate: adhuc concionator ero. quia eo ſtudio ita delectabatur naturali quadam vi, vt in ſacris concionibus neminem audierit, quem in aliquo non effingeret, & repræſentaret, vt quicunque cernebant obſtupeſcerent. Illud narratur inſigne, quòd cùm puer adhuc eſſet, repertus in ramo ficus prædicans, prædixit ſe futurum magnum in Eccleſia præconem. Acri fuit memoria, vt non ſolùm quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet, quibus cogitaſſet: verumetiam quæ in alienis concionibus auribus percepiſſet, ea eodem ordine verborum, & ſententiarum, iiſdem oculis, eadem voce, eodemq; geſtu recitaret, vt ad explicandum Euangelium, & ad excitandas hominum mentes diuino conſilio natus, & aptus videretur. Talibus initijs fuiſſe illum decuit, quem mox futurum Eccleſiæ pręſidium ac decus in lucem Deus ediderat, in quo magna continuò futuræ claritatis ſigna & ſanctitatis apparuere. Erat illi viuidum & ſupra ætatem vegetum ingenium, nulla leuitate infecti, nulla polluti labe mores; tanta ſiquidem enituit grauitate, vt adhuc viuens Sanctus haberetur, mitis in omnes fuit, vitiorum oppugnator acerrimus. Vnde leguntur illa carmina:

Tu balantes ſub tecta reducis
Paſtorq; & cuſtos vigil agnos, ora luporum
Tu valida cohibes dextra, non vlla timentem
Te facies unquam, ſeriesve horrenda laborum
Ambiguum uidit.

Fuit quoque Sanctiſſimi nominis IESV ac B. Virginis tam religioſus, & feruens amator, obſeruatorque, vt cùm ſemel Aquilæ Marſorum vrbis, tempore Raynati Siciliæ Regis eſſet, coram eo anno 1438. in platea D. Petri Cœleſtini iuxta B. Virginis Eccleſiam vulgò de Collemaio (referente B. Bernardino Aquilano) coronam B. Virginis duodecim ſtellarum magno ſtudio euangelizauerit, ex quo hora quaſi ſexta, ſtella lucidiſſima, quæ Solis radijs putabatur excellere, cunctis admirantibus, ſuper caput ſancti viri emicuit à meridie progrediens quaſi motu teſtudineo ad locum, vbi nunc ſacrum eius corpus ſitum eſt, magnaq; cũ omnium admiratione quieuit. cuius rei inſignis memoria ſtella, in cuius centro eſt nomen IESVS, Sancto Bernardino pingitur, quod in ſacris ad populum cõcionibus magnopere exaltabat. Feruens fuit in eo ſemper, immò ignita propenſio in B. Virginem; & cum in ſacris concionibus ad populum laudes eius enarrabat, facies illi ſolari videbatur irradiare fulgore; de cuius laudibus tractatum etiam compoſuit egregium.

Celeritatem longo dicẽdi uſu maximè temperauit diuino conſilio.

Iſa. 6. Sap. 10. Eborenſis lib. 1. pag. 803. Num. 22.

B Bernardinus Aquilanus à Foſſa in vita S. Bernardini, in tractatu cui titulus ſpicæ, refert ſe interfuiſſe.

DE CLARA B. BERNARDINI GENEALOGIA, atque ſingulari eius eruditione.

SANCTVS Bernardinus Senenſis (ea ciuitas Virginis dicitur) nobili & vetuſta Albizeſcorum familia, ex Tullo & Nera Maſſana Bindi militis filia, pijs parentibus ortus eſt, quorum vita qualis fuerit (& ſi alia multa extant indicia) de tali filio ſatis intelligi poteſt. Porrò Bindus vir prudens, & optimæ apud ciues exiſtimationis, ab eis anno 1377. præſul ciuitatis Maſſanæ delectus eſt, quo munere perfuncto, Maſſarius Maſſanenſis vir quidem egregius, cùm alios non haberet filios, decreuit Tullo, cuius bonitatem iam exploratam habebat, Neram filiam ſuam in matrimonium collocare. Ex Tullo itaque & Nera ortus eſt Bernardinus anno 1380. natali die B. Virginis die 8. Septembris, cuius ipſe obſeruantiſſimus cultor ſemper fuit. Poſt tertium verò annum ab eius ortu, defuncta matre annorũ ſuæ ætatis xxij. infra ſextum verò patre, matertere Dianæ religioſiſſimę, & antiqui moris fœminæ pupillus ſeptennis educandus remanſit, qui anno ætatis ſuæ vndecimo à Chriſtophoro & Angelo de Albizeſchis patruis ſuis Senas aduocatus eſt, manſitque ſub tutela Chriſtophori & Piæ vxoris eius ſub Honuphrio pręceptore, deinde adhęſit Ioãni Spoletano morali Philoſopho, qui elegantes mores Bernardini admirabatur. Vbi verò liberalibus artibus eſt imbutus, in ipſo adoleſcentię flore mundo renũtiauit, ac demum cœpit ad altiora ſtudia mentem attollere, & inexhauſtos ſacrę Theologię fontes haurire, quos vbi guſtare cœpit, tanto animi ardore incubuit, vt pleroſque æquales longè pręceſſerit. Primùm quidẽ Pontificij iuris diſciplinis operam dedit, deinde diuinę ſapientiæ ſtudium impendens ita profecit, vt neminem vel offenderet, vel in aliquem quicquam committeret: ita quòd iuris peritia virum quidem bonum conſtituit, ſed ſacrę Theologiæ ratio perfectum reddidit; altera quippe neminem offendere docet, altera ſemetipſum quoq; abnegare, & Chriſtum in omnibus ſequi ſuadet. cœpit enim à puero ſenilem animum habere, ſiquidem dimiſſis puerilibus templum ingrediebatur, rogabatq; Deum, vt lubricę ætati ſuę ſuccurreret. nullũ vnquam verbum ab ore eius excidit, quod vel minima reprehenſione dignum cenſeri poſſet. Quæ diligenter legebat, frequenter in anima voluebat, tenaciter retinebat, & ſummo ſtudio conſeruabat; neque à ſtudijs auocabant vigilię, orationes, aut crebra cum Deo colloquia. Multa edidit non contemnendę lectionis, ſcripſit enim ſermone Scholaſtico, ſed magis aperto & ſimplici in Apoc. Ioannis, cuius initium eſt: Beatus eſt qui legit: de Euangelio æterno: de Chriſtiana religione: de conceptione B. Virginis: de Paſſione Domini: Sermones contra Iudęos: Sermones de tempore, de Sanctis: deuotum officium de nomine IESV: quæ partim à me ſummo labore conquiſita, ſcholijsq; & marginibus illuſtrata, apud Iuntas imprimenda curaui, ne tantus labor diutius lateret.

De eius vita ſcripſit Ludouicus Vicẽtinu, & Laurẽtius Surius.

Fuit quoq; educatus B. Bernardinus à Thobia vidua eius conſobrina & tertię regulæ Sancti FRAN. profeſſa.

Ludouicus Vicentinus in vita Sãct. Bernardini.

DE INGRESSV EIVS AD ORDINEM, & de ſingulari profectu.

ANNO ſuæ ætatis xxij. ingreſſus eſt Ordinem Minorum in conuentu Sancti Franciſci Senarum anno 1402. die 8. Septembris. nemo eo tempore in ciuitate Senenſi erat ſanctior, vnde omnibus liberalitatis & clementię exemplum ſe prębebat. Erat Vicarius Prouinciæ Thuſcię F. Galganus Maſſanenſis, Pręceptor autem Bernardini fuit F. Ioannes Reſtaurus. porrò vir iſte fuit alti conſilij, qui annos triginta in partibus Boſnę cum hæreticis diſputauit, plurimos baptizauit, & ad veritatem Euangelij reduxit. peragratis itaq; locis Terrę ſanctę, redijt Senas, vbi ſumma veneratione ab omnibus colebatur. Hunc ergo venerabilem ſenem ſibi pręceptorem & ducem habuit Bernardinus, cuius conſilio quantũ ipſe profecerit in obſeruantia religionis, non attinet nunc dicere, ſuo conſtabit loco, & apparebit nihil opportunius illo Eccleſię cõtingere potuiſſe, qui ſponte vitam illam elegerit, quę ſola vita appellanda eſt. Hoc vnum non tacebo, cùm eſſet Bernardinus in eccleſia Sancti FRANC. Senarum, ante altare maius, ſanctę conuerſationis tunicam ſuſcepturus, Ioannes Reſtaurus ſpirituali dulcedine plenus, & vt Spirituſancto ebrius prophetice dixit

Sanctitas Bernardini à puero.

F. Ioannes Reſtaurus præceptor D. Bernardini.

Magna

Magna hodie (filij) ordo noſter ſanctitatis ſuſcipit incremẽta, multaq́; nobis virtute huius iuuenis ſunt commoda acceſſura. ſuam primam miſſam cantauit anno 1405. in die Natiuitatis B. Virginis, quo die habitum S. FRANCISCI induit in loco S. Honuphrij, quem ipſe multis precibus obtinuit à Capitulo hoſpitalis S. Mariæ, pręcedente auctoritate Apoſtolica, pro ſuis Fratribus, vt quietius Deo famularetur. Fuit autem aggregatus numero & collegio Patrum diſcretorum conuentus Senarum anno 1417. die verò 23. menſis Iulij, tempore magiſtri Nicolai Bertuli prouincialis Prouinciæ Etruriæ, prout ego vidi litteris conſignatum in quodam libro Senis, vbi ſolent notari conſilia Patrum, & in ealce piæ & ſanctæ illius determinationis, Franciſcus Sanſon Generalis, vir recolendę memoriæ, hæc verba notauit. Hæc fuit mutatio dexteræ excelſi. Habuit Bernardinus à natura nimiam quandam ſeueritatem, artificio tamen, & ſtudio materteræ, naturalis hæc vis ſic temperata eſt, vt & ſine arrogantia grauis eſſe videretur, & ſine ſegnitia verecundus.

VATICINIVM B. VINCENTII VALENTINI Ordinis Prædicatorum de S. Bernardino.

Marcus Antonius Flāminius in vitā B. Vincentij Valentini.

CVM ſemel B. Vincentius Alexandriæ concionaretur, accidit res, quæ omnibus non paruam admirationem allatura eſt; inter concionandum dixit, Audite chariſſimi, rem vobis magnam nuntiaturus ſum, atque idcircò religioni plurimùm gratulor, quòd in hac multitudine, quæ nunc audit, eſt iuuenis quidam clariſſimus, qui Ordini Minoritarum magnum breui ſplendorem afferet, ac toti Italiæ, ingensq́; in Eccleſia Dei lumen erit, eſtque futurum tempus, in quo mihi ab Eccleſia in honore præferatur, qui cumulatus omni gratiarum genere, recenti exemplo cunctis documento eſſe debet. Deinde ſermonem inchoatum perſecutus eſt. Hæc de B. Bernardino vaticinatus eſt, qui tunc quidem Iuuenis pellectus fama, & nominis celebritate B. Vincentij, miro deſiderio ad eum audiendum venerat. Quòd verò ſibi præferendum in honore ab Eccleſia prædixerit, ad id pertinet, quòd D. Bernardinus quinque annis ante in numerum Diuorum relatus eſt, quàm B. Vincentius catalogo Sanctorum inſcriberetur.

DE SPIRITV PROPHETIAE QVO CLARVIT.

Syluius in Commen.

FVIT apud Venetos Paſchalis Malipetrus, qui cùm Rempublicam gubernaſſet annos circiter quinque, ei ſuffectus eſt Chriſtophorus Mauro, vir mira probitate, & pietate inſignis, quem multò antè Diuus Bernardinus, cui Mauro admodum familiaris vixerat, ſuæ Reipublicę futurum Ducem ſæpe prędixerat. quod poſtea euenit.

DE EXIMIA PIETATE IN PAVPERES, cùm adhuc eſſet in humana conſuetudine.

Summę ſanctimonię Paradigmata.

COEPIT Bernardinus primæ ſanctitatis rudimenta apud ciues ſuos ponere, vbi quædam ſtadia & curricula pietatis ſibi patebant. Nam Senenſi Fraternitati S. Mariæ, cui ſcalarum nomen erat, ſanctimonia celeberrimæ adſcribi ſe procurauit, vbi cilicio indutus, & ſuper tabulas aut paleas dormiens, circa languentes erat officioſus. Interea anno 1400. indicto Romæ Iubileo, plurimiſque, qui religionis cauſa eò proficiſcebantur, Senas diuertentibus, ex concurſu mixtorum omnis nationis hominum ſæuiente Senis Epidimia, mortuiſq́; ferè omnibus miniſtris hoſpitalis dictę S. Marię, cùm alij nullo precio conduci poſſent, Bernardinus tyro Chriſti, annorũ viginti, non funeribus, non tabe, non pernicioſo odore, aut inſanabili pernitie deterritus eſt, quin eò ſe conferret; languentium ſe gratis obtulit in miniſtrum, ſed cùm ſe ad tantum onus imbecillem eſſe perpenderet, quoſdam etiam eiuſdem fraternitatis conſocios ad pium opus ſibi adſciſcere talibus procurauit exordijs, atque ſalutaribus monitis.

Peſtilentia ingẽs Senarũ vrbẽ inuaſit anno 1400. vt quotidiana funera viderentur, & vndique ploratus audiretur.

Euan-

Euangelio (dilectiſſimi Fratres) admonemur, quòd Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: Inferamus ergo vim nobiſipſis, nec pro Chriſto mori pertimeſcamus. Quid tam magnum, atque pulchrum, quàm pacis tempore ad martyrij coronam peruenire? Si morimur, pro Chriſto certè morimur, qua morte & merces augetur, & omne crimen excluditur. Omnis conſummatio & ſtatus vitæ martyrio decoratur: hoc fundamentum vitæ, & fidei: hoc præſidium ſalutis, hoc vinculum libertatis, & honoris. Mors quippe integriorem facit vitam: mors magis ducit ad gloriam.

Pia cohortatio D. Bernardini ad conſocios.

Quid enim nobis cum hac luce, quibus lux æterna promittitur? Quid cum huius vitæ naturæque commercio, quos cœli altitudo depoſcit. Supra omnium gloriam pulchrior eſt pro Chriſto mori, titulus & integrior corona ſignatur. porrò vobis contēnenda mors eſt, quibus Chriſtus occiſus eſt. Ante oculos vobis quæſo concurrant Dominicæ paſſionis exempla, concurrant & oblata præmia, quia miſericordiam præſtantes miſericordiam conſequentur. His inflammati iuuenes cuncti, vnanimes, ſacramentali confeſſione ritè expurgati, & communione, ad miniſterium illud ſe dederunt, non ſine parentum & amicorum lacrymis. his ergo duodenis Bernardinus comitatus iuuenibus, quos ſibi ad ipſum opus delegerat, circuire cœpit ægrotantium domos, languentes & grauiter affectos conſolari, egeſtate laborantibus ſubuenire, ſepelire defunctos, paratus omnes ſubire caſus. Xenodochiū itaque ingreſſus, primùm ſacerdotes, qui ſacramenta miniſtrarent, acciendos curauit, ipſe deinde medicinas peſtilentia laborantibus, proprijs manibus, adhibere cœpit.

Chriſtiana pietas obſequijs enutrita diuinis, nihil quippiam exhorreſcit.

Glandularum peſtiferarum, alię Bubonum, aliæ Carbonum nomine appellantur. Bubones inſtar nucis prope inguina, aliæ ſub axillis, carbones eadem magnitudine, ſed nigri, in reliquis fermè corporum membris oriuntur, quo morbo tunc interierunt 160 homines. Inſanabilis hęc morbi vis paulò ante Iuſtiniani Imperatoris mortem anno circiter DLXVII. primùm Italiam inceſſit. Vtrunque glandularum genus Bernardinus nulla expectata temporali mercede incidere, aut exurere, inciſa aut exuſta curare, neceſſaria ſuggerere, hoſque & alios dubiæ ſalutis ægrotos, aut conſilio aut re iuuare, nec timebat nec defatigabatur: tandem ſiue grauiore anni tempore peracto, ſiue (quod magis eſt veriſimile) diuini numinis ira placata, peſtilentia poſt menſes quinque & octo dies remiſit; qua ſedata pluribus de conſocijs defunctis, reliqui ad paternas domos remearunt. Quod fecit & Bernardinus, qui ſtatim febre concuſſus, & non multo pòſt ſaluti reſtitutus, amplam facultatem pauperibus erogauit, quæ ei oneri quodammodo erat, dieque Natiuitatis B. Virginis, cuius gratia quoad vixit Sabbato ieiunauit, B. FRAN. ſe fecit imitatorem, nihilq; præter habitum, funiculum, & femoralia poſſedit. Adiuuabat illum parentum ſanctitas, & pia Thobiæ Dianæ materteræ filiæ inſtituta, quæ à primo imbiberat: leuium enim & corruptorum iuuenum conſortia tanquam ſerpentum morſus, & peſtem deuitabat: & ſi quando ei, (vt contingit) occurriſſent, dicebant: En BERNARDINVS adeſt.

Mira ſobrietas, & vigilantia.

Erat pręterea vt cibi ac potus, ita ſomni parciſſimus, & cùm quietem capere deberet, maiorem tamen noctis partem inſomnem ducebat; lecti plumarumq; nomen tanquam dirum & exitiale auerſabatur: ita ſuper pauimento veſtitus iacere conſueuerat, vt ſola culcitra, aut veſte ſtragula contentus eſſet. Tempus quieti datum nunc orationi & contemplationi, nunc ſtudijs impendebat, nec vllum tempus, cuius iactura maxima eſt, incaſſum elabi ſinebat, certò ſciens, exactiſſimam Deo de tēpore rationem reddendam fore. Quod ergo noctu didicerat vigilando, hoc die alios docuit prędicando, multoſque, qui peccatorum oppreſſi veneno in morte dormiebant, excitauit in ſalutem; & ita mira in infantilibus annis auſteritate incedens, ad extremum vſque cœlibem vitam cum omni morum venuſtate ducere ſatagebat; vnde nominis ſui fama & miraculorum gloria vbique terrarum celebris euaſit. Sacratiſſimum Dei IESV nomen in quadam tribus litteris depictum tabella circunferebat, flagrabatq; illius anima, cùm de hoc dulciſſimo nomine aliquem colloquentem audiebat. hoc prædicabat, hoc cordibus fidelium infigebat, ita vt loca, quæ cultu veræ fidei vacua cenſebantur, ſuis prędicationibus illuſtrata religione fulgeant. ſuadebat ante fores domorum pingendum nomen IESV, ob quam rem accuſatus eſt coram Martino V. Pont. Max. ab ijs, qui hanc nouitatem ſtultè maleque accipiebant, ſed minimè conuictus eſt, licèt fuerit iuſſus hoc nomen ne amplius populis adorandum offerret, ne plus illi quàm ſacramento Euchariſtiæ impenderetur honoris, quod tamen ipſe minimè aſſerebat. Tantæ erat deuotionis apud omnes, vt quiſque beatum ſe prædicaret, qui poſſet fimbriam tunicę eius contingere. Nonnulli tamen irriſionis potius, quàm deuotionis ad eum accedebant, ſed mu-

Bernardinus Aquilanus in lib. ſpicarum.

Aeneas Syluius in libello de viris illuſtribus.

tata

tata opinione nunquam ſermonem eius deſerebant. Romæ Cardinales & ipſe Pontifex eum auidè auſcultabant, magnuſq; & mirabilis apud cunctos habebatur.

DE EFFICACIA PRAEDICATIONIS.

FVIT Beatus BERNARDINVS ita feruens in ſuis ſermonibus, vt factiones Guelforum & Gebellinorum ſedauerit, quæ in Italia triſte illud ſeculum reddebant, lateq; patebat hoc malum: tunc enim terram, & maria prædones obſidebant, & tanta Guelforum & Gebellinorum rabies incaluerat, vt mutuo fraternoque cruoreruberet Italia, in qua agreſti quodam more viuebatur. Ludorum gymnaſia frequentabantur, vſurariorum voragines hiabant, vigebat magia, religio parùm colebatur, nec feſti dies à profeſtis, niſi ſpectaculorum gratia, dignoſcebantur.

Eborē. 401. lib. a.

Vide ſermones eius in hac materia.

Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſq; dedit.

Per hunc ſanctum virum ſedati homines, erecta hoſpitalia, extirpatæ fœneratorum rapinę, multiq; ad frugem melioris vitę adducti. cuius prædicationibus Minorum quoque Collegium creuit, atque in frugalitatem obſeruantiamq; priſtinam redactum eſt. Fuit in ipſo vis maxima ad permouendos animos, vt ab incunabulis videretur ad hoc natus: verba eius quaſi ignita iacula hominum corda penetrabant. Iniunctum ſibi opus annos quadraginta duos exercuit, nullis confractus laboribus, nullis parcens vigilijs, viginti annis ſingulis diebus, niſi fortè præpeditus, adeoque vitæ exemplo & verbo profecit, vt per omnem Italiam Euangelium renouauerit. Decurſo ſeptennio, quo tempore decreuerat (vt diximus) prędicationis officium dimittere ob linguæ impedimentum, tantus ad eum populus confluebat, vt templa vix capere poſſent; cœpitque Mediolani & Bergomi, vbi annos XXIII. verſatus eſt, plurimum florere non ſine miraculorum ſplendore, eiuſq; hortationibus Bergomenſes à peccatis temperauerunt, eorumque rabies auctoritate Bernardini ſedata eſt. Intra vrbis mœnia templum eſt, cui virgines Moniales inſeruirent, Bernardino auctore conditum. Dum prędicat in vrbe Lucę de menſe Septembris anno 1424. (cunctis admirantibus) per tres horas abſque tædio ſtella viſa eſt lucidiſſima. At dum ſemel prædicaret Florentię in eccleſia S. Crucis, & in eccleſia cathedrali, fecit ſibi ſponte allatos capillos mulierum, & adulterinos ornatus, taxillos, aleaſque media platea comburi, non ſine magno luſorum timore, & cæterorum: quia acerrimè arguebat omnia crimina, quæ per totam Italiam admittebantur. Peruſij vbi fiebant torneamenta, Bernardinus prædicatione, cuius thema fuit, Benefac, effecit, vt ludus ille funeſtus deleretur omnino, in quo homines certatim dimicando procumbebant. Mediolani habuit conciones 53. & diuino quodam igne totam Lombardiam inflammauit. Dum ſemel Peruſij prędicaret, vbi erat mos in annis ſingulis ciues inter ſe lapidibus pugnare armatos, ſicque plurimi concidebant, Bernardinus vetuit, & obtulit ſe eis oſtenſurum diabolum: hoc ſuſpenſos eos diu tenuit, poſt plures dies ſeruabo, inquit, quod promiſſum eſt, quin cum vnum diabolum oſtendere promiſerim, multos oſtendam; reſpicite alter alterum, & ſic videbitis diabolos, nam vos ipſi diaboli eſtis, qui opera diaboli facitis; ſcriptum eſt enim, Ex operibus eorum cognoſcetis eos. & ſic eorum eis vitia exprobrauit; grauemq; exinde ſermonem habuit. Mirabile dictu, cùm Senas veniſſet, Aſinus, quem ipſe aliquando feſſus de via ſolebat aſcendere, quique ſuos libros deferebat, à mulieribus depilatus eſt, quæ in Bernardini memoriam aliquid de ſuo habere voluerunt. E ciuitatibus, & caſtris multitudo cum palmis occurrebat ob ſingularem eius gratiam; nec recuſabat honores, non iactantiæ ſtudio, ſed quòd diceret: Vellem, vt omnes haberent me pro Sancto, quia magis proficerent noſtrę conciones. Diuerſis in locis annos quadraginta prędicationis munere functus eſt, & ſermo eius per tres horas protrahebatur, eratq; in dicendo facetus, miriſque modis homines nunc ad lacrymas, nunc ad riſum trahebat, flectebatq; mentes hominum quocunq; volebat; vitia ſic exterminabat, vt quoſlibet in eorum horrorem adduceret, virtuteſq; ſic commendabat, vt ad earum amorem inflammaret. Cuius mores maximam fidem faciebant. quare grata colloquia, & ſales honeſtate conditi breuiores horas reddebant.

Vis maxima ad permouēdos animos.

Templum Monialium Bergomi opera D. Bernardini conſtructum.

Aeneas Syluius, Pius II. de viris illuſtr.

Lucæ.

Idem Pius II. ibidem.

B. Bernardinus Aquilanus in lib. ſpicarum.

Idem Pius.

DE AVSTERITATE VITAE, ET *de ſumma in aduerſis tolerantia.*

CVM Fratres Ordinis procul abeſſe ab inſtitutis & regulis Patrum comperiſſet, eos acriter correxit, ipſe enim quamuis corporis viribus penè deſtitutus eſſet, quia fluxum ſanguinis patiebatur, vigilijs tamen, ieiuniis, & diſciplinis vltra Regulę præcepta aſſiduè vacabat: cilicio corpus macerabat, quod hodie aſſeruatur Arimini, vt dicunt, in Oratorio ſub eius nomine, & eſt membrum loci Gratiarum Arimini. In loco Columbarij in agro Senenſi eleemoſinam quærebat, & per multa milliaria collectam proprijs humeris deferebat ad fratres, prælatis ſuis obediens. factus ſacerdos ſpiritu ebrius, quotidie celebrabat, atque deuotis lacrymis pectus ſuum aſpergebat. Habuit ſocium ad annos 22. Fratrem Vincentium Senenſem, quem ob ſingularem ſuæ vitæ probitatem clarum habebat: teſtis eſt pia quædam eius deploratio in eius obitu. Fuit B. BERNARDINVS ſummæ abſtinentię, cœpit enim per aliquot dies crudis herbis veſci, ſed cùm minimè poſſet diutius viuere eo vitæ genere, in melius mutauit ſententiam, vt ipſemet teſtatur in quadam ſua concione habita ad Senenſes apud S. Honufrium, quæ fuit prima eius prędicatio. Hortabatur ad iniuriarum remiſſionem; narratq; ipſe anno 1419. in Caluario iuxta Dominicum Sepulchrum vetulam à Diabolo abreptam iuſto Dei iudicio, quæ obſtinata noluit, multis eam exhortantibus & exorantibus, dimittere offenſam adoleſcenti innocenti, cuius pedibus incautè impedita cecidit leui caſu, & illæſo corpore: vt diſcant hoc exemplo qui ſunt duro corde, dimittere iniurias. Factus Vicarius Generalis vltra montes collabentem Ordinem ad frugalitatem & obſeruantiam repreſſit, Regulam B. FRANCISCI reformauit, vitam auſteriorem inſtituit. Floruerunt ſuo tempore F. Ioannes de Capiſtrano feruens eius æmulator, F. Franciſcus Ticinenſis, F. Gabriel Anconitanus, F. Philippus Aquilanus, F. Albertus Sartianus, & F. Nicolaus Auximàs, quibus propoſuit ſe pius Pater in exemplum, cùm ſuperiorum vita ſpeculum inferioribus ſit. omnia hilari facie actitabat, nunquam viſus eſt facie turbatus, quòd ex charitate omnem actionem ſuſcipiebat. Nam faſcem portat amor, & nihil eſt amanti difficile.

In ſermone, Beati pauperes ſpiritu.

Lib. de Euangelio æterno.

COLLABENTEM ORDINEM ad frugalitatem redigit, & obſeruantiam.

Epiſtola D. Bernardini Vicarij Generalis vltra montes ad vniuerſos Fratres Italiæ.

IN CHRISTO ſibi chariſſimis Fratribus diuerſorum locorum totius Italiæ ſub mea cura commiſſis F. Bernardinus de Senis eiuſdem Ordinis, ac dictorum locorum Reuerendiſſimi Patris Vicarius, & commiſſarius, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam: Volens mihi commiſſorum ſalutem quo ad ſpeculationem meritis, & in omnibus iuxta poteſtatem prouidere, notum facio, quatenus per F. Nicolaum eius Ordinis quondam Vicarium, locorum commiſſarium Reuerendiſſimi Patris Generalis, de mandato eiuſdem, & de mandato & voluntate Domini noſtri Papæ, vt patet per litteras Reu. Patris Generalis, factę fuerunt quędam declarationes, quæ multa diſputatione, examinatione, & ponderoſitate examinatæ fuerunt per Reuerendiſs. Patrem Generalem, & venerabilem Fratrem Ioannem de Capiſtrano.

Iſte Frater Nicolaus quem ſupra memoraui, erat tûc Vicarius ſuus in prouincia Sancti Angeli.

DE EXIMIA HVMILITATE, & animi deiectione eius.



CV'M ſtudia & mores inclyti Confeſſoris D. Bernardini inclaruiſſent per vniuerſam Italiam, & rectore præſuleq; vacaret Eccleſia Senenſis, communi conſenſu, & pari voto totius cleri & populi Epiſcopus eligitur, miſſique ſunt tres Oratores ad Martinum V. Pont. Max. ad electionis negotium abſoluendum. Id quod vir Dei perſentiens Romam adiuit, & ne videretur dignitatem Epiſcopalem paruipendere, eam pluribus argumentis comprobauit ſibi non expedire, ita ceſſit dignitati huic, ſicut etiam Ferrarienſium, & Vrbinàtum Epiſcopatui abnuit, exiſtimans tutius eſſe apud Deum & conſcientiam, dignitatem venerari, quàm aſſequi; in cuius rei exemplum tres mitræ Epiſcopales ad pedes eius picturis exprimuntur, dimiſſæ ab eo non contemptus gratia, ſed humilitatis ſtudio. Nam cùm prædicatio ſancti viri omnibus in locis plurimum commendationis haberet, eique cùm reliqui homines fidem haberent, tum Summus Pontifex cum admiratione quadam dignum honore iudicaret, iterum ac tertiò eum ampliſſima Epiſcopatus dignitate ornare voluit. Bernardinus autem ratus ſe fructuoſiorem Chriſtianæ Reipub. aptioremque, ſi ſe ab eiuſmodi muneribus inglorium ſeruaſſet, eam dignitatem ſemper recuſauit, ne fortè ob eam cauſam prædicationem diuini verbi relinqueret.

Semel quoque Dux Mediolanenſium audiuit prędicantē de mundi cōtemptione, vt de eo periculū faceret, tranſmiſit ſummam pecuniæ. Ille re cognita acceptauit, & eam ad redimendos captiuos adhibuit.

DE EIVS OBITV.

CVM à Senis proficiſcens in Aprutij prouinciam prædicaturus deuenire ſtatuiſſet, & poſtremum ſermonem non longè ab Aquilana ciuitate in villa Sancti Syluestri laborioſiſſimè compleuiſſet, febre quadam, & fluxus exuberantia, laxatis inteſtinis, maximè torquebatur. Erat enim iam ſenio, & macie ieiuniorum confectus: cùm per ſe ipſa ſit ſenectus

Innumeris circumdata morbis, Senectutis incõmoda.

Marcida, fœda, grauis, rerum indiga, debilis, orba.

Ita in Aquilanam ciuitatem aſello ſubuectus, in conuentu S. FRANCISCI pluribus diebus loquens reſedit, ſentiensque ſe ad palmam vocari, omnibus Eccleſiæ munitus ſacramentis, cùm ſui corporis diſſolutio immineret, nec valeret amplius voce, vel nutu quod optabat, ſignificare, ſeipſum è lectulo, in quo indutus iacebat, abduxit, & Seraphicum Patrem imitatus in nuda humo decubare cõnabatur: ſed interea appropinquante vitæ ſuæ termino, tota mente cœleſtibus inhiabat. Vnde oculis in cœlum defixis, læto vultu, quaſi ridens, glorioſum emiſit ſpiritum: confectoque itinere virtutis, ac fidei, ad complexum & oſculum Domini, Domino ipſo vocante, immortalitatis amictus ſtola peruenit. cuius corpus Aquilani ciues pluribus diebus inhumatum tenuerunt odore ſimul & miraculis fragrans. Obijt autem diem ſuum anno 1444. ætatis ſuæ ann. lxiij. die xx. Maij in vigilia Aſcenſionis Domini, qua hora ſolenniter decantabat chorus Fratrum in Eccleſia: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, nunc autem ad te venio: quod quidem diuino conſilio factum credimus, vt ipſius nominis veritas tam deuotè à ſancto viro vbiq; prædicata, æternæ prædeſtinationis ſigno verificaretur. Obitus, & ad cœlites emigratio.

DE PROCESSV FACTO pro eius canonizatione.

ANNO 1448. tempore Nicolai V. Pont. Max. formatus fuit proceſſus pro eius canonizatione per D. Angelum Epiſcopum Eſculanum commiſſarium & ſubdelegatum, Pontificatus eiuſdem Domini Nicolai Papæ anno ſecundo. Hanc promotionem primò fecit B. Ioannes de Capiſtrano Romæ, in primo clauſtro Conuentus Aræ Cœli die 14. menſis Iunij currente anno 1448. Fuit verò obitus eius illuſtratus innumeris propemodum inſignibusq; miraculis.

DE EIVS CANONIZATIONE.

CVM Eugenius IIII. Pont. Max. viſis vno ſupra centum miraculis, canonizationem complere non potuiſſet, Nicolaus V. inſtante ad hoc ciuitate Senenſi, Aquilana, & Alphonſo Aragonum Rege, in ſanctos Chriſti confeſſores eum retulit anno 1450. Pontificatus ſui anno 4. in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, in die Pentecoſtes, ipſo anno Iubilei, cum Chriſtianus orbis ad expurgandas vitiorũ ſordes frequens vrbem inuiſeret. Facta eſt tranſlatio ſui corporis anno 1472. ſedente in beatiſſima ſede Sixto IIII. Pont. Max. Pontificatus ſui anno primo, ſumma exultatione Cleri & populi, & magno conuentu Fratrum, qui aderant: nã celebrabatur ibi eo tempore Capitulum generale vtriuſque familię in conuentu Arçcœli, & electus fuit Generalis F. Angelus Peruſinus. Erat quoque (vt dixi) magni Iubilei annus, quo remiſſio peccatorum promittitur: ingens populorum commotio fuit, feſtinabant ex remotiſſimis regionibus iuuenes, ſenes, fœminarum turbæ, pueri, puellæq;: ſummo deſiderio Romam petebant: nec dubitabant quin piacula quæque diluerent, cùm primum ſacra martyrum oſſa, vel viderent, vel contingerent; tantum feruebat pietatis ſtudium; nec maior quàm eo tempore vnquam Romæ multitudo viſa eſt. Aſſeruatur Papiæ Biretum eius & ocularia, quę de arce in ædem tranſlata ſunt, ob bella inter Mediolanenſes & Ticinenſes anno 1499.

DE PRAECIPVIS EIVS MIRACVLIS.

IN ciuitate Aretij erat fons non longè ab vrbe immundis ſpiritibus plenus, ad quem malefici & carminatores concurrebant: viſa hac idolatria peſtifera B. Bernardinus idola contriuit, & ſua prædicatione effecit, vt populus Aretinus eodem in loco conſtrueret Eccleſiam in honorem Natiuitatis B. Virginis, impetrauitque ab Eugenio IIII. indulgentiam ſeptem annorum, & totidem quadragenarum viſitantibus talem eccleſiā. Quare vbi adorabantur ſimulacra, contritis idolis, impietateq; exterminata, inuocari nomen B. Virginis cœpit. Puer xviij. menſium ſuffocatus, matre, ſparſo crine, & magno eiulatu, genuflexa & Dominicam orationem perſoluente, interceſſione B. Bernardini ad vitam excitatus, omnibus circunſpicientibus, incolumis afflictæ matri redditur. Benedictus filius Corradini de Fabriano morte præuentus, cùm de ſola ſepultura ageretur, cumq; mater magna fide, aſſentiente virò, ſi ſuperſtes eſſet, in magnam reuerentiam B. Bernardini vellet vocare Bernardinum, conualuit: eaque (Deo præſtante) meritis Sancti illum incolumem conſecuta eſt. Ioannes Baricheti ex Caſtroueteri anno xiij. cum dimidio, aquarum colluuione molendini caſtri Arciani ſuffocatus, capite ſuppreſſo, & facie colliſa, per merita B. Bernardini oſcitare cœpit, & ita redditus incolumis. Antonius Mei de Sabiacu à procliui aquarum fluxu comprehenſus, ereptus fuit ab oppidanis nullo veſtigio vitæ extante, defluenteq; ſanguine, per merita verò B. Bernardini, peracto à Fratribus voto, quaſi excitatus à ſomno clamare cœpit, Ah ah, & reuixit. Auguſtinus Interamnenſis filium mortuum deplorans, abreptusq; leui ſomno inuocauit Sanctum, ſic puerum iam mortuū incolumem adinuenit. Ioannes Colę de Marerio filium infirmum, in extremisq; poſitum, dum ageret animam, pia deuotione proſtratus, per inuocationem B. Bernardini à mortis periculo ereptum ſibi obtinuit. Filius Ducis Soræ phreneſi laborans, cùm eum penè extinctum ploraret mater, teneriorīq; affectu & acriori percuſſa dolore, ſeque proſternens orauiſſet B. Bernardinum, per huius merita incolumitati reſtituitur: eaq; votum compleuit. Spoleti Solomea puella xiiij. annorum peſtifera plaga vlcerata, vt nulla ſpes eſſet recuperandæ ſanitatis, tamen eſt incolumis per merita Sancti effecta, Deumq; laudauit, qui eſt glorioſus in Sanctis ſuis. Nicolaus Teutonicus ad mœnia Peruſiæ prolapſus, ſanguine effuſo, & ſparſo cerebro, per octo dies inſenſibilis manſit, ſuffragijs demum S. Bernardini ereptus eſt. Rodulphus Venantij Camers vtroque lumine orbatus, per ſancti viri merita lumen adeptus eſt. Petruspaulus Theatinus gutta ſerena laborans, per annum habitum religionis induit, atq; ad tumulum ſancti viri lumen recepit, Simon Ioannis Planenſis ſurdus, & mutus à natiuitate, per merita ſancti viri ſanitatem conſequutus eſt. Multa alia ſigna fecit S. Bernardinus Deo præſtante, inter quæ & hoc extat: Paſchalis puer procumbens ad pedes feretri, claudicans altero laterum, meritis ſancti viri ſanitatem promeruit adipiſci. Infantulus nullum ſignum vitæ exhibens per diem naturalem, delatus eſt ad monaſterium S. Andreæ prope ciuitatem Thetis, admotoq; capiti eius bireto, quo vtebatur B. Bernardinus, ſtatim aperuit oculos. Adſunt multa miracula manuſcripta Paduæ in bibliotheca S. Antonij, quæ longum eſſet velle ſingillatim recenſere, quibus Bernardini nomen diuina Bonitas voluit vbique illuſtrari, & in hora eius obitus decantari antiphonam illam; Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, in teſtimonium gloriæ ipſius. Amen.

PRO CONSTRVCTIONE MAGNIFICI HVIVS *Templi diu laborauit B. Ioannes à Capiſtrano, litteriſq; ſuis ex Regno Poloniæ cum Aquilanis egit, vt Templum B. Bernardino conſtrueretur.*



DE TRANSLATIONE CORPORIS S. BERNARDINI DE CONVENTV AD ECCLESIAM NOVAM.

TEMPORE Sixti IIII. Pont. Max. facta eſt tranſlatio ſacri corporis B. Bernardini ad nouam eccleſiam, pro cuius conſtructione diu laborauit B. Ioannes Capiſtranus: Rex autem Siciliæ ſtipulatus quidem eſt, ſe donaturum ducatorum quinque millia, tamen non omnia, morte ipſius Regis incidente, exacta fuiſſe cõſtat. quod ſanè Templum incœptum eſt anno 1454. die 82. Iulij, primò enim erat capella conſtructa in honorem D. Bernardini in æde D. FRANCISCI. Inde publicis cohortationibus F. Iacobi de Marchia populus Aquilanus valde piè contulit redditus annorũ x. croci, ſeu vectigalis. Hæc trãſlatio facta eſt anno 1472. Calen. Maij, Pontificatus Sixti IIII. anno primo, cum plenaria indulgentia conceſſa ijs, qui interfuerint tranſlationi huius corporis, & qui in die feſto viſitauerint eccleſiam, centũ annorum, & totidem quadragenarum. Anno 1481. die 8. Iulij, Aquilam miſſa eſt capſa argentea valoris decem millia ducatorum, in qua aſſeruaretur pretioſum corpus, quam Sixtus IIII. ne quis macularet, anathemate prohibuit. Hanc miſit Rex Francorum in honorem Sancti, cuius meritis filium à morte liberauit Deus. Extat in conuentu S. FRAN. Aquilę camera, in qua ſanctus vir deceſſit: dictu mirabile, pauimentum, in quo decubuit, quamuis protritum ſit, nullo tamen cemento, vel calce arenę mixtione intrita refici, vel materia vlla cohærere poteſt; quod miraculi loco haberi debet. Hæc de vita, & miraculis B. Bernardini Senenſis.

B. BERNARDINI AQVILANI A FOSSA EFFIGIES,
quemadmodum Chriſtus Ieſus ei in Peregrini forma apparuerit,
qualis extat in loco S. Angeli prope Foſſam.



Quid mirum, bone Ieſu, ſi diſcipulos in Emaus euntes peregrini forma exhilaras, cum et de illis diſputantes eadem forma cœleſti gaudio repleas?

Teſtatur ipſe in libello ſpicarũ, quod nomẽ Bernardini fuit impoſitum à B. Iacobo de Marchia, & quòd ab ipſo B. Iacobo ſuſcepit habitum, dum Peruſiæ ſacras ad populum conciones baberet: & latius Antonius Amicius in eius vita.

BEATVS Bernardinus Aquilanus, à Foſſa, Aprutij oppido, quatuor paſſuum millibus ab Aquila ipſa diſtante, è Minorum Obſer. familia, vtriuſq; iuris peritus, & in ſcripturis ſacris verſatus, Apoſtolicus concionator, varijsq; muneribus pluribus in locis, maxima cum laude functus, atque totius Religionis in Curia Romana Procurator, fragrantem omnium virtutum odorem ſpirans, roſamq; & lilium, immo florum omnium odoramenta excellens, miraculis cum vitæ ſanctitate fulgens, plura opera ad Concionatores præſertim ſpectantia, Latinè ac Italicè ſcripſit: Quadrageſimale videlicet, Funerale, Quodlibetum, Centurionem, atque Peregrinum, in Saluatoris noſtri memoriam, qui ei in Peregrini forma apparuerat, quoſdamq; alios imperfectos tamen Sermonum libros, Admonitiones, D. Bernardini Senenſis, & B. Philippi Aquilani vitas, Breuiſſimam item nonnullorum Beatorum Patrum ſuæ familiæ, in ipſius D. Bernardini prouincia conditorum, cum eiuſdem prouinciæ Cœnobijs deſcriptionem. Claruit Federico III. & Maximiliano I. Imperatoribus. Obijt anno 1503. annum agens 83. cuius corpus ſub maiori altari ædis D. Angeli Minorum Fratrum Obſer. prope Foſſam quieſcit, vbi eius quoque miracula aliquot ex tabula ſuper altare depicta cognoſcuntur. Cuius præclara monimenta imprimenda curauit Antonius Amicius à Foſſa Aquilanus, huius Sancti conſanguineus; qui eius quoque vitam latiſſimè conſcripſit, & in huiuſmodi epitomem contraxit.

B. BERNARDINVS de Arriuarolo miraculis clarus, & doctrina inſignis.

Diuini verbi virtus eximia.

B. BERTOLDVS prædicator inſignis in ciuitate Ratiſpona ſuperioris Alemaniæ viguit: dum ibidem ſacras ad populum haberet conciones, quædam mulier ſpiculo veritatis proſiliente percuſſa, tanto dolore compuncta eſt, vt ſubitò ſpiritum efflauerit: populo tumultuante, B. Bertoldus ſilentium indixit, & eo, cæteriſq; iuſſu eius orantibus, à morte liberata eſt. Multa quoque miracula ibi fecit, vbi tumulatus eſt, quæ enarrare nimis operoſum eſſet. ab incolis in pretio habetur, nam multis miraculis nominis ſui fama inclaruit.

VERA

VERA B. BONAVENTVRAE EFFIGIES.



In te alia & forma, & pietas, doctrinaq́ fulſit:
Si Pater ante alios, quis tibi thura neget?

INDI-

INDICIVM DE VERA EFFIGIE Sancti Bonauenturæ.

Ipſemet teſtatur in breuiori vita B. FRAN. Voto cum pro melanguente.

SANCTVS Bonauentura Fidanza Balneoregienſis, antea Eutychius vel Euſtachius dictus, ex Ioanne Fidanza & Ritella matre, honeſtis quidem & fidelibus parentibus, Balneoregij Etruriæ vrbis natus, anno ſuæ ætatis vigeſimoprimo, ſacram B. FRANCISCI Religionem, pio voto & propenſa in eum pietate, ingreſſus eſt; vnde maxima religionis perfectio in ipſo enituit: opus enim factum ex voto eſt magis meritorium, quàm ſine voto, cùm vouere ſit opus latriæ. vnde extat illud carmen:

Manet irreuocabile votum,
Hoc hærens animo, & multa vi pectore ſedit.

Venuſtas & elegantia morum B. Bonauenturæ incomparabilis.

Fuit B. Bonauentura præſtanti forma, ſtatura enim fuit eminens, maieſtate corporis eximia, vultu decoro & graui, ſermone placidus, conuerſatione benignus, corporis & animi dotibus excellens, valetudine rarò pulſatus aduerſa: indolis ſupra quàm dici poſſit egregię: non alio aſpectu, quàm è Cœlo miſſi Angeli videbatur, vt ſuo tempore nullus eſſet eo pulchrior, ſanctior, nec doctior; tanta ſiquidem in vultu elegantia cum benignitate coniuncta erat, vt non ſolùm amabilis cunctis, ſed etiam admirabilis redderetur, & qui eum ſemel intuerentur, quadam magna animi propenſione, ac veluti frugi, & ad Religionis ſplendorem progenitum, ſtudioſa obſeruantia admirarentur, & colerent. Studijs ita deditus fuit, vt ne vacuum punctum quidem elabi temporis ſineret: ſed præter breuiſſimum tempus, quod ſomno & refectioni corporis, pro conſeruanda valetudine dabat, totum quod reliquum erat, ſanctis actionibus impenderet. Inter cætera fuit in eo mira ingenij perſpicacitas, acumen intellectus, & iudicij certitudo, de cuius laudibus ſi pauca dixerimus; detrahere videremur magnitudini eius, cùm in ipſo claruerit omnis vitę & morum perfectio, atque ea ſanctimonia, quæ in vero Dei miniſtro requiritur.

DE SVMMA ERVDITIONE EIVS, & de inſtitutore in ſacra Theologia.

Lib. 2. ſen. diſ. 23. q. vltima, ſub finem.

HABVISSE Alexandrum Halenſem præceptorem in ſacro Theologiæ ſtudio ipſemet aſſerit & teſtatur: ſimul etiam habuit D. Thomam, cum quo fuit maxima neceſſitudine & charitate coniunctus. Quare præter ſanctitatem maximam, ingenij gratia & auctoritate maxima præditus, elapſo vix ſeptennio ingreſſus ſui ad Ordinem, euaſit magiſter inſignis: cuius doctrina dirigit greſſus noſtros, vt non dominetur omnis iniuſtitia.

Doctrina D. Bonauen. eſt copioſa deuota & fructuoſa.

anno decimo recepit magiſtralem cathedram: tertiodecimo anno ad regimen Ordinis eſt aſſumptus, quem decem & octo annos moderatus eſt, nec propterea dimiſit vnquam diuina ſtudia, quibus in Dei Eccleſia velut ſplendor fulget firmamenti, & velut ſtella in perpetuas æternitates manſura, ad iuſtitiam valens fideles erudire. Doctrinam huius Sancti magnis laudibus proſequitur Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis; nam copiæ, breuitati, facilitati, & ſecuritati doctrinæ incumbens, eam ad mentis affectum & pietatis ſtudium dirigebat; itaque clariſſimus in toto orbe habitus eſt. Dictu mirabile, cùm per ſolum ſeptennium in Religione ſtetiſſet, interpretatus eſt librum Sententiarum in vniuerſitate Pariſienſi, dehinc cum poſt tres ſequentes annos cathedram magiſtralem rexiſſet, anno ætatis ſuæ 32. inter primores Religionis habitus eſt. primus enim in Pariſienſi celebri & florentiſſima Academia coronam magiſtralem accepit, vt intelligerent homines doctrinam eius diuinam eſſe potius, quàm humanitus acquiſitam, per quam quaſi fulgentibus gemmis rutilat Dei Eccleſia. Vnde ex doctrina, vitæ probitate, & ingenuis moribus, cognominatus eſt Seraphicus.

DE INSIGNI EIVS DOCTRINA,
& de varijs operibus, quæ conſcripſit.

SCRIPSIT Chriſtiano ſtudio præ cæteris Doctoribus copioſè & luculenter ſuper quatuor lib. Sent. Petri Lombardi temporis iniuria iam iam vacillanres, in Euangelium Lucæ, in Euangelia & Epiſtolas totius anni, quod opus benignitate & liberalitate egregij viri Domini Laurẽtij Campegij Feltrenſium Epiſcopi viri omnium humaniſſimi peruenit ad manus noſtras, curabimusq́; (Deo duce) vt quàm citius fieri poterit typis depromatur. Edidit quoque Officium de Cruce ad nutum Ludouici Francorum Regis, cuius initium eſt, Regem caprum, & irriſum, flagellatum, & crucifixum. Edidit clarum opus de quinque viſionibus, & officium B. Patris FRANCISCI, ſuper Cantica opus egregium, & in Apocal. Ioannis, quæ ſuut apud Antonium Ferrarium Venetijs ad inſigne Palmæ, vt imprimantur cum aliis eius opuſculis. Compendium Theologiæ, libellum inſtructionis Nouitiorum Minorum, & libellum maioris introductorij: Apologiam, Arborem vitæ ad Fratrem innominatum, de partibus Domus religioſę, Dialogum, Centiloquium, de vita Chriſti, de paſſione Chriſti, epiſtolam ad Michaelem Imperatorem, ad ſuam ſororem de Philomena: Aliud compendium paſſionis Chriſti, epiſtolam ad ſororem S. Clarę: Item de conſideratione, enchiridion de meditationibus, ſeu cumulum orationum, de diuiſione rerum vniuerſi. Sed inter varia ingenij illius præclara monumenta, Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis mirificè laudat Breuiloquium, & Itinerarium mentis in Deum, quem compilauit in ſacro Aluernæ monte, & multa alia, quæ à ſtudioſis deſiderantur, conſcripſit propria mann, cùm nondum libri imprimerentur. Nam Ioannes Fauſtus in vrbe Mens prouincię Argentinæ, ſub Federico imperante, anno 1446. fuit primus inuentor artis impreſſoriæ. Quare eius exemplaria ſuper Euangelium Lucæ cum reperiri non poſſent, diligenter perquiſiuit à Guardiano, & Fratribus Gandaui commorantibus, vt purgata in lucem prodirent, Ioannes Picus Mirandula, egregium illud ingeniorum miraculum, & inſignis Philoſophorum phœnix. Multa alia ſcripſit, in quibus oſtendit mirum cœleſtis amoris incendium: præcipuè vitam ſcripſit legendamve S. FRANCISCI, quam cùm legendo percurriſſet Leonardus Aretinus, dixit, Neminem poſſe in eo ſcribendi genere ſuperare D. Bonauenturam: & cum illam eo animi affectu ſcriberet, vt per contemplationem à terra ſubleuaretur, hac re viſa, dixit D. Thomas ſocio, Sinamus ſanctum laborare pro ſancto.

Inſignem doctrinam D. Bonauenturæ, vitã, & merita laudatoria oratione, & elegãti ſtilo proſecutus eſt Octauianus de Martinis Sueſſanus, ſacri Palatij Apoſtolici Aduocatus cõſiſtorialis, de qua infra.

Ioannes Gerſon Cancellarius vniuerſitatis Pariſiẽſis.

Ioannes Fauſtus primus inuentor artis impreſſorię.

DE

DE EXIMIA EIVS HVMILITATE,
& amore, quo ferebatur in Deum.



LECTVS Generalis ſeptimus poſt B. FRANCISCVM, cuius imitator fuit, vt ipſemet teſtatur, Ordinem ad obſeruantiam & frugalitatem redegit, deinde Cardinalis & Epiſcopus Albanenſis, de quibus rebus ſuo loco dicemus. Tantæ verò extitit opinionis apud Cardinales, vt dũ ſemel Peruſiæ non conuenirent pro eligendo ſummo Pontifice, in eum omnes liberè vota ſua compromiſerint, ac vir ſanctus tantum effecit, vt eorum diſcordias ſedarit, & eos ad conſenſus fœdera conciliarit, vnde pari voto elegerunt Gregorium X. virum ſanctum, qui obijt Aretij, ſepultúsq; in maiori eccleſia, & ibi canonizatus. Eximiæ fuit humilitatis eius exemplum, cùm per Clementem Quartum Pariſijs fuiſſet ad Eccleſiam Eboracenſem in Anglia opulentiſſimam promotus, ad pedes Papæ ſe contulit, & Epiſcopatui humiliter ceſſit. Ad hęc ſummus Pont. reſignationem admittens ait: STA IN TESTAMENTO TVO, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce. Hic, inter alia ſanctitatis ſigna, videns ſe indignum communione ſacra, per multos dies abſtinuit à miſſarum celebratione, cuius profundam humilitatem Deus proſpiciens ex alto mirabiliter conſolatus eſt. Nam ei miſſam deuotè audienti, vna ex particulis hoſtiæ conſecratæ & iam diuiſæ, ſacerdote nullatenus aduertente, in os intrauit, & ita diuinitus Chriſti corpus dignè accepit. De eo quoque habetur illud præclarum, quòd in cõtemplatione poſitus, viſus eſt pluries in aerem ſubleuari, vt habetur in proceſſu ſuæ canonizationis. Hęc cum vbique paterent inſignia de ſancto viro, Gregorius X. anno 1274. creauit illum Cardinalem & Epiſcopum Albanenſem, vnum de ſex maioribus

In prologo Itinerarij mentis in Deum.

Bartholomę⁹ lib. Confor.

Mira B. Bonauenturæ humilitas.

vrbis Romæ tempore Coucilij Lugdunenſis, qui ſolet dari vetuſtioribus, iu quo opera & conſilio Bonauenturæ multa de nouo ſtatuta, ac vetera reformata & renouata fuerunt. Celebratum autem fuit hoc Concilium pręcipuè propter Saracenos, qui inuaſerant terram ſanctam. Hoc tempore Græci ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ redierunt, cui rei quadraginta primates Græcorum ſubſcripſiſſe dicuntur cum eo qui tenebat Imperium Gręcorum, & nuntij Tartarorum baptizati fuerunt: fuit enim cum F. Hieronymo Aſculano, & cum nuntijs Tartarorum, & Græcorum. adhibuit ipſum Gregorius X. conſultorem in rebus arduis & difficillimis.

DE EIVS OBITV.

OBIIT Lugduni in ſacro Concilio, anno ætatis ſuæ quinquageſimo tertio, idib. Iulij, & magna ſolennitate tumulatus in æde Fratrum Minorum, Græcis acclamantibus, Perijt Columna Chriſtianitatis. cuius exequijs interfuit Dominus Papa cum omnibus Cardinalibus, & Prælatis Concilij: F. Petrus Epiſcopus Oſtienſis celebrauit primam miſſam exequiarũ, & prædicauit, cuius thema fuit: Doleo ſuper te frater Ionatha. multę lacrymæ, & gemitus emiſſi fuerunt. Hanc enim gratiam inter cæteras conceſſerat illi Deus, vt Quicunque ipſum videret, in illius amorem raperetur. Pòſt aliquandiu Fratres volentes honorificè corpus eius tumulo condere, inuenta eſt lingua recens, & cor eius (incinerato corpore) incorruptum, quæ in pixide eburnea condita ſunt. Noſtris temporibus Vgonotis graſſantibus in Regno Franciæ ſurrepta fuit capſa argẽtea, venerandęq; reliquiæ in profluentem amnem Danubium ſceleratè proiectę fuerunt.

DE SACRIS EIVS RELIQVIIS.

FRANCISCVS Sanſon Generalis, S. Bonauenturę cultor præcipuus, detulit in Italiam brachium eius, quod hodie quoque conſpicitur in cathedrali Eccleſia Balneiregij ſub duabus clauibus, quarum altera eſt penes Guardianum, altera verò penes Dominos Deputatos vrbis: à Carolo Chriſtianiſſimo Francorum Rege excerpta eſt maxilla. extat Venetijs oſſum corporis eius, vt teſtatur Michael Linder Teutonicus cælator, qui cum Rege aderat; extat etiam Biblia conſcripta manu D. Bonauenturę in conuentu Balneiregij apud Fratres; Dum enim priuatus eſſet, ne gratis victitaret, ſacros aliquos libros ſcriptitare ſolebat, ac cuſtodi tradere mercedis loco vęnundandos. Hunc inanis gloria non inflauit, non diuitiæ ſiniſtrorſum egerunt, ſed in fide & lenitate perſeuerans Deo charus fuit. Volaterranus Anthropol. lib. 21.

DE FREQVENTIBVS MIRACVLIS Diui Bonauenturæ.



Infanti extincto crucis vt ſignacula fecit,
Vita data eſt. rectũ crus quoq; claudus habet.

QVAEDAM mulier cùm abortum peperiſſet, illum ad S. Bonauenturam detulit, qui ſigno Crucis facto ſuper eum, viuum matri tradidit. Quidam altero pede claudus, voto ad Sanctum emiſſo, mox rectus integerq; factus eſt. Mulier abortos pariens, voto emiſſo ad B. Bonauenturam, paucis elapſis diebus filium peperit, quem vocauit Bonauenturam. Teſtes quoque ſanctitatis viri fuerunt Simona Lugdunenſis, Ioanna, Petrus filius Ioannis, Frater Marculinus Biblicus conuentus S. Franciſci Lugduni, & plerique alij, qui præſidio S. Bonauenturæ adiuti ſanitatem à Deo conſecuti ſunt. Quamuis Eccleſia Sancta pro canonizatione alicuius Sancti non requirat omnino tam multa & frequentia miracula, ſicut nec in Martyre, in quo ſufficit conſtare de martyrio, & de cauſſa propter quam paſſus eſt, ſcilicet propter fidem Chriſti, vel propter libertatem Eccleſiæ conſeruandam, vt in Sancto Thoma Cantuarienſi, & Sancto Bellino quondam Epiſcopo Paduano, & Sancto Petro Martyre Ordinis Prædicatorum: Diuus tamen Bonauentura (Deo operante) tanta perpetrauit miracula, vt ea ſigillatim velle enumerare, longum eſſet nimis. namque

Inſigne documẽtũ ſanctitatis D. Bonauenturæ.

Sæpe ſacris precibus ſuperas reuocauit ad auras,
Corpora quò poſſent viuificare, animas.

Concilium Flor.

Vnde ob ſingularem huius viri ſanctitatem, admirabatur Ioannes Gerſon magnus ille Cancellarius, quòd tandiu protraheretur eius canonizatio.

OCTA-

OCTAVIANI SVESSANI ORATIO
CORAM SYXTO IIII. PONT. MAX.
de laudibus D. Bonauenturæ.

IVSTITIA ſuffragiorum, Beatiſſime Pater, ad quæ porrigenda deſiderabar, hærentem me concitauit ad indicti mihi muneris prouinciam, remota cunctatione, capeſſendam. Neque me alioquin fallebat, quàm arduum, quamve anceps munus obirem, poſtulare ex merito Sanctum, Romanæ Sedis decreto, referri in ordinem ſiue catalogum cœleſtium, qui cum Chriſto regnant, Sanctorum. Idque in hoc tremendo auditorio, ſub aſpectu ſacri Reuerendiſſimorum Patrum Senatus, ac ſapientum Prælatorum, & virorum, quibus tua Sanctitas, cœleſti ſuperùm dono, in ſua maieſtate ſapientiſſimè præſidet: vbi non ego modò, qui in actione cauſarum forenſium, noſtri ſeculi ſtylo, verſor, verùm quamlibet exercitatum ac denique conſummatum Oratorem expauere quidem poſſe credendum ſit. Nam per immortalem Deum, quis tam ſapiens aut diſertus quicquam adeò elimatum, aut ſtudioſa elucubratione excogitatum, hic proferat, quo maieſtatem loci dicendo vel mediocriter æquare poſſit? Quid porrò tanto ſtudio adinuentũ, quod præuiſum ac tritum non fuerit apud tantæ ſapientiæ Patres, ac te ante alios Sanctiſſime Princeps? qui cùm, ex multis iam annis, diuinarum atque humanarum rerum, ac omnis deniq; philoſophię ſcientiam pleniſſimè edidiceris, velut ſplendidiſſimum Sydus in firmamento, in Dei Eccleſia cęteros illuſtraſti. Quæ quidem reuoluenti non leuem animo tremorem incuſſiſſe poterant, atque ab hac actione, qua nulla illuſtrior, penitus dehortari, niſi iuſtitia meritorum, vt præmiſeram, B. Bonauenturę, pro quo intercedimus, animum erexiſſet, atq; confirmaſſet. Accedebat pręterea, quòd Princeps non prophanus pro religioſo, aut indoctus pro litterato rogandus erat: ſed tu profectò Pater Beatiſſime, qui diuinis obſequiis in B. FRAN. religione, ex matris vtero, cœlitus deſtinatus, in eadem omnipotenti Deo religioſius ſeruiuiſti, ac demum ad eius principatum ſingularibus tuis meritis vectus illam ſapienter ac ſalubriter gubernaſti, auxiſti, atque ampliaſti: quive cùm diuinorum myſteriorũ ſcientiã per traditionem Patrum fueris nactus, tum verò ex operibus eiuſdem D. Bonauenturę, quę diuino ſpirante lumine, edidit, conditoris diligentiam certiſſimè comparaſti. Ita te namq; par erat, quem conditoris vices geſturum in terris, in illius mandatis commiſſum gregem oporteret erudire. Neq; enim illius fauſtè quis vices gerit, quem non penitus nouit: neq; illius porrò mandata rectè alios edocet, quę non prius luculenter edidicit. Quare cùm pro diuinę ſapientię Patre Ordinis Minorum generali Miniſtro, Epiſcopo Cardinali Albanenſi, interceſſurus eſſem apud te Beatiſſime Pater, qui iiſdem meritis clarus, iiſdemq; officiis glorioſè perfunctus eras, & proinde ad hoc opus tibi in hos vſq; dies diuinitus ſeruatum, electus, nequaquam mihi verendum fuit, ne per inſufficientiam tibi negligerer, qui etiam meritus fidelium Paſtor, imbecillitati noſtrę clementiſſimè compati didiciſti. Iamq; ego, qui horrore quodam non ſine titubatione occœperã, perſpecto quàm benigno vultu, ac clementi nutu, audientiam indulgeas, erectus in ſpem meliorem fidentior proſequor, mique ſacri affectus oraculo meis auribus illud Propheticum inſonare videtur: Dilata os tuum, & ego implebo illud. & rurſus: Dabo tibi ſermonem bene ſonantem in os tuum, vt complaceas in ore Principis. Ac proinde obſecro pari clementia velis fauere, dum diuino numine adiutus, ac tuo benigno fauore firmatus, proferam quæ ad ipſius conditoris, Bonauenturę, ac huius Sanctę Sedis laudem perpetuã cedere poſſint. Exoraturo à tua Sanctitate Pater Beatiſſime, D. Bonauenturę canonizationem, ingens mihi ſtudium fuit, ſacrarum litterarum codices diligentius euoluere ad dignoſcendum, quæ nam rei, de qua agimus, conuenirent. Quibus quidem curioſius perſpectis, quantum colligere potui, duo potiſſimùm inſpicienda ac meritò inquirenda fuiſſe intelligo, vitam ſcilicet, & miracula: quę ſi recitando monſtrauerim in hoc viro eſſe comperta, qualia ad canonizationem ſufficiant, tua Sanctitas, cuius arbitrio id ſubijcitur, benignè dignabitur votis ſupplicantium reſpondere. Et quoniã vitę initium, quod ex religione ſuſcipio, miraculoſum exiſtit, nemo mihi vitio vertet, ſi vitã ante miracula relaturus, alterum cum altero recenſendo, permiſceam. Nec rurſus mirabitur, quòd quemadmodum pleriq; cuiuſpiam memoriam commendaturi, non ego primordijs Natalium, ac pueritię D. Bonauenturę inſiſtam, aut eo altius à parentum ipſius

Excuſatio Oratoris.

Pſal. 50.

Eſther 14.

In canonizatione quæ inquirenda.

dignitate exordiar. Prohibent namque crebra & clariora viri facinora, ab illo in ſtatu perfectiori agitata. Nec tamen omittam, quòd Bonauentura natione Tuſcus, patria Balneoreginus, Ioanne Fidanza & Ritella fidelibus coniugibus ortus, baptiſmatiſq; vnda reſperſus; quæ ex Ioanne medicinæ magiſtro, & Felice Antonij, qui & ipſi ex illis maioribus originem trahunt, atq; aliis teſtibus Balneoreginis probè comperta ſunt. Cęterùm prętermiſſa longiore ſerie præmiſſorum, vita inde exordium capiet, vbi relicto mortalitatis ſtatu, mundo moritur, ac omnipotenti Deo meritis beatiſſimi FRANCISCI victimam ſe perpetuam dedicauit. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis, quos ſibi ab æterno prædeſtinauit electos, & ſecundùm neceſſitatem temporis ad ſalutem humani generis producit in lucem: cùm B. Bonauenturam vas electionis ſibi delegiſſet, ac ſuis obſequijs in religione S. FRANCISCI deſtinaſſet: quò tamen eius conuerſio poſſet aliquando à Deo diſponente perfecta intelligi, & in illo ſuæ maieſtatis gloria reuelari, eundem in extrema valetudine periclitari permiſit. Cuius ſaluti anxia ſolicitudine timens chariſſima parens, vbi Phyſicorum, quos adhibuit, diligentiam fruſtra experta eſt, & medelarum vires ad illum leuandum minus valere comperit, ſolius Dei opem, quem ſancta timebat, & cui caſtos pueri mores, quos probè vt mater nouerat, intelligebat acceptos, humiliter in ſalutem pueri inuocauit, ac S. FRANCISCI ſuffragia reuerenter implorans, illum, ſi ſanum recuperaret, ipſius religioni perpetuò deuouit. Exaudita eſt pro ſua reuerentia & diuina clementia; & ſanitate recuperata, integer puer euaſit, non ſine admiratione Phyſicorum, præſertim qui eum ſtatum corporis probè in illo deprehenderant, vt humana ope ægrum leuari poſſe penitus deſperaſſent. Idem iam adoleſcens ac porrò ætate prouecta, cùm religioni maturum ſe, & illi ex parentis voto debitum ſe intelligeret, memorq́ue diuini mandati per Dauid Prophetam humanó generi prolati: Vouete, & reddite Dominó Deo veſtro; anno ſuæ ætatis circiter ſecundo & vigeſimo, habitum Religionis S. FRANCISCI deuotiſſimè ſuſcepit, in qua profeſſionis emiſſione beneficium illius his verbis apertè teſtatus eſt: Voto enim pro me languente grauiſſimè ad B. FRANCISCVM emiſſo à matre, cùm adhuc eſſem puerulus, ab ipſis ſum mortis faucibus erutus, & in robur vitæ incolümis reſtitutus: Quod cum vina memoria teneam, vera nunc confeſſione profiteor: ne tantum beneficium reticens, ſceleris arguar vt ingratus. Orationemq́ue ad illum piiſſimè ijs effundens: Accipe, inquit, Pater beate quaſcunque exiles meritiſq́ue tuis ac beneficiis impares gratiarum actiones, & cùm ſuſceperis vota, culpas noſtras ſic orando excuſa, vt à malis præſentibus eruas, & ad bona ſempiterna perducas. Igitur vir ſanctus in eadem vocatione progrediens, cum omnis ipſius vita in Dei certa cognitione ac contemplatione verſaretur, ad quam aſſequendam per ſacrarum ſcripturarum aſſiduam perlectionem, orationes, ac contemplationes, intenderet, docente illum Alexandro de Ales, ſacræ paginæ magiſtro, tantam doctrinarum perfectionem breui adeptus eſt, vt à ſeptimo ſui ingreſſus anno, conſono magiſtrorum ſui Ordinis iudicio, delectus librum ſententiarum in Pariſienſi Vniuerſitate clariſſimè legerit, & cathedram magiſtralem receperit; admirabilis proinde cunctis, quòd tam paruo ſpatio eam ſufficientiam valuerit comparare. Sed admirentur ſanè, qui res humanas ex naturali tantum curſu, non autem ex diuina potentia metiuntur: quæ duos diſcipulos litterarum prorſus ignaros, Emaus oppidum contendentes, breui itineris ſpatio comitata, diuinorum ſcientiam pleniſſimè docuit. Idem Diuus dona ſancti Spiritus pro ſuis aſſiduis meritis conſecutus, magna in dies doctrinæ accrementa recipiebat, quæ magis diuinitus inſpirara, quàm humanitus acquiſita, videantur. Cumq́ue per tres annos ſequentes, cathedram magiſtralem rexiſſet, anno ſuæ ætatis ſecundo & trigeſimo, inter primos religione & doctrina in Ordine habebatur. Namque illi tanquam infinitus theſaurus ſcientia erat, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Et quod notabilius & admirabilius erat in illo, quò magis ſcientia & auctoritate emerſerat, eò magis humilitate mentis deprimebatur. Nec vt plerique literarum ſcientia inflati, vilia miniſteria domeſtica faſtidiebat; ſed qui vix, nec niſi per obedientiam, ægrè tamen ab illorum executione coercebatur, reputantibus prælatis indignum, ſi non à talibus, vt egregius ſequeſtraretur, in quo Spiritus ſancti gratia habitare perſpicuè cernebatur. Nec tamen vir ſanctus vlla charitatis officia ob litterarias actiones prætermittebat: ſed in omnes fratres oculos intendens, ſi quem fortè triſtem, aut profeſſionis pœnitentem intelligeret, tanta dulcedine in ſermone conueniebat, conſolabatur, mo-

S. Bonauenturæ patria, & parentes.

Laborat aduerſa valetudine.

Votum matris eius.

Pſal. 75.

Amplectitur S. FR. inſtitutum.

Oratio eius & pia precatio.

Alexander Alenſis eius pceptor.

Lucæ 24.

Sap. 7.

Eximia humilitas.

Charitatis officia.

tur, monebat, & confirmabat, vt nullus ab eo diſcederet, quin libens cœptum religionis iter proſequeretur. Infirmorum præterea cura ſupra quàm credibile ſit, delectabatur, quo've grauioribus aut contagioſis morbis grauarentur, eò magis ſe totum illorum obſequio applicabat. Quibus officiis cùm maiorem diei partem abſumeret, non eò minor erat in publicis lectionibus, & interpretationibus ſcripturarum, quæ tanta claritate audientibus intelligenda reddebat, vt ipſe auctor illorum meritò videri poſſet. In Capitulis verò aut Prouincialibus, aut Generalibus, tanta ſapientia ipſius reſponſa dabantur, vt iam generalis Magiſter, perſpecta magnitudine conſiliorum illius, nil omnino graue exequendum putaret, in quo ſancti viri iudicium non antea exploraſſet. Quibus donis & gratijs illuſtratus, cùm iam in Religione eſſet omni merito clarus, defuncto generali Miniſtro, tredecimo ipſius ingreſſus anno, ex tam multis ſanctis viris, quibus Religio in ſua nouitate florebat, vnus omnium ſine contradictione extitit ſubrogatus. Hic vir ſanctus accingens ſe grauioribus actionibus, cùm iam religioſi cœpiſſent à fundatoris diſciplina paululum declinare, vbi monendo, inſtando, caſtigando, ac operoſius laborando ad meliorem vitæ frugem reduxiſſet, in Capitulo generali, quod primum Narbonenſe tenuit, Regulam Beati FRANCISCI reformauit, atque expoſuit, Ordinemque in prouincias & cuſtodias taxauit, & duas addidit; vbi ſtrenuè decertans aduerſus venenoſas oppugnationes temeratorum, & obtrectatorum, qui in Religionem Mendicantium, ac ſanctum virum impudentius ora ſoluerant, atque artificioſis calumnijs velitabantur, ſola iuſtitia atque innocentia tutus, permanſit inuictus, tanquam qui

Humanitas eius erga ægrotos.

Fit Miniſter generalis.

Reformat Ordinem ſuum.

Integer vitæ, ſceleriſq; purus,
Non eget Mauris iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis,
Fuſce, pharetra.

Expertus fructus ſanctorum monitorum Magni Baſilij diuini interpretis Homerici carminis, vbi Vlyſſem pro meritis ad Cœlum tollit aſſerens Poetam clara voce teſtatum. O homines ſi vobis cura virtutis, quæ cum naufrago enatat, & eiectum in littore venerabiliorem oſtendit. Vbi etiam libellum contra Minores pernicioſiſſimum, à Magiſtro Giraldo de Abbatis Villa (vt putant) editum, per apologiam non minus eloquenter, quàm ſubtiliter confutauit. Qui etiam Giraldus non longè pòſt iuſto Dei damnatus iudicio, meritas ſui ſceleris pœnas dedit, ac paralyticus, ac miſeranda lepra reſperſus, plenus erumnis vitam finiuit. Congregato verò Capitulo generali Piſis, eo auctore inſtitutum, vt Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, vſque ad Epiphaniam continuaretur eodem modo, quo intra octauam Natiuitatis Dominicæ cantatur, & aliæ Rubricæ in Breuiario reformatæ, & aliæ additæ. Idem etiam piiſſimus cultor glorioſæ Virginis matris IESV inſtituit, vt Fratres populum hortarentur ad ſalutandum eandem ſigno campanæ audito, quod poſt Completorium datur: quòd creditum ſit eandem ea hora ab Angelo ſalutatam. Tunc tranſlatum fuit venerabile corpus Beati Antonij ad prægrandem Eccleſiam Paduanam, cuius lingua ſecundo & trigeſimo ſui obitus anno, recens & rubicunda reperta eſt: quam vir ſanctus in manibus deuotè recipiens, ac largioribus lacrymarum imbribus perfundens, talibus reuerenter affatus eſt: O lingua benedicta, quæ Deum ſemper benedixiſti, & alios benedicere docuiſti, nunc perſpicuè cernitur, quanti meriti fueris apud Deum. Cui oſcula deuotè figens, illam honeſtè collocari curauit. Cuius etiam fama permotus Clemens Quartus, vt illum in partem ſolicitudinis traheret, opulentæ Eboracenſi Eccleſiæ præfecit; nec tamen aſſequi potuit, vt vir ſanctus eam promotionem acceptaret: qui propoſiti conſtans in religione maluit permanere, vbi diuitias & dignitates ſibi prepararet in cœlis. Cuius conſtantiam Pontifex admiratus, ad illum, Sta, inquit, in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce. Nunc verò ſe offert numeroſior cumulus diuinorum ſcriptorum ipſius. Cùm Pariſiis legiſſet primum librum Geneſis, nobile opus, quod de ſeptem Viſionibus Bonauenturæ intitulatur, editum eſt. In libros Sententiarum celebria commentaria edidit, ſecundum, & quartum præſertim, quos etiam metricè eſt proſecutus, & incipiunt:

Giraldus ſcribit contra Franciſcanos, & miſere perit.

De lingua miraculoſa Sancti Antonij.

Præficitur Eccleſiæ Eboracen. ſed recuſat.

Scripta eius clara.

O fons ſplendoris, vas dulcoris, & amoris.

Quibus ob ſublime ingenium auctoris ibi inſperſum, Sententiæ Sententiarum Bonauenturę, titulus inditus eſt. Super Euangelijs compendioſè & vtiliter ſcripſit: Lucæ præſertim Cancellarii piæ matris IESV, quam pectori impreſſam aſſidua meditatione ſemper eſt veneratus. Rurſus contemplatione S. Ludouici Regis Franciæ, officium de Cruce deuotiſſimum edidit, quod ab Eccleſia nullo immutato receptum, in ea ſolennitate vbique legitur. Compoſuit & ſolenne officium in honorem B. FRANCISCI, & de

D. Bonauen. vitā S. FRANC. contexuit.

ipſius vita hiſtoriam ſerioſo tractatu primùm & ſecundò reductoriè annotauit. Compoſuit & libellum de ſex alis Seraphin: In monte Aluernę duo nobilia opuſcula edidit pijſſimas contemplationes fragrantia; quorum alterum Itinerarium mentis in Deum, & alterum, in ſeipſum appellata ſunt. Compoſuit & libellum approbatorium religionis mendicantium, quod Defenſorium appellant. Compoſuit & libellum de vita Chriſti, ſiue Meditationum paſſionis ipſius, quem Arborem Crucis nominant. Compoſuit & Breuiloquia. Item ſermones Dominicales ſuper Euangelijs, & Epiſtolis, per totum anni circulum. Item compendium veritatis ſacræ ſcripturę. Item libellum ordinationis ſiue inſtitutionis Nouitiorum. Item & libellum de ſtimulo Amoris. Item & libellum quem appellant Pharetram, de auctoritatibus principalibus Doctorum approbatorum, quem per Alphabetū proſecutus eſt: & alia plura opuſcula vſque ad trecenarium numerum, quæ in partibus Galliarum frequentius habentur in manibus. Et cùm B. FRANCISCI religio, quam annis octo & decem ſancto regimine gubernauit, ipſius monitis & exemplis in ſolidiori ſanctitatis ſtatu firmata eſſet, & viri claritas ob viri ſanctitatem, doctrinę eminentiam, atque operum diuinitatem vbique eluceſceret; tum fortè Romana Sedes plurimum laborabat difficultatibus, quæ in Concilio, quod Lugduni congregabatur, inextricabiles emerſe-

Conciliū Lugdunenſe.

rant. Gregorius tunc Papa X. & reliquus ſacer Senatus illecti ſtudio viri, quem leuandis dictis difficultatibus, ac vniuerſalis Eccleſiæ regimini, intelligebant plurimum præ-

Creatur Cardin. & Epiſcopus Albanenſis.

ſtiturum, atque ob merita alioquin ſubleuandum, in Cardinalem, quamuis reluctantem promouerunt, & quod rarum, ex ipſo initio ob viri excellentiam in Epiſcopum Albanenſem. Moxq́ue pertractandis arduis rebus Concilij vnus omnium delectus eſt, deputa-

Rothomagum præclara Aquitanię vrbs.

tis qui illi aſſiſterent Rothomagenſi, & Tripolitano claris Epiſcopis illius temporis: qui & ipſi de Religione S. FRANCISCI ad Epiſcopatum ob meritum vocati fuerant. In quo Concilio de multis illius ſapientia ſanctè conſultum atque decretum, & Græcorum compoſitæ hæreſes, qui tum pręſente Palæologo eorum Imperatore, qui in hoc

Græci Eccleſiæ Romanę ſubſcribunt.

Lugdunum venerant, liberè ad Romanæ Sedis obedientiam redierunt. Ad quorum reductionem miſſi fuerant Frater Hieronymus de Eſculo, & Frater Bonagratia Dalmata, Ordinis Minorum religioſi eximij meriti. Quibus cum litteris reuerſis, lætus idem Gregorius, Fratres, ac Prælatos, qui in Concilio aderant, in Lugdunenſi Eccleſia conuocauit, vbi vir ſanctus præclaram habuit orationem, propoſito themate, quod legitur

Baruch 3.

Baruch. Exurge Hieruſalem, & circunſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente vſque ad Occidentem. Succeſſiuè in ea vocatione pari ſanctitate, & operum

2. Tim 4.

fructu perſeuerans, cùm in Dei Eccleſia diutius laboraſſet, ita vt cum Apoſtolo iure

Obitus B. Viri.

dicere poſſet; Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui; Anno ſalutis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimoquarto, & ſuæ ætatis tertio & quinquageſimo, hora matutina diei Dominicæ, quæ menſis Iulij erat tetia & decima, ex humanis ſublatus eſt, & Sanctis Patribus, vt credere debemus, ęternum victurus, redditus. Qua die ipſius venerabile corpus ſepulchro reconditur in eccleſia Sancti FRANCISCI Lugdunenſi, cum multis lacrymis, & conſternatione Fratrum lamentantium ſe tanti viri ſocietate deſtitui, qui parem ſibi in Dei Eccleſia relinquere non videbatur: Gregorio Pontifice permaximè eum reputante, qui ibidem publicè teſtatus eſt, Eccle-

Celebrantur eius exequiæ.

ſiam Dei illius morte magnam incurriſſe iacturam. In cuius exequijs primam Miſſam celebrauit Frater Petrus Tarentaſienſis, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & ſermonem

2. Reg. 1.

habuit propoſito themate, Doleo ſuper te mi frater Ionatha. vbi inter cęteras commemorationes gratiarum & donorum, quę illi Deus dedit, etiam fuit, quòd quicunque

Plurimum contulit Græcis reducēdis eius opera.

eum videbat ſtatim ipſius amore capiebatur, eiusq́ue monita libenter excipiebat, Gręci pręſertim, quibus reducendis ipſius diuina eloquia, & conſilia plurimùm contulerunt. Benignus, affabilis, omnibus gratus, & nulli vnquam ſcandalo, pius, prudens, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus, atque quietus: quarum virtutum actiones & officia

ſemper

ſemper ſtrenuè executus eſt. Quod & ſi nullo alio probante doceremur, ſatis ex diuinis eius ſcriptis liquidò patet; quibus tam intenſo affectu ſingula præmiſſa proſequitur, vt niſi per aſſumptum de illis habitum adeò ardenter illis inſiſtere non valuiſſet. Tum verò, quod Alexandri de Ales præceptoris illius teſtimonio, mundus ab omni vitio probatus eſt: qui eius vita & moribus probè compertis, de eo dicere ſolebat; VERVS Iſraelita eſt iſte, in quo Adam non peccaſſe videtur. Cuius Doctoris authoritatem tanti apud Eccleſiam valuiſſe conſtat, vt de illius dictis, aut ſcriptis nefas putauerint dubitare, conſummatumque omnes teſtati ſunt diuinum oraculum per Beatum FRANCISCVM de illo editum; futurum eum magnum virum in Eccleſia Dei, religionemque ſuam magna per illum ſanctitatis accrementa recepturam. Iam intelligis Pater Beatiſſime, quod & per te planius intelligebas, quis qualiſve fuerit Bonauentura, de quo agimus, cuius vita, & exemplis, Beati FRANCISCI religio illuſtrata, & doctrina omnis terra repleta eſt. Nunc, quod ſecundo loco aggredimur, pari patientia audire digneris, dum refero, quæ memoranda omnipotens Deus in illo, & ipſius virtute, in alijs monſtrare dignatus eſt. A re miranda exordior. Bonauentura adhuc in minoribus agens, dimiſſæ mentis humilitate potius, quàm ex iniuſtitia pluribus diebus abſtinuerat à perceptione ſacratiſſimi corporis Chriſti, veritus ne ſi illud indignus ſumeret, iudicium ſibi manducaret, & biberet. Cumque die quadam in Miſſa deuotus adeſſet, Deus reſpiciens ad illius humilitatem, particulam conſecratæ hoſtiæ de manu celebrantis per Angelum acceptam, illius ori clementer immiſit. Reſpexit enim ad humilitatem ſerui ſui, propter quam Beatus ab omnibus gentibus prędicatur. Rurſus cùm intenſo affectu ſtuderet contemplando, & annotando vitam B. FRANC. glorioſus S. Thomas de Aquino, qui eadem tempeſtate meritis claruit, & Bonauenturæ magna charitate coniunctus fuit, accedens ad illius cubiculum, per foramen oſtij introſpexit, viditque illum in contemplatione raptum, & à terra mirificè ſubleuatum. Tum retrocedens ad ſuos: Sinamus, inquit, Sanctum, qui laborat pro Sancto. Simona Lugdunenſis B. Bonauent. viuentem ſumma deuotione proſequebatur: quæ ſicut Domino placuit, mortuum peperit, ad quam euocatus eſt vir ſanctus: expoſito cadauere ante eius pedes, & mater, quæ in lecto coram ingemiſcebat, & reliquæ mulieres, quæ aderant, ſancti viri opem in ſalutem mortui deprecatæ ſunt. Tum vir ſanctus commiſeratus, manibus atque oculis erectis in Cœlum, deuotiſſimè orauit. Mox ſigno crucis ſuper puerum facto viuentem reddidit matri. Tritum ac frequens apud Lugdunenſe caſtrum villanum, ac totam Prouinciam, quòd mulieres vtero laborantes inuocatus exaudit, & de periculo eximit. Ioanna Lugdunenſis, octo dies continuos vtero diſtenta, atque aſſiduo enixu parturiendi cruciata, deſperauerat de ſalute. Monita à mulieribus, quæ laboranti aderant, ſe Sancti precibus & ſuffragijs commendauit, certum votum pro ſalute recuperanda faciens, & ſtatim incolumis incolumem peperit. (Commemorat porrò Auctor etiam alia multa ſancti viri miracula, quæ nos ſtudio breuitatis omittimus, ac deinde ſubiungit) Sunt præterea & alij innumeri, qui meritis eiuſdem Sancti, de varijs doloribus, ægritudinibus, ac periculis miraculosè liberari meruerunt: quorum ſingulos ſi recenſere pergam, pręſenti operi detrimento potius, quàm vſui aut fauori indubiè futurus ero. Hoc tamen loco non omittam, quod omnipotens Deus ad perhibendum certum teſtimonium ſanctitatis viri, in illius venerabili corpore pro ſua clementia monſtrare dignatus eſt. Dum illud venerabile corpus transferretur ad nouam Eccleſiam ad titulum S. FRANC. Lugduni erectam, centeſimo & ſexageſimo ſui obitus anno, reliqua corporis parte alioquin exeſa, atque corroſa, caput tamen ſolidum, capillamentum hęrens, labra, dentes, & lingua, in nullo à vitali ſtatu aut colore demutata reperta ſunt. Erat profectò diuinæ clementię, illud os à putrefactione ſeruare, quod ad ſalutem fidelium atque diuinis laudibus ſemper fuerat operoſum, nec dare ſanctum ſuum videre corruptionem. Poſſem fortè ineptus videri, ſi ſtudens cœpto proſequar diem abſumere recenſendo miracula, quorum relationi nec diem, nec certè dies ſufficere ſatis ſcio. Si igitur D. Bonauenturam in ſuis operibus miraculoſum iam conſtat: ſi infuſam dono ſancti Spiritus obtinuiſſe ſcientiam diuina illius commentaria profitentur: ſi charitatis officia ardentius exequutum, mundanos honores contempſiſſe, affectus terrenorum abieciſſe, in perſecutionibus conſtantem manſiſſe, in B. FRANCISCI ac vniuerſali religione fructuoſum extitiſſe: ſi ſuperna vocatione, vt Paulum, in ſortem Domini miraculosè conuerſum: ſi diuino B. FRAN. prędagio ſanctum prędi-

Alexandri Alenſis de illo ſententia.

1. Cor. 11.

Adminiſtratur ei ſacra Euchariſtia per Angelum.

S. Thomas de Aquino.

Infantem mortuum ſuſcitat.

Parturientem liberat.

Nota de incorruptione capitis eius.

Act. 9.

prædicatum, ſi Alexandri de Ales Doctoris irrefragabilis, ipſius preceptoris, ſedula obſeruatione Sanctum compertum ac iudicatum: ſi religioſorum Minorum voto, qui ſanctitate pollebant, vt ſanctior, ſummus Prælatus aſſumptus: ſi Romanæ Sedis iudicio, vt clarus meritis, ad vniuerſalis Eccleſiæ regimen profuturus accitus: ſi denique communi omnium opinione fidelium, Sanctus tenetur, & nominatur, & colitur: ſi benignus ſuccurrit omnibus inuocantibus ſe: Poterat Sanctitas tua etiam nullo petente, Sancto, quod vnum deerat, publicos honores decernere: quanto magis id debes celſorum Principum votis? Accedunt pientiſſimæ preces Sereniſſimorum ac clariſſimorum, Friderici Romanorum Regis ſemper Auguſti, Ludouici Francorum Chriſtianiſſimi, Ferdinandi Siciliæ, & etiam Matthiæ Hungariæ Regum Catholicorum: qui cùm de Republica Chriſtiana bene mereri ſueti ſint, digni certè videri debent, qui à Sanctitate tua tam ſanctam rem impetrent. Rogant præterea illuſtres Duces ac populi, & loco maximi muneris hoc petunt Calabriæ, Venetiarum, Mediolani, Sabaudiæ, & Duciſſæ Calabriȩ & Borbonij, Florentini, Senenſes, Peruſini, Lugdunenſes, & ciuitas Balneoregij: quæ licèt humilis ſit, tamen clariſſima & Deo gratiſſima videri debet, cui tantum Sydus producere datum eſt. Rogat prȩterea iſtius Ordinis Reuerendiſſimorum Patrum Ioannes de Aragonia, eiuſdem Sereniſſimi Regis Ferdinandi illuſtris proles: qui Sanctos, qui in eo Ordine claruerunt, religioſius veneratur, & colit. Exigit denique ſuo iure B. FRANCISCI ſancta religio, cuius alumnus, vel iuſta petenti deeſſe non potes. Exigit & ipſe
Eccleſ.4. Sanctus ex promiſſione omnipotentis Dei nomine facta ſtrenuè militantibus, quòd illorum laudes cantet Eccleſia.

Huc vſque ex oratione Octauiani de vita Sancti Bonauenturæ, omiſsis nonnullis parum ad viræ hiſtoriam attinentibus.

DE CANONIZATIONE EIVS.

OB frequentia eius miracula, vbique ad Dei magni gloriam, & ſanctæ Eccleſiȩ ſingulare ornamentum fulgentia, facta eſt eius canonizatio in præſentia Domini Eberardi Senioris de Vvirtembergh Sabbato in Albis per SYXTVM IIII. Pont. Max. anno 1482. Pontificatus ſui anno vndecimo, qui ſumma oppletus lætitia, de hoc munere ſibi diuinitus collato gratias agens Deo, ſcripſit ad Capitulum generale, quod
Verba Sixti IIII. Pont. ad Capitulum generale de B. Bonauentura. eo tempore Brixiæ celebrabatur his verbis: Agimus Deo omnipotenti gratias, & vobis, dilectiſſimi filij gratulamur, paterna charitate hortantes, vt exemplo huius glorioſiſſimi Sancti, & Beatiſſimi Patris veſtri FRANCISCI diuino ſeruitio, & ſanctis operibus in dies feruentius inſiſtatis, quandoquidem percipitis virtuti, doctrinæ, religioni, & ſanctimoniæ magnam mercedem à iuſto iudice Deo & Saluatore noſtro in terris, & in cœlo eſſe repoſitam. Dies autem ſolennis eſt ſecunda Dominica Iulij quocunque die occurret. Quem ſub feſto duplici etiam maiori, & cum octauis, quemadmodum de Beato FRANCISCO, & reliquis Sanctis Ordinis veſtri celebrabitis: in commemorationibus verò, & Letanijs poſt nomen S. Antonij de Padua, & S. Ludouici, S. Bonauenturæ nomen inuocabitis. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 12. Aprilis an. 1482. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

BEATVS Bonifacius de Riparolo, in quo floruit virginitas, obijt Genuæ, ibique ſepultus: qui primò prouincia Siciliæ bene adminiſtrata, ac demum prouincia Genuæ ad annos ferè duodecim, ſanctè vixit ſola contectus tunica, etiam tempore magni algoris, & Domino ſeruiens.

BEATVS Bonizo ſocius Beati Patris FRANCISCI, obiit Bononiæ, in Aede D. Franciſci conditus.

BEATVS Chariſſimus Clugienſis vnà cum aliis Venetiis miraculis claret.

BEATVS Cathalanus zelator altiſſimæ paupertatis iacet Auximi.

BEATVS Clemens vir mirȩ perfectionis & ſanctitatis iacet in ſacro Aluernæ loco: qui in quadam eremo perſeuerans fuit à Diabolo diuexatus, qui manus ei crudeliter combuſſit.

BEATVS Colinus olim miniſter Argentinæ miraculis clarus, iacet Spiræ in Germania.

BEATVS Conradus martyr cognomento de Alijs ob fidem à Saracenis decollatus in partibus Paleſtinę, de quo legitur, quòd ſuper corpus eius in mare proiectum in procellis ſteterunt duo lumina ad triduum.

BEATVS Conradus de Saxonia apud Montes Caſpios martyrio glorioſus.

BEATVS Conradus quidam magnis miraculis inſignis iacet Aſculi in eccleſia Sancti Franciſci prope ſacrarium, cuius feſtum celebrabatur ab vniuerſa illa ciuitate, quod poſtea dimiſſum eſt non tam Fratrum negligentia, quàm ob varium ſtatum, & ciuiles lites & iurgia ciuitatis.

BEATVS Conradus Offidanus Picens, Euangelicę perfectionis & Regulę S. FRAN. zelator feruens, ſanctitate inſignis, qui mortuos quinque ſuſcitauit: cuius tunica deuotionis cauſa ſeruatur in ſacro Aluernæ loco. Hic cùm adhuc in ſeculo exiſteret, ante datam indulgentiam Portiunculæ fuit ei reuelatum. Semel vidit B. Virginem inæſtimabili claritate circumfuſam, dum ipſe oraret ante altare Sanctę Mariæ de Angelis. Sumpſit habitum S. Franciſci ætatis ſuæ annum agens xiiij. Qui veſtigijs Chriſti firmiter inhærens, quinquaginta annos vili tunica contentus, præter chordam & femoralia nihil aliud ſibi proprium habere voluit: nudis incedebat pedibus, nuda humus paleis ſtrata fuit ei lectus; aſſidua abſtinentia ſe affligebat, omnes quadrageſimas ieiunabat, ad exemplum Sancti FRANCISCI, vt ſocij eius exiſtimarent ſe alterum Franciſcum videre: magnis fuit pręuentus gratiis, viſus pluries à terra ſubleuari; cuius eloquia Ioannes Parmenſis Generalis, & Petrus Ioannis libenter audiebant, & in laude habebant. accuſatus apud Ioannem de Muro Generalem ſe à calumnijs defendit, & qua ſolebat humanitate placauit, traxitque in ſui amorem & beneuolentiam. Obijt anno 1306. dum prædicaret apud inſulam Romanam quæ Baſtia dicitur prope ciuitatem Aſſiſij, cuius corpus ibidem conditum eſt. Verùm dum bellum apud Peruſinos & Aſſiſiàtes ageretur Peruſiam tranſlatum eſt, ibique in ſacrario eccleſię S. Franciſci, in arca lignea, proprijs oculis teſtibus, quieſcit crebris coruſcans miraculis.

QVAE HABERI POTVERVNT MIRACVLA de Beato Conrado, hæc ſunt.

CVM ſemel iuiſſet ad locum Offidæ Fratres rogauerunt eum, vt quendam Fratrem iuuenem ibi manentem admoneret, & corriperet, qui propter inordinatam & diſſolutam vitam ſuam omnes vexabat & conturbabat, & de horis canonicis, & aliis regularibus diſciplinis quaſi nihil curabat, quibus ipſe compatiens, & vocans illum ſeorſum tam efficaciter cohortatus eſt, vt ſtatim facta manu Domini ſuper eum, mutatus ſit in virum alterum, & factus ita obediens, & benignus, ſolicitus, deuotus, & obſequioſus, quòd ſicut antè omnes per ipſum fuerant turbati, fuerunt poſtea de illo tam bene ędificati, quòd infra paucos dies migrauit ad Dominum, qui apparuit B. Conrado oranti, & dixit, Ora pro me F. Conrade, quia oratio tua eſt grata Deo, & Sanctis eius. Tunc F. Conradus dixit Centum pater noſter pro anima illius, quibus completis anima illa dixit, Gratias ago domino Deo, & tibi Pater chariſſime, propter orationem tuam à pœnis omnibus ſum liberata, & ad cœleſtia regna pergo.

BEATVS Chriſtophorus ex prouincia Romandiolæ, perfectæ & columbinę ſimplicitatis fuit, qui cum eſſet parochus, & ſacerdos curam animarum habens, ſeorſum B. FRANCISCVM adhuc viuentem, ſpreto mundi huius luxu, ſequutus eſt, ſuſceptaque ab eo benedictione ad Aquitaniæ partes tranſmiſſus fuit. Inerat ei profunda humilitas, pietas viſceroſa, compatiens miſeris deſtitutis, alijs pius, ſibi auſterus fuit, ſæpe lingebat vulnera, macerabat corpus ieiunijs, cilicium duriſſimum ferebat, & in omni mortificatione vultus hilaritatem ſeruabat, orationi, lectioni, vel actioni ſemper intentus, nunc in hortis excolendis, nunc in Fratrum obſequijs ſolicitus intendebat; ſibi vni cellulam ex virgis, & vili ſtramine conſtructam habebat. Miſſam omni die cum lacrymis & deuotione multa conſueuetat celebrare; ſciebat enim quòd ridendus eſt mundi curſus, in quo nil ſtabile, nilve ſecurum inuenitur. Ferunt columbam ſuper caput eius deſcendiſſe, dum Miſſam celebraret. In ciuitate Caturci præſertim, atque in eius diœceſi plurima fecit miracula.

Obiit

Obijt Caturci in Guaſconia anno ab incarnatione 1272. in vigilia omnium Sanctorum, prima noctis vigilia, perpetuò regnaturus in gloria Sanctorum: cùm iam corpore feſſus, ac propè centenarius eſſet, & (dictu mirabile) vix extra cellam ſuam vnquam viſus eſſet; fuit ita animo lætus, vt lętitia interior exterius pelluceret: poſt obitum tunica eius deuotionis cauſſa ab omnibus ſcindebatur. Suſcitauit à mortuis puerum, & quendam alium mortuum in vtero matris; in eius vitę legenda numerantur vltra triginta inſignia miracula.

B. DAMIANVS Patauinus ex nobiliſſima Comitum familia fuit, qui inuidia improborum quorundam hominum aliquando falſo crimine inſimulatus, ab Ordinis magiſtro carceri teterrimo mancipatus eſt. Verùm vbi veritas facti diuino Dei nutu patefacta in lucem prodijt, mox & integritas vitæ ſanctiſſimi hominis ex eo magis magiſque illuxit: quare tandem è cuſtodia egredienti Monaſterij Præpoſitus ſtatim occurrit; qui tum primùm veri conſcius & facti, pęnitens errori ſuo veniam poſtulauit, quod per imprudentiã iniuſtè ei tantum intuliſſet opprobrium. At ille mira animi alacritate, vtraque manu anteriorem partem tunicæ expandens, ait: En pater paratus ſum hæc omnia pro Chriſto pati. Tunc cœpit maxima ſanctitatis opinione florere, in qua ſemper vixit, & miraculis clarus obijt, Cremonæ in ſacrario Eccleſiæ conditus. Narratur de eo, quòd fuit maximæ abſtinentiæ, vt ſemel in ebdomada cibum ſumeret, tanta confectus macie, vt ferè mortuus videretur.

B. Bernardinus Aquilanus in ſuis ſer. manuſcriptis.

S. DANIEL de prouincia Calabriæ, ex oppido Beluederij, vt quidam dicunt, Principatus Biſignani, vnus è ſeptem Martyribus, qui vnà cum aliis in Cepta Africę ciuitate glorioſo martyrio coronati ſunt. Nam cùm anno 1219. celebraretur generale Capitulum ſub Honorio III. Pont. Max. Pontificatus ſui anno 4. anno verò vndecimo poſt primam Ordinis confirmationem ab Innocentio III. factam viuæ vocis oraculo, B. Pater FRANCISCVS diuino ſibi aſſiſtente pręſidio, Fratres ſuos hinc inde per vniuerſas Orbis partes dimiſit; quo tempore frequentes admodum Agarrenorum copiæ, atque ſtructæ acies Hiſpanorum ſibi vtrinque perniciem moliebantur. Daniel vnà cum alijs, qui ad fidem Chriſti prædicandam acceſſerant, coram Rege conſtitutus dicebat intrepidè, atque conſtantiſſimè hęc verba non ſemel repetebat. Nihil inferius terra niſi mors & inferi, hæc quæ videmus hic, fragilia figmenta ſunt, & inania ſimulachra. Vre, tunde, lania, idola tua non adorabimus, Chriſtum Deum verum confitemur cum Patre, & Spiritoſancto vnum: potes corpora iſta abſumere, facere autem, vt aliud ſentiamus aut loquamur, non poteris, quò magis nos affligis, magis vita æterna dignos efficis, dum nocere arbitraris, prodes: tua ſæuitia, noſtra eſt gloria, quia ſoluti de terra ad cœlum tollemur; libet interimi, vt cum Chriſto viuamus: ita nos in iſto fidei agone voti noſtri compotes erimus. Tum ad alios commilitones, ſi exercendę patientię ceſſaret occaſio, non ceſſet in nobis ipſa patiendi voluntas, & ita martyrum glorię participes eſſe merebimus.

B. DIEGO de Alcala Diœceſis Toletanæ, laicus idiota, fulget miraculis Compluti ſepultus. Inter cætera amputatum crus cuiuſdam Bruti inuentum eſt reſtitutum; à morte ſuis precibus liberauit Carolum Principem primogenitum Philippi potentiſſimi Hiſpaniarum Regis.

B. DEMETRIVS in Thana martyrio clarus.

B. DEODATVS de Ruticinio prouinciæ Aquitanię, F. Nicolaus à Sebenico Dalmata, qui annos duodecim morati ſunt in Vicaria Boſnę, deinde additis duobus alijs ſociis F. Petro Narbonenſi, & F. Stephano Genuenſi, hi diu cogitantes quomodo ſaluarent proprias animas, adhibito conſilio magiſtri Ioannis de Notho, & magiſtri Ioannis de Caſali, profecti ſunt in ciuitatem Hieruſalem anno 1391. die menſis Nouembris in feſto Sancti Martini circa horam tertiam, quod diu mente conceperant, tandem ordinato proceſſu ad lucem protulere. poſtquam peruenerunt Hieruſalem, volentes ingredi templum Salomonis non ſunt permiſſi, interrogati quid quærerent, vnanimes reſponderunt, Volumus loqui cum veſtro Cadì. i. Pontifice de ſalute animarum veſtrarum; at illi dixerunt, Venite nobiſcum, ducemus vos domum Cadì: tunc coram eo aſtantes protulerunt quaſdam pagellas litteris Latinis & Arabicis conſcriptas, quæ hanc vnam ſententiam continebant, videlicet, legem Maomethis eſſe peſſimam, & legem perditionis, vt potè quæ docet plures licere habere vxores, ideo religio veſtra eſt mentita, nec iſta ſequentes ſaluari poteſtis. Tunc Cadì vocato Guardiano montis Syon, & duobus alijs, dixit: Vos eſtis inſipientes, & omni ſtultitia pleni, niſi reuocetis quæ nunc temerè protuliſtis. cui Sancti dixerunt,

Potius

Potius parati ſumus vincula, & carceres, & mortem ipſam ſubire, quàm ne minimum quidem verbum eorum, quæ diximus, reuocare. Tunc Cadi morti eos adiudicauit, ſed prius bene percuſſos pugnis & verberibus in vincula detruſit, vbi fecit eos flagellari, & acrius cędi, nudosq; ad ſtipites ligari, ſicque manſerunt tres dies: quibus tranſactis multitudo ciuitatis acclamabat, vt iſti Fratres interficerentur, qui ſuo prophetę detraxerant. Itaque parato ingenti igne in medio foro, rurſus interrogati an vellent eſſe Saraceni, dixerunt, quòd non; tunc armati milites, qui illic adſtabant, trucidare cœperunt eorum corpora, eaq; ſic dilaniata igne concremare, ſed igne deficiente corpora diuinitus incombuſta, illæſaque remanſerunt, quamuis Saraceni quærerent vt id ignotum eſſet, lateretque Chriſtianos Paſſi ſunt autem die xiiij. menſis Nouembris anno 1392. Quo die celebratur eorum feſtum ad honorem Dei, Beatæ Virginis, & B. Patris FRANCISCI, quibus honor & gloria.

Ignis nil lædi- corpora martyrum.

B. DOMINICVS quidam glorioſus iacet in loco S. Marini prouinciæ Marchiæ in cathedrali eccleſia miraculis celebris; de quibus pręcipuè iſta feruntur. Beringarius Archipresbyter de Montefeltrio crus vnum habens graui fiſtula vlceratum nulla poterat medicorum arte vel ſtudio liberari, à medicis itaque derelictus F. Dominico ſe deuouit, & ad tumulum eius delatus, liberatus eſt. Boncompagnus de S. Marino viginti annos incuruatus meritis B. Dominici eſt erectus. Puer quidam de S. Marini partibus altero pede contractus, quem in terra complanare nequibat, meritis & precibus B. Dominici eſt curatus. iacet apud S. Marinum.

B. DONATVS Ferrarienſis obijt in conuentu Caſtri Florentini in Etruria.

B. DONATVS (cognomento non addito) obijt Neapoli, ſepultus in Capella Villanorum dextrorſum his verbis: Hic iacet corpus F. Donati viri ſancti, pro quo IESVS multa oſtendit miracula in uita. Facta eſt autem tranſlatio corporis anno 1388. in Dominica, Lætare Hieruſalem.

B. DONNVLVS vnus ex ſeptem martyribus.

B. DRODO, cui (vt fertur) Angelus ſeruiuit in Miſſa, obiit Viennæ Allobrogenſis, vulgò Delphinatus.

B. EGIDIVS Aſſiſiàs ſocius B. Patris Franciſci, de quo ſuprà.

B. EGIDIVS de Caprocijs vir magnæ ſanctitatis quieſcit Aſſiſij.

B. EGIDIVS Regienſis glorioſus obijt Tuderti.

B. ELECTVS quidam ſpiritu prophetico clarus, qui in ſuo tranſitu ſignum dedit lætitiæ, & clarę ſanctitatis. Hic prædixit D. Petro Cardinali Albanenſi, diem eius obitus, id quod poſtea rei declarauit euentus. cùm enim illum viſitaſſet, dixit ei, Hodie morieris: & ita factum eſt. & cùm in letanijs inuocarentur ſancti, cum reuerentia excipiebat, & venerabatur, cum tamen per triduum non fuiſſet locutus. Obijt feliciter in loco de Cennomanis prouinciæ Turoniæ.

B. ELECTVS quidam, cui (vt fertur) apparuit Chriſtus in ſpecie columbæ, iacet Meſſanę, qui mortuus miracula fecit.

B. ELECTVS iuuenis, qui morte appropinquante cœpit ſubmiſsè cantare, Aſcendo ad patrem meum: ſecundò altius, tertiò voce tam alta, quòd omnes Fratres commoti conuenerunt: & ita ſpiritum Deo reddidit; iacet in conuentu Bremę prouinciæ Saxoniæ.

B. ELECTVS martyr, cùm pro fidei confeſſione à Saracenis ad martyrium peteretur, Regulam S. FRANC. manibus tenens dixit ſocio, qui ſibi aderat, genibus flexis. De omnibus, quę contra iſtam Regulam feci ante oculos Diuinæ Maieſtatis, & coram te, culpabilem me proclamo: deinde ſocium ad martyrium cohortans dicebat: non exiſtimes vulgare nobis certamen proponi, ſed ne timeas. Nam licet inæqualis ſit pugna, magna tamen armorum noſtrorum virtus eſt, nouiſti bellatorum naturam, ne ſuccumbas, ne torpeſcas ad pugnam. Age ſuſcipiamus armaturam Dei, vt poſſimus reſiſtere inſidijs Diaboli, talibus armis induti ne horreamus pugnam, ne fugiamus congreſſum. Tunc ab impijs Tyrannis cum ſocio felici martyrio coronatus eſt. Felix iuuenis, qui feliciter cœpit ſemel, multò felicius conſummauit agonem. Iuuenis admodum ingreſſus eſt Ordinem, qui cùm non poſſet ſufferre ieiunia acriora, ſeipſum cohibens catena ferrea carnem ſuam edomabat, vnde omnes carnis tentationes, quibus vrgebatur, ſuperans, ſpiritum Deo ſubegit.

B. FO-

B. FORESTVS Anglicus anno 1538. Londini ſuſpendio necatus, & poſtea igne crematus, qui cùm eſſet ſummus Theologus, & concionator inſignis, Romani Pontificis primatum aſſerens, conſtantiſſimè partem Catholicam ſuſtinens impiorum manus cruentas minimè effugere potuit. vir ſanè & doctrina, & vitæ ſanctitate conſpicuus, qui poſt ſe reliquit clara ingenij ſui monimenta, vt dicemus in tertio libro.

B. FRANCISCVS cognomento Pouerellus, laicus, Venetiis in conuentu S. FR. à Vinea ianitor fuit, dum combureretur Dormitorium Nouitiorum, neq; hic poſſet aliunde euadere, inuenta eſt cappa eius incombuſta, & corpus eius integrum, quo honorificè tumulato, aſſiduis fulget miraculis.

B. FRANCISCVS Becharia Deo ita familiaris, vt cum eo familiariter loqueretur, ſicut amicus amico.

B. FRANCISCVS Dyrrhachinus laicus, vir ſummæ ſimplicitatis, qui annis ſeptē panem non comedit, ſilentij maximus obſeruator, quod legitur de Agathone Abbate, quem, lapillo aſſiduè ori eius indito, tacere didiciſſe ferunt, idque ab eo annos tres obſeruatum, vt nec etiam cùm fari vellet, expeditum ei eſſet: fuit quoque obedientiæ cultor præcipuus, de quo illud inſigne narratur. cùm enim eſſet Vriæ Apuliæ coquinarius, ea hora qua eleuabatur in eccleſia corpus Domini, neque ipſe impeditus intereſſe potuiſſet, diuinitus apertus eſt paries, quà videre potuit: Iacet Vriæ miraculis clarus.

S. FRANCISCVS de Paula natione Calaber Coſentinæ diœceſis, ex Iacobo Martorilla & Vienna de Fuſcaldo oppido non longè à Paula, modicis quidem, ſed religioſis parentibus; qui votum emiſit ad Seraphicum P. FRANCISCVM, ſi fortè ſuſciperet marem, velle Franciſci nomen imponere, & Ordini ſuo per annum conſectare, ſtatim viſa eſt media nocte fax quaſi lampas accenſa ſuper domum eorum; natus eſt ergo anno 1416. anno verò ætatis ſuæ xiij. adductus eſt à parentibus ad vrbem S. Marci ad monaſterium S. FRAN. vt votum emiſſum abſoluerent. ibique manſit per annum: quo abſoluto rogauit parentes, vt eum adducerent Aſſiſium, vt viſeret ſepulchrum S. Franciſci, & S. Mariam de Angelis, deinde rediens Paulam ad quandam eremum tranſuolauit, vbi manſit ad annum xix. ſuæ ætatis, ibiq; crudis herbis vtebatur, & aqua frigida prębebat ei potū: manſit annos quinque in ſolitudine, poſtea apparuit ei B. FRAN. docens formam conſtruendi locum non procul à Paula non ſine ope cuiuſdam ciuis Coſentini; conſtructo autem cœnobio alios ſocios ſecum adduxit, Ordinemque ſuum Minimorum vocari iuſſit: nam qui cœleſtium rerum amore incenſus erat ab ineunte ætate, ex minimo, qualem ſe in Dei, hominumq; conſpectu fecerat, magnus euaſit. Vnde etiam ob ſingularem humilitatem, qua ſemper claruit, apud ſummos Reges & Principes, cùm adhuc in mundo quaſi hoſpes peregrinaretur, fuit in pretio habitus. Spiritu prophetiæ plenus prędixit mortem Henrico Aragono, & Iulianum à Ruuere, qui poſtea Iulius II. dictus, prædixit fore Pontificem. Obijt anno 1507. in die Veneris palmarum, 2. in ſtrato fermentitio, ætatis ſuæ anno 91. miraculis vbique clariſſimus.

VERA

VERA B. FRANCISCI FABRIANENSIS
EFFIGIES.



Pronus erat Franciſco Libra in crimina fletus,
Heroem & pietas conſociauit ei.

DE B. FRANCISCO FABRIANENSI.

BEATVS Franciſcus Fabrianenſis cognomento della Libra, ex Compagno medico,& Margarita Fabrianenſibus, honeſtis parentibus natus, quorum vita qualis fuerit, ſi nulla alia extent indicia, ex tanto filio facilè poteſt intelligi. natus eſt Franciſcus Fabriani nobilis Vmbriæ oppidi Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ anno 1251. die verò 2. Septembris, qui cum ætate creſcens, poſtquam adeptus eſt humaniores litteras, quantum ætas illa patiebatur, annumque ætatis ſuæ xvj. agens ingreſſus eſt Ordinem Sancti FRANCISCI. firmiterque adhęſit veſtigijs venerabilis F. Raynerij: fuit autem iſte Raynerius primùm monachus Benedictinus, qui audita famá B. FRANC. diſpoſuit veſtigia eius ſequi: dimiſſo itaque habitu S. Benedicti ingreſſus eſt Ordinem S. FRAN. fuitque Confeſſarius eius. Hunc venerabilem Patrem Raynerium ducem habuit & præceptorem Franciſcus Fabrianenſis, ſub eiuſque diſcipliua tantum profecit, vt cùm per illud tempus contingeret, quòd generalis Miniſter mitteret Fratrem Paulum de Trincis, vt reduceret Prouinciam Marchiæ Anconitanæ ad frugalitatem & obedientiam, à qua paululùm declinauerat, adhibuerit ſibi ſocium & conſultorem F. Franc. qui in prouincia Marchiæ fuit primus Vicarius nouæ familiæ: erat enim vir integerrimæ vitæ, aſſiduę contemplationis, & multarum lacrymarum, vt ſola paſſionis Chriſti recordatio, vel peccatorum ſuorum conſideratio lacrymas commoueret. Cuius ſanctitate explorata Chiauelus illuſtris Fabriani Dominus emit locum eremitæ ducentis ducatis aureis, illumque conceſſit F. Franciſco & ſocijs eius: prouidebatque illis de victu, & veſtitu. apud quos præfatus Dominus plerunque manebat, conueniebatque cum Fratribus in choro, & in menſa, ſicque pauperem & communem vitam actitabat. Quidam affirmant S. FRANCISCVM in eodem loco commoratum. Poſtquam igitur B. Franciſcus Fabrian. vixit in Religione annos 55. menſes ſex, dies 5. obijt anno ætatis ſuæ 71. & menſe ſexto Fabriani die 20. Aprilis, anno 1322. Corpus eius integrum & incorruptum aſſeruatur in eccleſia S. Franciſci; vnde ob eximiam vitæ ſuæ ſanctitatem, quam adhuc viuens præſeferebat, colitur præcipua veneratione.

B. Raynerius Cōfeſſarius Sancti FRANC.

Chiauelus Dominus Fabriani.

B. FRANCISCVS de Maleficijs Florentinus manens Aluernæ, ſemel pręceps ruit ad prærupta montis, vt oſſa eius viderentur comminuta, & tamen illæſus redijt. Obijt glorioſus in Inſula Corſicę in mari Liguſtico.

B. FRANCISCVS Picens apud Damiatam Aegypti vrbem cùm die quadam cum Saracenis de fide Chriſti congrederetur, eosque conuinceret, aſſerens Maomethem eſſe Pſeudoprophetam, & eius legem eſſe vanam & ſuperſtitioſam, vt potè quæ ipſis obſeruatoribus viam parat damnationis æternæ, ob eam cauſam carceribus mancipatus ſpiritum Deo reddidit, & vitam glorioſo agone conſummauit.

B. FRANCISCVS Spoletinus pręgdicans Mauris Euangelium Chriſti, damnansq; vitam & legem Maomethanam, ab illis primò crudeliter tortus vt fidem Chriſtianam abnegaret, poſtea perſiſtens in confeſſione verę fidei morti fuit adiudicatus.

VITA B. FRANCISCI TICINENSIS.

Becariorum familia nobilis.

BEATVS Franciſcus Ticinenſis ex nobili familia Becaria, antequam Seraphicum Ordinem intraret, fuit militum ductor, in eoque munere obeundo tam integer fuit, vt neminem vnquam offenderit; non auri, non diuitiarum cupidus fuit, ſed paupertatis zelator ardentiſſimus, dimiſſa enim propia hæreditate, omnique faſtu depoſito, factus eſt frater Minor. Habetur de illo eximium & inſigne exemplum: cùm enim obuium aliquando habuiſſet pauperem excalceatum, detractis ſibi calceis pauperem induit, cui ille gratias agens dixit: Sis bono animo, non pigebit te forſan pauperem hominem adiuuiſſe. nec ſpe inani fuit illuſus, quia reuelatum fuit illum pauperem fuiſſe Chriſtum. Hæc erant argumenta futuræ in eo ſanctitatis. Quamobrem fuit reuelatum, vt intraret religionem cæcorum, id eſt Fratrum Minorum, qui propria voluntate facti ſunt cæci, ne videant hæc terrena, quæ à ſancto Dei ſeruitio abducunt homines. Vnde ait Dominus, SI oculus tuus ſcandalizat te, erue eum. Ita res humanas deſeruit, & eas pro nihilo habuit, ſolum

Matth. 18.

Deum

Deum puro & mundo cordis affectu ſectatus, eamq́; ſapientiam amplexatus, quæ ad ſummum & incommutabile bonum ſola perducit.

DE INGRESSV EIVS AD ORDINEM.

NIHIL magis habuit is Franciſcus in animo, quàm Deo inſeruire. Idcirco plerunque mente eleuabatur ad cœleſtem patriam, oculiſq́; irreuerberatis hæc ſecum dicebat. Quantò melius eſt omiſſis vanis, oculos eò tendere, vbi ſedes, vbi habitatio Dei veri, qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit, qui Cœlum diſtinxit aſtris fulgentibus, qui Solem ſingulare lumen in argumentum ſuæ vnicæ maieſtatis accendit, terris autem maria circunfudit, flumina ſempiterno lapſu fluere præcepit. ac demum, vt quidam ait,

Iuſsit & extendi campos, ſubſidere valles,
Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes.

Dum hæc ſecum Franciſcus cogitaret mirabili quadam voluptate perfuſus, diuino oraculo intellexit, Seraphicum Ordinem eſſe viam tutam ad promerendam vitam æternam: nam dum ipſe ſummo mane, vt ſacere ſolebat, ad eccleſiam pergeret, occurrerunt ſibi duo Fratres Minores quærentes eleemoſinam; fuerat enim ſibi à Deo reuelatum, vt illorum Fratrum Ordinem intraret, qui ipſo mane ſibi primò occurriſſent. Quo euentu commotus cœpit ardentius hortari vxorem ſuam, vt deſpecta hac mortali vita, Deo inſeruire ſtuderet, illamq́; induxit, vt ſponte abderet ſe in monaſterium ſanctimonialium, ille verò ſibi veſtigia S. FRANC. ſectanda propoſuit.

DE INSIGNI EIVS OBEDIENTIA.

PAVPERTATI ſpiritus, quæ vera humilitas eſt, incubuit B. Franciſcus. hinc ſeculo foris atque extra ſe relicto, mente intus ditata, nihil præter Chriſtum voluit habere: itaque zelator fuit & pręcipuus cultor obedientiæ, quam habuit pro ſuo fundamento, ſemetipſum abnegauit, nec ſolùm maioribus, ſed minoribus quoque ſe humiliter ſubijciebat, ſecumq́; dicebat: O ſancta obedientia quàm es accepta Deo. Felix anima, quę verè te retinet. Perire non poteſt verus obediens, qui non propria lingua, ſed plectro Spiritus ſancti loquitur. Nam quid oremus neſcimus, ipſe Spiritus poſtulat pro nobis. Semel fuit interrogatus, quid faciendum, vt vitã acquiramus? ait, DEPRIME CAPISTRVM. Hæc eadem verba nouitijs repetebat, affirmabatq́; obedientiam eſſe maiorem virtutem, quàm mortuos ſuſcitare. Manſit apud Carceres Prouincię S. FRAN. & in Monteluco, & Peruſiæ in Monte. Ad quem confluebant homines gregatim, vt conſilia ab eo caperent & monita. tum (dictu mirabile) non homines ſolùm, ſed præterea aues, & cuniculi ad eum confugiebant, eiuſq́; familiaritate vtebantur, cibum autem illis miniſtrabat, perinde ac ſi eſſent creaturæ rationales. In oratorio Eremitę lupum, animal alioqui rapax & prædę auidum, qui multa mala in illis partibus inferebat, ſumma benignitate à loco depulit. commigrauit deinde B. Franc. ad prouinciam Mediolani, vbi plures annos commoratus eſt.

Verus obediens.

Rom. 8.

Dictum notabile B. Franc. Tian.

DE EXIMIA HVMILITATE, & de prærogatiua virtutum.

FVIT humilis ſupra quàm credibile ſit, noluit enim cauſa humilitatis eſſe ſacerdos, ſed manſit ſimplex clericus, & humilibus obſequijs domi & foris ſe exercebat; nam cùm in primo ſuæ conuerſionis initio paternã hæreditatem, totamq́; ſupellectilem, quam habebat, diſtrahi feciſſet, ſibi de precio nihil reſeruauit, ſed totum pauperibus erogauit, in ſola humilitate Deoq́; ſpem, fiduciamq́; ſuam ſtatuens: itaque ſola tunica contentus erat, amabat ſolitudinem, vnde vel in Eccleſia oratione vacabat, vel in nemore, aut in cella permanebat, fugiebat colloquia vana, nullum verbum effluebat inane vel riſu dignum; eiuſq́; præſentia tam chara erat omnibus, & iucunda, vt odorem bonum vndique efflaret. erga

Magna in eo cemitas fuit.

tribulatos mira afficiebatur pietate: nullus confugiebat ad ipſum quantumuis afflictus, qui ab eo non diſcederet lætus, officium celebrabat attentè, ſeruiebat in miſſa ſacerdoti cum multa reuerentia & humilitate, ſilentium cuſtodiebat, nunquam loquebatur, niſi neceſſitas cogeret, aut alicuius commoditas poſtularet: ocium abhorrebat veluti omnium malorum ſeminarium: ſi fortè Fratres inter ſe colloquerentur videntes à longè Fratrem Franciſcum, dicebant: Frater Franciſcus venit. eo quòd illius præſentiam venerarentur. Vt verò perfectius opera diuina exequeretur, diem naturalem hunc in modũ diſtribuebat. A prima noctis hora vſque ad tertiam vacabat precibus, corporis tamen cauſa nonnihil ſomno indulgens, deinde reuertebatur ad orationem, tum in nemore contemplationi vacabat. Summæ quoque fuit abſtinentiæ, toto enim tempore vitæ ſuę ſolo pane & aqua vſus eſt, vt reſtingueret motus corporis. vix cùm eſſet ſenio & macie confectus, vſus eſt oui vel modicæ carnis eſu. circa vitam ſuam fuit auſterus, cæteris verò benignus. Alios commonebat vt ad neceſſitatem comederent, dicens: Regnum Dei non eſt eſca, & potus: ſed debemus abnegare propriam voluntatem, & nos ipſos omni creaturæ ſubijcere. ſępe illud Fratribus repetebat: FVGITE, Fratres, fugite.

Rom. 14.

DE VISIONIBVS DIVINIS, QVIBVS fuit illuſtratus, & de ſpiritu prophetia.

CVM ipſe commoraretur Veronę, antequam veniret in Prouinciam Sancti FRANCISCI, habuit quandam reuelationem, vidit enim multas animas Fratrum decedentiũ ex peſtilentia in prouincia Mediolani graſſante, vidit quoque animam F. Aloyſij Teutonici inter Choros Angelorum ſplendeſcere, qui ſemper fuerat Euangelicæ vitæ cultor eximius, celebrabatque diuina officia magna attentione, & deuotionis ſpiritu, qui poſtea deceſſit in conuentu S. Franciſci de Monte Peruſiæ. Dum ſimiliter eſſet in loco Carcerum, habuit reuelationem quòd Fratres S. Mariæ de Angelis poterant habere eleemoſynas pro ſubuentione Fratrum. Dum eſſet in loco Montis Lucis prędixit Fratres habituros locum S. Pauli diœceſis Spoletinę. in feruenti oratione videbatur multoties à terra ſubleuari, vt mortuus videretur potius quàm viuens. ideo calore ignis quandoque exanime corpus confouebant Fratres. Dum ſemel oraret in eccleſia, viſus eſt nimio ſplendore ſuperilluſtrari, vt ebrius ſpiritu videretur. Multoties vidit imaginem B. Virginis, ex cuius aſpectu multa voluptate replebatur. Semel cùm Spoleti maneret in loco Eremitę, Domina Andrea mater Nicolai V. Pont. quę manebat tunc temporis in Arce Spoleti, propenſa quadam pietate in ſanctum virum detinuit ſecum aliquot horas, & de cœleſti vita cum illo collocuta eſt: deinde vale dicens ab ea diſceſſit declinante iam die, ſocius eius hortabatur, vt Spoleti illa nocte quieſceret, & mane ad locum Eremitę abſque noctis periculo properarent. non enim erat acceſſus ad locum niſi per loca aſpera, & pręrupta montium. Ille verò diuino fretus auxilio dicebat: Eamus in nomine Domini. ſed nocte iam aduenienta mirum quomodo repentina luce fuerit illuſtratus, quæ motu quodam animali & progreſſiuo comitabatur ſeruos Dei. ſocius qui ante lucis aſpectum murmurabat, viſa luce condoluit de modica fide, & gratias egit Deo, qui non dimittit in ſe confidentes.

In diuinis celebrãdis magna comitas adhibẽda.

Magna in Deum fiducia.

QVOMODO SAEPIVS FVIT A DIABOLO perpetuo hoſte diuexatus.

PROPE Tifernum præclaram Vmbrię ciuitatem in loco Fratrum Buonripoſo nomine, dum ſanctus vir in nocte Natalis Domini feruentius oraret contemplans diuinum amorem, quo Deus humanum genus proſecutus eſt, Diabolus cœpit eum varijs tentationibus diuexare, quas ille ſpiritu Dei depellebat: ſed veluti muſcæ, quò magis abegeris, eò magis redeunt, ſic Diabolus maiores ſemper moleſtias ſeruo Dei ingerebat. ſed fracto Diabolo, victor remanſit, & ingenti lætitia potitus fuit. In loco Spinetæ dum oraret, grauiter à Diabolo fuit tentatus, tamen eum glorioſè ſuperauit. In oratorio Eremitę nouitium tentatum à Diabolo, vt locum ſecretiorem quæreret, ſuis orationibus

Diabolus eſt veluti muſca.

nibus liberauit. Multa narrantur de eo, quæ velle omnia per ordinem recenſere, longum eſſet, & operoſum.

DE SPECIALI VIRTVTE EIVS ad permouendos animos.

FVIT quoque in eo ſingularis virtus ad permouendos animos; erant enim verba eius ſpiritu Dei plena, corda hominum penetrantia. Illud inſigne narratur, cùm Frater Dominicus Genuenſis vir multæ perfectionis varias à Dæmone pateretur perturbationes, ſi officium celebrabat in choro cum alijs Fratribus, fremitu quodam aliquoties ſubſellia concutiebat, vt templum videretur contremiſcere, admonitus à reliquis Fratribus, vt adiret B. Franciſcum, nulla habita mora adiuit ſeruum Dei, qui cùm eum vidiſſet, ſpiritu prophetico plenus ait, Frater mi Dominice nonne vis pati hanc tribulationem amore Chriſti? Cognoſce vocationem tuam. multa eum humanitate excepit, eumq; cohortatus à ſe dimiſit in pace. Vis permouendi animos.

DE FELICI EIVS TRANSITV.

CVM iam tempus ſui obitus aduentaſſet, fuit ei nunciatum Fratrem Gabrielem ſuum ſocium in extremis laborare, qui de morte tam chari ſodalis condoluit, gaudebat tamen de eius gloria. Vrgente obitus die, cùm eſſet lepra percuſſus in loco Montis lucis, nunciatum fuit Fratri Andreæ prouinciali Prouinciæ S. FRANCISCI, qui ſecum adducens multos venerabiles Patres ſanctum virum adiuit, à quo petijt, vt hiſtoriam & progreſſum vitæ ſuæ recitaret, qua narrata, oculos ſuos in cœlum eleuauit, & animam Deo reddidit, relinquens poſt ſe odorem vitæ ſuæ. Domina Andrea illuſtris fœmina mater Nicolai V. Pont. (quam ſuperius memorauimus) curauit, vt corpus eius Spoletum transferretur, reluctantibus Guardiano & Fratribus loci, ne tamen populum, à quo eleemoſinam quærunt, ad indignationem prouocarent, permiſerunt; ſicque delatum eſt venerabile corpus magna veneratione, atque hominum concurſu Spoletum, tumulatumque ante fores Sancti Simonis. habuit tunc ſermonem ad populum Reuer. Pater Prouincialis adſtante magno Senatu Equitum, & optimatum, illuſtriumque virorum, qui illuc conuenerant, cantata fuit ſolennis Miſſa cum Requiem. Et quia prædixerat de ſe nullum futurum miraculum, non poſſum egregia eius facta, ſi quæ facta ſunt, narrare, quæ ad manus meas non venere. Demum tranſlatum eſt ad locum Montis Lucis, & ante ſacellum Beati Bernardini ſepultum, veluti ipſe viuens Spirituq; ſancto afflatus prædixerat. anno 1454. die decimoſexto Auguſti. multiſque miraculis illuſtratus eſt. Corpus B. Franc. magna pōpa defertur Spoletum.

B. GABRIEL Anconitanus, vir prædicatione diuini verbi, & vitæ ſanctitate illuſtris, nil habuit gratius vel ſuauius in hac mortalium vita, quàm meditari, contemplari, vel concionari ad populum. Quædam de illo narrantur admiratione digna. Domina Comitiſſa Cornea Tertiaria Anconitana, quæ laborabat morbo quodam inſanabili in manibus, iam à medicis auxiliis deſtituta, cùm nulla eſſet aliunde ſpes ſalutis, tacto palliolo ſancti viri, priſtinæ ſanitati fuit reſtituta: teſtatur id F. Valerius de Sancto Seuerino Guardianus loci Anconæ, tunc temporis, proprijs oculis, conſpexiſſe: idem quoque fatentur F. Ioannes de Corinalto, & Frater Baptiſta Matelicanus. Caſſandra de Ferretis Anconitana, nobilis fœmina, à capite ad pedes concuſſa, ſigno crucis facto à ſancto viro fuit liberata. Quoſdam alios à graui infirmitate curauit. Priorem Sancti Aegidij Anconæ tetra peſtilentiæ labe percuſſum ſanauit, & ſoſpitem reddidit. Filium cuiuſdam Clementis ciuis Anconitani à peſtilentia liberauit. Tandem cumulato probatiſſimæ vitæ merito obijt Anconæ, die primo Nouembris. Fuerunt celebratæ exequiæ ab Epiſcopo & toto Clero, quibus adſtantibus Beatus Iacobus de Marchia habuit inſignem ſermonem, monitq; ingentem lacrymarum copiā. Antequam venerabile corpus daretur ſepulturæ, quædam mulier Lucia nomine duodecim annos manum Præclara miracula.

gerens infirmam, meritis ſancti viri redijt incolumis. Ricabella nomine cæca apponens oculos ſuper pedes ſancti viri ſtatim (cunctis cernentibus) videre cœpit. Nicolaus de Rocha filiam ſuam infirmam detulit ad Sepulchrum ſancti viri, & ſanam domum adduxit. Conſtantia ſex annos ventris profluuium paſſa, ad ſepulchrum ſancti viri delata priſtinæ (Deo operante) ſanitati fuit reſtituta. Multa alia miracula narrantur inſignia manu publici tabellionis conſcripta, & fideli teſtimonio B. Iacobi de Marchia comprobata, quibus commotus Senatus Anconitanus pluribus nuncijs & litteris egit cum Eugenio IIII. ſummo Pont. vt Sanctorum Confeſſorum catalogo adſcriberetur, obtinuitque vt dies feſtus Anconæ ageretur die xi. Nouembris. obitus eius fuit anno 1450. Hodie quoque corpus eius eſt in maxima veneratione apud Anconitanos.

B. GALLVS Lector deuotus, cuius ſanctitas tanta fuit, vt puluis eius ſepulchri ægrotos ſanauerit, iacet Strigonij in Hungaria.

VERA

VERA B. GANDVLPHI MEDIOLANENSIS EFFIGIES.



Inſuber extinctus Siculis Gandulphus in oris
Signa ibi doctrinæ liquit opiſq; ſuæ.

BEATVS Gandulphus de Benaſco Mediolanenſis ſuo tempore concionator
deuotus, cuius vita ſemper probata fuit, & mores inculpati, vir magnę abſtinen-
tiæ, & aſſiduę contemplationis, cui panis & aqua plerunque cibum potumque
præbebant, rudibus veſtibus carnem ſuam edomabat, ocium fugiebat malorũ
omnium ſeminarium, in bona opera perpetuò erat intentus, vt malignus ſpiritus, hoſtis hu-
mani generis perpetuus, eum ſemper occupatum inueniret, caſtitatis fuit pe quàm ſtudio-
ſus, obedientiæ ſanctæ conſtanter & integrè addictus, paupertate & humilitate facilè

Inſignis doctrina cum ſanctitate vitæ comprobata.

omnes ſuperabat. Doctrinam Eccleſiaſticam moribus ornatiſſimis illuſtrabat, diuina quoque perfuſus ſapientia intrinſecus, ſemper cœleſtibus fruebatur delectationibus. Porrò B.Gandulphus in hoc præcipuus vt incenderet corda, & commoueret animos ad crucem Chriſti baiulandam, qui cùm anno 1260. concionaretur in oppido Policij Prouinciæ Siciliæ, obijt in die Sabbati ſancti, in hoſpitali S.Nicolai, ſepultusq; in cathedrali eccleſia, quia tunc temporis non aderat ibi locus Fratrum, qui poſtea fuit conſtructus concepta iam deuotione in B.Gandulphum, vel ab Vniuerſitate, vel (vt aliis placet) à Regina Blanca ſub titulo S.Franciſci. Corpus eius ab incolis pręcipua colitur veneratione. Cùm ego eſſem Policij an. 1584. cupiens videre illud venerabile corpus ſub tribus clauibus aſſeruatũ, quarum alteram tenet Guardianus conuentus, mirum fuit videre confluentem turbam hominum & mulierum, cùm primùm reſciuiſſent, qui ad aſpectum tam magni theſauri tundebant pectora, ſanctum inuocantes: cuius meritis incolæ magna commoda reportant.

DE PRAECIPVIS EIVS MIRACVLIS.

Miracula in obitu B. Gandulphi.

MVLTA quidem de eo narrantur miracula, quæ habentur Policij, approbata & publici notarij manu conſcripta: inter cætera verò illud narratur memorandũ, quòd in eius obitu campanę viſæ ſunt inſonare nullo trahente. Dum ipſe viuens concionem ad populum haberet, hirundinibus obſtrepentibus & garrientibus ſilentium indixit. Quidam puer grauiter ab equo percuſſus, meritis ſancti viri conualuit. Sed hoc ſilentio prętereundum non eſt, cùm eius oſſa diu latuiſſent humi, diuinitus inuenta ſunt: & dum abluerentur, (erant enim terra infecta) ſtatim medio hyeme gelſomini flores orti ſunt, diuinum odorem ſpirantes, in cuius rei inſignem memoriam tabella depicta eſt appoſita in altari non longè à tumulo ſancti viri.

B. GASPAR à Florentia, B.Thomę de Scarlino præcipuus imitator & diſcipulus, vir ſummę abſtinentię & ſimplicitatis, qui toto tempore vitę ſuæ aqua, pane, & abſynthio, vel herbis crudis vtebatur: in oratione ità erat feruens & aſſiduus, vt plerunque videretur à terra ſubleuari. Obijt an. 1477. cùm eius corpus per aliquod tempus iacuiſſet ſub humo, inuentum eſt tam recens, ac ſi eo die deceſſiſſet, floresque orti plurimi redolentes.

B. GASPAR Vrbinàs miraculis clarus, ob cuius vitę ſanctitatem ad eum deferebantur ægroti, vt ſanarentur, diabolicas tentationes ſuperauit perſeuerans in perfectione vitæ, obiit Vrbini tumulatus in loco S.Bernardini.

Inſignis religio & pietas B. Garziæ.

B. GARZIA Blandes ex prouincia Gallitię, Hiſpanus ex Lugo præclara Hiſpaniarũ vrbe, nobili genere natus, vir ſingularis religionis, contemplationis, & abſtinentiæ, ſæpe meditabatur myſteria Paſſionis Chriſti, in cuius meditatione magna afficiebatur voluptate, præcipuaq; veneratione ferebatur in B. Virginem. Dum ſemel prędicaret de remiſſione iniuriarum, quidam nobilis Eques nulla ratione adduci poterat, vt inimico ſuo dimitteret iniuriam, ſeruus Dei proſtratus ad pedes eum rogauit amore paſſionis Chriſti, vt iniuriam dimitteret. Ille illuſtratus diuinis radiis, qui à facie ſancti viri emanabant, & monitis commotus, ſtatim dimiſit iniuriam. Dum ſemel vectaretur aſello, ſocius qui pedeſter eum comitabatur, cœpit ſecum murmurare, ſeruus Dei deſcendit, & dixit ſocio, vt cõſcenderet iumentum: admiratus ſocius dixit culpam ſuam de murmure. Tandem poſt multa pręclarè ab eo geſta obijt in conuentu Orenſi, & reliquit poſt ſe exemplum ſanctitatis, deinde trãſlatum eſt corpus ad monaſterium S. Claræ de Allariz, vbi erant multę ſanctimoniales Deo ſeruientes. inter cęteras verò vna erat multis infirmitatibus pergrauata, quę tandẽ precib. & meritis ſancti viri liberata fuit. Leonora Salgada in dicto monaſterio graui morbo detẽta, fuit ſanitati reſtituta pcibus B.Garzię: multa alia miracula fecit, q̃ breuitatis cauſſa omitto.

B. GENTILIS Picens Prouincię Marchię Anconitanę, in partibus Babylonię martyrio coronatus eſt in ciuitate Torris, cuius oſſa tranſlata ſunt Venetias; & in eccleſia Fratrum Minorum condita in Capella S. Hieronymi ſub altari, vbi etiam ſunt tria capita vndecim millium Virginum: tranſlatã ſunt autem oſſa à Domino Marco Cornelio, qui poſtea fuit Dux Venetiarum, & meritis atque inuocatione Sancti huius duos filios ſuſcepit.

n Rodulphus Venetus.

B. GERARDVS Mutinenſis, vitę ſanctitate, & prędicatione inſignis. Illud enim de illo narratur. Rodulphus quidam nobilis Venetus, dũ ab illo prędicaretur de laudib. & prę rogatiua virtutũ B. FRANCISCI, iratus eſt, vnde indignabundus domum redijt, ſomnoq; arreptus eſt, tum per quietem intellexit ex oſtenſa ſibi viſione maximam ſanctitatem B.FRANCISCI, ob eamq; cauſam ædificari iuſſit locum S.Franciſci Venetijs in honorem

honorem eius, & omnibus ſuis bonis pauperibus erogatis, factus eſt Frater Minor. Vxor vero eius in Monaſterio S. Claræ ceſſit cum aſſenſu viri, & ita vterque ſeruiuit Domino in omni ſanctitate, & religione. Claruit B. Gerardus multis quidem miraculis, quorum tamẽ memoria non habetur. obijt Mutinæ in conuentu S. Franciſci, & in æde tumulatus quæ conſtructa eſt anno 1243. die 12. Martij ſub Innocentio IIII. Pont. Max. & Friderico Imperatore, vt inferius ſuo loco dicemus, cùm agetur de locorum origine. Auct. Conf.

VERA B. GERARDI VALENTINI EFFIGIES.



DE B. GERARDO VALENTINO.

Vitam Sancti huius ſcripſit elegãti ſtylo F. Bartholomęus Piſanus. & Volaterranus quædã tangit lib. 21. Anthropologiæ.

BEATVS Gerardus à Valentia oppido Padi ex nobili Cagnolorum familia oriundus, vir quidem idiota, ſed ſanctitate vitæ notiſſimus, qui dum adhuc puer eſſet anno ſuæ ætatis decimo, patre iam vita functò, matri podagra & phtiſi laboranti ſeruiuit, & cum omni humilitate & reuerentia (vt decet) adſtitit: paulò pòſt matre etiam decedente, eius conſanguinei commonebant, vt matrimonio iungeretur, qui intrepidè & conſtanter abnuit, & facultatibus ſuis pauperibus erogatis, ſola tunica & ea quidem protrita & vili in habitu peregrini Romæ primùm, deinde Neapoli, poſtea in Sicilia in monte Ethnęo in quodam eremitorio pauperem vitam tranſegit. Demum Panormum profectus, ibique propenſa pietate & deuotione in B. Ludouicum confeſſorem, iam quadragenarius ordinem profeſſus Minorum, habitu conuerſi ſiue laici annos 35. perſanctè vixit, & in vitæ ſanctitate perſeuerauit.

DE ABSTINENTIA EIVS, ET
de eius miraculis vitæ ſanctitatem approbantibus.

Miracula B. Gerardi.

FVIT B. Gerardus vitæ auſterę, ſolo habitu rudi, & cilicio aſpero, die ac nocte, carnem ſuam in ſpiritus ſeruitutem redigens, quique exactiſſima frugalitatis norma, & acri viuendi ratione ſe regebat in omni ſanctitate. Quem Deus clariſſimis miraculis illuſtrauit. Lymphatos, morbisq; aliis oppreſſos, adhuc viuens curauit: Fratrem Ioannem Catanenſem, calculo laborantem ſua oratione ad ſanitatem reſtituit. Henricum de Abbatibus Iuſtitiarium ciuitatis Panormi, infirmum ad mortem, à morte liberauit. Comitiſſam Panormitanam doloribus partus vexatam, ſanitati ſuis precibus reſtituit. Habuit quoque ſpiritum prophetiæ, & multa euentura prædixit. Ad inuocationem S. Ludouici, cuius ipſe præcipuus cultor fuit, ſanauit infirmos. Petrum Antiochenſem Cancellarium Regis Siciliæ, ſuis precibus ſanitati reſtituit. Diana annos triginta à Dęmone obſeſſa annos 16. per deſerta errabunda Piſis, vbi eſt brachium ſancti viri, ante imaginem eius perſeuerans in oratione, anno 1345. infra octauam Apoſtolorum Petri & Pauli, fuit liberata.

Multa prædixit.

DE FELICI EIVS OBITV.

OBIIT autem ſanctus vir Panormi plenus ætate & meritis anno ſuæ ætatis .75. anno verò ab Incarnatione 1343. die 29. Decembris, in feſto S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, die Dominico ad horam propè tertiam: tumulatusq; eſt in æde D. Franciſci: cuius corpus repleuit magna fragrantia totam ciuitatem. oſſa eius in quadam capſa aſſeruantur, in quodam altari, omni veneratione digna. Frater Laurentius Marcheſius ſacerdos, & Frater Conſtantius laicus Panormitanus ſocii B. Gerardi, venientes Aſſiſium deuotionis gratia detulerunt brachium Sancti huius Piſas, quò naue aducti peruenerunt, ibique ſeruatur. Habetur effigies eius ad viuum expreſſa Panormi, in Conuentu Sancti FRANCISCI, in clauſtro inferiori, & in ſuperiori dormitorio rimoſo & collabente.

B. GISMVNDVS ſanctitate & miraculis inſignis ſitus eſt in antiquiori loco Syluæ Melfiæ, cuius corpus tranſlatum eſt in eccleſiam S. Stephani, inuentum diuinitus reuelatione facta cuidam mulieri.

B. GONSALVVS Hiſpanus in Aegypto martyrio coronatus.

B. GONSALVVS Sancij ex Prouincia S. Iacobi nobilis quidẽ genere, ſed toto tempore vitæ ſuæ latro fuit peſſimus, tandem feruenti oratione ad Deum, factus eſt Frater Minor, & viuens & mortuus (Deo operante) miracula fecit.

B. GONSALVVS Marinus Luſitanus, relicto principatu terreno, factus eſt Frater Minor, in ſumma religione, obedientia, & ſanctitate viuens.

B. GRA-

B. GRATIANVS B. Egidij fidelis ſocius (quantum ex actibus eius colligere potui) præfulſit multis miraculis. inter cætera curauit quendam nobilem, qui apoſtema deferebat in altero pede, nam eo exoſculato, & ſigno crucis conſignato, liberauit à morbo,

B. GRATIANVS ex Prouincia Romandiolæ multa preclara egit, vir ſanè meræ ſimplicitatis cultor, B. Aegidij diſcipulus, & miraculis clarus, iacet Auximi, de quibus iſta feruntur. Auximi puerum altero oculo priuatum, ſigno crucis (cunctis cernentibus, & præ magnitudine miraculi ſtupentibus) illuminauit: phreneſi laborantem curauit; gibboſum quendam de Ripa Tranſonum tacto vlcere priſtinæ ſanitati reſtituit, & gibbum manu impoſita penitus complanauit. Iuuenem quendam de Caſtigneto ſibi delatum curauit. Dum ſemel concionem haberet apud Trabem Bonantis, ingruente pluuia, & turbine irruente, adſtantes in fugam ſe conuertentes ad ſe vocauit, & ab eo facta oratione, ſtatim diuiſa eſt pluuia, & Sol adſtantes irradiare cœpit. quod miraculi loco adſcriptũ fuit. Miracula B. Gratiani.

B. GREGORIVS de Iadera in Bulgaria martyrio clarus,

B. GVALTERIVS Epiſcopus Taruiſij.

B. GVALTERIVS de Brugis prouinciæ Turoniæ prouincialis, deinde Pictauenſis Epiſcopus creatus à Nicolao III. Pont. Max. tametſi renueret, vitæ ſanctitate & doctrina innotuit, necnon miraculis claruit, nam cecos illuminauit, & multa alia ſigna fecit: preſertim verò gratiam habuit ſpecialem liberandi homines à quartana. Viſa eſt aliquando columba candida caput eius conſcendere. Scripſit ſuper quatuor lib. Sent. Quolib. libros duos: ſermones ad ſtatus, quos Alexander huius nominis Quartus approbauit, & rudimenta pro concionatoribus contexuit. obijt Pictauij. Narratur, quòd cùm à Clemente VI. Pont. Max. fuiſſet abdicatus, moriens ſchedulam in manu retinuit, quę à nemine potuit extrahi, niſi ab ipſo Domino Papa, qui legens verba inuenit, quòd erat citatus ab ipſo Epiſcopo ante Tribunal Chriſti, qui paulò poſt obijt apud Rocham Mautam 12. Cal. Maij, anno 1314. Miracula B. Gualterij. Nota.

B. GVALTERIVS vnus ex ijs Fratribus, qui à B. FRAN. miſſus fuit in Hiſpaniã, in conuentu Vinatenſi miracula fecit, inter quæ hoc vnum eſt, quòd oleum de ſepulchro eius emanauit, nec corpus illud venerabile potuit vnquam amoueri à loco, quamuis multi fruſtra niterentur.

B. GVILIELMVS Anglicus B. P. FRANCISCI diſcipulus, viuens miraculis claruit; nam diuino conſilio, velut alter Matthias, collegio diſcipulorum loco Ioannis Capellę annumeratus fuit: qui, vt alter Iudas, laqueo ſe ſuſpenderat, vt ſuperius diximus.

B. GVILIELMVS à Caſtromatis prouincię Terrelaboris, dum fidem Chriſti prædicat inter Saracenos, per medium ſectus glorioſo martyrio coronatur, deiude corpus eius combuſtum anno 1369.

B. GVILIELMVS de Cordela iacet in domo Tuſcanellæ in patrimonio S. Petri in Etruria: teſtatus eſt F. Gentilis de Diruta cecum ab ipſo fuiſſe illuminatum, dum publicè prædicaret in foro Tuſcanellæ, ſigno crucis illi facto, qui illuminatus mox cœpit laudes decantare. Eodem die vir quidam humeris complicatis, ſigno crucis ab illo edito erectus eſt, & dans gloriam Deo ad propria cum gaudio reuerſus eſt.

B. GVILIELMVS Coronatus iacet Tuderti, ſanctitate inſignis, qui Ioannem à Muro Cardinalem à morbo ſuis precibus liberauit, & duos mortuos ſuſcitauit.

B. GVILIELMVS à Cortimilio Ligurię oppido iacet Bononiæ in æde D. Franciſci, ante aram maiorem, vt ferunt.

B. GVILIELMVS quidam iacet Sicli in Sicilia, in cuſtodia Syracuſana, in Comitatu Moticæ, qui viuens & mortuus miraculis claruit, & habet virtutem ſpecialem ſanandi crepundijs laborantes. habetur in veneratione ab incolis.

B. GVILIELMVS à Radicophano Prouinciæ Tuſciæ, in cuius capitis cacumine viſus eſt ignis accenſus, iacet in ſacro Aluernæ Monte.

B. GVIDVS Cortonenſis B. FRAN. ſocius, Cortonæ religioſis parentibus natus, ab ineunte ætate pietatem & caſtitatem coluit. Cùm verò S. FRANCISCVS, cuius tunc ſanctitatis fama vigebat, in eam vrbem veniſſet, illius predicatione ad mũdi contemptum, & Chriſtianæ Religionis deſiderium incenſus eſt, renunciansque omnibus quæ poſſidebat, ab eo ſanctæ Religionis habitum ſuſcepit, poſtea in ſolitarium locum extra ciuitatem, qui Cellæ dicitur, cum B. FRAN. ſecedens, ibidem piorum quorundam eleemoſinis domicilium humile conſtruxit, & cùm per id temporis accideret B. Franciſcum illinc Ingreſſus eius ad Ordinem.

recedere,

recedere, F. Guidum fratribus cæteris, qui aderant, plurimùm commendatum fecit. Quo in loco ieiuniis, & orationibus vacans, ſacris ordinibus initiatus eſt; Aſſiſium deinde venit ad B. FRANC. à quo prædicandi facultatem accepit: Hinc Cortonæ primùm prædicationi operam dedit, qua in vrbe miraculis, doctrina, & ſanctitate vitę mirabiliter fulſit: ibique accumulato ſibi merito ſexagenarius obijt. prædixit triduo antè ſuum obitum. Cuius corpus à Cortonenſibus cum hymnis & canticis, à loco Cællæ, ad cathedralem eccleſiam delatum eſt, & marmoreo tumulo conditum. Aretinis autem fuit ſemper cum Cortonenſibus perpetuum bellum vſque ad Ioannem XXII. qui Cortonam vrbem fecit, diuiſitque agrum Aretinum à Cortonenſi, & hac via ſeditiones factionesq; ſedauit, & tam graui morbo occurrit. Cùm itaque Aretini Cortonam inuaderent, territi Cortonenſes, ne tam venerabilis theſaurus amitteretur, caput B. Guidi in puteum linteo tamen inuolutum proiecere: ibiq; tres annos latuit, diuinitusq; fuit poſtea inuentum. Vnde habetur in maxima veneratione & colitur, Noſtris diebus ad petitionem Guilielmi Serleti Card. Illuſtriſs. conceſſum eſt à Gregorio XIII. Pont. Max. vt feſtum inuentionis eius celebretur pridie idus Iunij Cortonæ, & in tota eius diœceſi. Porrò fuit B. Guidus altiſſimæ contemplationis, vnde ſæpius viſus eſt eleuari à terra, dum contemplaretur, nec caruit ſpiritu prophetiæ.

Facultatem accipit prædicandi.

Cortona fit ciuitas.

B. GVIDVS alter cuius patriam, & præclara opera non inuenio, iacet in loco Bitonij prouinciæ S. Franciſci.

B. GVIDVS de Florentia, quamuis alij affirment fuiſſe Senenſem, nam de eius patria eſt quædam contentio, vir fuit perfectæ obedientiæ; hic ſiquidem nulla in re vel leui vnquam voluit vti arbitrio propriæ voluntatis, & quamuis eſſet laicus, ſiue, vt dicunt, conuerſus, non tamen fuit ſine ſpiritu prophetiæ, nam prædixit diem obitus ſui Fratribus: afficiebatur mirando cordis affectu aduerſus Chriſti pauperes, ac dum eſſet ianitor, non poterat æquo animo ferre, vt pauperes Chriſti ante ianuam diutius ſtarent.

B. GVIDO Vulſinienſis ſitus eſt in loco Columbari in Tuſcia, cui à Deo reuelatum fuit de ſecta Fraticellorum, de qua pluries fiet mentio in præſenti opere.

VERA

VERA B. GVIDI DE SPATHIS BONONIENSIS EFFIGIES.



Vt ſemper Chriſti mortem, clauosq́; ferebat
Corde, pia clauum ſic tulit vſque manu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

B. GVI-

B. GVIDONIS DE SPATHIS BONONIENSIS vita, carmine male tornato deſcripta.

BEATVS Guido de Spathis Bononienſis fuit, qui in memoriã Paſſionis IESV Chriſti clauum manu aſſiduè gerebat; ſentiebat enim ſibi liquefieri cor præ diuina dulcedine, & ſola recordatione feruebat ob aſpectũ ſanguinei claui, quẽ D. Ambroſius Romæ felici Spiritus ſancti flatu, ductu Angeli, mirabiliter adinuenit, qui hodie quoq; Mediolani in maiori Eccleſia ad maiorem aram ſuſpenſus cernitur. Obijt autem B. Guido Bononiæ, & in Eccleſia S. Franciſci ſitus eſt, ibidemque effigies eius depicta habetur, & in parua quadam tabella exeſa habentur ſubiecti verſus male tornati, quibus tamen vita, & geſta eius præclara narrantur.

Panditur hic fructus Franciſci mundo productus,
Aethereum præconem nouimus te fuiſſe Guidonem,
Præ eunctis humilem, celſum, moribusq; ſublimem:
De lumine lumen prodijt hoc germen,
Splendor in populo clauditur hoc tumulo,

Verba eius erant ignita, & corda hominum penetrantia.

Auctor vbique pacis, linguæ ſanctiſſimæ facis;
Tu montium colles, contriſti nouiſſima, valles,
Diſcordes placans, guerrarumq; odia ſedans:
Et ſic odor Chriſti claruit, vbicunque fuiſti.

Conuerſio ſenſatæ ciuitatis.i. Bononiæ, de qua illud circunfertur, BONONIA DOCET.

Ciuitas ſenſata plaudet per te decorata,
Nam deſolata minis fuerat priuata diuinis:

Fuit Bononia anathemate percuſſa.

Erat auerſatrix errans ab vtero matris.
Per Guidonis gratiam ſuſcipitur in filiam.
Eius nempè meritis canit in officijs.
Ergo ſis grata adimplens monita ſancta,
Quæ Guido ſeruit, dum prædicando floruit.

Hic conciliauit Bononiẽſes inter ſe diſſidẽtes, eoſque mouit ad pacis fœdera. Nam hic populus male parens, factionibus ſtudens, ſępe tumultuauit: nũc Bentiuolij, nunc Cannetuli ſeu Iãbeccarij illic tyrannidem exercuere. Martinus V. vrbem amiſit, Eugenius IIII. recuperauit; deinde Nicolaum Piciniinũ, pulſo præſidio Eccleſiæ, cum equitatu intromiſere, nec Picininus longo tempore placuit: Franciſcus eius filius hic captus malo modo mulctatus eſt. Nec mora oborto tumultu fugatis Cannetuli partibus, Bentiuolij, & Maluetij, & Maliſcotti Vrbis Principes facti ſunt.

Docuit te quidem pacis aſtringere fidem,
Vt pietatis amor, necnon clementiæ decor
In te ſic vigeat, vt charitas appareat.
Cuncta Deus ponderat, omnia conſiderat,
Aperit, & claudit gemitus frequenter exaudit,
Angelicum virum recole per omnia mirum,
Publicas conuertens, publicanosq;, & ſæuientes.
Hunc Deus elegit, qui corda ſaxea fregit,

Miracula facit.

Quod probant ſigna, vitaq; præconio digna.
Duos tulit languores, varioſq; labores
Eſuriens, ſitiens, gaudia proficiens.
Zelus animarum pondus fecit omne pręclarum.

Cum in frequenti populo concionaretur, inuectus eſt in vſurarios ſacrilegos tam acri vultu, rigida fronte, geſtu & voce, vt omnes deterreret.

Quos Dæmon obtexit, hos ad ſalubria vexit,
Profuit exemplis, non minus quàm documentis.
Et vrbs in monte ſita profuit celeberrima vita;
Nam accenſa lampas fũdit neceſſario vampas.
A puero cœpit atque Chriſtum corde recepit,
Curſum perfecit, ad finem vſque profecit;
Pauper tu pater, mæſtorum tu pia mater,

Captiuos

Captiuos redimens, morituros non derelinquens.
Sic tempus expendit, nouit qui cruce pependit.
Vt nil ocio daret, horarum nec quam fœdaret,
Ad contemplatiuam deuenit ſicut & actiuam.
Vt guſtans arcana prædiceret multa prophana.
Amico fido tibi ſit Bononia Guido.

B. HERMANNVS iacet Fulginei, qui viuens, & mortuus miraculis celebris habetur: de cuius ſepulchro aqua guttatim manat, cùm tamen in lapide nulla appareat ſciſſura: cuius meritis Bonauentura, qui contractus erat, ad tumulum ſancti viri delatus, ſanitati fuit reſtitutus. Puellam etiam quandam contractam ſanauit.

B. HERMANNVS de Gerſtaſem Germanus Saxo obijt miraculis inſignis in Muluſen anno 1287. in hoc præfulſit mira humilitas, & tam arcta paupertas, vt nullius rei, niſi eius quàm extrema paupertas requirebat, ſibi vſum vel commodum applicaret pane & aqua contentus, conſilia pro animarum ſalute ſemper impendebat, dulci ſolatio reficiebat animas: multos à morte reuocauit ad vitam, cæcos illuminauit, tres mulieres ab infirmitate graui curauit: mutis loquelam reſtituit, decem & ſeptem claudos curauit. Multa alia & egregia miracula fecit Dominus per merita ſancti viri. Humilitas ſancti viri.

B. HERVAEVS Toletanus ex prouincia Caſtellæ miraculis celebris. Inter cætera puerum mortuum ſuſcitauit, cuius ſepulchri puluis liberat à febre tertiana.

B. HIEREMIAS martyr in Syria.

B. HIERONYMVS Garibbus de Nicia Doctor Theologus obijt Bononiæ, vbi habentur eius oſſa condita in Capella crucifixi.

B. HONVPHRIVS laicus de Sagiano agri Senenſis, vir magnæ abſtinentiæ, ſola aqua & pane contentus, vitæ exemplaris, frequentis orationis & contemplationis, ſpiritu prophetiæ afflatus: prædixit multas tribulationes futuras Nurſinis rẽpore Pauli II. Pont. fuit viuens, & mortuus clarus miraculis.

B. HVGO de Digna vitæ ſublimis & doctrinę efficaciſſimæ, compoſuit librum de triplici via, & Regulam B. Franciſci mirè expoſuit, tractatum de paupertate inter zelatorem paupertatis, & inimicum domeſticum: ſignis clarus. Maſſiliæ quieſcit.

S. HVGOLINVS vnus ex ſeptem martyribus.

B. HVMILIS Peruſinus obijt Florentiæ, & miraculis claruit, qui diuina reuelatione Ordinem intrauit, & diuino oraculo edoctus fuit, vt teneret vitam communem, Fratrum conſortia fugeret, neque illos iudicaret de eorum defectibus.

B. IACOBVS à Bario Apuliæ obijt in loco Pupij in Cluſentino Tuſciæ.

B. IACOBVS Aſſiſiàs iacet in loco Fogiæ Apuliæ miraculis clarus, de quo hoc præcipuè narratur, quòd mulier quędam Burgenſis cùm morbo fiſtulæ grauiſſimè laboraret, B. Iacobo humiliter ſe deuouit, & voto emiſſo (multis cernentibus) ſanitati reſtituta eſt. Philippus campſor de Fogia laborans quartana, à medicisq́; deſtitutus, liberatus eſt meritis B. Iacobi. Mattheus de Fogia morbo graui in crure laborans vouit ſe B. Iacobo, à quo ſanitatem recepit. Miracula Beati Iacobi.

B. IACOBVS ex Falerono magiſter B. Ioannis Lauernicolę Picens obiit Muliani in Piceno miraculis clarus, qui iucunda & læta facie migrauit ad Dominum iis verbis: O in pace, ô in idipſum, dormiam & requieſcam. obiit autem menſe Iulio in vigilia Sancti Iacobi Apoſtoli.

B. IACOBVS Florentinus Epiſcopus Zentonenſis, cum duobus alijs Fratribus, pro fide Chriſti, à Neſtorianis hæreticis detentus eſt: atque ita illi fame & terroribus afflicti, cum palma denique martyrij, animas Deo reddiderunt anno 1362.

B. IACOBVS de Maſſa laicus vir magnę ſanctitatis, qui fuit cum S. Clara, & cũ multis Sanctis. Cùm ſemel peteret à B. Egidio quomodo ſe deberet habere in raptu, reſpõdit B. Egidius, vti erat facili & prompto ingenio: Nec addas, nec diminuas, & fuge multitudinem quantum potes: perinde ac ſi dixiſſet, cùm mens eſt apta introduci ad glorioſa illa lumina diuinę bonitatis, nec debet aliquid addere per conatum præſumptionis, nec minuere per negligentiam: debet quoque diligere ſolitudinem, ſi vult gratiam cuſtodire. Conſilium ſingulare B. Egidij.

VITA B. IACOBI DE PROVINCIA MARCHIAE, & primo de eius ortu, & de ingreſſu ad Ordinem S. FRANCISCI.

BEATVS Iacobus à Montebrandone oppido in Marchia Anconitana miliaribus nouem ab Offida diſtanti ex Ruſſio patre, & Tona matre tenuibus quidem parentibus natus eſt anno 1391. ignobili & obſcuro genere; fuit enim Vpilio vſque ad annum ſeptimum ſuæ ætatis. Primùm Offidæ traditus eſt à parentibus cuidam presbytero imbuendus litteris & bonis moribus, cumque attigiſſet prima litterarum rudimenta, quantum illa ætas patiebatur, deinde Aſculi humanioribus litteris incubuit, poſt earum adeptionem Peruſiam ſe contulit ad ſolidiora ſtudia, ibique artibus liberalibus operam dedit, & breui doctus vir euaſit.

Varia in ætate iuuenili viciſſitudo.

Verùm quia Iacobus pauper erat (vt modò dictum eſt) cogebatur pueros inſtituere, adhæſitque in ea vrbe cuidam ciui egregio, qui cùm electus fuiſſet Præfectus Florentiæ, ſecum duxit Iacobum, eumque ſubſtituit in damnis illatis; timuit autem ſibi Iacobus, ne in obeundo tam difficili & arduo munere, incurreret aliquod vitæ diſcrimen, vnde diſpoſuit diuino fretus auxilio Deo inſeruire: ſtatimq; adiuit priorem Cartuſiæ Florentiæ, non longè ab vrbe, cùm vix annum vigeſimum ſuæ ætatis attingeret.

Habuit in animo intrare Ordinem Cartuſiorum.

Prior ille interrogauit Iacobum, multaque de religione percunctatus eſt, explorataque iuuenis intentione & firmo propoſito, commonuit, vt perſiſteret in ſancto conſilio. Poſt aliquot dies diſpoſuit redire in patriam, & tranſiens per Vmbriam viſitauit locum Sanctæ Mariæ de Angelis, vbi Beatus Pater FRANCISCVS vita functus eſt. Ibi Iacobus, qui mente conceperat ſeruire Deo, præmiſſa oratione, diuino fuit illuſtratus auxilio, vt Franciſcanum habitum aſſumeret, qui à ſuperiori illius loci fuit ei conceſſus in Choro Eccleſiæ, coram Fratribus loci: Quo aſſumpto miſſus eſt ad locum Carcerum in annum probationis; eſt enim locus ille nouitiorum: Vbi manſit Frater Iacobus in multa abſtinentia viuens, & in aſſidua oratione ſe exercens, quæ in eo fuerunt indicia futuræ ſanctitatis. abſoluto probationis anno, in loco Sanctæ Mariæ de Angelis, vbi acceperat habitum, ſolenniter profeſſus eſt. Poſt annos tres ordinatus eſt ſacerdos, ſimulque accepit publicum concionandi munus, quod annos ferè quadraginta magna cum laude & dignitate exequutus eſt.

Accipit publicũ concionandi munus.

Vbique prædicabat, vt ſe occaſio obtuliſſet: quando non aderant ſeculares, Fratribus concionem habebat. Erant verba eius ſpiritu plena, interiora animi penetrantia. Duodecim annos extra Italiam concionatus eſt. Tum Hungariam penetrauit, cumque linguam ignoraret, per interpretem turbas alloquebatur, magnamque audientiam & gratiam apud omnes adeptus eſt. cùm de vanitate mulierum atque virorum apud Budam ſermonem haberet, & cùm diu de vanitate humana dixiſſet, tandemque nihil eſſe hominem oſtendiſſet, caput cadaueris, quod in pulpito abſconderat, deprompſit inquiens: Gloriamini quantum vultis homines, in hanc tamen formam pulchritudinemque conuertamini neceſſe eſt.

Pius II. de viris illuſtr.

Sed cùm Budæ contentio eſſet inter Hungaros & Teutonicos, totaque ciuitas eſſet in armis, Crucifixum is ſecum attulit, hortatusque eſt eos ardentius, vt dimiſſis odijs ob reuerentiam Crucifixi ad pacis redirent vnionem. Hungari inſolentiores effecti tanquam felicius pugnaturi, & monachum & Crucifixum extollentes inſecuti ſunt Teutonicos non ſine ingenti cæde. De quo ait Aeneas Syluius: Euangelizabat tunc temporis Budenſibus Iacobus Marchianus litteris & vitæ ſanctimonia clarus, qui furenti, armatoque populo obuiam factus, vt cędi parcant, & rapinis abſtineant, & arma deponant, ſupplex orat.

Syluius in deſcriptione Europæ.

Reuerſus in Italiam dum ſemel Mediolani in die S. Mariæ Magdalenę prophanas mulieres ciuitatis ad concionem vocaſſet, eas conuertit inſigni exemplo: inuenit pro eleemoſina tria millia ducatorum pro conſtruenda domo illarum, quæ hodie quoque ſeruata & aucta eſt. Mortuo Archiepiſcopo Mediolani, rogatus à populo & Clero vt dignitatem acceptaret, noluit, & furtim diſceſſit dicens, ſe à Deo miſſum, vt multis ciuitatibus prædicaret; Diuum Bernardinum imitatus, cuius diſcipulus & imitator fuit, cum quo aliquoties panem quæſiuit, vt ipſemet fatetur. Anno 1466. die ſecundo Iulij, venit Aquilam Marſorum vrbem, vbi ab Aquilanis obuiam ei factis perhumaniter fuit exceptus, ibique maximo plauſu prędicauit,

dicauit, cohortans Aquilanos ad perficiendam & abſoluendam eccleſiam, quam inchoauerant, in honorem Sancti Bernardini Senenſis: abſoluto ſermone, initum eſt conſilium publicum, cautumque ab Aquilanis, vt gabella Zafferani ad annos decem deputetur pro conſtructione tam magnifici Templi, & ipſe F. Iacobus primarium lapidem iniecit, nonnulloſq; ordines conſtituit pro monte pietatis. De mandato ſummi Pontificis ter profectus eſt in Hungariam miſſus ab Eugenio IIII. Nicolao V. & Calixto III. Sermones plures habuit in Dalmatiæ, Coruatiæ, & Boſnæ partibus, necnon in partibus Poloniæ & tota Alemania, ſed tanta pietate, vt plures ad fidem Chriſti conuerterit: fuit in eo ſemper vſque ad extremum vitæ, feruens deſiderium conuertendi animas. Multa in Alemania conſtruxit monaſteria, conuertit multos hęreticos. longum eſſet enarrare, quæ ipſe fecit, ſcripſit, prædicauit, & docuit in partibus Alemaniæ, & in tota Itália, & in prouincia Marchię præſertim, vbi hęretici eum ſæpius quæſiuerunt interficere. In oppido Matclicę dum prędicaret feruentiſſimè inuectus in nefarium ſcelus ſodomię, quidam qui hoc crimine laborabat, decreuerat ſanctum virum trucidare, dumq; latitans expectaret ſeruum Dei illac tranſiturum, aſpectu cuiuſdam imaginis ita perterrefactus eſt, vt ſemimortuus ceciderit, atque ita ſeruus Dei tutus incolumiſq; euaſit. Multa quoque paſſus eſt aduerſa Fabriani, & Aſculi: duram autem & acerrimam tribulationẽ tulit tempore Pij II. Pont. Max. quę durauit ſex menſes, dum ipſe magno hominum concurſu prædicaret Brixiæ de ſanguine Chriſti, vbi ob eam cauſam ſubſecuta eſt inſignis quædam diſputatio inter Prædicatores & Minores, quę etiam Romam coram ſummo Pontifice protracta eſt, eamq; cùm ſit digna ſcitu, ſubijciam.

DISCEPTATIO ROMÆ HABITA

coram Summo Pontifice Pio II.

An ſanguis Chriſti pretioſiſſimus in triduo paſſionis à corpore ſeparatus, diuinitati vnitus perſeuerauerit.

ANNO MCCCCLXIII. apud Brixiam claram Ciſalpinę Galliæ ciuitatem prędicabat B. Iacobus ætate iam prouecta in die ſancto Paſchę, dixitq; pretioſum Chriſti ſanguinem in triduo paſſionis, dum iacuit in terra ſparſus, indignum fuiſſe latrię cultu, quoniam fuſus & à corpore Dominico ſeparatus, hypoſtaticam Verbi vnionẽ protinus amiſiſſet. Publicatus ſermo eſt ad aures Inquiſitoris Ordinis Prædicatorum, qui mandauit Iacobo, vt reuocaret errorem. Hic cùm annos quadraginta ſine reprehẽſione verbum Dei acceptus in populis prędicaſſet, fructumque attuliſſet non modicum Chriſtianę religioni, durum ſibi videbatur cogi ad contrariam ſententiam: itaq; ſequenti die ſuggeſtum conſcendens multa dixit, qnia licet vir bonus etiam famam, vbi opus eſt, cõtemnere nouiſſet, mons tamen tactus fumigat, ideo Inquiſitorem tanquam hæreticum incuſabat, adducens pro ſua ſententia Franciſcum Maronium, Richardum & alios, qni de ſanguine IESV ea continebant, quę à ſe fuerant prædicata. Creuit hoc facto contentio in populo, interpoſuit Epiſcopus loci vices ſuas, neque ſedare tumultum potuit. Res ad Apoſtolicam Sedem reijcitur. Pius conſulente Senatu vtrique parti ſilentium imponit, Præfectiſq; Ordinis vtriuſq; mandat in termino, vt doctiſſimos Theologos vtrinq; ad curiam mittant. Erat tunc Generalis Ordinis F. Iacobus Sarzuela Hiſpanus. Iubentur Prædicatores, ac Minores bis ternos eligere, qui ſimul congredientes in vtranque partem quæſtionis articulum diſputantes inuertant: Inter Prædicatores præcipuæ diſpntandi partes Gabrieli Catalano ſunt attributæ: Inter Minores Franciſco Saonenſi: vterque Philoſophus, vterque Theologus peritiſſimus habebatur. Aduentauerat ex Gymnaſio Pariſienſi Vilhelmus Vorillion (ni fallor) qui paulo pòſt obijt tumulatus in Aracœli. Diſputatio protracta eſt ad tertiũ diem, & coram Pontifice fiebat diſceptatio, & ſacro Senatn Cardinalium, & reliquorũ Prælatorum conuentu. Prædicatores poſuerunt hanc concluſionem: Pretioſum Domini ſanguinem in paſſione fuſum, qui demum ad glorificatum corpns redijt, hypoſtatica Verbi vnione nunquam fuiſſe priuatum. Minores contrà, in Triduo paſſionis ceſſaſſe vnionem affirmauerunt.

Syl. lib. xj. Comment.

Heb. 9.

Prædicatores adducebant hanc rationem, quòd ſi ſanguis fuiſſet ſeparatus & à diuinitate relictus, non fuiſſet dignum precium noſtræ redemptionis: & Paulus ad Hebræos prefert ſanguinem Chriſti ſanguini hircorum & vitulorum propter vnionem Verbi, vt in eodem loco exponit Nicolaus Lyranus; Idem videtur dicere Ioannes Chryſoſtomus ſuper Ioannem: His rationibus Prędicatores quoque adduxerunt auctoritates Sanctorum D. Thomam, Albertum Magnum, Nicolaum Lyranum, Ioannem Neapolitanum. Adductus quoque fuit liber Nicolai Eymerici, quem vocant Directorium de Inquiſitionis officio, in quo ſcriptum eſt apud Barchinonam in eccleſiis prædicatum fuiſſe, in triduo Paſſionis Domini ſanguinem in terra iacentem indignum latria, quod dictum tanquam erroneum & hæreticum Clemens Sextus corrigi, atque damnari mandauerit. Hæc Prædicatores.

Minorum ſententia, & fundamenta.

Minores autem ex altera parte poſuerunt hanc conclusionem: Quę latent in archanis Dei, & ab illius ſupremæ poteſtatis voluntate dependent, nemini licet affirmare, aut negare, præter ea quæ ſacris in eloquijs diuinitus ſunt expreſſa; Vnitas ſanguinis à Chriſti corpore ſeparati cum Verbo ex Dei voluntate dependet, & in archanis eius latet, ſacro Canone nihil de hoc dicente; non eſt igitur aſſerenda. Diuinitas præterea ſanguini in corpore exiſtenti mediante ipſo corpore fuit vnita, quod nemo negat: ceſſauit ergo vnio dimiſſo corpore, quod erat vnionis medium. Amplius, ſi quid ex duabus rebus vnitur alteri principaliter, alteri per conſequentiam, ſeparato principali ſeparabitur & vnitum: nec dubium eſt quin ſanguini Dominico Verbum diuinum non principaliter, ſed per concomitantiam quandam fuerit vnitum, atque ideirco ſeparatum à corpore ſanguinem vnionis gloriam perdidiſſe. Preterea ſanguis non videtur facere ad humanam naturam. patet de Embrione, præter ea quæ ſenſit Albertus, & in Decretali Innocentij habetur humores differre ab elementis. Preterea, ſi ſanguis ſeparatus retinuiſſet vnionem, haud quaquam fuiſſet corruptus, & eſſet cultu latrię adorandus. Oſtenditur autem in Laterano, Venetijs, & Mantuę, & in alijs locis incineratus atq; corruptus. non ergo retinuit vnionem. pręter auctoritates ſummorum virorum: Nam Damaſcenus & D. Bonauentura dicunt: Verbum quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit: veram eſſe propoſitionem quo ad principia naturæ, non quo ad coaſſumpta. dicit quoque Richardus Mediauillanus: Si Chriſti pes fuiſſet à corpore ſeparatus, retinuiſſet vnitatem diuinitatis, & eſſet dignus cultu latrię. ſanguis verò quia non eſt de corporis eſſentia, ab eo ſeparatus non meretur latriam. Idem aſſerit Scotus, propoſitionem debere intelligi de partibus heterogeneis, vt cor, caput, manus, &c. Idem Franciſcus Maronius, cuius non eſt contemnenda doctrina, dicit expreſsè in Triduo fuiſſe diuinitatem ſeparatam à toto ſanguine. Nec credendum eſt tam illuſtris doctrinę viros in tanto erraſſe negotio. Neque illud cogit, quod dicitur, quòd remittere peccata attribuitur ſanguini. Cuncta enim quę dicuntur de ſanguine Chriſti, ad vitā Chriſti, mortemq; referuntur: ſed ſanguini attribuuntur prępipuè ob manifeſtā eius effuſionem. Magiſt. Sent. Verbum Apoſtoli, quòd ſumus reconciliati Deo per ſanguinem filij ſui, per ſanguinē intelligit mortem. & indignum eſſet precium inanimatū pro animato. Nec moueamur quòd in Triduo paſſionis, ſi quis celebraſſet, diuinitatē in ſanguine non reperiſſet, quia nullus legitur celebraſſe. Nec inutilis eſt memoria ſanguinis Domini, quamuis in Triduo fuerit diuinitate nudatus: Iuuat enim meminiſſe abiectionis & confuſionis ſuę, quas pro noſtra ſalute pertulit. Quamuis aliqui cum Prędicatoribus, quidam verò cum Minoribus tenerent & cōuenirent, non eſt viſum tunc tēporis Pio II. decretū fieri declarationis. Vidi litteras Pij ad F. Iacobum ne aſſertiuè prędicaret amplius, quouſq; à Sede Apoſtolica fuerit prouiſum.

Sanguis Chriſti ſeparatus multis in locis reperit.

D Thom. in Quolibetis ponit in Chriſto duplicē ſanguinem radicalē & nutrimentalem. Quolib. 5. art. 5.

DE PRAECLARIS QVIBVSDAM SIGNIS, quæ ſanctitatem huius viri egregiè comprobant.

1 IN montibus ciuitatis Spoleti in Vmbria, erat quędam mulier ſpiritu diabolico obſeſſa, hanc B. Iacobus pietate motus, facto ſigno crucis, inuocādo nomen IESV ſtatim liberauit. Prędixit Franciſco Saonenſi Cardinali, quòd breui futurus eſſet Pontifex. Mulierem vexatam à Dęmone ſuis precibus eripuit Aſſiſij in loco S. Marię ab Angelis. Alterā in loco Foiani prouinciæ Marchię, vetulam, à Dęmone agitatā ſeruauit. Anconę dum prędicaret in Quadrageſima, adoleſcentulam graui morbo laborantem ſanitati reſtituit. Vnde ob ſingularem eius ſanctitatem Paulo II. Pont. Max. charus fuit. Multa alia fecit, quæ narrare difficile eſſet.

DE

DE INFIRMITATE, ET OBITV EIVS.

CVM eſſet Neapoli in loco Trinitatis anno 1476. in aduerſam incidit valetudinem, laborabat ſiquidem dolore colico: die quinta vrgente morbo, ac nimium inualeſcente, aderat F. Venantius eius ſocius, & multi Fratres, à quibus cum lacrymis veniam orauit de malo exemplo Fratribus, & ſecularibus dato. rogauit corpus ſuum poni ante fores clauſtri, vt omnes tranſeuntes illud tererent. Sed aliter diſpoſuit Deus pro ſua gloria, & Sancti huius meritis. Quare die 28. Nouembris, in die Iouis, hora 15. obdormiuit in Domino miraculis clarus. de quibus extat liber ſcriptus Neapoli deſcriptus à F. Venantio, qui ſancti viri familiaris fuit. Poſt verò eius obitum Carolus V. inſtitit apud Clementem VII. Pont. Max. eius canonizationem, ſed eius proceſſum ipſe Pontifex morte præuentus non potuit conſummare.

B. IACOBVS Patauinus, vel (vt aliis placet) de Plebeſacci ille fuit, qui iunctis ſibi tribus alijs ſociis, incredibili quodam Chriſti amore ſuccenſus ad Saracenos conuolauit, vt iis prędicarent verbum Dei: ad quos cum perueniſſet, per interpretem, qui ſibi adhærebat, ſuadere cœpit, vt depoſitis Maomethis pręſtigiis, & idolorum ſuperſtitione, fidẽ Chriſti ſuſciperent: cumque ſæpe admoneretur, vt à cœpta prędicatione deſiſteret, nullatenus parere voluit, ignis enim, quem in pectore geſtabat, nullis monitis, nullo metu, nulla minarum vi extingui potuit. Quare in vrbe Sarai, vel (vt alij dicunt) in Iſço Medię regionis agro deprehenditur, illicoq; vt erat veſtitus, in ardentes flammas rapitur, vbi combuſtis veſtimentis ipſe inuiolatus extitit; recreatusq; aliquantiſper, quò facilius arderet, nudus oleo linitur, rurſusq; in ardentiſſimum ignem reijcitur. Dictu mirabile, neq; flammę voracitas, neque ardoris immenſitas eius corpori potuit aliqua ex parte nocere. Itaque pòſtquam nulla flamma vri, aut ſuperari valuit, capite damnatus vnà cum tribus aliis ſociis, & cũ ipſo interprete, feliciter ad vitam veram migrauit coronam à Deo accepturus immarceſcibilẽ anno 1321. & à Benedicto XI. Pont. Max. celebrata eſt eius ſolẽnitas in ebdomada ſancta feria 4. ex quo martyrij nomine cẽſetur in terris, qui ſumma gloria potitur in cœlis. Amen. B. IACOBVS cuſtos Syrię martyr, & Chriſtianę religionis defenſor, cultorq; præcipuus.

Magna animi cõſtantia.

B. IACOBVS Barolitanus obijt in loco Pupij in Etruria, cui Chriſtus apparuit, & certiorem eum fecit de peccatorum remiſſione, quod vehementer optauerat.

B. IACOBVS Tiphernàs laicus, primò ſculptor inſignis, cuius rei teſtis eſt pulpitum eleganter inſculptum & elaboratum Tipherni, in eccleſia S. FRANC. vbi mortuus miraculis claruit. Oſſa eius condita ſunt ſub altari maiori, viſitur caput cum palpebris oculorum recentibus, perinde ac ſi modò mortuus eſſet.

B. IACOPONI TVDERTINI VITA.

B. IACOPONVS Tudertinus genere nobili ortus, iuris vtriuſque Doctor, in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atq; ſecularibus litteris egregiè doctus, carmine exercitatus & proſa, ſcripſit vtroque ſtylo quędam præclara opuſcula Latino & Etruſco ſermone, ſtylo quidem rudi, ſed ab erudito elaborata. Vir mirandæ ſanctitatis fuit, totus Dei amore ardens, qui concepto odio contra ſeipſum, tanto amore Dei flagrabat, vt crederetur cor eius in diuino amore liquefactum. Nã dum audiret paſſionem Chriſti recitari, non ſolùm lacrymas non continere poterat, ſed neq; rugitus aut intima ſuſpiria comprimebat: aſſiduis lacrymis uacabat, interrogatus quare tam frequẽter ploraret, reſpõdebat: quia Amor non eſt amatus. dicebat quoq; animã in hac uita eſſe felicẽ, cùm diuinis occupatur obſequiis. Ad hunc ſtatũ credimus animã ſancti uiri perueniſſe.

Sanctitas & doctrina eius.

DE EIVS CONVERSIONE AD DEVM, & de ingreſſu ad Ordinem.

CVM B. Iacoponus uiueret adhuc in mundana conſuetudine, ea, quæ carnis erant, ſapiebat: & cùm uxor eius ab amicis eſſet inuitata ad nuptias, locus ubi chorea ducebatur, ob nimiam uetuſtatem ruit, uxor quoque B. Iacoponi tota colliſa inuenta eſt: & denudatis pretioſis ueſtibus, quibus induta erat, repertum eſt cilicium ad nudas carnes eius, cuius inopinato aſpectu Iacoponus ſtupefactus,

V 3 totus

totus compunctus remanſit, diſpoſuitq́ue de cætero vitam ſuam diuinis obſequijs conſecrare; quod & fecit ſumma obſeruantia & vitæ abſtinentia, ſumptoq́; habitu S. FRANCISCI, in eo perſeuerauit vſque ad mortem. & quia cognoſcebat fallaciam huius mundi labentis, deplorans humanam conditionem, cùm à Bonifacio VIII. carceribus detineretur, ita cecinit:

Cur mundus militat
Sub vana gloria,
Cuius proſperitas
Eſt tranſitoria?
Tam citò labitur
Eius potentia,
Quàm vaſa figuli
Quæ ſunt fragilia.
Plus crede litteris
Scriptis in glacie,
Quàm mundi fragilis
Vanæ fallaciæ:
Fallax in præmijs
Virtutis ſpecie,
Qui nunquam habuit
Tempus fiduciæ:
Credendum eſt magis
Viris fallacibus,
Quàm mundi miſeris
Proſperitatibus,
Falſis inſanijs
Et vanitatibus:
Falſisq́; ſtudijs
Et voluptatibus:
Dic vbi Salomon
Olim tam nobilis?
Vel vbi etiam Sanſon
Dux inuincibilis?
Vel pulcher Abſalon
Multum mirabilis?
Vel dulcis Ionathas
Multum amabilis?
Quò Cæſar abijt
Celſus imperio?
Vel diues ſplendidus
Totus in prandio?
Dic vbi Tullius
Clarus eloquio?
Vel Ariſtoteles
Plenus ingenio?
Tot clari Proceres,
Tot rerum ſpacia,
Tot ora præſulum,
Tot mundi fortia,
Tot mundi Principes,
Tanta potentia,
In ictu oculi
Clauduntur omnia.
Quàm breue feſtum eſt
Hæc mundi gloria:
Vt vmbra hominis
Sunt eius gaudia:
Quæ ſemper ſubtrahunt
Aeterna præmia:
Et ducunt hominem
Ad dura deuia.
O' eſca vermium,
O' maſſa pulueris,
O' nox, ò vanitas,
Cur ſic extolleris?
Ignorans penitus
Vtrum cras vixeris:
Fac bonum omnibus
Quandiu poteris:
Hæc carnis gloria
Quæ magni penditur,
Sacris in litteris
Flos fœni dicitur:
Vel leui folium
Quod vento rapitur:
Sic vita hominis
Hac vita tollitur.
Nil tuum dixeris,
Quod potes perdere.
Quod mundus tribuit,
Intendas rapere:
Superna cogita,
Cor ſit in æthere:
Felix qui potuit
Mundum contemnere.
Amen.

DE FELICI EIVS TRANSITV.

OBIIT Beatus Iacoponus Colazzoni Tudertinæ diœceſis verba illa frequenter repetens, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Cuius corpus in ædem Diuę Claræ Montis Sancti, prope Tudertum, magno cum honore tranſlatum, feliciter & honorificè conquieſcit. Ioan. 22.

B. ILLVMINATVS ſocius B. Patris Franciſci, vir ſanè multi luminis & virtutis; quem B. Franciſcus addidit ſibi in ſocium, cum Solthanum Aegypti Imperatorem adiuit, ſed Saracenorum inſidiis territi, & ligati, crudeliterq; verberati ad ipſum Solthanum adducti fuerunt. teſtatur Iacobus de Vitriaco, cùm ait: Vidimus primum Fratrum Minorum fundatorem nomine FRANCISCVM, virum ſimplicem, dilectum Deo & hominibus, ad tantum ebrietatis exceſſum, & feruoris ſpiritum fuiſſe, qui intrepidè coram Solthano fidem Chriſti confeſſus eſt. Iacobus de Vitria co Cardin. in ſuis chronicis.

B. IOANNES, cognomento non addito, glorioſo martyrio obiit in Aſturia Regni Legionis, vbi mirabilia (Deo concedente) operatus eſt.

VITA B. IOANNIS LAVERNICOLAE.

SI gloria patris eſt filius ſapiens, glorioſus eſt B. Pater FRANCISCVS in conſpectu Dei in electis filiis, quos in ſuo Ordine Spiritus ſanctus aggregauit: Inter quos ſingulari virtute præfulſit B. Ioannes de Firmo, ſiue de Aluerna, B. Iacobi de Falerono diſcipulus & ſtudioſus imitator: qui cùm eſſet infans die Lunæ, Mercurij, & Veneris ſemel mammas (vt de B. Nicolao legitur) ſugebat: loricam ferream triginta librarum ponderis ad nudam carnem deferebat; annum verò decimum agens totum corpus diſciplinis mactabat, vtic as circa collum conſuebat, anno xiiij. ſuæ ætatis habitum Minorum ſuſcepit, in quo maximè profecit: nullum enim genus aſperiratis prætermiſit, quo poſſet corpus ſuum afficere. tanto amore ergà Crucifixum rapiebatur, vt ad diuina oſcula & exceſſiuos amoris amplexus admitteretur, & per eccleſiam vel per hortum diſcurrens clamorem (vrgente interiori flamma) emitteret. In ſolennitatibus autem vel in die Natalis Domini, vel Paſchatis, experiebatur in ſeipſo ſpirituales conſolationes, vt anima eius videretur abſorpta in abiſſum diuinitatis. Et ſemel infra octauã Aſſumptionis vidit Chriſtum cum B. Virgine, & multitudine Angelorum, ex quo videbatur deficere præ nimia dulcedine. Semel audiens magiſtrum ſuum Fratrem Iacobum de Deo altiſſima proferentē, ſe continere non potuit, ſed tanquam fatuus hinc inde diſcurrebat. Ferunt quoque Chriſtum ſemel ei apparuiſſe, eumq; amplexatum fuiſſe, vnde canere cœpit: IESV noſtra redemptio, amor, & deſiderium, illumina me magiſter gratioſiſſime, & paſtor piiſſime. Cùm ſemel celebraret miſſam pro defunctis, ardenti affectu charitatis & compaſſionis obrulit ſacrificium altiſſimum, cuius efficacia tanta eſt, vt nihil magis inter reliqua fidelium ſuffragia appetant animæ exiſtētes in Purgatorio; viditq; in ſpiritu animas, pro quibus orabat, in cœlum aduolare. Cùm eſſet in loco Mugliani prouinciæ Marchiæ, & Cuſtodiæ Firmanæ, prima die poſt octauam S. Laurentij, ſurrexit ante horam matutinam, & ſecum agens tanta dulcedine ferebatur in Deum, vt repetens frequenter verba illa, Hoc eſt corpus meum, raperetur ad diuina, & ad ardores Seraphicos. Antequam veniret in montem Aluernæ, ieiunauit totam quadrageſimam in pane, herbis crudis, & reficiebatur aqua, quã bibit per triginta annos continuos. Multas habuit viſitationes & illuminationes Angelicas. Semel in die S. Michaelis Archangeli apparuit Angelus in ſpecie iuuenis pulcherrimi. Quare ob ſingularem vitę ſanctitatem omnibus charus fuit, & pręſertim Henrico Septimo Imperatori, qui ſcripſit pro eo, dum eſſet Guardianus Montis Aluernæ, litteras, quarum hic eſt tenor.

Habetur vita eius manuſcripta Florentiæ in bibliotheca Sanctę Crucis.

D. Gregorius.

HEnricus Dei gratia Romanus Imperator ſemper Auguſtus, Nobilibus viris, & vniuerſis vicarijs ciuitatis, & diſtrictus Aretij, ac Comitibus de Caſentino, de Vbertinis, de Valenzano, Tolla, Bagnena, & de Cluſio, cęteriſq; Romani Imperij fidelib. pręſentes litteras inſpecturis, gratiã ſuã, & omne bonũ. CVM nos religioſos viros Ioannē Guardianum, & Fratres Minorum Ordinis domus ſacri loci Montis Aluernæ, deuotos noſtros dilectos, & in protectionē noſtram, & Imperij ſpecialem,

Iſti Comites Caſentini erant Comites Guidi, qui erant Domini Puppij, & Caſtri S. Nicolai.

cialem, duxerimus aſſumendos; fidelitati veſtrę firmiter pręcipiendo mãdamus, quatenus eoſdem Guardianum, & Fratres loci prædicti, nobis commiſſos habentes, ipſos in perſonis & rebus ſuis auctoritate noſtra efficaciter defendatis, non permittentes ipſis à quocunque moleſtiam aut iniuriam aliquam irrogari, ſic vt indignationem & pœnam arbitrio noſtro inferendam volueritis euitare præſentium teſtimonio litterarum. Datum in Caſtris ante Caſtrum Montis Varchij 17. Cal. Octob. anno Domini M D XII. Regni noſtri anno iiij. Imperij verò primo.

DE OBITV B. IOANNIS.

NON caruit B. Ioannes ſpiritu prophetiæ, diem enim obitus ſui longè antè præſciuit, quem cùm die quadam prædixiſſet quibuſdam Fratribus, qui cũ eo erant, poſt paucos dies arripuit eum febris valida, quam patienter ſuſtinuit, in vltima verò ſui tranſitus hora, tam ingentem alterationem in vultu paſſus eſt, vt adſtantes obſtupeſcerent, & pertimeſcerent, ſed ſtatim euanuit, & apparuit ei facies Angelica, interrogatus quid hoc eſſet, quamuis loqui vix valeret, labente tamen voce reſpondit, Fratres mei, qui vult ſibi adipiſci vitam æternam, debet in effectu Chriſto adhærere. Quare anno 1322. obiit in loco Aluernæ ibidem honorificè tumulatus, vbi multis miraculis claruit.

Aſpectus Angelicus.

B. IOANNVCIVS Spoletinus vir ſimplex, & multę perfectionis, ſingularis patientiæ in omnibus aduerſis, tum maxime in infirmitatibus corporis, quibus ſæpius erat pergrauatus, in loco Annunciatæ ciuitatis Nurſiæ aſperam vitam duxit; prædixit obitum ſuum in die Conuerſionis D. Pauli Apoſtoli. Itaque ea die obiit, ſicut prædixerat. Quidam altero lumine priuatus meritis ſancti viri oculum aperuit, & vidit.

Miracula.

B. IOANNES Lombardus B. Thomę de Florentia diſcipulus, & imitator pręcipuus, qui aliquando dũ adhuc eſſet nouitius, fuit à Diabolo tentatus, vt dimiſſo habitu exiret: ſed dum oraret, fuit ei diuino conſilio reuelatum, vt maneret in Ordine, ſæpe illud dictum meditabatur, Miſit Deus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius. Multas tentationes paſſus eſt à Diabolo, ſed oratione, cui aſſiduè vacabat, depulit ex animo.

B. IOANNES Lucenſis anno 1471. vixit multa ſanctitate, & claris exemplis, tempore Sixti Quarti Pont. Max. fuit iſte ex nobili familia Bonuiſia, mercator diues, & illuſtris in Hiſpania: ſed diuino afflatus ſpiritu, relicta mercatura, vouit ſe in Franciſcanam Religionem ſponte nulloque impellente abdere. Mirabile erat videre quanto ſpiritu vir ſanctus, alioqui idiota, aduerſa omnia conſtanter ferret, rudi habitu ſemper incedebat, & nudis pedibus, capiteq; aperto more peregrinorum. manſit Peruſiæ in loco S. Franciſci de Monte, cum multa abſtinentia, & uitæ auſteritate, mente ad Deum eleuatus.

VERA B. IOANNIS A CAPISTRANO EFFIGIES.



Ecce Capiſtrani tenui ſub imagine vultus,
Quis potis ingenium pingere vimq́; animi?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE ORTV, ET EDVCATIONE B. Ioannis à Capiſtrano, & qua ratione ingreſſus eſt Ordinem S. FRANCISCI.

BEATVS Ioannes à Capiſtrano, oppido non longè ab Aquila, Marſorum vrbe, nobili genere natus eſt anno 1385. die 25. Iunij, ex patre Heroe quodam Germanico, qui cum Andegauenſium Duce in Italiam venerat, matre verò Capiſtranenſi honeſtę familiæ, atque optimæ conditionis: & quoniam generis honeſtas propaginem proferre ſolet ingenuam, idcii co defuncto patre, matris tutelæ educandus traditur. Quam,

Educatio B. Ioan. à tenera ætate.

licèt puer eſſet, aſſiduè hortabatur, ne ſpreta viduali vita tranſiret ad ſecundas nuptias. Itaq; ſub eius cuſtodia cœpit dare operam illis artibus, quibus puerilis ætas ad humanitatem informari ſolet, optimis educatus inſtitutis, ob ingenij ſolertis acumen, & innatam memoriam, vſqueadeò liberalibus profecit diſciplinis, vt omnibus relinqueretur firmum argumentum, qualis futura eſſet ſeges adultę ætatis: expurgataq; tirocinij rubigine Peruſiam ſe contulit, ibique iuris vtriuſque ad decennium peritiam ita abſolutè adeptus fuit, vt non

Profectus eius in bonis litteris ſupra omnes ſuos coætaneos.

modò coætaneos ſuos ſuperaret, ſed non videretur habere æquales; cùm non ſtudentes modò, ſed & Doctores conſilium ab eo capere non erubeſcerent. qui cùm redire vellet in patriam, vt tantum pecuniæ haberet, quantum ſufficere poſſet ad aſſequenda doctoratus inſignia, orto diro ſciſmate inter Peruſinos & Malateſtas, ſtuduit eos ad concordiam adducere, & ad iucundas pacis conditiones, quod prudenter feciſſet, niſi captus à Peruſinis in Caſtro Bruſæ aſſeruatus fuiſſet anno 1413. vbi iacebat inglorius, qui imperioſè gloriari ſolebat. ſed magnanimus perſeruabatur ab Aragonum Rege: detinebatur autem in carcere compedibus ferreis obſtrictus librarum quadraginta duarum ponderis, vbi parum

Dira carceratio eius.

panis & aquę vix ad ſufficientiã ſubminiſtrabatur. At diuina ope videns turrim in qua erat, ſplendore quodã inſolito circũfuſam, tanto timore percitus fuit, vt inſtar coronæ caput illi detonſum videretur, audiuitq; hanc vocẽ cuiuſdam Fratris ex Minorum Ordine. Quid ſtas? quid moraris? quid præſtolaris ſuperbe? quo inſigni portẽto intellexit ſe debere Fratrum Minorum habitum aſſumere, tantumq; eo aſpectu ſpiritum deguſtauit, vt caro ei deſiperet. reuerſus in patriã, & venditis omnibus ſuis atq; pauperib. elargitis, venit Peruſiam ſordidis & lugubribus veſtibus indutus, per mediã vrbem vectus aſello, tiara papyracea redimitus, vbi ſcripta erant ſua peccata. Quæ res non paruam Peruſinis, qui eum in faſtigio dignitatis nouerant, admirationem attulit. Sunt qui velint cum fuiſſe humanę glorię cupidum, quę propria ſanctorum hominum peſtis dici poteſt, ſed nullius quidem rei magis quàm hu

Qua ſtatura fuerit B. Ioan. à Cap.

militatis ſtudioſus toto curſu vitę ſuæ extitit. Fuit autem B. Ioannes puſillo, arido, & exili corpore, ſed conſilio altus, celſus virtute, naturę gratia refertus, ſola cute, neruiſque & oſſibus coniunctus, ſpiritu vegetante. Fuit ei vox clara, ſermo purus, lingua diſerta, ingenium ſublime & acutum: capillo canus, barbaque, & capite caluus. Nam cùm à turri Bruſæ ſemel euaſiſſet, à quodam agricola valido clamore patefactus, captus eſt, turrique ſtrictioribus vinculis cuſtoditus, cùm autem nocte dormitaret, crinibus non raſis, ſed penè

Diuinitus inuenit coronam.

A Ladiſlao Siciliæ Rege habitus fuit in pretio.

euulſis & expilatis coronam inuenit. Ei vultus rubicundus erat & ſerenus, facies venuſta, aſpectus venerandus, longioribus brachijs ad genua vſque protenſis. Fuit Ladiſlao Siciliæ Regi charus: ac ſanè in terris cœleſtem, ſed occupatiſſimam ac laborioſiſſimam vitam peregit; de cuius meritis, & ſumma in aduerſis conſtantia ſcripſit Aeneas Syluius in Geſtis Friderici III. in Germania: & F. Nicolaus de Fara, F. Hieronymus Vtinenſis, & F. Chriſtophorus Variſienſis, comites indiuidui, multa de illo ſcripſerunt, quæ ego conſultò prętermitto, ne liber hic creſcat in immenſum.

QVO TEMPORE INGRESSVS EST atque aſſumptus in Ordinem S. FRANCISCI.

VIR iſte ad illuſtranda noſtra tempora cœlitus miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes, annum ætatis ſuæ trigeſimum agens, ingreſſus eſt Ordinem S. Franciſci 1415. Peruſiæ litteris vacabat anno 1414. habitum S. Franciſci ſuſcepit, ſed bis tanquã inſanus & emotæ mentis expulſus fuit à Fratribus, vt de eius conſtantia periculũ

facerent,

facerent, tandem à F. Marco Bergomenſi Guardiano loci receptus, D. Bernardini alumnus
fuit. Hæc fuerunt in eo prima ſemina Religionis, quæ vberrimam ſegetem indicabant,
quibus iactis diſcalceatus incedebat. Nec vana fuit F. Antonij Pereti Generalis prædi-
ctio, qua eum Ordinis decus, & totius Religionis exemplar futurum prę uiderat. Vnde
anno ſuæ ætatis xxx. necdum ſacerdos, ſed diaconus, habuit prędicandi munus in Eccle-
ſia Chriſti, tantaq; præfulſit prudentia, vt fuerit delectus Vicarius generalis familiæ Ciſ-
montanæ, reformationis excitator acerrimus. Vnde etiam ob ſingularem eius rerum ge-
rendarum prudentiam, & conſilium, à multis ſummis Pontificibus, & prę ſertim à Nico-
lao V. ad diuerſa munera pro Romana Eccleſia adhibitus eſt. Tempore Martini V. inter-
fuit in Capitulo generali Aſſiſij celebrato, & valde incubuit in obſeruantiam Regulę. Vn-
de ſcripſit contra F. Philippum Berbegallum prouinciæ Aragoniæ contradicentem Bullæ Aduerſatur Ber-
Domini Papæ, & illum monet vt ad cor ſuum redeat, & culpam ſuam recognoſcat con- begallo Arago-
tra tantam poteſtatis celſitudinem, vt mutet mores, & renouet ſenſus, & præbeat diligen- nię prouincię.
ter aures ad auditum, & dicat confidenter: Veritatem, diſciplinam, & ſcientiam doce me, Pſal. 118.
quia mandatis tuis credidi, priuſquam humiliarer, ego deliqui. Quia Deus humilibus Iacobi 4.
dat gratiam.

DE ENERGIA ATQVE efficacia eius orationis.

QVADRAGINTA annos ſacras habuit conciones ad Chriſtianos, Iu-
dæos, Saracenos, & alios, magno plauſu & frequenti auditorio, vt ſolus
viri aſpectus moueret adſtantes de populo. Vnde hac via multos homi-
nes linguæ ſuę hamo piſcatus eſt. Fertur energiam in dicendo habuiſſe
mirabilem, vt ſemel pro Romana Eccleſia xij. millia hominum ad fidei
veritatem reduxerit: Garellum Hebræum Romanæ ſynagogæ principem
traxit cum alijs quadraginta ad lumen Chriſtianæ fidei: multos ſciſmaticos per Vallachiã,
& Ruſciam reduxit ad veritatem fidei, quam nulla vi motus, non timore, aut odio ſuppreſ-
ſit vnquam, & nulla fuit adulatio aut ſimulatio in verbis eius. Multa quoque fecit contra
Boemos, Fraticellos, & Græcos. Nam eo tempore omnia turbata fuerunt, ipſe verò, tan-
quam lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, omnia firma, omniaq; librata diſcuſſit. Quatuordecim
Sed interim vitæ illius ritum operæpretium eſt agnoſcere; veſtitus ille dormire conſueue- loca cõſtruxit in
rat, & hac gratia inter cætera præſtabat, vt tantum vigilaret, quantum vellet: ante lucem Alemania ferè o-
ſurgebat, penſum diuinæ ſeruitutis ſacrificium labiorum deuotiſſimè perſoluebat, orationi mnia ſub titulo
valde intentus, in qua ſæpe inuocabat Virginem, cuius cultor admirabilis fuit. In Germa- S. Bernardini, &
nia ſuis ſacris concionibus commouit, inflexitq; vſqueadeò populum, vt omnia vana ludo- in Regno Polonico Bernardini
rum genera, ſcacchos, aleas, & quicquid id genus eſt, conferrent in forũ, fœminæ coralia & dicũt Fratres de Familia.
ſtructuras capitis, ac alia redimicula vana, eaq; omnia vno igne (inſpectante populo) con- Vis maxima ĩ eo
cremauerit. Nurimbergæ ſex magni currus tabulerijs pleni ad publicũ forum deuehi con- fuit ad cõmouendos animos.
ſpecti ſunt. In Stiria & Carinthia multa fecit ſcitu digna, ac alibi. Cùm ſemel prædica-
ret populo Tiburtino in horto Fratrum Minorũ, cicadæ eius impediebant diuinũ verbum, Cicadis ſilẽtium
quæ indicto ab illo ſilentio, ſtatim euanuerunt. In Eccleſia S. Angeli Lanciani prædicans ſi- indicit.
lentium præcepit hirundinibus, quæ ſuo garritu impediebant ſermonem, & ſtatim illæ re-
ceſſerunt. Venetijs Apoſtolico præcepto prædicans concionando, cùm populus Venetus
nollet audire, exclamauit: Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem Dei. ſicque Cant. 8.
factus eſt concurſus magnus populorum, vt non ſufficeret ampliſſimum forum S. Pauli.
Vnde quidam puer de Mergeria contractis manibus & pedibus ſanus receſſit crucis ſigno
ſuper eum facto.

Supradicta ſuis comprobantur exemplis.

IOANNES Capiſtranus D. Bernardini diſcipulus in Germaniam miſſus eſt à Sylnius in commen. lib. 1.
Nicolao V. Pont. Max. ſuaſu Aeneæ Sylnij, vt ibi exactam D. FRANCISCI Blondus de Italia
Regulam plantaret, qui miraculorum effector gratus populis fuit: vbi vitæ ſan- illuſtrata, regio-
ctimonia, & aſſidua verbi Dei prædicatione erat clarus, quem populi velut ne 12.
Prophetam habebant: nec eos deſinebat aſſiduis prædicationibus aduerſus Turcas in Item Abbas Tritemmius.

arma

Perſæ, Lacedæmonijque ſicca corpora probabant.

arma excitare. Erat tunc ætatis ſuæ ann.lxv. corporeq; puſillus, ſiccus, exhauſtusque ita, vt ſola cute, neruisq; & oſſibus compactus videretur, lætus tamen & in labore fortis.

EXIMIA PATIENTIA, MEMORABILIS ſimplicitas, admirabilisq; mundi contemptus in eo extiterunt.

POST profeſſionem verò ex humili factus eſt humilior, ex feruenti feruentior, verrebat pauimenta, lauabat coquinæ paropſides, ſeruiebat Fratribus, oſtiatim quęrebat panem: cibi & potus parciſſimus, vt vix poſſet vitam tranſigere, ſi quid aũt de menſa ſupererat, volebat pauperibus impendi, illud ſæpe repetens, ſi pauci paucis, ſi multi multis affluamus bonis. Humi cubabat ſuper nudam tabulam. Vacabat orationi aſſiduè, dũ per tempus licebat. Ab ingreſſu eius ad Ordinem nunquam comedit, niſi ſemel in die, & nequa via hoſtilibus inſidijs pateret, ieiuniorum & vigiliarum frequentia carnem ſic compreſſit, edomuitque, vt quotidianis laboribus vix ſufficerent vires, contemptiſſimisq; eſcis & potionibus famem ſitimq; depellebat; habitabat anguſtè, craſſiore arctioreq; veſtitu vtebatur. Magna inerat pecuniæ contemptio, ob eamq; rem omnes ferè voluntariam eius paupertatem admirabantur. Cui erant crebræ lacrymæ, honorum fuga, ſumma in Prælatos Eccleſiæ reuerentia, & ſuaui humilitatis in omnes: ſtuduitq; vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. Ambulabat nudis pedibus, cilicio aſpero ad carnes impoſito, quibus domeſticum hoſtem rationis fræno edomabat. Sponſæ ſuæ, niſi perpetuò virginitatem ſuam Deo conſecraſſet, aculeos & tentamenta nunquam euitare potuiſſet. Vnde Nicolaus V. qui eum exquiſitè obſeruabat, dixit: Si contingeret eum tempore meo decedere, adſcriberem eum Sanctorum catalogo.

Magnum paupertatis, & orationis ſtudium, ſingularis humilitas, & inenarrabilis abſtinentia.

MAGNA IN EO FVIT VIS PERSVADENDI; qua fidem faciebat, inducebatq; homines ad quoduis credendum, vel faciendum.

Amedæus primò factus Eremita, deinde fit Papa in Concilio Baſilienſi. Syluius in Apol. ad Mart. Mayer.

EVGENIVS IIII. Pont. Max. miſit eum ad Philippum illuſtrem Burgundiorum Ducem, ne ſciſmati Amedæi de Sabaudia Antipapæ adhęreret; qui poſtea rebus bene geſtis, voluit eum Aquilanæ & Reatinæ Eccleſiæ præficere, ſed vltrò renuit; dicebat enim ſe paruis oris nolle recludi, cui ad diſſeminandum verbum Dei totius mundi latiſſimum Dominus dediſſet orbem. & hæc quoque fuit ſententia B. Bernardini, cuius ipſe fuit præcipuus imitator.

A SBIGNEO CARDINALI CRACOVIAM accitus ob ſingularem eius doctrinam, & ſanctitatem.

CVM per vniuerſum fama B. Ioannis increbuiſſet, & præſertim in partibus Boemię, cuius gratia tam longam peregrinationem ſuſceperat, vt ad rectam viuendi rationem traduceret; ſed cùm ea in re non multum profeciſſet, à Sbigneo Cardinali accitus Cracouiam venit, vbi deinde hyberno tempore in Aede D. Virginis cathedrali quotidie per interpretem ad populum conciones habebat, & multos ægrotos diuina virtute ſanabat. authorq; fuit Sbigneo, vt Cœnobium omnium primum in Polonia ſuo ſodalitio, ſub arce, ad Auſtralem portam vrbis conderetur. In Boemia per id tempus inſurrexerant quidam viri peſtiferi, ad ſuum ſenſum ſancta Euangelia interpretantes, & ſanam doctrinam reſpuentes, vt quidam Iacobellus, Ioannes, Hieronymus, & Rochezana, aduerſus quem B. Ioannes ſtrinxit calamum. contendebat inter cætera de duplici communionis vſu. Concilium Baſilienſe Boemis & Morauis conceſſit vſum duplicis communionis, dummodo de pręcepto Domini non crederent, aut ad ſalutem neceſſarium, nec paruulos communicarent, neque inuitos ad duplicem ſpeciem compellerent.

Martinus Cromerus de rebus Polonorum.

DE

DE SPIRITV EIVS PROPHETICO, QVO *denuntiabat ea, quæ remota erant à naturali cognitione humana.*

A PRINCIPIO ſuæ conuerſionis prædixit horribile Dei flagellum, Eugenium futurum Pontificem, Martini V. obitum. Nam exiens ab aula eius quodam fulgore prçuentus ait: Hic non videbit lucem ſurgentis auroræ. prædixit captum iri Alphonſum Regem à Genuenſibus. Apud Cęſaream prædixit Epiſcopo Ticinenſi Apoſtolico Legato in Germania dormitionem Nicolai V. Et cùm Hungari exploratum haberent, quòd centum & viginti millia bellatorum die 3. menſis Iulij venirent Belgradum (quem priſci Taurunum, Hungari & Teutones alteram Albam appellant, cuius ſitum confluentes Sauus Danubiuſq; duplici latere ambiunt) cum maximo apparatu ſexaginta Triremium, & aliis nauibus onerariis, equis, camelis, machinis, curribus auro & argento onuſtis, hortatus eſt ciues vt ſtrenuè dimicarent, ſperarentq; ſe firmiter victoriam conſecuturos in Domino. Ipſe ad Zelenchemen profectus eſt, vt eum hortaretur ad bellum aduerſus Turcas pugnantes ad Danubium. cùm Maomethes ſecundus Turcarum Rex coactis ex omni Regno viribus apud Belgradum ab Ioanne Huniade eius Męſiæ partis, quę nūc Tranſyluania dicitur, Vaiuoda, ſuperatus fuſuſq; fuit, & ſuo hortatu ita confirmauit Blancum rectorē Belgradi, & cæteros ad pugnam ita commouit, vt nauibus colliſis hoſtes in fugam coniecerit. Durauitq; congreſſus per ſex horas, vbi vim validiſſimam inferebant hoſtes feroces, & priores oppidi muros machinis deiiciebant, Capiſtranus & Huniades, cui à Ladiſlao Regni tutela dimiſſa fuerat, ex arce altaq; turri proſpectabant pręlium. Capiſtranus oſtendebat D. Bernardini imaginem, IESV IESV nomen intonans. Sed in die D. M. Magdalenæ anno 1456. diuina potius, quàm humana ope, Chriſtiani, pulſis turpiter hoſtibus, victoria potiti ſunt. Inde ceſſerunt inglorij Turcę, quò cum centum & viginti millibus venerant glorioſi. Sed qui maiora de magnis loquuntur trecenta hominum millia in caſtris Maomethis conueniſſe tradiderunt: qui autem appoſitè ad verum, quæ viderunt enarrauere, centum & quinquaginta millia.

DE SIGNO CRVCIS, QVOD *in pectore affixum deferebat.*

CRVCEM, quam ſanctus ſenior deferebat, dederat ei Calixtus Papa III. natione Hiſpanus ex ciuitate Valentia, qui percepto Turcarum ad inuadendam Hungariam apparatu, Legatum Apoſtolicæ Sedis eò direxit Ioannem Cardinalem S. Angeli virum prudentem, & animi pręſentis, plenariam peccatorum veniam largiturum his, qui contra Turcas arma capeſſerent. Quæ res multos è Germania populos traxit: verùm pauperes, ac propè inermes; horum eſt enim regnum cœlorum: Diuites præſentibus illecti deliciis, haud quaquam futura inquirunt, aut curant. Ioannes Capiſtranus tunc verbi Dei acceptiſſimus in populis prędicator erat: huic Germani ſe coniunxere; ingens militum cruce ſignatorū numerus hunc ſibi ducem elegerat, nec alterius parere imperio voluerunt, & cū eo Belgradum profecti ſeſe Turcis obiecere: huic igitur crucem contulerat Calixtus cū facultate pręadicandi cruciatā (vt vocant) in Turcas. Vnde Apoſtolica iuſſione & auctoritate munitus prima Dominica Quadrageſimæ elephantis more ad pręlium Turcas excitauit, & quamuis milites ſub Ioanne Huniade duce exercitus dimicarent, non tamen ſine conſilio & felici auſpicio ſancti ſenioris, qui cum ſuis bellatoribus (vt alter Ioſue) procedebat cum baculo, in cuius ſummitate erat ſignū Thau, quo eos animoſiores, audacioreſq; reddebat. De quo illud memorabile fertur, cùm celebraret miſſam ante Belgradum, ſagitta cœlo delapſa, in medio aræ, ante oculos ſerui altiſſimi apparuit his aureis verbis inſignita: ESTO CONSTANS IOANNES. Felixq; victoria de Turcis nunciata eſt: pro qua obtinenda nullum incommodum timuit, accurrit, clamauit, vocauit ad opem ferendam; non eum deterruit fames, ſitis, vigiliæ, non ſenectus, aut debilitas, non amicorum ſuaſio, & ſi quis vellet eum retrahere, reſpondebat, Ad hoc veni, vt pro Chriſto moriar, & ad inuocationem nominis IESV hoſtes profligabat.

In ſignum victoriæ miſit ad Calixtū puerū quendam Boſnenſem nobilem & bene educatum, qui in vtero matris ad Turcas tranſierat in aula Regis educatus.

VIENNAE VRBIS AVSTRIAE CLARISSIMAE ſummo honore ſuſcipitur, quamuis inopia ad honores ſæpe aditum intercludat.

B.Ioannes anno 1451. facta canonizatione S. Bernardini cum obedientia Sãctiſſimi Dñi Nicolai V. tranſiit ad Alemanos.

BEATVS Ioannes Capiſtranus vir doctus, & Apoſtolicæ vitæ ſectator, mandato Nicolai V. Pont. Max. in Auſtriam commigrauit, vt reformaret monaſteria Fratrum ibidem deuiantia, pacem populis prædicaret, & viam vitæ in veritate doceret, quem ſacerdotes & plebes cum reliquijs Sanctorum exceperunt veluti Apoſtolicæ Sedis legatum, veritatis Prædicatorem, & magnum aliquem Prophetam: veſtimentorum eius fimbrias auidè contingebant, ægrotos & malè habentes ante pedes offerebant, è quibus plures ſanitati reddidit: tandem magna miraculorum fama Viennam oppleuit; pecuniam & honores ſpernebat. Concurrunt plebes, nec ſe tandiu victuras ſperant, donec viſere hominem queant. Viennam inuitatus venit, vbi tantus concurſus erat, vt nulla caperet multitudinem platea, lacrymas lætitiæ & deuotionis emittebant, leuabant manus ad cœlum, aſpiciebant eum tãquam cœlo miſſum; apud Minores ſuſceptus fuit, ibi cibaria ſibi & ſuis ſubminiſtrata ſunt, veſtitus dormiebat, ante lucem ſurgebat, officiũ & miſſam celebrabat, his peractis ſermonem Latinum populis exponebat loco ſublimi apud Carmelitas in foro. Nam capi non potuit alibi multitudo, redibat ad Minores poſt Nonam, infirmos viſebat, manus omnibus imponebat. Biretum S. Bernardini, & cruorem, quem illi mortuo è naribus fluxiſſe ferunt, ſingulis ægrotantibus admouebat; exinde cœnabat, demum ijs, qui ad eum accedebant, audientiam dabat, deinde ad ægrotos reuertebatur: quod ſupererat tempus, præterea naturæ neceſſitati dabat. ſic homo quaſi cœleſtis, vitam in terris agens immaculatam, abſque ſorde, abſque peccato ſe regebat. Quamuis alij iactatorem ſui dicerent, ſed ij ſunt iniqui iudices, qui iniquius aliena facta, vel animi occulta interpretantur. prędicabat aſſiduè, & altas materias abſoluebat, doctis, & rudibus ſatisfaciebat auribus, quò volebat, impellebat animos: ad cuius ſermonem dietim viginti & triginta hominum millia confluebant. Ibidem nouum cœnobium inſtituit, in Morauiam tranſiuit, multos Huſſitas ab errore reuocauit. Hunc & Cæſar cupidè audiuit, & cum multis ſacerdotalibus indumentis donatum dimiſit. Fuit Turcarum panor, & pugil inuictus, qui aduerſus Maomethem Beij ſæuiſſimum Chriſtianorum hoſtem, plurimas cruciatorum copias mira ſolicitudine congregauit tanquam ſignifer Chriſti inſignis.

Syluius in Hiſtoria.

Xenoph. Si etiam ſine errore quiſquã aliquid agat, difficile eſt nõ iniquum iudicem reperire.

IMPROBANTVR ILLI, QVI TEMERE B. Ioanni falſum ambitionis crimen obijciunt.

QVIDAM in carpendis aliorum moribus, & vita, parum ſobrij, volunt B. Ioannem Capiſtranum nullius rei magis, quàm humilitatis ſtudioſum, ambitione tamen ductũ, doctrinę ſuę penè immemorem, victoriam apud Belgradũ ſuo conſilio partam cunctis prędicaſſe, & alieua occultata virtute, qui verè res geſſerant, ſibi vſurpaſſe. is fuit Syluius in primis ea fortè ductus ratione, quia Capiſtranus ſcribens ad Calixtum Papam, cuius cauſam ipſe Capiſtranus agebat in Germania, quia Turcæ iam ciuitatem inuaſerant, parietes perfoderant, altas turres deiecerant, vnde hoſtibus patebat aditus in vrbem, quibus peditum erant centum & viginti millia: ſed magna virtus (ait) Domini IESV Chriſti: quia nemo alius vices gerens, me ſolum oportuit caſtra mouere; inſtruxeram noſtrum exercitum quaſi loſue. ex quibus verbis non hanc ſibi gloriolam attribuit Capiſtranus, vt notanit eũ Syluius, ſed diuinę gratię acceptum refert, quia omnes acclamabant altiſſimis vocibus IESVM, qua voce audita hoſtes verſi ſunt in fugam, & ſicut deficit fumus defecerunt. Sed quid mirum, ſi etiam ſancti huius viri pectus honeſtum hoc famę deſideriũ inuaſit? Nam B. Hieronymus inſignis ſecularium honorum contemptor, in libro, quem de viris illuſtrib, ſcripſit, in eorũ catalogo ſeipſum quoque commemorat; B. Auguſtinus quoque in Confeſſionibus propriam vitam & doctrinam luculenter, ſed maxima dexteritate, expreſſit. Natura ſiquidem honeſtæ huius glorię adeò auidum fecit humanum ingenium, vt aliorum doctrinam, ſtylumque ad celebrandas ſuas laudes, quandoque homines expectare nequeant. Et M. Tullius, vix inuenitur, (ait) qui laboribus ſuſceptis, periculisq; aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. Quid mirũ igitur, ſi pij & ſancti viri humana adhuc carne induti in re præſertum, in qua à vero non aberrarunt, aliquid

Lib.1. de offic.

offen-

offenderunt? Illorum improba laus eſt, qui à virtute alieni pretio ſibi comparare laudatores non erubuerunt. Hic ergo humilitatis ſtudio, & ſumma cura collabentem Eccleſiam fulſit, quem Reges, Principesq́; concelebrabant, & magno cum gaudio & veneratione excipiebant: apud Carinthios, Styrios Auſtrales, Morauos, Bauaros, Hungaros, Polonos, Turingos, & Saxones celebri opinione creuit. quod diuino conſilio factum credimus de viro humili & demiſſo; quia natura comparatum eſt, vt vbi plus virium, illò magis & fauor hominum ſe inclinet.

DE SINGVLARI EIVS DOCTRINA, *quam præclariſſima eiuſdem monumenta teſtantur.*

FVIT quoque admirandæ doctrinæ, primò enim iuris vtriuſque conſultiſſimus, in humanis & diuinis litteris eruditus. Vnde hæreticos, quorum acerrimus oppugnator fuit, aſſiduis diſputationibus conuincebat. Fraticellorum hæreticorum trigintaſex loca, in Marchia Anconitana, & Campania combuſſit. Tempore Eugenij IIII. exortam hæreſim profligauit; in Morauia & Boemia Huſſitarum damnatiſſimam hęreſim confutauit, qui Germanicę linguæ expers Latino vtebatur ſermone in populo. Scripſit de dignitate Eccleſiaſtica ad Nicolaum V. de illuminanda conſcientia, de vſuris & contractibus, ſpeculum clericorum, de cenſuris, de pœnis inferni, & Purgatorij, de caſibus & pœnis iniungendis, de reſtitutionibus, & contractibus, de matrimonio, ſcripſit in Regulam Fratrum Minorum, de Conceptione B. Virginis, de cupiditate libros tres, contra Huſſitas lib. vnum, de paſſione lib. vnum. Supp.lib.13. Scripſit ad Principes Boemiæ, quos hortatur, vt pro celebranda dieta apud Caſurgem conueniant. Scripſit contra magiſtrum Ioannem Rochezanum: iſte Rochezanus fuit hæreticus Boemus, fautor hæreticorum, doctrinæ non vulgaris, qui delectus eſt Archiepiſcopus Pragæ, & ſuis malis moribus, & peſtifera doctrina multa damna intulit toti Boemorum Regno: nam ſedens in cathedra peſtilentiæ inſecutus eſt totam Chriſtianam religionem, & à Praga primum deiecit Fratres Minores, aduerſus hũc igitur perditiſſimum virum ſcripſit Ioannes Capiſtranus, & confutauit omnes errores eius. Tempore Martini V. dum B. Bernardinus prædicaret, fuit notatus crimine idolatriæ, quia deferebat tabulam, cui affixum erat nomen IESV, quod cùm renunciatum eſſet B. Ioanni Reate prædicanti, venit Romam, & die ſequenti fuit diſputatio magna, ordinatur circulus, concurrunt Doctores, fiunt argumenta, ſancto ſeniori datur diſputandi locus, qui ita ſtrenuè victoriam reportauit, quòd nullus eo audito auſus eſt amplius quicquam opponere: in cuius rei memoriam ordinata fuit proceſſio ad honorem nominis IESV. Vnde in maiori honore & reuerentia dehinc habitus fuit apud illuſtres viros.

EPISTOLA AENEAE SYLVII *Epiſcopi Senarum ad Ioannem Capiſtranum.*

REVER. in Chriſto pater, & præceptor honorande, Facitis quod boni viri eſt, ante receptum obſequium gratias agere, & quę præterita ſunt magnipenditis: allocutus ſum Cæſarem de re veſtra, quemadmodum F. Philippus ex me veſtræ dignationi retulit, confeci notulas ad Romanũ Pont. & ad Cardinales duos Firmanum, & S. Angeli: hodie ſcriptæ ſunt litterę, ac per Cæſarem ipſum ſecretatæ, cras (vt arbitror) eaſdem ſigillatas habebo. easq́; P.V. per primum, qui occurrerit, nuncium, ſimul cum exemplaribus deſtinabo. hęc autem ſi perfecta erunt, extimabo me animi mei debita perſoluiſſe, neq; me dignum eſſe cui gratiæ referantur. Papienſis Epiſcopus nondum ad vos venit, neq; nomine Ducis Burgundiæ quiſquam adhuc Cęſarem adiit. Tranſiuit tamen hac monachus quidam, qui ad perſcrutandos Hungarorum animos nomine Ducis profectus eſt. Papienſis quoque Pontifex vnum ex ſuis pro capienda domo huc direxit. Sunt hic Oratores Comitis Ciliæ, cum quibus de concordia die noctuq́ue tractamus. Alia nunc ſcribenda non occurrunt. F. Philippum iubeo ſalucre, cui cum alijs litteris reſpondebo. Valete in Chriſto optimè. Ex noſtra Ciuitate die 10. Ianuarij anno 1455.

Veſter Aeneas Epiſcopus Senenſis.

INSIGNIA EIVS MIRACVLA DECLARANTVR, *quæ magna ſanctitatis indicia prætulerunt.*

VNA die viginti infirmos viribus deſtitutos apud Villiacum, primùm Alemaniæ oppidum ſatis populoſum, diuina gratia ſanitati reſtituit. In caſtro Loth prope Viennam liberauit à morte filiam cuiuſdam. In Alemania ſanauit adoleſcentulam quatriduanam. Aquilę prędicans fecit apparere multitudinem dæmonum in ſpecie aſinorum, equorum, & leonum. In Monticulo diœceſis Beneuentanæ Aquilanum à morte liberauit. Vaccarij ſanauit pluſquàm viginti infirmos. In Morauia quoq; multa fecit miracula. Heliſabeth filia Balthaſſaris Pellificis de Roylak collo & capite paralytica, treſq; annos cæca fuit, quæ ſacras manus defuncti deoſculata ſtatim libera extitit. duodecim mortuos liberauit à morte. Ciuis Aquilanus annos triginta inconfeſſus, poſtea tactus interius, & diuino lumine illuſtratus, volens ad concionem B. Ioannis accedere, grauiter tentatus à Diabolo diu perſiſtere non potuit, & relinquens ibidem mantellum ſuum abiit: qui ideo ſtatim ad Chriſtum ſe conuertit.

B.Bernard. Aquilanus in peregrino, dieta 16.

DE FELICI EIVS TRANSITV, *quem multa miracula conſecuta ſunt.*

CVM B. Ioannes acerba valetudine nimijs laboribus comparata laboraret, febre continua & irreuocabili, fluxu accedente, dies ſexaginta & octo inceſſanter tortus eſt, præter grauedinem hæmorrhoidarum, lapilli quoque arenarumq; dolorem, & iliorum aculeos patiebatur. Sylulus tamen narrat eum epidemiæ morbo ſublatum, eiuſque cadauer Hungaros tanquam viri à Deo accepti conditum in arca cuſtodiſſe. Vtcunque ſit, tanquam aurum in fornace probatus eſt, pertulit enim exile & attenuatum corpus annos 70. poſtquàm in religione annos quadraginta multa incommoda paſſus eſſet. Quare vrgente obitus die, certior factus de ſua dormitione ab octauo idus Auguſti anno 1456. vſque ad xxiij. diem Octobris, dum cantarentur veſperæ D. Franciſci, miraculis clareſcens obijt in Domino in ciuitate Vvilaka in Hungaria diœceſis Quinqueccleſienſis, tumulatusq; eſt in clauſtro B. Virginis apud Minores, quamuis eo in loco nullum appareat veſtigium, celebratęq; fuere exequiæ ſolennes ſeptem diebus: conditum fuit corpus eius in capſa ferrea quinque clauibus munita, & poſt multos annos molle & tractabile inuentum eſt, paucis autem ab hinc annis in profluentem Danubium proiectum Illoc non longè à Vienna repertum eſt. Sed illud memoria dignum eſt, quòd Sanctus hic ſenior & viuens & mortuus magna ſanctitatis indicia prætulit: cùm enim febricitans laboraret in extremis, verba illa ſæpius repetebat: Multum incola fuit anima mea: dicebatque, Sancta Maria ora pro me: Sancte Abraham ora pro me: & vt teſtatur Frater Petrus de Supronio, eleuatis manibus perfectę mentis compos, ſenſu viuax, & tam attentus ad ea, quæ ſibi à Fratribus circunſtantibus deuotè recitabantur, vt ebdomadarium minus bene proferentem, & barbam incriſpantem ſæpius corriperet, & emendaret; ac demum inclinans ad pectus ſuum titubans caput, ſuauiter ore ſenſim aperto, vt dormire potius videretur, quàm mori, ſpiritum efflauit.

EPITAPHIVM SVPER TVMVLO Beati Ioannis a' Capiſtrano.

Hic tumulus ſeruat præclara laude Ioannem,
Gente Capiſtrana, fidei defenſor & auctor,
Eccleſiæ tutor, Chriſti tuba; tum Ordinis ardens
Fautor, in Orbe decus, tum veri cultor, & æqui,
Et vitæ ſpeculum, doctrinæ maximus index,
Laudibus innumeris iam poſſidet aſtra beatus.

TENOR BREVIS, SEV ATTESTATIO BERNARDI Cardinalis S. Mariæ in Porticu de feſto B. Ioannis à Capiſtrano.

BERNARDVS miſeratione diuina S.Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis de Bibiena, Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis atteſtamur, fidemque facimus, Sanctiſſimum D.N.Leonem X. Pont.Max. ſuperiori anno in die S. Syluestri indulſiſſe, cùm quidem præſentes ipſi eſſemus, ſupplicāte id F. Chriſtophoro Foroliuienſi Ord.Min.de Obſeruan. Vicario generali, vt in Diœceſi, territorioque Capiſtrani celebrari poſſit feſtum B.Ioannis de Capiſtrano, attenta maxima deuotione, qua populi illi erga præfatum Beatum afficiuntur, ita quidem vt illius ipſius feſti celebritati imputari, obiicique nil poſſit: quod quidem feſtum celebrari debeat ad diem 23. Octobris tam à Fratribus ipſis, quàm à clericis etiam ſecularibus, aliiſque, qui volent, in diœceſi, territorioq; Capiſtrani, & hoc futuris perpetuis temporibus, Contradictores quoſcunque ſub excommunic. latæ ſent. pœna compeſcendo. In quorum fidem præſentes manu mea propria ſubſcriptas fieri, & noſtri ſigilli iuſſimus approbatione muniri. Dat. Romæ in Palatio Apoſtolico die 4. Octobris, 1515. Pontificatus Sanctiſſimi D.N. D.Leonis diuina prouidentia Papæ X. anno tertio.

Bernard. Card. S. Mariæ in Porticu
manu propria.

AD B. IOANNEM HYMNVS.

O Chriſte miles inclyte
Ioannes voce & opere
Diebus his nouiſſimis
Clarus apparuiſti:
Tu cruce Turcas fugas,
Tu cruce morbos ſanas,
Tu cruce cunctos iuuas,
Dux quibus tu fuiſti,
Implora nobis ueniam,
Ac fidei conſtantiam,
Chriſti legis cuſtodiam
Quem verè dilexiſti.

Πάρεργον, *an liceat non canonizatis preces offerre & vota.*

FVIT aliquando dubitatum, an Beatis non canonizatis ab Eccleſia preces dirigi poſſint, nec non circa eorum ſepulchra vota affigi. Ad quod videtur poſſe dici ſecundum Innocentium id tutò & citra conſcientiæ diſcrimen poſſe fieri. cuius verba ſubijciam: Non negamus (ait) quin liceat preces alicui defuncto, Innoc. III. quem quis credebat optimum virum, licet non canonizato porrigere, & vota Deo ad eius inuocationem facere in teſtimonium exauditionis, & vota ſiue promiſſa in ſignum miraculi reddere, & circa ſepulchrum priuatim non publicè affigere. Non licet tamen ea à ſacerdote ſolenniter recipere, aut publicare, ſicut licitum eſt de canonizatis. Vnde illorum priuatam affixionem prohibere, eſſet ſanctitatem ipſorū ſanctorum, & opera Dei occultare, contra id quod ait Raphael apud Thobiam. Sacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt. Thob. 12.

B. IOANNES Ethæus Hiſpanus Prouinciæ Caſtellæ domini Infantis Fernandi fratris Regis Aragoniæ confeſſarius, vnà cum Gonſaluo, apud Cairum Babiloniæ glorioſum compleuit martyrium, ſed antè à Saracenis captus primò verberibus crudeliter cæſus eſt, deinde plagæ eius aceto & ſale per fricationem conſperſæ, poſtea ſex clauis affixus fuit, facieſq; eius dolore & pallore confecta paulopòſt læta ab omnibus cōſpecta eſt.

B. IOANNES de laudibus à S.Geminiano in Tuſcia, qui viuentis B.Patris Franciſci vulnus laterale ſtigmatum tangere meruit, Bitonij in Vmbria glorioſè quieſcit.

B. IOANNES Martinozzi Politianus Etruſcus in Quadro Babiloniæ oppido martyrio vitam finiuit anno 1345.

B. IOANNES Neapolitanus martyr in Syria.

B. IOANNES Parens Florentinus ex oppido Carmignani non longè ab vrbe Florentiæ, primus Generalis poſt B. FRANCISCVM vir ſanè non minus eruditus quàm ſanctus, qui in Religione ſanctè vixit, & lacrymarum amator fuit. vnde magiſter lacrymarum appellatus eſt: nudis pedibus totam Religionem peragrauit, ſacrum corpus Chriſti in pixide argentea vel eburnea reponendum iuſſit. A Gregorio IX. Pont. qui eius ingenium familiariter nouerat, miſſus eſt Romam, vt Romanos ad obedientiam S. R. E. adduceret, inter quos & ſummum Pont. hoſtiles quædam inimicitiæ ſubortæ erant, quæ acerbiſſima illa tempora reddiderant, quibus renitentibus prędixit Tyberis colluuionem, cuius rei euentu Romani ad obedientiam rediere.

B. IOANNES Hiſpanus de Cetina in Regno Aragoniæ ſocius B. Petri de Dueñas martyrio coronatur in prouincia Beticæ ob fidem Chriſti. Natus Ioanues eſt honeſtis parentibus ex Ioanne Laurentio parente optimo: à primis annis iſte iuuenis inſeruiuit cuidam Equiti Aragonenſi, deinde abdidit ſe in eremum, vbi aſperam vitam duxit. ſuſcepitq́; habitum ſanctæ conuerſionis in loco Monteſani Barchinonæ, litteris operam dedit, & breui eximius verbi Dei concionator effectus eſt. Multos Iudæos & Moros adduxit ad Eccleſiam, & ad lumen fidei, qui deſiderio Dei flagrans obtinuit à Domino Papa Vrbano VI. facultatem prędicandi verbum Dei: ſed obijt in vrbe Granatenſi (vt dictum eſt) vnà cum Fratre Petro de Dueñas Palentinæ diœceſis, viro quidem ſimplici & idiota, ſed multæ perfectionis. Viri itaque hi ſancti peruenientes in Prouinciam Beticam acerrimè hominum vitia reprehendebant, dicebantq́; Maomethem eſſe magiſtrum erroris, eaq́; de cauſa carceribus mancipati, duraque vincula paſſi, animas Deo glorioſo martyrio reddiderunt anno 1397.

VERA B. IOANNIS PARMENSIS EFFIGIES.



Suſpice Parmenſem Ianum, quo ſancta regēte
Aeternum nomen Relligio aucta tulit.

DE

DE PRAECLARIS GESTIS *B. Ioannis Parmenſis.*

B. Ioannis ortus.

BEATVS Ioannes Parmenſis ex honeſta familia de Borelis natus ex Petro de Borelis, matre verò Antonia de Bertannis, vitæ probatiſſimæ ſemper fuit, in Eccleſia feruens, aſſiduus in oratione & ieiunio, vnde omnes voluptatum illecebras & cupiditates contemnebat. Quam ob rem per omnes religionis gradus incedens, tãdem Præfectus generalis electus totum Ordinem viſitauit, neque itineris labore fatigatus vnquã horas canonicas dimittebat, quas attentè & deuotè recitabat, non iacens, vel ſedens, aut parieti inhærens, ſed erecto corpore, & nudato capite: ſobrius erat in cibo & ſermone; ſed poſt multos labores ſpontè ceſſit officio, vt quieti vacaret, petiitque ſibi dari locum Grecij Reatinæ diœceſis, in quo annos triginta in ſumma pace Angelicam potius quàm humanam vitam duxit. Et cùm propè octogenarius eſſet, zelo fidei æſtuans, & animarum pio deſiderio feruens, obtinuit à Nicolao IIII. Pontificium diploma ad reducendos Græcos ad obedientiam S. Romanæ Eccleſiæ, vt aliàs pertentauerat, ſed fruſtra. Iter aggreſſus, vir ſpiritu Dei plenus, in itinere feſſus procubuit; præſentiens enim corporis ſui diſſolutionem imminere, ſocios qui cum eo erant, rogauit, vt eum ad viciniorem locum deducerent. cumque ciuitatem Camerini proſpexiſſet, ait: Hæc requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam. Mirabile dictu, ſubobſcurus erat aer & nubiloſus, omnibus ignotus hoſpes, ad eius tamen ingreſſum commota eſt vniuerſa ciuitas: accurrebant pueri clamantes, Sanctus Dei eſt iſte, qui intrat locum Fratrum, eamus & audiamus verbũ Dei, ab eoq; petamus benedictionem, & oret pro nobis. illic itaque paulo pòſt deceſſit, miraculiſq; illuſtratus eſt. & qui prius ſanctitati viri detraxerant, errorem ſuum agnoſcentes, digitò manu labraq; comprimentes, admirabantur, & veluti piſces ſilebant, auditaq; miraculorum fama, adorabant veſtigia pedum eius. Fractos enim diuerſis languoribus curabat, & à mortuis ſuſcitabat. Obijt itaque Camerini, in ædeque D. Franciſci in arca marmorea conditus eſt. viſitur hodie quoque integrum eius corpus, quod maxima veneratione colitur. De ſingulari verò doctrina huius viri plura inferius ſuo loco dicemus.

Eius ſobrietas.

A pueris laus & præconium.

Eius miracula.

DE B. IOANNE PECHANO.

BEATVS Ioannes Pechanus natione Anglicus Cyciſtienſis diœceſis S. Bonauenturæ diſcipulus, & imitator præcipuus, Theologiæ profeſſor inſignis, ſcripturam ſacram Pariſiis atque Oxoniæ, ſumma cum laude, & auditorum vtilitate profeſſus eſt. Hic pro defendendis fidei Eccleſiæque dogmatibus, Pariſiis cum beſtijs depugnauit. Deinde Oxoniæ, atque Londini, erroneas, infideleſq; nouitates validè extirpauit. Poſt hæc in prouincialem miniſtrum electus, commiſſam ſibi prouinciam ſtrenuè prudenterq; gubernauit, multaq; ad Religionis augmentum ſalubriter vel diſpoſuit vel inſtituit, ita tamen vt quæ alijs obſeruanda traderet, ipſe præ omnibus opere & conuerſatione præſtaret. Nam orationibus, ieiunijs, atque vigiliis cæteros, quamquam erat in tam multis negotijs poſitus, ſuperabat: præcipuè in ieiunijs adeo ſe affligebat, vt paucis admodum diebus exceptis, per vniuerſum anni circulum communibus cibis vteretur. Quadrageſimam vnam ab Epiphania Domini per continuos quadraginta dies, quam D. IESVS iuxta B. Franciſci verbum ſuo ſancto ieiunio conſecrauit, in cibo quadrageſimali diligentiſſimè ieiunabat. Item & à Septuageſima vſque ad ſanctum Paſcha Domini. Hinc verò vſque ad Aſcenſionem, iuxta Eccleſiaſticam conſuetudinem, propter gaudium reſurrectionis, intermittebat ieiunium: ab Aſcenſione vſque ad Pentecoſten, in præparationem aduenturi Spiritus, reſumebat ieiunium vſque ad feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, in Principum Chriſtianæ fidei reuerentiam & honorem hoc ipſum cõtinuans. Rurſum Quadrageſimam plenã, & totos quadraginta dies ante feſtum Aſſumptionis Virginis glorioſæ, quadrageſimalibus item cibis ieiunabat: qua finita, mox aliam per dies quadraginta intermedios, vſque ad feſtum B. FRANCISCI, in honorem ſancti Patris adijciebat. Corpori autem per dies aliquot indulgens poſt modicum ad ſolitam redibat abſtinentiæ diſtrictionem. A feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini, iuxta

Hæreticorum maximus oppugnator.

Ieiuniorum obſeruantia.

Rara abſtinentia.

iuxta Fratrum Minorum inſtituta (vt ſuprà dictum eſt) à lacticinijs abſtinuit. In adminiſtratione autem Miniſterij conſtitutus vſqueadeo ab omni non ſolum exemplo malò, ſed etiã à mala ſpecie ſe voluit continere, vt longa nonnunquam & laborioſa itinera ipſe cum comitibus pedes conficeret, cùm propter itineris prolixitatem ſimul & difficultatem, optimo iure & abſque omni reprehenſione, iumento vti licuiſſet; ſiquidem primo miniſterij ſui anno ad Paduanum accedens generale Capitulum, totũ iter tam eũdo, quàm redeundo pedes abſoluit. Tandem verò fama & ſanctitatis & eruditionis præclaræ vndique diffuſa, à Summo Pont. officio ſui miniſterij renunciare coactus, ad ſacri Palatij lecturam euocatur. Qua profeſſione ſumma cum laude, & gloria, aliquandiu diligenter adminiſtrata, à Summo Pont. Nicolao III. Cantuarienſem Archiepiſcopatum ſuſcipere eſt compulſus.

Franciſcus Titelmannus in præfatione expoſitionis officij de Trinitate.

Sicque in Angliam reuerſus multa ibi, quæ ad Regni pacem faciebant, diligenti ſolicitudine, & paſtorali auctoritate compoſuit. ſiquidem ante eius aduentum graues in Regno exſurrexerant diſſenſiones, & turbationes non minimæ, ita vt qui ante illum Cantuarienſem Eccleſiam rexerat, coactus fuerit à facie iræ Regis, relicto Angliæ Regno, ad Romanam vrbem, & ad Summi Pontif. gratiam confugere: locatus autem in adminiſtratione Epiſcopali vir in Dei timore fundatus, ſolita virtutum exercitia nequaquam derelinquebat. Immo verò iam diligentius diuinæ ſeruituti totum ſe mancipabat, eo quòd tunc ſe cognoſcebat ſubditis propoſitum eſſe in exemplum. Cum Propheta ſancto diligebat vnicè decorem domus Dei, & loca habitationis gloriæ eius.

Eximia eius diligentia in paſtorali officio.

Sacrata templa omni decenti apparatu, per vniuerſam ſui Epiſcopatus ditionem, ſolicitiſſimè decorabat: fugitabatque otium, ſciens ab otio dari vitia, & doceri malitiam multam. Apud Cantuariam quarto ab vrbe miliario, ad diuini officij laudes perpetuo celebrandas, Collegium clericorum inſtituit, magnificeque (vt erat in omnibus munificentiſſimus) dotauit. Vbi, ne ſe Canonici à perſonali, quod aiunt, reſidentia (vt ferè fieri ſolet) vbi illis fuiſſet collibitum, ſubducerent, ſicque Dei cultus, quem primum omnium ſpectabat, malo abuſu imminueretur, ſtatutum fecit, quod in hodiernum vſque diem inuiolabili obſeruatione perdurat, ne abſens quiſquam ex prouentibus aliquid omnino reciperet, ſed abſentis portio in communem præſentium vtilitatem impenderetur. circuibat loca ſuæ curæ credita, & tanquam paſtor bonus ſalutis verbum, vbicunque ſe opportunitas offerebat, ſiue populo, ſiue clero, ſiue religioſis conuentibus, in virtute ſpiritus proponebat: plura quoque concilia prouincialia propter zelum rectæ & orthodoxæ fidei legitur celebraſſe.

Concilia plura celebrauit.

per dies ſingulos primo mane, antequam vlla tractaret occupatoria negotia, Pontificalibus indumentis ornatus, magna cordis præparatione, altiſſimo ſacrificium Domino offerebat, niſi cauſa admodum grauis obueniſſet, quæ opportunitatem nullo modo concederet. Tum nimijs penè vigilijs Fratres ſuos, & clericos, atque familiam vniuerſam fatigabat. Ieiunia ſolita factus Archiepiſcopus non relaxabat: & cùm ferè ex omni genere eſcarum apparatibus Pontificalis menſa frequenter abundaret, ipſe ſibi ad ampliorem carnis cohibitionem, & perfectæ vitæ arctiora exempla ſubditis demonſtranda, inter epulas eſurire præcipiebat, & inter plenas carnium delitias, cibos manducare inſipidos, ſeipſum ſeuerus pedagogus cogebat.

Abſtinentia eius, fugiebat ciborũ delectum.

In ſententijs autem ſcripturæ ſacræ tam fuit verſatus, quantum ex ipſius præclaris monumentis datur æſtimare, vt totam eam voraſſe potius quàm legiſſe videri poſſit. Inter cetera autem eius monumenta illud, vt quantitate minimum, ita ſententiarum ſublimitate, atque dictionis maieſtate eſt digniſſimum, quod de ſacroſancta Trinitate, ad ſuæ fidei ſempiternam proteſtationem compoſitum, ex Pont. ſummi approbatione legitur, & canitur ab omnibus Eccleſiis, quæ Romanæ Eccleſię in canonicis horis perſoluendis vſum tenent, tametſi propter operis difficultatem, pleræque inferiorum Eccleſiarum in ſuo vſu ipſum non recipiant.

Preclarũ officium de Trinitate.

Extat & aliud eius opuſculum prædicatoribus verbi Dei ijs, qui examinata & caſta eloquia ex ſcripturarum veritate auditoribus quærunt proponere, vtiliſſimum, in quo ſub certis quibuſdam locis ſacrorũ Bibliorum ſententias, nouo artificio, & mira dexteritate, ita apto digeſſit ordine, vt facilè ad quamlibet materiam ex ſcripturis ſanctis multa poſſit, requirens minimo negotio, quodcunque tandem propoſuerit, ſibi quælibet expromere. In quo opere vel ſolo facile eſt perſpicere, quàm ſibi familiares habuerit, & quàm intimè perſpectas ſcripturæ ſacræ paginas, quas ita potuit miro compendio in tam ordinatam compoſitionem redigere. Inter cætera autem virtutum eius inſignia, & hoc ad teſtimonium ſuæ virgineæ caſtitatis memoriæ traditum eſt, à mulierum conſortijs alienum quàm maximè abhorruiſſe, quod etiamſi nullius ſcriptoris firmaret aſſertio, vel ipſa operũ

Signa caſtitatis & pudicitiæ.

eius

Obitus.

eius ſublimitas, & altiſſimæ Theologiæ integerrima puritas ſatis patefacit. Sedit autem in Archiepiſcopatu Cantuarienſi ann. 13. obiit verò anno ab incarnatione Domini 1209. vt in vita conuerſatione inſignis, ita & poſt mortem miraculis clarus. Quare de hoc viro certa fide dignorum hominum relatione hiſtoriam quandam memorabilem narrant, quā huic loco non immeritò, neque ocioſè arbitror inſerendam. Cùm enim Romæ in Sacro Palatio Doctoris ſacrorum publico munere fungeretur, priuſquam in Epiſcopum fuiſſet promotus, nec adhuc vlla eſſet præterquam Theologię magiſterij eminentia inſignis, Cardinales, Epiſcopi, & aliorum graduum atque ordinum complures, in Eccleſiaſticis dignitatibus eminentes, ob viri in rebus Theologicis præclaram eruditionem, ad illum audiendum ſacra docentem, magna diligentia quotidie confluebant, veluti tanti luminis radio cupientes illuſtrari: cùm ergo adueniente ſtatuta prælectionibus hora, per medium ſcholæ ad cathedram accederet magiſtralem, prætereunti Doctori, qui conſederant, aſſurgentes in pedes perſiſtebant, donec conſcendiſſet ille cathedram: hunc nimirum honorem deferebant Theologico lumini, quo ille fulgebat, & cuius illi participes fieri deſiderabant. Poſtea verò quàm Archiepiſcopatus dignitate ſublimatus eſt (indignum iudicāte Summo Pont. glorioſæ eruditionis virum Eccleſiæ faſtigijs non fulciri) ſolitum Doctoris munus nihilominus adminiſtrare perrexit; & cùm iam Archiepiſcopus Cantuarienſis in ſcholam ingrederetur, Cardinalium nemo illi voluit ſolitum aſſurrectionis impendere honorem, neque vllo modo loco moueri. Hactenus (aiebant huius rei cauſam reddentes) Theologici luminis maieſtatem in humili vaſculo cōtemplati, Theologo, & Theologiam docenti dedimus honorem, qua ſanè conſideratione nos illo multò inferiores, ipſum verò nobis ſuperiorem agnouimus. Nunc verò dum in Epiſcopalem dignitatem intendimus, non eſt cur nos ipſi vel maiori, vel certè æquali dignitate fulgentes aſſurgamus; Theologico lumini honoris impendere obſequia non pudebat, Epiſcopo autem, huiuſmodi præbere honorem noſter Ordo non docuit. Monſtrat hæc Cardinalium ſententia in iſto viro Theologo ſimul & Epiſcopo, Theologici luminis claritatem, quàm Epiſcopalis prælationis dignitatem præclarius effulſiſſe. Scripſit etiam præter ea quæ dicta ſunt in quatuor lib. ſent. aduerſus inſipientem lib. vnum: in cantica canticorum lib. vnum: Apologiam in ſtatuta ſynodalia, perſpectiuam communem, atque multa alia, quæ tamen ad manus meas non peruenere.

Honor inſigni viro doctrina exhibitus.

DE BEATO IOANNE PICENO, *qui miraculis inſignis apud Picenos floruit, & ab eis in pretio habitus.*

BEATVS Ioannes de Penna S. Ioannis in Piceno iacet ibidem, qui cùm adhuc eſſet inter ſeculares homines, quadam vice puer quidam pulcherrimus excitauit eum nocte dicens, Ioannes perge ad S. Stephanum, quia ibi prędicabit vnus de Fratribus Minoribus, cuius doctrinæ crede, & verbis attende; Sub hæc ipſe Ioannes animo ſuo expertus eſt mirabilem mutationem; ibi inuenit F. Philippum prædicantem non in vanis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute ſpiritus annuncians regnum Dei: finita autem prędicatione dixit ei Ioannes, Pater recipiatis me ad Ordinem veſtrum. ille verò perpendens diuinum conſilium tranſmiſit eum ad ciuitatem Recineti, vbi fuit acceptatus in capitulo prouinciali, poſtea miſſus fuit in prouinciam Prouinciæ, vbi in maximo vitæ exemplo, & morum ſanctitate manſit annos 25. omnibus charus, omnibus venerabilis. Semel oranti apparuit Chriſtus, ad cuius intuitum liquefacta eſt anima eius, & dixit ei, Fili mi pete quod vis, cui ait B. Ioannes, Domine mi nihil aliud volo præter te. Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? & ait Dominus, Exaudita eſt oratio, & ſtatim ab oculis eius elapſus eſt. ille reuerſus in prouinciam Marchiæ commoratus eſt per triginta annos plenus ſanctitate, & ſpiritu prophetico. Cuidam enim nouitio diuexato à Diabolo, vt neglecta religione Ordinem relinqueret, Bene feciſti (ait) fili expectans aduentum meum, quia Dominus confirmabit te in bono & ſancto propoſito, nec vltrà exibis ab iſto ordine. Obiit autem in patria poſt diuturnas tribulationes, quas à Diabolo paſſus eſt, & cùm adeſſet hora mortis, iunctis manibus gratias agens Chriſto, capiti, quod ſemper optauerat, tanquam membrum electum æternaliter eſt vnitus.

Magna ſanctitatis huius viri argumēta, cui Chriſtus apparuit.

Fuit à Dæmonio acriter diuexatus.

B. IOAN-

B. IOANNES Simplex is eſt, quem B. FRANCISCVS adhuc viuentem Sanctũ appellauit, cuius ſimplicitas (ſi alia deſint argumenta) ex hoc facilè comprobari poteſt. Nam B. Franciſcus, cui ſemper erat fixum, immotumq; animo, labentem Chriſti Eccleſiam fulcire & reſtituere, ſicut audiuerat à Domino præcipiente, FRANCISCE vade, repara domum meam; villas comitatus Aſſiſij peragrabat deferens ſcopas in manibus, & cùm ſemel intraret in quandam Eccleſiam, vt extergeret illam, increbuit huius rei rumor per totam villam: tum quidam Iuuenis Ioannes nomine bobus arans, audita fama de ſancto viro, reliquit aratrum ac boues in agro, diſpoſuitque ſe velle ſequi Chriſtum, qui intrans eccleſiam, vidensque ſanctum virum habere ſcopas, voluit è manibus eius arripere, cuius ſimplicitatem B. Franciſcus amplexus eſt, erat enim ita ſimplex, vt quicquid faceret B. Franciſcus, hoc ipſum factitare niteretur, ſi ſterteret (vt hæc loquar) ſi tuſſiret, ſi denique excrearet, ne tantillum quidem ab eius actionibus abſiſtebat; in qua ſimplicitate ſimplex ſimpliciter vixit, & virtute ſimplicitatis munitus & clarus obiit.

Puritatis exemplum.

B. IOANNES ex ciuitate Stenical in Germania primò canonicus in cathedrali Maguntina S. Petri; deinde Spiritus ſancti zelo accenſus, poſthabitis mundi huius doloſis illecebris, Minorum habitum induit, in quo ſanctè vixit, & mortuus miracula fecit. obiit Spiræ anno 1245. pridie Kal. Iulij, in feſto S. Pauli. In vrbe Bruxelli puella aquis ſuffocata, emiſſo voto ad B. Ioannem, Spiramq; ad eius tumulũ delata ſanitati priſtinæ reſtituta fuit. Multos ægros, & varijs morbis oppreſſos ſanauit. Narratur quòd lampas ante eius tumulum accendebatur ab Angelis.

B. IOANNES frater fuit vterinus Philippi parui Francorum Regis, ſepultusque in Francauilla; is tres mortuos ſuſcitauit.

B. IOANNES ſanctitate & miraculis præclarus obiit in ciuitate Syracuſana Siciliæ, qui portauit lapidem ignitum manu inoffenſa à coquina ad infirmariam cuidam Fratri ægrotanti.

Miraculũ de igne manu delato.

B. IOANNES Stranconius vir moribus & doctrina clarus; hunc ampliſſima ciuitas Florentina valde coluit; conſtruxit autem ipſe locum in Monte Feſſularum, & multos ad Religionem ſuſcepit, à quo etiam B. Thomas Florentinus habitum ſanctæ conuerſionis ſuſcepit.

B. IOANNES cognomento Tentalben, in loco S. Illuminatæ in agro Tudertino cæcum illuminauit, ſigno crucis paralyticum firmitati reſtituit.

B. IOANNES Valeis Galenſis Arbor vitæ nuncupatus ſcripſit ſententias, communiloquium, ſeu collationum lib. vij. Manipulum florum, compendiloquium de vitis illuſtrium Philoſophorum, breuiloquium, de philoſophia ſeu ſapientia Sanctorum, de quatuor virtutibus Cardinalibus antiquorum Principum & Philoſophorum, ordinarium ſiue Alphabetum vitæ religioſę lib. xv. in Apocal. lib. vnum, qui inter præclara eius opuſcula numeratur. Hic in fine conſtitutus humanæ vitæ, cùm diu ſine loquela permanſiſſet, cœpit lætus dicere: AD patriam pergo: quibus in verbis ſpiritum exhalauit, & ita in Domino diem clauſit extremum. Floruit autem an. 1270. Pariſiis, & ibi fuit honoratus.

B. IOANNES de Valle, quem Deus crebris illuſtrauit miraculis, obiit in loco Piſtię, ſiue Brugliani in colle florido diœceſis Fulginei.

B. IOANNES Hungarus primò miniſter Hungariæ, cuius corpus, cùm poſt eius obitũ deberet transferri de uno in alterum locum, ſua ſponte, abſque nauigio, uel aliquo deuehente, ſe ad locum deſtinatum tranſtulit: iacet in loco Villæfranchæ.

B. IOANNES dictus de Valentia ſacerdos fuit, is & F. Petrus Oblatus peruenientes in ciuitatem Teruel conſtruxerunt ibidem ſacellum, ubi aſſiduis orationib. uacabãt, atq; uitæ exemplis, & optimis conſiliis ac inſtitutis, deuos ad Chriſti fidem deducebant. Verùm cùm magna aduerſus Chriſtianos uigeret perſecutio, totaq; ciuitas Valentiæ ſęuis concertationibus eo tempore uexaretur à Mauris, qui perpetui Chriſtiani nominis hoſtes erant, iſti Fratres coram Azoto iniquo Rege fidem Chriſti palàm cõclamantes, cùm nulla ratione ad Mahometiſmũ adduci poſſent, iuſſu Regis capite puniuntur an. 1231. in die decollationis S. Io. Baptiſtę, quorũ corpora à Chriſtianis inuenta in ciuitatem Teruel delata ſunt, atq; honeſto loco recondita, ubi hodie quoq; miraculis coruſcant. Nec illud inter minima cenſeri debet, ꝙ ſemel in ciuitate Teruel tanta locuſtarum copia uiſa eſt, ut quaſi nubes caliginoſa totum circunſtantis aeris oppleret, ad cuius intuitum perterriti ciues, BB. Martyrum opem implorauerunt, eorumq; meritis & interceſſione ſtatim illę euanuerunt.

Miraculum de locuſtis. eſt autè locuſta animal infirmas habens alas, vt ſaltare potius videatur, quàm volare.

DE

DE CONVENTV VALENTIAE, *& quomodo diuino fauore datus fuit fratribus.*

ACcidit nec ſine diuino numine, quod cùm Rex Azotus ſuos videret quotidie ſenſim deficere, Chriſtianumq́; gregem magna incrementa ſuſcipere, neq; vi vlla, aut hominũ conſilio, poſſe obſiſtere, decreuit D. Iacobo Aragonum Regi Reguum ſuum dimittere, detentis ſibi quibuſdam redditibus in comitatu Valentiæ, quantum vix poſſet vitam hanc commodè tranſigere, & ita anno 1238. in vigilia S. Michaelis Iacobus Rex magno cum honore Valentiam ingreſſus eſt. Rex verò Azotus coram Iacobo Rege donauit Fratribus Minoribus prætorium ſuum, iuſſitq́ue ibi conſtrui monaſterium Fratrum in honorem SS. Martyrum, & B. Vincentij Valentini ex Ordine Prædicatorum.

Iulianus Teutonicus magiſter cantus Regis Francorum.

B. IVLIANVS Teutonicus fuit vir notę ſanctitatis, obiit Pariſiis miraculis clarus. Hic nimirum compoſuit vitam B. Patris Franciſci, & B. Antonij, & quo ad cantum, & quo ad antiphonas, verſus & reſponſoria, quibuſdam antiphonis exceptis ad Magnificat, & reſponſorio Carnis ſpicam. Fuit enim magiſter cantus in aula Regis Francorum. Antiphonam illam, quæ quotidie in completorio in honorem B. P. Franciſci canitur, Cœlorum candor, compoſuit D. Raynerius Cardinalis Viterbiẽſis, & hymnum qui incipit, Plaude turba paupercula. ſed Gregorius IX. Pont. compoſuit antiphonam, Plange turba paupercula.

DE B. IVNIPERO SOCIO S. FRANCISCI.

BEATVS Iuniperus ſocius B. Patris Franciſci, fuit tantæ humilitatis, vt fatuus ab imperito vulgo crederetur. ſiquidem honores, vt lethale venenum abhorrebat; nemo vidit eum vnquam turbatum: cuius ſimplicitatē admirans B. Franciſcus adſtantibus dicebat, Vtinam, Fratres, de eiuſmodi Iuniperis vnam ſyluam haberem, & dico vobis, quòd ille eſt bonus Frater Minor, qui peruenit ad ſimplicitatem fratris Iuniperi. Huius pręſentiam dæmones ferre non poterant, ſed ad nominis eius inuocationem fugiebant. maxima pietate ipſe ferebatur in pauperes: dicere conſueuerat, verbum hominis debet incipere à veritate, proficere in bonitate, terminare in humilitate, menſurari breuitate, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram. Non ab re igitur videtur cõtigiſſe, vt Iuniperus appellaretur, quia (teſte B. Iſidoro) vt cinis Iuniperi diutiſſimè accenſos Iuniperi carbones ſeruat, ſic ille in ſacro pectore accenſum in Deum ſeruabat amorem; eſt prętereà Iuniperus obſita aculeis, per quos pœnitentiæ compunctio poteſt deſignari: ſic memoria peccatorũ fouet ignem charitatis.

De ſumma in aduerſis tolerantia B. Iuniperi.

CVM aliquis afficeret eum opprobrijs dicebat ei, Amice imple gremium tuis lapidibus pretioſis, imple ne timeas; appellans iniurias & opprobria lapides pretioſos. eius ſanctitatem Dęmon ſemel fugerat per ſeptem miliaria, & interrogatus de cauſa, reſpondit, Non poſſum ſuſtinere præſentiam ſtulti illius Fratris. per ſex menſes obſeruauit ſilentium, nam propoſuit prima die non loqui in reuerentiam Patris, ſecunda Filij, tertia Spiritus ſancti, quarta Angelorum, quinta alicuius ſancti, & ſic deinceps per ſeptem menſes ſilentium perpetuauit. Dum ſemel F. Iuniperus oraret, & fortè aliquid magni conciperet de ſe, apparuit quędã manus in aere cum hac voce delapſa, Manus ſine manu nihil poteſt facere. ideſt nullus eſt tam bonus qui poſſit ſine manu, ideſt potentia aliquid facere, quod audiens B. Iuniperus ſaltans per domum, Domine eſt verum, Domine bene eſt verum, aiebat. Interfuit obitui D. Clarę, quem ipſa ioculatorem Chriſti appellabat.

De eximia eius humilitate & charitate.

FVIT autem (vt diximus) humilitatis præcipuus cultor, nam ſemel præ nimia confuſione Viterbium intrauit, & ſeminudus apparuit, quem iuuenes deriſoriis verbis & luto impetebant: frequenter rapiebatur, vt fatuus indicaretur: libenter verba ferebat improperij, & cęteris dicebat, Quis non ferret libenter ciſtum luti, ſi daretur ei aurum? nos verò pro vita æterna acquirenda nolumus ſuſtinere modicũ verecundiæ?

Præterea tanta pietate ferebatur in pauperes, vt ſi fortè pauperiorē deprendiſſet, ei dimidium tunicæ vel caputium largiretur, interdum verò & libros, & altaris ornamenta. Semel quoque inopi cuidam dedit pro eleemoſina campanellas argenteas, quæ erant ſuper altari B. Franc. in æde eius Aſſiſij, quem cùm increpaſſet F. Ioannes Parens Generalis coram omnibus Fratribus, & duris verbis fuiſſet cōminatus, vt in tali obiurgatione rauceſceret, Iuniperus nocte ſequenti attulit eidem Generali vaſculum cum farinulis & butyro ad tollendam illam raucedinem. Tunc ille admirans eius ſimplicitatem, ait, Comedamus ſimul; ſic deuotione potius, quàm cibo recreati, & conciliati in charitate ſunt.

REMEDIA QVAE ADHIBVIT B. IVNIPERVS contra tentamenta carnis.

CVM ſemel B. Egidius, Simon, Rufinus Apij, & Iuniperus colloquerentur, atque cū eo contenderent de remedio adhibendo contra carnis tentamenta, dixit B. Egidius, Quid facitis vos contra carnis pruriginē, reſpondit B. Simon, Ego conſiderans peccati huius fœditatem euado. B. verò Rufinus ait, Ego verò tandiu humi proſtratus Dei, & B. Virginis clementiam imploro, donec me ſentiam perfectè liberatum. Ad hęc B. Iuniperus, Et ego cùm præſentio tumultū conſcientię, cordis oſtia fortiter claudo, & ſanctis meditationibus & deſiderijs occupatus clamo, Foris, foris, quia oſtium clauſum eſt. Pulchrum remedium contra carnis tentamenta.

DE EIVS OBITV.

OBIIT autem B. Iuniperus Romæ, ſepultusque in Ara Cœli ad lęuam maioris aræ: oſſa eius tranſlata ſunt ad quandam columnam lapide porphyriaco ſuperpoſito.

B. LANDVS Tarentinus miniſter Apuliæ ſignis claruit Andriæ in Apulia.

S. LEO vnus ex ſeptem martyribus fuit: de quibus diximus in principio.

B. LEO Archiepiſcopus Mediolanenſis vir non mediocris ſanctitatis iacet Lignani comitatus Mediolani miraculis glorioſus.

DE B. LEONE SOCIO ET FAMILIARI Sancti Patris Franciſci.

BEATVS Leo Viterbienſis B. Patris Franciſci confeſſor, & ſcriba, quaſi vas auri ſolidum, cum lapide pretioſo decorum, pigmentorū ſuauitate refertum, virtutum quaſi gemmarum varietate refulgēs, qui fuit in ſacro Aluernæ monte, dum B. Franciſcus ſacra ſtigmata ſuſcepit, & quem ob columbinam & angelicam eius ſimplicitatem mirificè diligebat, & ouiculā Dei frequenter nominabat, ſiue beſtiolam; eumq; proponebat in exemplum alijs dicens, Ille eſſet bonus Frater Minor, qui haberet ſimplicitatem & puritatem Fratris Leonis. Hic fuit Euangelicæ paupertatis zelator maximus, fuit in oratione feruens, ſæpe illud repetens, Quis es tu Domine Deus, Deus meus? & qui ſum ego vermiculus, & pauperculus ſeruus tuus? ſolus meruit lauare vulnera B. Patris Franciſci, & remedia diuerſa apponere, præterquam in die Veneris, vt in illo die crucifixionis ſentiret dolorem; huic benedixit Beatus Pater his verbis: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui, conuertat vultum ſuum à te, & det tibi pacem, Dominus benedicat F. Leonem. Hæc verba habentur in ſacro conuentu Aſſiſij à B. Franciſco ſcripta vnà cum laude, cuius initium eſt, Tu es Sanctus. Obiit B. Leo Aſſiſij, & ibidem conditus eſt miraculis nobilis. Dum enim Spoleti exiſteret, ſigno crucis apoſtema ita curauit, vt de cætero nullum ſignum cicatricis remanſerit, multaque miracula fecit alia.

Simplicitas Beati Leonis.

Verba quibus B. Franc. benedixit Fratri Leoni.

De vehementi eius ſpiritu & extaſi in oratione.

CVM ſemel B. Leo oraret, raptus fuit in ſpiritu, habuitq; in viſu, quòd multi Fratres tranſibant per flumen, aliqui tranſacto flumine manebant ad latera, aliqui pondere nimio preſſi in media via deficiebant, impetuq; aquæ detenti, ſubmergebantur; aliqui facilè tranſibant ſine aliquo diſcrimine. quam viſionem declarauit B. Franciſcus: Nam flumen eſt mundus, qui currit curſu præcipiti, Fratres qui ſubmerguntur, ſunt qui profitentur Regulam, ſed non adimplent præcepta Euangelica: alij ſola contenti tunica tranſeunt flumen ſine aliquo periculo. Habuit gratiam raptus.

Y ORANTI

ORANTI F. LEONI APPARVIT B. Franciſcus poſt eius obitum.

In die Veneris B. Franc. preſentiēs Crucifixi dolorē, nullum plagis remediū apponi ſinebat. ex quo B. Leo tantam dilectionem ſpiritualē recipiebat, vt quaſi ſtupore & inflāmatione mirabili expiraret.

Simile habetur de Socrate dictū, q diſcipulos coercens phyſiognomo applauſit dicēs, Rē diuinaſti, quoniam hæc omnia eram, niſi philoſophia me docuiſſet naturę repugnare, & ab ijs abſtinere: ſapienter quidē, ſed nō Chriſtianè.

INSTABAT B. Leo, precibusq; interpellabat Dominum, vt dignaretur ei monſtrare B. Patrem Franciſcum. Itaq; apparuit ei alatus alis inauratis. Vidit quoque aliàs in ſpiritu præparari finale iudicium in latiſſimo campo, quò Angeli clangoribus tubarum omnes vocabant ad iudicium finale, viditq; duas ſcalas à terra cœlum pertingentes. Vidit autem multoties B. Franciſcum eleuatum à terra quando diuinæ gratiæ dona cumulatius ſentiebat, ſolusq; meruit tangere vulnus laterale B. Franc. ſolusq; ad B. Franciſcum accedere. Quondam ieiunans in die cum pane & aqua, dum in monte Aluernæ celebraret quadrageſimam in honorem Archangeli Michaelis deuotiſſimè, quādo ei dabatur copia, oſculabatur pedes S. Franc. dicens hæc verba: Deus propitius eſto mihi peccatori, & per merita ſanctiſſimi huius viri fac me ad tuam miſericordiam peruenire. Aliquando vidit eū ad arborum cacumina eleuatum, & in tantam altitudinem ſubuectum, vt vix eum attingere valeret. Narratur de illo, quòd cùm mandato B. Franc. multis eum conuitijs affeciſſet, fornicatorem, adulterum, furem, homicidam, blaſphemum, aliaq; id genus appellans, patientiſſimè tulit B. Fran. ac ſemetipſum ob hæc omnia deplorauit. Deinde verò cùm ſocius ab eo perquireret, cur illum compuliſſet tot tantaq; mendacia dicere in virum innocentē, cui nihil horum conueniret; reſpondit, Nihil mentitus es: quoniam hæc omnia eram, & multo plura futurus, niſi me diuina miſericordia ab ijs malis ſeruaſſet immunem.

Miracula B. Leonardi.

B. LEONARDVS Fulginàs ſanctitate & miraculis clarus obijt Piperni prouinciæ Romanæ, cuius oſſa condita ſunt in Eccleſia Fratrum Minorum ſub ara maiori, quæ ab incolis habentur in reuerentia. Audiui Priuerni à quodam ſeniore probatæ vitę nō multis ab hinc annis, inter eius oſſa compertam fuiſſe quandam ſchedulam conſcriptam, quæ tamen non potuit legi, quòd ea è ſepulchro educta, vixq; aeri expoſita, ſtatim elemēta deleta ſunt. Romæ in Eccleſia S. Laurentij extra muros adſunt iſta verba: B. Leonardus de Fulgineo mortuus eſt Piperni, & ſepultus in loco, de quo iſta feruntur. Puer quidam Iordanus nomine de caſtro Montis Fortini in Campania apud Pipernum, vbi morabatur, ſigno crucis ab eo reſtitutus eſt ſanitati. Egidius de Monte Fortino cæcus à Beato viro ſigno crucis, cunctis admirantibus, eſt illuminatus.

B. LEONARDVS è Ciuitatenoua obiit miraculis inſignis apud Ciuitatemnouam, & ibi ſepultus in cathedrali, cùm adhuc non eſſet ibi locus Fratrum Minorum.

B. LEVINVS vel Leninus ex prouincia Frācię in Quadro Babilonię minoris oppido, pro fidei cōfeſſione glorioſo martyrio coronatur an. 1345. Nā cū martyrij deſiderio flagraret, acceſſit ī partes Saracenorū, vbi palā fidē Xpi pdicabat Maomethis ſectā impugnās.

B. LVCIDVS antiquior verè ſanctitate vitæ collucens, ardensq; gratia diuina & charitate, cuius lingua glorioſa à Spiritu ſancto edocta fuit, multū in religione profecit.

Lotura pedum.

B. LVCOLFVS Saxo, cuius pedum lotura mulierē à carnis ſuperfluitate in altero pede excreſcente curauit, & puerum militis filium omnibus viribus deſtitutum corroborauit, ac mulierē quandā à corporis cruciatu hanſtu vini, de quo ipſe potauerat, curauit.

B. LVCHESIVS ſiue Lucenſis iacet in loco Podij Bonizi vel Bonantis in mōte imperiali, qui multa prædixit, rerum ſucceſſu eueniente, cùm anno 1380. eſſent multa bella & diſſidia inter Florentinos, & Carolum de Pace in Podio Bonantis. huius caſtri erāt domini illi de Bentijs, antequam veniret in ditionem Senenſium.

Belludorum pręclara familia.

B. LVCAS Patauinus ex nobili & generoſa familia Belluda, diſcipulus & imitator D. Antonij, admirabili effluentis huius mundi contemptu ad extremum vſque egenā vitam duxit, de quo illud memoratur. Nam cùm ſemel acerbè Anſidiſium Eccelini immanis Tyranni increpaſſet, quòd impiè contra Eccleſiæ libertatem moueretur, hac occaſione Eccelinus permotus B. Lucam vehementi odio proſecutus eſt, interim ille à prædicatione deſiſtere cogitur, cui die noctuque ſanctæ orationi pro patria incumbenti B. Antonius per quietem apparēs, prędixit Padue liberationem à crudeli Tyranni oppreſſione, quod poſtea euentus confirmauit. nam haud multo pòſt ab Illuſtr. Legato pro Rom. Pont. Venetorū ope Padua libertati reſtituta eſt, & excuſſo ſeruitutis iugo, expectata ſumma pace, & tranquillitate donata eſt. Sermones Dominicales doctrina laudabili edidit, obiit Paduæ, in ſacello D. Andreæ conditus.

Habentur ſermones eius manuſcripti Arimini.

VERA B. LVDOVICI THOLOSANI EFFIGIES.



Ore decens, opibusq́; potens, & Regia proles,
Fit Ludouicus relligione Minor.

DE ORTV SANCTI LVDOVICI, de effigie, & de ingreſſu eius ad Ordinem.

Maria Hungariæ habuit tres fratres omni ſanctitate præclaros.

SANCTVS Ludouicus Tholoſanus filius Caroli Secundi filij Caroli Primi, qui vulgò Martellus dicebatur, ex Ludouico Gallorum Rege clariſſimo genere ortus, habuit matrem Mariam ex inclyta Pannoniæ domo, quæ tres fratres habuit omni ſanctitate conſpicuos, videlicet S. Stephanum Regem, S. Ladiſlaum Regem, & S. Henricum Regem; habuit quoque Bellum nepotem, qui obiit cum opinione ſanctitatis, & Heliſabetam amitam. Itaque ratione primogenituræ futurus erat Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ, ſed omnibus contemptis amore Dei, pro quo factus eſt penè opprobrium & abiectio plebis, dum eſſet obſes pro patre, votū emiſit ingredi ſacrum Minorum Ordinem, quod poſtea re ipſa, memorabiliq; fide & pietate compleuit, vt verè illud dici poſſit,

Degeneres hominum curas, vanosq; labores
Deſpicit, atque animo placido ſpes ridet inanes.

Carolus primus fundauit locum S. Laurentij Neapoli, & Carolus ſecundus inchoatum abſoluit.

S. Ludouici modeſtiſſimus pudor.

Itaque Neapoli in conuentu S. Laurentij, quem Carolus ſecundus poſt Carolum primum abſoluit, in collegium Fratrum, ſponte, nulloque hominum ſuaſu aut cohortatione, ſe abdidit. Fuit autem B. Ludouicus facie pulchra & tam venuſta, vt omnes eum conſpicientes honeſta voluptate afficerentur, inceſſu, aſpectu, & geſtu graui, membris omnibus aptis, & corpori bene cohærentibus, decore totius corporis eximio, voce humaniſſima, manſuetudinisq; plena, egregio oculorum nitore, quibus ita dominabatur, vt nunquam in faciem alicuius mulieris conuerteret: nemo vidit eum otioſum vel turbatum, ſed mente in Deum aſſidua contemplatione ferebatur, de quo leguntur illa carmina:

O præſtans animi iuuenis virtute coruſcans,
O noua neſcio quo lux igne exorta repente,
Quis Deus iſta tibi tam ſancta oracula ab alto
Detulit in terras? quæ te ciet aura? quis ardor
Raptat?

Ortus eſt autem B. Ludouicus (vt ferunt) in caſtro Nuceriæ Paganorum, vbi ſacellum erectum in honorem eius.

PALAM

PALAM INCEDIT CVM HABITV ROMAE ab Ara Cœli ad Sanctum Petrum.



Ne te decipiat cultus, ſub tegmine vili
Pontificem Princeps ſic Ludouicus adit.

RES memorabilis & penè cœleſtis, quę diuina virtute lucem attulit vniuerſo orbi: nam B. Ludouicus humilitatis cultor præcipuus qua die induit habitum, eadem factus eſt Epiſcopus Tholoſanus; noluit tamen eam dignitatem ſuſcipere, niſi prius emiſſa profeſſione coram magiſtro Ioanne de Muro Generali Romæ in Aracœli: detulitq; habitum publicè vſq; ad S. Petrum, multis eum comitantibus, in medio duorum Cardinalium Ordinis noſtri, & rediens ad Fratres diſcubuit cum eis, cùm voluiſſet tamen cæteris famulari, ſed quidam Comes Feltrius precibus obtinuit, vt cum alijs Fratribus diſcumberet.

Coram F. Ioanne de Muro Generali profeſſionem emittit.

INDICIVM ANIMI, ET VIRTVTIS SPECIMEN in B. Ludouico præclarè dignoſcitur.

ANNVM agens ſeptimum habuit inſtitutorem & ducem D. Gulielmum de Manerio militem ſtrenuum, ſed virum probum; deinde B. Pontium Carbonellum, ac Richardum Mediauillanum inſtitutorem optimum, qui ſacris & ſcholaſticis litteris tam breui eum inſtruxit, vt ſupra humanum captum ſcientia eius non naturali ordine, ſed cœleſti gratia videretur indita. In hoc pręcipuè ſtudebat, vt nullum tempus, cuius quidem iactura maxima eſt, inaniter efflueret: à prandio vel cantu Gregoriano ſe exercebat, vel in ſeriis diſputationibus: interdum leuandi animi gratia, abdicata antiquę ſtirpis præclara nobilitate, ſpreto demum omni patrimonio, hortulum, quem babebat, diligenter colebat; à riſu', à vaniloquio, à conſortio ſeculari omnino abſtinens. Teſtantur F. Franciſcus Scarerius Epiſcopus Segetanus, F. Petrus Epiſcopus Epulanus, & F. Fortius eius comites indiuidui, qui eum antè familiariter nouerant, ſe in eo nihil vſpiam audiuiſſe

Culielmus de Manerio.

Y 3 vel

Tanta eſt corruptela malæ cõſuetudinis, vt nunquam in eam ſe immerſent.

vel vidiſſe, quod ſaperet peccatum mortale. Ferunt à puero ad annũ 24. quo tempore deceſſit, nunquã emiſiſſe verbum iocoſum, fœminarum congreſſus, atq; conſortia ita exhorruit, vt non aliter ſe incorruptũ pręſtiterit, quàm eum de vtero matris egreſſus eſt: à pueritia ſiquidem amor caſtitatis ita cor eius & mentẽ affecerat, vt non ſolùm mulierũ aſpęctus, & colloquia vana euitauerit, ſed & verba carnalia nullatenus audire potuerit, quin increpabat acriter talia proferentes; nouerat enim rem hanc maximi eſſe diſcriminis, quæ multos peſſundat: Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala; quibus cùm aſperſi libri, vulgarésq; cantus vbique habeantur hoc noſtro ſeculo, non mirum ſi boni pudicique mores, ac opiniones ſanctæ honeſtæq; deprauentur in populis: nec ad oſtendendam apertius aut confirmandam rem hanc exemplis alijs opus eſt. ideirco ille ſecum ſeuerè agens carnem ſuam catenis ferreis edomabat, vt eam ſpiritui ſubijceret, cibo, & potu parcè admodum vtebatur. factus Epiſcopus quotidie ferè ſacrificium miſſæ perſoluebat, & manibus protenſis officium perſoluens, in modum crucis, mira deuotione in crucifixum ferebatur.

Corruptela noſtrorũ temporũ.

Mira in Deum pietas, & in pauperes Chriſti beneuolentia.

VIRO ſancto non minus gratiæ quàm naturę dono pręcipuum erat, vt ad pauperes, debiles, & leproſos manus ſuas extenderet; ter in ebdomada viſitabat domũ hoſpitatoriam S. Luiſij Neapoli, vbi largas & copioſas erogabat eleemoſinas. Factus Epiſcopus in cunctis morum ſanctitate compoſitũ ſe oſtendit, deuotione gratum, humilitate lenem. cùm Roma rediens ad Eccleſiam Tholoſanã proficiſceretur, reliquit Senis in conuentu S. Fran. Bibliam manu ſua egregiè conſcriptã, & minio eleganter exornatam, Inſigne amoris ſui monumentũ. Veniens Pariſium centum pauperes induit, triginta mille lib. diſtribuit pauperibus de redditibus ſuæ Eccleſię: aliàs petens Pariſium cuidam pauperi palliũ, quo indutus erat, Dei amore largitus eſt. Teſtatur F. Gulielmus de S. Marcello, ꝙ multoties tentauit Epiſcopatum cedere, cùm animo decreuiſſet in ſuą religioniſq; ſimplicitate vitã ducere; ſed veniens Romam, vt ſummo Pont. Eccleſiam reſignaret, Brinonię apud Regem in die S. Dominici ſolenniter miſſæ ſacrificiũ obtulit, ibiq; in morbũ incidit, vt inferius ſuo loco dicemus. Mira charitate egenos & cõmiſeratione proſequebatur. Quinetiã flagrabat ingenti animarũ deſiderio, vt pro Chriſtiano populo die noctuq; precibus & lacrymis diuinas pulſaret aures: vſqueadeo vehemens in prędicatione, vt multos ad fidem Chriſti conuerterit: clericos nutrientes comam propria manu tondebat. Semel apparuit ei Diabolus inſtar cati nigri coloris, quem crucis ſigno abegit; vidit hoc Rubertus Rex frater eius, quem B. Ludouicus obſecrauit, ne cuiquam, quàm diu viueret, reuelaret, qui data ei fide promiſſis, quandiu vixit B. Ludouicus, ſtetit.

F. Gulielmus à S. Marcello.

Apparuit ei Diabolus.

Summa animi eius deiectio.

MAGNA ſunt & omni admiratione digna quæ retuli, ſed multò admirabiliora videtur, quę nunc referã, cùm eſſet Barchinone obſes pro patre; quia cũ Carolus I. ſolẽnitate ſeruata contra Manfredũ coronatus Rex, interfecto Manfredo Regnũ Sicilię occupauiſſet, Conſtãtia Mãfredi filia Petro Aragonię in matrimoniũ collocata fuit, ſed Galli inſulã Siciliæ deuaſtãtes à Ioãne Procida fuſi, & plurimi corũ interfecti ſunt: vndę ortũ eſt bellũ inter Petrum & Carolum I. qui dum parat arma aduerſus Petrum, obiit. Succeſſit Carolus eius primogenitus, qui cõtraxit arma aduerſus Petrum Regem, vt inſulã ſuo imperio ſubijceret, ſed cùm finis belli incertus ſit, pulſo eius exercitu, victus & captus fuit; qui datis tribus filijs obſidibus, videlicet B. Ludouico primogenito, D. Ruberto, & D. Raymundo, in Regnum ſuũ reuerſus eſt, & ad ſeptẽ annos pax prorogata: quo tẽpore B. Ludouicus nõ deſiſtebat imbui optimis diſciplinis & ſanctis inſtitutis: ſed pręcipuè in cura pauperũ nullus fuit eo magis ſolicitus: cui ſemel ẽt Chriſtus apparuit (vt ferũt) in forma leproſi. Vigintiquinque pauperes alebat diebus ſabbati, tres autẽ reficiebat, quibus ſecretò pedes abluebat, tangebat vulnera, & digitis ſuis eburneis ſaniem educebat: vermes & pediculos gẽmas pauperum vocabat. Inſigne & illud eſt, quod de ipſo narratur, ꝙ cùm ſemel Fratres eũ aduentantẽ humaniter excepiſſent, paraſſentq; locum, qualẽ tãto viro cõuenire exiſtimabãt, quaſi ex humilitate indignatus dixit: Fratres mei, hic locus nõ eſt Fratris Minoris; & tota nocte humi iacuit. Quondã qdã Frater, animi porius ſimplicitate, q̃ dolo, dixit ei, Dñe mi, Ordini noſtro magna dignitatis acceſſio ex tui pręſentia facta eſt. Reſpõdit, Immò ex tãto habitu ego afficior tãto honore. ò eximiã tãti viri humilitatẽ, ò amabilẽ animi deiectionẽ.

B. Ludouicus obſes Barchinone.

Omnia cõtemnit & abijcit amore Chriſti.

EXIMIAE HVMILITATIS PARADIGMA.



Regius hic iuuenis, ſectās pia facta Minorum,
Hoſpitibus lauit, pauperibusq́; pedes.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TOT ſunt humilitatis B. Ludouici inſignia, vt ſi vellem hic omnia recenſere, non ſine difficili prolixitate exprimi poſſent. ſiquidem dum prædicaret, nullum in pulpito ornamentum exquirebat, quinimmo ſiquid erat, quod minus videretur decere, ſtatim amoueri faciebat: idque obſeruauit Romę, dum in Conſiſtorio ſacras haberet conciones, Pariſiis quoque, Tholoſæ, atq; apud Montempeſſulanum. Teſtatur Ioannes XXII. Pont. in Bulla ſuę canonizationis, humili habitu contentum ſumptuoſa indumenta deſpexiſſe: præterea eximium humilitatis paradigma celebratur, quòd pauperes ſumma charitate propria domo excipiebat, ad propriam menſam alebat, peregrinos hoſpitio confouebat, & proprijs manibus pedes abluebat, in die Paſchatis vaſa, & paropſides coquinæ lauabat.

Romæ in Conſiſtorialibus cōtionibus humilitatē ſeruat.

Peregrinis proprijs manibus pedes abluit.

DE EIVS AEGRITVDINE ET OBITV.

BRINONIAE in ædibus Regis, vbi natus & educatus fuerat, dum Romam, vt ſuperius memorauimus, peteret, vt Eccleſiam Tholoſanam renunciaret, quā tamen mandato Apoſtolico iuxta regulæ tenorē acceperat, incidit in grauē febrem, conuocatumq́; magiſtrū Hugonem medicū conſuluit de recuperanda ſanitate, ſi tamen id Deo placuiſſet, ſed iam in graueſcente ægritudine, & iā penè conſumptis corporis viribus, egreſsū animę cernens inſtare, ſacroſanctum Chriſti corpus Chriſtianę peregrinationis viaticū ſibi popoſcit, quo autem cultu, qua veneratione, quibus pietatis & religionis ſignis, non facilè

quiſquam

Summa animi deiectione ſuſcipit ſacramentum Euchariſtiæ.

quiſquam diceret. Venienti Domino, quod potuit, tota mente obuiam proceſſit, etiam corpore, quantum per exhauſtas vires licuit, neque enim in lecto iacens, ſed humi poſitus, atque proſtratus, quanta præſtari potuit ab homine, reuerentia & honore illum excepit, manantibus vbertim per ora lacrymis, atque ita vt legitur in eo verſu,

Hic animam ſacra vegetans de more ſinaxi
Coeleſtes properat lætus inire vias.

Crucem etiam ſibi delatam à quodam ex ſocijs, qua potuit humilitate, complexatus eſt, atque exoſculatus. xiiij. dies manſit in infirmitate, demum dum tota mente & oculis in cœlum intenderet, parua interiecta mora miraculis, ſanctum Deo ſpiritum reddidit, & ſic ad Deum fontem viuum, quem ſemper ſitiuerat, perrexit, & ſtatim cœpit emicare miraculis. Nam cùm Maſſiliam vbi ſepeliendum ſe reliquerat, deferretur, apparebant radioſę quædã lanceæ circunſtantes, viſaq; ſunt ſigna gloriam eius indicantia; triduo verò antè mortem ſuam prædixerat.

QVAEDAM MIRACVLA EIVS INSIGNIA.

QVAEDAM nobilis matrona Tholoſana xiiij. annis fluxũ ſanguinis perpeſſa, cùm nulla medicinæ opeſanari poſſet, tacta fimbria ſancti viri à morbo liberata eſt. Gulielmam filiam Adami Pariſienſis à mortuis ſuſcitauit. In Monte-peſſulano cuidam mulieri laboranti dolore capitis, preces ſancti viri, & manus impoſitio ſuper caput eius, morbum omnem abiecerunt. Quidam Frater febrim continuam patiens, ſigno ab illo crucis facto, eam depoſuit. Quædam mulier pertinax, nec credens tanta fieri à ſancto viro, flagellis cogitur credere. In ciuitate Aretij puer mortuus nomine Ludouicus, meritis B. Ludouici, à mortuis reuocatus eſt, qui poſtea factus eſt Frater Minor. multa verò miracula (operante Domino) edidit, quæ velle enarrare longum eſſet negotium.

CORPVS EIVS DEFERTVR MASSILIAM.

CVM corpus eius eſſet Maſſiliæ, ab Alphonſo Aragonum Rege tranſlatum eſt in citeriorem Hiſpaniam, quæ vulgò Catalonia dicitur anno 1417. ſeptimo Idus Aprilis; & octaua die Nouembris eiuſdem anni per quatuor Cardinales ſpecialiter deputatos, præſente Roberto fratre eius Rege Siciliæ, de medio chori, vbi fuerat ſepultum, ad aram maiorem in arca argentea cum magna ſolennitate eſt tumulatum, in cuius tranſlatione quinque mortui redierunt ad vitam, & multi infirmi à languoribus deſerti ſunt.

DE EIVS CANONIZATIONE.

LIBET in fine, ne qua ſancto viro commendatio deſit, canonizationẽ inſcribere: itaque 1377. die xv. Decembris, Ioannes XXII. canonizauit, prius inſpectis multis miraculis, & in ſanctorum Confeſſorum numerum retulit. atque vt ad venerabile ſepulchrum ardentius confluant populi, conceſſit omnibus verè pœnitentibus, qui cum reuerentia illuc in eodem feſto annuatim acceſſerint, ipſius ſuffragijs potituri, de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, duos annos & duas quadragenas. Dat. Auinione vij. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo. Extat Venetijs in ſacrario apud Minores proceſſus, quo habetur vita B. Ludouici, & omnia miracula accuratè conſcripta. Bononiæ in archiuo S. Franc. habetur Bulla canonizationis. Hæc modò de vita B. Ludouici, de quo plura in hanc ſententiam adduxiſſem, niſi ſubiret prolixitatis ſuſpicio.

B. LVDOVICVS Teutonicus, Regulæ, & vitæ Fratrum Minorum zelator ardentiſſimus, ita contemplationi deditus fuit, vt viſus fuerit frequenter rapi ſupra arbores. obijt Peruſiæ in Eccleſia S. Franciſci de Monte.

VERA

VERA B. MARCI HVNGARI
EFFIGIES.



Hungarus es Marce; at nunc Italus, Itala tellus
Coneliana ora te tenet, atque colit.

DE

DE B. MARCO HVNGARO.

BEATVS Marcus Hungarus dictus de Coniliano obiit Coniliani miraculis clarus: cuius oſſa condita ſunt in Eccleſia S. Franciſci prope aram maiorem in Capella Illuſtris Comitis D. Petri Montis Albani. ab Hungaris habebatur in pretio. Audiui à quodam ſene fide digno oppidanos à Barbaris ereptos Sancti huius ope: cùm enim in mœnibus hoſtilia ſigna penè firmarent, videntes Fratrem ad ſuperiora murorum loca vili veſte accinctum, ea viſione territi ſunt, ac receſſerunt.

B. MARCVS Elephantutius Bononienſis, Vicarius generalis Regulæ Obſeruantiũ, obiit Placentiæ in loco Nazareth nuncupato, extra vrbem, deinde in vrbem tranſlatus quieſcit in Eccleſia S. Mariæ Magdalenæ miraculis notus.

Miracula inſignia

B. MARTINVS Fulginàs, vir ſanè charitate plenus, obiit Fulginei, ſepultus apud Minores, de quo iſta feruntur. Mulier Martenda vel Marſeda nomine mentecapta, die quodam dum acciperet lucida interualla, ad B. Martinum acceſſit pro recuperanda ſanitate, ille verò cùm aſperſiſſet aqua benedicta, & thuris benedicti ſuffumigatione repurgaſſet, incolumis ad propria rediјt, cui ſanctus vir præcepit, ne cuiquam, dum viueret, reuelaret.

Maxima vis orationis B. Maſſæi.

B. MASSAEVS de Marignano ſocius B. Patris FRANCISCI, Deo dante, ad ſummæ perfectionis apicem peruenit, quem ſanè mirificè diligebat B. Franciſcus, vt pote qui præditus erat humilitate, & gratiam habebat in dicendo. ſemel in die comedebat, in ſero ſæpenumero, pernoctabat in oratione dicens, Domine mi IESV Chriſte da mihi contritionem peccatorum meorum, & da mihi gratiam emendandi, & ſatisfaciendi ſecundum tuam voluntatem; nec ceſſabat ab iſta oratione, quouſque lacrymæ fluerent ab oculis eius, quibus abſolutis intrabat cellam dicens pleno cantu, Domine Deus fac vt te cognoſcam, te timeam, te diligam toto corde. obiјt in loco Muri in Piceno.

S. Franciſcus periculum fecit de B. Maſſæi humilitate, vt eius conſtantiam illuſtraret.

CVPIENS B. Franciſcus de F. Maſſæi humilitate periculum facere, impoſuit ei onera ferè humanis viribus importabilia, coquinæ, ianuæ, & eleemoſinæ quærendæ; ille verò ſubmiſſo capite dixit, Quicquid mihi imponis Pater, Deo acceptum refero. Cùm ſemel cum B. Franciſco tranſiret per prouinciam Etruriæ, præcederetque eum, peruenerunt ad triuium, vnde iter arripiendum erat, verſus Florentiam, Aretium, & Senas: ſed cùm Deo diſponente, Senas perueniſſent, ibi erant inter ciues diſcordiæ, & homicidia quotidie ſequebantur. quò cùm perueniſſet B. Franciſcus, à ciuibus & ab Epiſcopo ciuitatis magna lætitia fuit exceptus, & tanto plauſu, & frequentia, vt nec terram ipſam eundo pedibus calcaret. Hic itaq; ſuis conſiliis & hortatu effecit, vt duo ciues, qui mutuo odio vexabantur, ad communem concordiam, & ad pacis conuenirent vnionẽ: tunc diſceſſit inſcio Epiſcopo B. Franciſcus, qui poſtea cognoſcens ſancti viri ſimplicitatem, ad cor rediens, errorẽ ſuum acerbè, ſeq; increpitauit. Tanta B. Maſſæus perfundebatur lætitia, vt cùm in choro cum Fratribus pſalleret, ſeipſum præ nimio gaudio capere nequiret. cui cùm ſemel Beatus Iacobus de Falerono diceret, quare non mutaſti hunc verſum in iubilo? lætabundus reſpondit, non ſunt variandi verſus, vbi in vna re ſummum bonum continetur. Hic Frater Maſſæus audiuit vocem Domini in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Angelis concedentis indulgentiam Beato FRANCISCO oranti. Audiens præterea quendam magna & ingenti humilitate pollere, ita exarſit, quòd eleuatus in cœlum voto ſe ſtrinxit firmiſſimo, nunquam ſe in mundo velle lætari in aliquo, ſi hanc virtutem non ſentiret ſibi adeſſe, qui humillimus factus reputabat ſe viliorem cunctis hominibus. Idem cùm ſemel iret in prouinciam Franciæ cum Beato FRANC. & quæſiuiſſet eleemoſinam, in quadam ſolitudine inuenerunt fontem limpidiſſimum, in cuius ora ponentes fruſtula panis, Deum laudauerunt, quòd tam pretioſam menſam eis paraſſet, vbi nihil erat arte hominum elaboratum, vel humano effictum ingenio. Quæ animo perpendens B. FRAN. F. Maſſæo illud repetebat, Non ſumus digni tanto theſauro.

Summa illa beneuolentia eſt, quã virtus parit, & nõ fortuna.

B. MAT-

B. MATTHAEVS Fauentinus ſignis illuſtratus, Bononię in eccleſia S. Fran. cōditus eſt in ſepulchro ſatis cōdecenti, cuius ſuperiorem lapidem circū cingunt ſubiecti verſus:

Fauentiæ natus Matthæus cum Chriſto beatus,
Virtutibus plenus, gratia gloriaq; amænus,
Hac iacet in tumba prima, factaq; ſecunda.

Hoc ideo dictum exiſtimo, quòd ab inferiori ad ſuperiorem partē altaris fuerit tranſlatus.
B. MATTHAEVS quidam miraculis notabilis iacet Fulginei.

B. MATTHAEVS ſanctitate pręclarus ex monte Rubiano agri Piceni ibidem iacet, qui aliquando viſus eſt à B. Ioanne de Aluerna, inter Angelorum choros cum B. Francifco, gloria & claritate fulgere.

B. MATTHAEVS Narnienſis virtutibus approbatus multa (Deo operante) fecit miracula, inter quæ hæc feruntur, quòd F. Concordium toto corpore reſoluto paralyticum priſtinæ reddidit firmitati. Mulierem à Dęmonio grauiter vexatam liberauit. Iuueni Marcoardo os collo agglutinatum gerenti, diuulſum, explicitumq; reddidit. Hæc & multa alia operatus eſt Dominus in ſancto iſto, quæ narrare longum quidem eſſet, & temerarium eſt diuinæ gratiæ libertatem humanæ præſumptionis arbitrio coarctare.

B. MATTHAEVS quidam mira ſanctitate plenus iacet in Nigroponte.

B. MAVRVS vel Mauritius Tholoſanus hoſpitaturus declinauit ad locum Albiæ, cū adhuc Prædicatorum religio non haberet cœnobium; & cùm inueniſſet eos pęnuria aquarum laborantes, illis compatiens, prius ad Deum oratione emiſſa, hic fodite Patres (inquit) in nomine Domini, & voti compotes eritis. Et loco illis oſtenſo ſimul atque viri Dei iuſſa perfecerunt, ſcaturiere abundè aquę dulciſſimæ, quæ vſque in hunc diē defluunt, & in incolarum vſum, & in miraculi viri Dei Mauritij teſtimonium. Ibidem in Albia B. Mauritius animam efflauit, & honorificè tumulatus anno 1449. Hunc virum ſanctum Pontius Carbonellus vir probus apprimè laudibus extollere conſueuerat, affirmabatq; pluſquam quinquaginta mortales vtriuſque ſexus varijs morbis detentos & oppreſſos, ad tumulum eius ſanitatem obtinuiſſe, & hæc omnia ſe oculis proprijs vidiſſe comprobabat.

B. MICHAEL quidam iacet in conuentu Viennę miraculis inſignis, inter cętera verò aquam in vinum mutauit.

B. MICHAEL Magothi laicus obiit in conuentu Tholoſæ anno 1334. qui fuit vitæ laudabilis, honeſtæ conuerſationis, orationi aſſiduus, paupertate diues, zelo perfectus, moribus exemplaris; cuius cibus erat panis, & aqua, veſtitus aſperitas cilicij, habitus vilis, cella fuit capella B. Marię, lectus ſcabellum ligneum, & pauimentū, ſemper nudis pedibus incedebat, ſemper ſtans, vel genibus flexis, rarò ſedens, niſi in menſa, vel infirmitate grauatus. Semel ei oranti in nocte apparuit Diabolus in forma muris bibentis oleum lampadis, qui ad eius vocem vt fumus euanuit. Fuit in diuina contemplatione perſpicuus, docebat omnes facere diuinam voluntatem; & vt erat ſimplex homo, ita ſimpliciter dicebat, Domine ſi me vis facere amplius, doce me amplius, quia tuam parati ſumus facere diuinam voluntatem.

B. MICHAEL Albanenſis ſocius in peregrinatione B. Ioannis Albanenſis iacet in Conuentu Cherſi miraculis exornatus.

B. MONALDVS Anchonitanus in Argenga Saracenorum vrbe glorioſo martyrio coronatus vnà cum F. Franciſco de Pitriolo diœceſis Firmanę, & F. Antonio Mediolanenſi. Scribit enim F. Carlinus Grimaldus Guardianus Genuæ, quòd cùm dicti Fratres zelo fidei morarentur Argenghæ, feruore martyrij accenſi, feria vj. quæ apud Saracenos eſt ſolennis, vt apud Chriſtianos Dominica dies, palàm conclamantes confitebantur IESVM Chriſtum pro ſalute omnium crucifixum; & qui ita non credunt, ſunt omni ſalute deſtituti (Saraceni verò negant Chriſtum eſſe verum Deum) affirmātes coram Cadi Maomethem eſſe virum nequiſſimum, vt pote qui aſtu & fallacia eos deceperit. Quod audiens Cadi ait, Recedite, non enim hæc à vobis palàm ſunt prædicanda. Verùm hi veri Dei pugiles ad fidei certamen audacter procedebant, proclamabantq; nullam eſſe præter Chriſtum ſalutem: tunc Saraceni in ipſos furentes ducunt eos ad forum (vulgò Madranum) vbi tortores euaginatis gladiis eos innumeris plagis confecerunt, qui manus ad cœlum leuantes Deo ſpiritus reddidere: quorum corpora dilaniata, & canibus abiecta quidam Sacerdos Armenus furtim noctu ſublata, & pallio cooperta honorificè condi curauit.

Carlinus Grimaldus.

Sanctorum virorum cōſtantia & firmitas in martyrio.

Dicunt

Dicunt quidam corpus Monaldi tranſlatum Iuſtinopolim. Ediderat autem Summam, quę ab eius nomine dicitur Summa Monaldina.

BEATVS autem Monaldus, qui prædicante B. Antonio de titulo crucis vidit B. Franciſcum ad oſtium Capituli, iacet in loco Arelatenſi.

B. MORICVS ſocius B. Patris Franciſci iacet veneratus in Conuentu Vrbeuetano, de quo ſuperius diximus.

B. NICOLAVS vnus ex ſeptem martyribus apud Septam in Africa.

B. NICOLAVS Aſſiſiàs vitæ ſanctitatem etiam miraculis atteſtatus eſt.

B. NICOLAVS de Montecorbino martyr, cùm enim quidam Thomas Hungarus miles ſanè ſtrenuus, & Sulthano Turcarum Imperatori charus, audiret eum prædicantem de gloria Paradiſi, & de reprobatione legis Maomethis viri perditiſſimi, tànto timore fuit percuſſus, vt ſtatim & legi & ritui Saracenorum abrenuncians ad fidem & cultum Chriſtianæ Religionis ſe traduxerit, ille tandem F. Nicolaus vnà cum F. Franciſco de Terralaboris, Petroq; Romano tertij Ordinis, glorioſo martyrio coronatus eſt.

B. NICOLAVS cognomento Paternoſter, quòd cuilibet vnum pater noſter proponebat, clarus obijt Meuaniæ in Vmbria.

B. NICOLAVS Laicus iacet Noueſij ſiue Nuſiæ Coloniæ Agrippinæ, qui obiit anno 1275. idibus Aprilis, miraculis & viuens & mortuus eſt notus: Inter quæ iſta circunferuntur, quòd puellam ſubmerſam ſuſcitauit, cæcos tres illuminauit, mutis loquelam reddidit, & plura alia.

B. NICOLAVS Tauileuz Siccenſis martyrio coronatus apud Saracenos.

VERA

VERA B. ODORICI EFFIGIES, ET VITA.



SANCTVS Odoricus de Portu Naono oppido Fori Iulij præclaro, ſanctitate inſignis effulſit, ſtaturę fuit mediocris, corpus propter aſſiduos longiſſimi itineris labores illuuiæ ſqualidū & incuruatum; qui cùm in Ordine Fratrum Minorū creuiſſet in omni ſanctitate, vt plures ad fidem Chriſti alliceret, tanquam alter Vlyſſes orbem terrarum non ſine magno labore peruagatus eſt. Poſtquam enim Europam ferè omnem peragrauit, per Pontum Euxinum, Trapezuntem vetuſtam admodū ciuitatem à Grecis in extremo Ponticę oræ conditam ſe contulit, Perſarum, Medorum, multarumq́;

Mira & perdifficilis eius peregrinatio.

gentium Emporium.regiones tranſmarinas prędicãdo & docendo peragrauit, gentibusq; illis Euangelium diſſeminauit, fideiq; Chriſtianæ rudimeptis inſtruxit. Illic vidiſſe ſcribit hominẽ ex oppido Zancha trium ab eo dierum itineris ſpacio abſentẽ quatuor mille perdices, ampliusq;, volitãtes ad Imperatorem ducere, ex quibus quas libuiſſet, accipiebat, reliquis quieſcenti circũſilientibus. Hinc in Armeniã maiorẽ trãſiens ad Achęreã vrbem olim magnã nunc penè à Scythis euerſam diuertit. Inde ad vrbem Tauris vicenis à Babilone diebus longinquã permeauit. Inde Comum perrexit, & varias percurrens vrbes lop Perſarum extremũ oppidum adiit, manna & per Ichtyophagos Oros & Gedroſios ad mare Indicum progreſſus Ornes celeberrimũ emporiũ vidit. Poſt hæc octo & viginti diebus mari vectus Tonam petiit ciuitatem Pori olim Regis, qui cũ Alexandro cõflixit, in hac pro fide Chriſti

Paſſio B. Thomæ Tolentinatis.

martyriũ paſſi ſunt F. Thomas Tolẽtinas, Iacobus Patauinus, Demetrius & Petrus Senẽſis. Quorũ oſſa veneranda colligens in Palumbũ, vbi naſcitur zinziber, ac deinde in Zaythum claras vrbes cõceſſit. Aduerſus erat tunc ventus, & procellis pelagus æſtuabat, cũ per mare iter pararet, vt verò cum ſacris martyrũ reliquijs apparuit, mare velut animal domitũ ſeſe prębuit, & circũquaque ſedatis fluctibus, mira tranquillitas orta eſt. Eo loci piperis nemus decem dierũ & octo itineris, ibi flumina crocodilos generãtia. Hinc decem dietũ iter ad regnũ Moabar, vbi iacet corpus Thomæ Apoſtoli, per quem Medi, Perſę, Hircani, & Bactriani Chriſtianę fidei ſacramenta acceperũt. In quo ſimulachrũ inſtar coloſſi aureũ adoratur. Inde verſus meridiem quinquaginta dierũ noctiumq; velifico nauium curſu ad inſulã Lamorin penetrauit, vbi abſcõdito Arctico polus Antarcticus inſpicitur. Incolæ nudi ob Solis feruentiã incedunt. Mirũ ſcribit de arundinibus, quarũ aliquæ adeo proceræ efferuntur, vt quinquaginta paſſus excedãt. Aliæ radicibus humi repentes in mille & amplius protrahuntur, ijs domos tegunt, & vela nauib. explicãt. Nauigiaq; è ſingulis earũ internodijs fiũt, in quibus lapides magnæ virtutis reperiuntur. Hinc multorũ dierum remigio nauigauit ad regnũ Zappa, vbi elephantũ quatuordecim millia Rex alit. Ad littus certis ſtatisq; dieb. piſces innumeri accedentes ſe triduo piſcantib. exhibent, poſt hos & aliud piſcium genus, & deinde aliud. Ibiq; teſtudines inſtar orbiculati fornicis magnæ cõſpiciuntur, quatũ ſuperficie, teſtaq; oſſea familiarũ habitacula contegunt. Hinc ad Sillam duorũ millium milliariorum ambitu acceſſit, in qua lacus eſt gemmarũ, ſerpentumq; ferax. Et dũ vlterius progredi nollet, omiſſa nauigatione ad meridiem, in qua ab incolis percepiſſe ait innumeras Inſulas eſſe, per Oceanũ in Orientem ad ſuperiorẽ Indiam ſe conuertit. Inde oppidum Zathon profectus in cœnobio Minorum Fratrum oſſa martyrum, quæ præſcripſimus, pientiſſimè repoſuit. In multorũ dierum ſpatio Canſaiam tranſgreſſus proceſſit poſtmodum Cathaium ad ciuitatem Cambelechiam, vbi Cam ille magnus (ſic enim Imperatorem appellant) Regiam duobus & viginti ſtadijs amplam incolit, cuius periſtyliũ quatuor & viginti columnis aureis ornatur. Inde ad Regnum Thiboch fertiliſſimũ iter direxit, vbi cõmoratur Pontifex. Hæc vir ſanctus accuratè ſcripſit, & obteſtatus eſt ad inſtantiã magiſtri Guidoti Miniſtri S. Antonij, quæ oculis perluſtrauerat, conſcripſiſſe, neq; potuit adhoc adduci, niſi eſſet ter illĩ mandatum. Reuerſus in patriam vix & ægrè à ſuis cognitus eſt, adeò immutata facies erat.

Iulius Solinus de India. Quæ (pomaria) paluſtria ſunt, arundinẽ ita craſſam creant, vt fiſſis internodijs lembi vice vectitet nauigantes: è radicibus humor dulcis exprimitur ad melleam ſuauitatem. eum nunc appellamus ſaccarum.

Piſcium varietas.

Oſſa martyrũ in Zathon condita.

De præclaris miraculis, quibus nomen eius inclaruit.

Septuaginta miracula enumerãtur in vita eius, quæ habetur Vtini, vbi quoque iacet corpus eius.

HABENTVR ſeptuaginta miracula, quæ Deus operatus eſt per B. Odoricum; de quibus teſtatur Reuerendiſs. Paganus Patriarcha Aquileienſis, qui condidit ſepulchrum B. Odorici, & capellam pingi fecit, qui vixit anno 1331. eidemque ſpecioſam arã ſub ipſius Odorici nomine poſuit, iuſſitq; Meliorantio Canonico Vtinẽſi, & Maphęo Caſſino, vt miracula exactè perquiſita ſcriptis mãdarent, Guidoni Candido Epo Mutinenſi negotiũ dans, vt apud Pont. curaret ipſum Catalogo Sãctorũ inſcribi. Anno Dñi 1331. in craſtinũ octauę Epiphaniæ, anima prædicti S. benedicta circa horã nonã migrauit ad Dñm ad gaudia paradiſi perfruẽda. Et cũ Fratres abſq; ſolẽnitate, & contra Prouinciæ cõſuetudinẽ, & quaſi occultè dare corpus illud sacrũ vellẽt ſepulturę, diuina prouidentia fauente cognitũ id fuit in terra ſeu ciuitate, & ſtatim à primorib. ciuitatis prohibitũ eſt, ne ea die ſepeliretur: ſequẽti die cõuocato per proceres ciuitatis clero, & Fratrib. Prędicatoribus, dũ officiũ pro ipſo fieret, cõtinuò cœpit ſe oſtẽdere beatũ miraculis, ex qua miraculorũ aperta viſione rumor magnus inſonuit in ciuitate Vtinenſi, ex quo oẽs ciues Vti-

Miraculorũ fama increbuit.

nenſes vtriuſq. ſexns ad ipſum videndũ, & tangendũ cõfluere cœpit, & beatũ ſe reputabat, qui aliquid de veſtib. vel de eo quod corpus eius tetigiſſet, habere potuiſſet, barbã quinẽt,

& capillos

& capillos capitis euellẽtes. Tũc illud mirabile dictu, cũ quædã Domina ſibi ex deuotione vellet eius auriculã cũ forfice occultè præcidere, nunquã potuit forfices claudere, quas aperuerat ad præcidendũ, nec in aliquo eius corpus lędere, vt euidẽter apparuit, & ipſamet teſtata eſt. Viſis aũt multis miraculis, ciues ipſum vſq; ad duos dies nõ permiſerũt ſepeliri, ſed tertia die ſepultũ eſt in Eccleſia Fratrũ. Rurſus die quarta ad preces multorũ fuit exhumatũ, & omnib. publicè oſtẽſum, & quicũq; ex deuotione motus ipſum tetigit, à quacũq; fuiſſet infirmitate detẽtus, ſanitatẽ recuperabat. Cæcos plures illuminauit, cõtractos, claudos, & diuerſis infirmitatib. preſſos ſanauit, & cõtinuè ſanat. Itaque opera & mirabilia, quæ per ipſum fecit Altiſſimus, ſunt Sole lucidiora: prout in pręcedẽtib. annotata ſunt. Quarta enim ipſa die prædicta D. Paganus Patriarcha Aquileiẽſis ad ipſum Sanctũ viſitandũ peruenit, & cũ magna deuotione, genibusq; flexis, ipſum corpus tetigit, & oſculatus fuit; idq; mirabile, ꝙ tũc habebat it̃ mẽbra lẽta & mollia, vt ſi adhuc viueret: faciei pręterea, totiusq; corporis erat color vegetior ac pulchrior, q̃ dũ viueret. Inſpiratione aũt diuina ſuccendẽte, ſine alicuius prædicatione vel inductione, ſubito deuotio hominũ animis inhæſit, in clero, in populoq; totius Prouinciæ. Nã ad corpus illud benedictũ viſitandũ omnes Caſtellani cũ conſortib. & filiis ſuis, ex toto Foroiulio ꝓ magna parte ad vim maiorẽ deuotionis iter pedib. arripuere, nobiles, populares, ciuesque & ruſtici, mixtim certatimque, de oppidis, de agris exeuntes cũ crucibus & vexillis illuc acceſſerũt, & in tãta multitudine, vt aliqua die fuerint plusq̃ ſexdecim cruces & vexilla diuerſarũ villarũ & terrarũ, nam de toto Foroiulio, & tota Carnea lõgo ordine procedẽdo conueniebãt. Deuotione ferenti moti quidã aderant ſe verberãtes, Deũ laudãtes, & Sanctũ ſuũ. Abbatiſſa monaſterij maioris ciuitatis Auſtriæ cũ toto ſuo collegio ad certũ conſuetũq; ordinẽ incedẽdo pedib. de ciuitate vſq; Vtinũ peruenit: ſimiliter illæ de Aquileia, & de aliis locis. Et in tantũ cõtinuabat eõ curſus populorũ, ꝙ tota die, & nocte, Eccleſia Fratrũ Minorũ plena erat ſemper viris, & mulieribus. Quin Comitiſſa pariter Goriciæ cũ magna ſolẽnitate & deuotione eò conceſſit. E Sclauonia, è Germania incipiebãt aduenire. In Villacho notabile miraculũ fecit, quædã enim nobilis Dña, quæ horribili ꝑmebatur infirmitate, in tantũ, ꝙ non poterat ſe dimouere in lecto, niſi per funẽ appenſum, & in dolorib. tantũ clamabat, ꝙ totam viciniã turbabat & infeſtabat, ad tactum partis vnius tunicæ, quæ fuerat ſancti viri, quamq; lector Villachi portauerat, qui interfuerat tranſitu ipſius Fratris, ſtatim ſe motauit, ſanaque ſurrexit. Ob quæ Vtinenſes, Foroiulienſes, cæterique corpus ſacrum ex illo tempore reuerenter coluere, vt etiam Hieronymus Montenianus Vtinenſis hoc carmine propenſa in B. Odoricum pietate cecinit:

Paganus Patriarcha Aquileienſis.

Populorum concurſus.

Abbatiſſa Auſtrię Monaſterij maioris.

Villachi miraculum.

Qui tibi vota canunt ægrotis redde ſalutem,
Si qua pericla tuis impiger affer opem.
Sit procul à nobis crimen quodcunque neſan-
Quilibet exoptet, nil niſi grata Deo. (dum,

Da Pater iſtius conſeruatoribus Aedis
Sacræ, quòd valeant omnia ritè geri.
Deuotis ſolitum præſtes Odorice fauorem,
Seruetur per te Monteniana Domus.

B. OTHO in ciuitate Alberſtader miraculis clarus ſitus eſt.

B. OTHO requieſcit Polę miraculis inſignitus, primũ Ioannes quidam prior Eccleſiæ S. Marię de Orſaio habẽs brachiũ arefactũ, & manũ cõtractũ, ad ſepulchrũq; B. Othonis delatus ſanitatẽ recepit. Aliothus pedes habẽs mõſtroſè retortos ad tumulũ eius rectitudinem cõſequitur. Maria puella oculorum lumine deſtituta, lumine recepto gratias egit Deo, & B. Othoni. Puer item quidã omnino cœcus ante tumulũ B. Othonis viſum concepit. Auinata vxor Alexij de Pola per multos dies loquela priuata, nec valẽs plectro linguæ verba formare, ad tumulum ſancti viri delata cum lacrymis eius ſuffragio obtẽto cœpit loqui.

Miracula B. Othonis.

S. OTHO vnus ex quinque martyribus apud Marochium laudabiliter diuulgatus eſt.

B. PACIFICVS Picens primò Poeta ſui æui celebris, Rex. n. verſuũ appellatus eſt, à Friderico q; laurea donatus, primus fuit miniſter Frãciæ miſſus à B. FRAN. quã prouinciã prouidè rexit. Hic in habitu adhuc ſeculari degẽs B. Fran. reperit prædicantẽ apud Caſtrũ S. Seuerini prouinciæ Marchiæ, & cùm vidiſſet duos enſes fulgentes in modũ crucis ſuper caput B. Franciſci, tanto viſo miraculo, & verbis eius auditis, cõpunctus eſt, mundoq; neglecto, eidẽ patri cohęſit, in Ordineq; ſancteq; vixit, tandẽ virtutibus & ſanctitate vitę plenus obdormiuit in Domino. Hic quoq; meruit videre ſignũ illud Thau in frõte B. Franciſci, quod colorũ varietate diſtinctũ, faciem eius miro venuſtabat ornatu. Venetijs in æde Fratrũ Minorũ eſt adhuc Sarcophagum, vbi repoſitũ fuit corpus eius cum ſubiectis verbis: In hoc ſepulchro depoſitũ fuit corpus B. Pacifici Ordinis Fratrum Minorum anno 1432. die 21. Iulij.

B. Pacificus dictus Rex verſuum.

Conuerſio eius & igreſſus ad Ordinem.

B. PASCHALIS Hiſpanus martyr apud Tartaros in ciuitate Armalech an. 1340.

B. PAVLVS Spoletinus, dum prædicaret apud S.Seuerinū in Piceno vitæ exemplo, & optimis inſtitutis peperit ſpiritū ſalutis, & Fratrē Bentiuoliū, qui vitæ eius pręcipuus imitator fuit, ad Minorum attraxit Ordinem. multa quoq; viuens miracula fecit, inter quę hæc narrantur. Nam Flora Alberti Barili filia de Montemilonis oculorum lumine penitus priuata, ad tumulumq; B.Pauli ducta, ibi miſericordiam poſtulans viſum ſuſcepit. Berta de Camerino loquela iam diu carens ante tumulum aliquantiſper conſtitit, ac ſubitò loqui cœpit. Ioannes de Monteulmi diu pedum officio deſtitutus, in tantum quòd neq. baculo ſuſtentatus incedere poterat, ad corpus inſepultum B. Pauli delatus, cùm humiliter ſanitatem oraret, obtenta ſanitate, pedes ad propria ſe recepit non ſine ingenti miraculo, & adſtantium omnium admiratione. obiit B. Paulus (vt dicunt) apud Maceratam.

Miracula.

B. PAX Theatinus iacet Caſſiæ in Vmbria.

BEATVS Pelegrinus quidā iacet in ędē D.Fran. ad maiorē aram, in oppido S.Seuerini in Piceno, cuius dens adhuc extat, ad cuius tactum, qui dentium dolore cruciantur, ſtatim à dolore deſtituuntur.

BEATVS Pelegrinus à Falerono Bononię ſtudens pręedicante B.Franciſco conuerſus ad Religionē, in qua ſanctè vixit, & glorioſus obiit. Huic præcepit B.Franciſcus, vt incederet per viā humilitatis, & ideo manſit ſemper vt laicus, quāuis multa doctrina eſſet imbutus, & in ſacris decretis ac iure Pontificio non mediocriter inſtructus. Vnde hac via parauit ſibi gratiam contemplationis & amoris. Nā martyrij deſiderio accenſus perrexit Hieroſolymam ad viſitanda loca illa, quæ & ſanctè oſculabatur & lacrymis aſpergebat, ſic verè nomine & re ipſa Peregrinus, quiq; nihil affectabat, quem verè perfectum appellauit Bernardus de Quintaualle, tandem glorioſus meritis & miraculis clarus obiit.

B. PETRVS à S.Andrea Picens vir omni ſanctitate pręclarus, Miniſter Calabrię, iacet in eccleſia S.Fran.Caſtri villarum in Prouincia Calabrię, miraculis clarus, ad leuam, tumulo lapideo ſubnigro & vermiculato. Tunica eius viſitur, & ab incolis habetur in pretio, ſplendet miraculis apud Caſtrouillarenſes. Inter cætera autē hæc æſtimantur: Matthia filia D.Baimontis ex caſtrouillarū corpore penè immobilis erat, delataq; ad tumulū ſancti viri ſanitati reſtituitur. Leo brachio contrito contractiſq; articulis digitorum precibus ſancti viri ſanatur. Tanfurnia de Caſali Barulię altera manu contracta eius integritatem obtinet. Gulielmus ex Caſali S.Angeli diœceſis Mattorani altero pede colliſo ad preces ſancti viri validum inceſſum conſequitur. Obiit autem B.Petrus 1264.

B. PETRVS Cataneus Aſſiſiās B.Franciſci diſcipulus iacet apud S.Mariam de Portiuncula extra Aſſiſium. Obiit anno 1221. vj. Idus Martij.

B. PETRVS de Galliendo obiit Tuderti clarus.

B. PETRVS ſepultus Budæ in pariete prædictę Eccleſię, qui cæcum illuminauit.

B. PETRVS à Muliano obiit Camerini in æde D.FR. cuius corpus diu quieuit ſuper corpus B.Ioannis de Parma. his dieb. eius oſſa ad maiorē arā trāſlata, & honorificè cōdita.

B. PETRVS à Mōteulmo ex familia Ducaina ibi iacet, cuius miracula hęc circūferunt. Mulier Firmana renib. incuruata, ita quòd nulla poterat virtute corporis ambulare, ad tumulumq; ſancti viri delata, & orationibus proſtrata, incolumis ad propria remeauit. Quidā de Monterubiano altero crure tibiaq; contractis, voce magna clamauit ad tumulū, Sācte Franciſce cōforta hunc Fratrē Petrum, vt liberet me: quo dicto cùm aliquātō tēpore māſiſſet, ſanus effectus eſt: ſiue dicamus ꝙ vnius meritis aut amborum curatus extiterit, parū refert ad fidei pietatem, dummodò ex comparatione alterius gloriæ non derogemus.

B. PETRVS à Monticulo iacet in loco Siroli in Piceno, qui inter cætera ad quinque vel ſex cubitos viſus eſt à terra ſubleuari, viſus eſt quandoque etiam inter colloquia angelica, inter quæ viſio elapſa eſt.

S. PETRVS vnus ex quinque martyribus apud Marochum.

B. PETRVS de Archagnano martyr, inquiſitor ab hæreticis occiſus, quia noluit hæreticos de libro inquiſitionis abolere; in loco qui dicitur Vmbraida guercij, ab eis martyrij coronā eſt adeptus. vnà cū Fratre Catelano, & Valentię Hiſpanicæ tumulati ſunt.

B. PETRVS mirę perfectionis & ſanctitatis obijt in Nigriponte prouincia Romanię, cuius orationem Diabolus valde timebat.

B. PETRVS à Podio agri Piceni, nō lōgè ab Eſculo, iacet Interamnę, ꝗ multa fecit miracula.

B. PETRVS Senenſis in Tana Saracenorum vrbe martyrio inſignitus anno 1321.

B. PETRVS

B. PETRVS de Trano, vir ſanctitate celebris, multa fecit ſcitu digna, inter cætera autem hæc pauca ſubijciam, quæ ad manus meas peruenere. Quædam mulier de Congniano cuiuſdam Rinaldi filia, lateris ariditate labefactata, & nullum corporis motum habens, ſe deuouit, quo facto mulier corporis adipiſcitur robur. Quidam Diaconus de caſtro Campli infirmitate diuina detentus, ad tumulumque B. Petri delatus, tanta velocitate conualuit, vt ad propria proprijs pedibus abierit. Multa quoque operatus eſt Deus per B. Petrum, quæ in partibus illis vulgò frequentiusq; habentur.

VERA B. PHILIPPI AQVILANI EFFIGIES.



DE B. PHILIPPO AQVILANO.

BEATVS Philippus Aquilanus ex patre Amico Forciano ex Caſſina ignobili loco natus, matre verò Bucia, parentibus quidem modicis, quibus orbatus anno ſuę ętatis ſexto puer ſanè ſummam honeſtatem morũ præſeferens, & naturali quadam alacritate ab ipſa natura progenitus, cœpit iam tum in ieiunijs & pręclaris vitæ inſtitutis aſſueſcere; quæ fuerunt ominationes futuræ in eo ſanctitatis & præſtantiæ; nam tranſactis pluribus annis deuotè ſuſcepit habitum B. Frãciſci, * D. Bernardini Aquilæ publicè in foro concionantis prædicationibus inflammatus. Ingreſſus eſt autem Ordinem anno 1426. & manſit in religione annos triginta non ſine laude, non ſine gloria, tandemque accumulato merito obiit anno 1456. iacet in loco S. Nicolai non longè ab vrbe Sulmonæ, miraculis colluſtratus. Scripſit hiſtoriam vitæ eius, & præclara geſta B. Bernardinus Aquilanus, quem ſuperius memorauimus.

Præſagia futurę ſanctitatis.
*Alter, B. Ioannis Capiſtrani.

B. PHILIPPVS de Aqueriis Aquenſis ex prouincia Prouincię miraculis celebris Neopoli in eccleſia S. Claræ. obijt anno Domini 1369. die 18. Maij, fuit enim vir ſummæ perfectionis, qui relictis carnis illecebris, in quibus fuerat nutritus indecenter, Ordinem Fratrum Minorum ſumma deuotione intrauit, in quo carnem ſuam abſtinentiis, vigiliis, plagis, & laboribus afficiens, ad gratiarum & ſublimium virtutum incrementa peruenit. In loco Carcerum prope Aſſiſium ſex annos vitam pauperem traxit, maxima vitæ auſteritate: cuius fama ad Chriſtianiſſimum Regem Robertum, & inclytã eius vxorem Sanctiam increbuit, nam cunctis ſchola virtutum videbatur. Thebaldum militem graui morbo laborantem, loquelaq; priuatum, atque ita morti proximum, vt de ſola ſepultura ageretur, humili prece priſtinæ ſanitati reſtituit. Moniales S. Mariæ Aegyptiacæ, quod monaſterium erexit D. Sanctia, oratione & prædicatione ad optimam viuendi rationem traduxit, vt plures ex eis ſanctitate miraculisq; niterent. Huius quoque ope atque induſtria S. Elgearius Comes Ariani, & Delfina eius chariſſima coniux, ad Seraphicum Ordinem euecti ſunt. multa quoq; prædixit prophetico quodam ſpiritu; præuidit Ludouici Regis obitum, multa quoque prædixit Iacobo infanti Maioricarum. Fuit in eo præcipuum ſtudium orationis, fuitq; ſanctæ paupertatis pręcipuus amor. Volens Dominus probare eius patientiam plures cicatrices in corpore eius impreſſit, quæ per annos triginta fœtorem emittebant, & vermes; nunquam tamen fuit auditum verbum querelæ, quamuis lecto amoueri non poſſet. Dictu mirabile, poſt eius obitum plagæ eius mirabilem fragrantiam reddebant, corpus palpantibus ſe molle præbebat, ac ſi viueret. Obiit autem anno 1369. die 18. Iunij, die Veneris, hora qua eleuabatur corpus Chriſti in eccleſia. Mortem autem ſuam cùm præcognouiſſet imminere, chordulam, qua erat ſuccinctus, & femoralia, iam antea Guardiano reſignauerat.

Summa eius perfectio.

Roberto Regi fit charus.

B. PHILIPPVS Aſſiſiàs martyr inter Saracenos in caſtro Azoti, quod à D. Antonio multo antè fuerat prędictum. Cùm enim B. Antonius adhuc corpore mortali teneretur, quandam Dominam de Aſſiſio prægnantem viſitauit, cumq; eam ac conceptũ ſuum commendans bene auguratus fuiſſet, abijt, ac poſt modicum tempus in oratione diuino oraculo illuſtratus, reuerſus eſt ad eam, & dixit, Sta in pace & lætare, quia Deus dabit tibi filium, qui erit magnus in Eccleſia Dei, erit enim F. Minor & martyr, multoſque perducet ad palmam martyrij: peperit ergo illa Philippum, qui diuino nutu cùm citra mare in fide Chriſti diu profeciſſet, vltra progreſſus eſt. Nam caſtro Azoti dolo à Saracenis capto, Chriſtiani morti adiudicati fuerunt, quos B. Philippus conſtanter admonuit, vt ſtrenuè in firmo Dei propoſito perſiſterent. Solthanus verò in B. Philippum ſæuius agens primò iuncturas manuum fruſtatim incidi mandauit, deinde cute inuerſa ad vmbiculum decoriari, pòſt verò linguam abſcindi, nec tamen lingua præciſa elinguis à pręedicatione ceſſauit, Deo mirabiliter corroborante, demum capite plexus martyrium conſummauit, & ſic palmam martyrij glorioſè reportauit. Cùm verò per quatuor dies Sanctorum corpora inhumata iacuiſſent, Solthanus ad locum veniens, & ipſe omni fœtore carentia, non ſine ingenti admiratione, reperit, & incorrupta.

Vaticiniũ D. Antonij de B. Philippo.

Martyrium Beati Philippi.

B. PHILIPPVS Laicus à Monteilcino prouinciæ Tuſciæ viuens & mortuus miraculis diuulgatus: qui in oratione ita vehemens fuit, vt ſupra arbores eleuari viſus ſit: plures ſigno crucis à diuerſis morbis & ægritudinibus liberauit. Amnem Oricam (vt alter Moyſes)

Moyſes) ſuis precibus diuiſit, vt ſuos liberaret ab imminenti diſcrimine. Ad quem omnes infirmi tanquam ad ſacram anchoram confugiebant, & curabantur. Obijt miraculis factis in loco Columbarij non longè à Monteilcino; poſt cuius obitum ciues armati detulerunt ſacrum illud corpus in vrbem, ſicut populus Iſrael detulit arcam cum iubilo, & in æde D. Franciſci honorificè condiderunt, & hodie quoque quotannis eò confluit ciuitas in die S. Marci, qui fuit dies depoſitionis eius, cum cereis & luminibus: aſſeruatur in ſacrario Eccleſię tunica eius, cum qua obijt; ab incolis habetur in magna veneratione. Magiſter Hieronymus Tinellus à Monteilcino rector maioris Eccleſiæ Finalis agri Mutinenſis retulit mihi, ſe vidiſſe librum publica manu annotatum, vbi ſunt ingentia miracula, quæ Deus per merita Sancti huius operatus eſt: pręſertim verò illud dicendum eſt, quòd cùm corpus eius è loco Colombarij, in quo deceſſit, Montelcinum deferretur, imbre copioſo defluente ne gutta quidem feretrum tetigit, aut latores ſacri illius corporis turbauit, impediuitve. Diuidit Orciam fluuium in duas partes.

B. PHILIPPVS iacet in caſtro Muri prouinciæ Marchiæ miraculis nobilis; qui quadraginta annos habitum Religionis detulit, ac tandem miraculis editis migrauit in cœlum. Aliàs mercatores cum naui periclitantes ſuis orationibus adiuuit, qui chorum caſtri Muri acceptæ ſalutis memores conſtruxerunt. Quidam eliſo capite poſitus ſuper cadauer liber euaſit. Leproſum quendam ſanauit. Obijt in caſtro Muri, & ibidem tumulatus.

B. PETRVS Nicola ſiue Nicolaus cognomento Factor, Valentinus, Hiſpanus, natus eſt Valentiæ anno 1520. ex Vincentio Factore Syracuſano Siculo, matre verò Vrſola Eſtanna Valentina, ex Villa Albaydæ: qui annum agens xv. in Religionem Franciſcanam vltrò, nulliusq; hortatu ſe abdidit, in qua breui ita profecit, vt ornamenti plurimum ei, laudis verò etiam ſibi parauerit, euaſit enim inſignis prędicator. Vnde præter alias virtutes, promptus ille erat ad ſanandas ſpirituales ægritudines. ò ſalutares labores, & ſalubres tanti viri fructus. Habuit multas reuelationes à Deo, & meruit pluries orando à terra ſubleuari: de quo quidam hoc carmine dixit: Hic Beatus extra ſuum locum eſt, quòd non in tempore de eo notitiam habuimus.

Dum guſtas Factor Domini dulciſſima verba,
Raptus es in Cælum, perfrueriſq; Deo;
Inde redis lætus cœleſti nectare plenus,
Atque doces Cælum ſcandere quà liceat.

Obijt Valentiæ anno 1583. mẽſe Decembri, ipſa die Sanctorum Innocentium. Vitam eius & miracula deſcripſit Hiſpanico idiomate F. Chriſtophorus Moronus Prouincialis Prouinciæ Valentiæ.

B. PONTIVS Carbonellus S. Ludouici pręceptor poſtillam edidit in vtrunque teſtamentum. iacet Barchinone.

B. RAYMVNDVS ex Prouincia obiit in Armalech in vicaria Cathaij ſiue Tartariæ, vnà cum F. Paſchali Hiſpano, & Franciſco de Alexandria; liberauit autem Imperatorem à graui morbo canceroſo, qui adeptus ſanitatẽ mandauit Fratribus, vt poſſent fidem Chriſti vbique prędicare; ſed tandem martyrio coronati ſunt, anno 1340. poſt quorum martyrium idem impius tyrannus obiit, & domus eius corruit.

B. RAYNERIVS laicus miraculis clarus, & mirę deuotionis, iacet in Burgo S. Sepulchri, ſub ara maiori, qui infirmos & deſtitutos ſuis precibus ſuſcitauit. obijt verò anno 1304. in feſto omnium Sanctorum.

Miracula B. Raynerij à Burgo S. Sepulchri.

SALVVTIVS de Regno de comitatu caſtelli fractis renib. nullatenus poterat ſuſtineri, ſed inſtar arcus deformiter inclinatus erat, inuocato itaq; nomine B. Raynerij ſe incolumẽ ſenſit. Banfutius ſenſu priuatus, & ſui ipſius oblitus, cùm eſſet delatus ad venerabile corpus B. Raynerij, ſtatim ſenſus integros acquiſiuit, confitebaturq; palàm ſe quaſi de nouo in mundum prodire. Fœminutia altera manu contracta ad ſacras reliquias delata, reſtituta eſt ſanitati. Ciſcus Ioannoli de Catignano laborans morbo in altero crure, inuocanſq; nomen B. Raynerij liberè inceſſit. Hæc acta ſunt anno 1404. Eccleſia Romana paſtore vacante poſt mortem D. Benedicti Papæ XI. Gaudiana vxor Anſuini ex Maſſa Trabaria manum per quatuor menſes contractam ad venerabile corpus B. Raynerij ſtatim dimouit,

mouit, atque agilem habuit. D.Richa acrius à Dæmone vexata vigilans interdiu atque nocte ad corpus B. Raynerij liberata eſt. Gnido Maddonti Tiphernàs renibus laborans ob inflictum vulnus, parum tunicæ B. Raynerij cùm appoſuiſſet vulneri, liberatus eſt, omniſq; dolor abſceſſit. D.Vida de Burgo S.Sepulchri in puerperio decubans, futuræq; prolis mortem expectans amaris doloribus fatigabatur, ſed parum tunicæ ſancti viri apponens doloribus, ſanata eſt, & cùm peperiſſet abortum, precibus ad B. Raynerium habitis, puer oſcitare cœpit, & vagitum infantium more emittere. Habentur B. Raynerij ſexaginta miracula deſcripta à D. Cortanutio Bentiuegnæ Peruſino, quæ reperies in libro quodam, qui habetur Burgi, & cuſtoditur in capella B.Raynerij prope venerandas eius reliquias.

B. RAYNALDVS Reatinus iacet in Montecompatrio, vir certæ perfectionis vitæ, qui cùm die quodam obiret ciuitatem Reatinam cum ſocio, obuium habuit cæcum vnum, cumque ductore preambulo indicante, cęcus agnoſceret Fratres cominus aduentare, ad eorum pedes procubuit, ſalutauit eos, & ſignum crucis ſuper oculos exorauit fieri; F.Berardus comes fidem cæci perſpiciens, & Fratris attendens ſanctitatem vidit ſigno crucis facto cæcum illuminari, qui fugientium Fratrum veſtigia inſecutus clamabat: Iſti ſunt viri ſancti, & amici Dei. cùm verò ei mors poſtea inſtaret, adfuerunt multi Fratres eius tranſitum cuſtodientes, qui corpus eius ſudore perfundi viderunt, & guttas ſudoris inſtar pluuiæ emanare. quin cùm tranſacto triennio quidam alius Frater ſanctę perfectionis vita ibidem functus eſſet, in eadem fouea dum eum tumularent, videre corpus B.Raynaldi iam triennio antè tumulatum ita recens, perinde ac ſi tunc humatum fuiſſet, cancellatis in crucem manibus, & dans locum Fratri verſus partem occidentalem, & in fouea ſe erigens quandiu oratio Dominicalis tota proferretur. Quod videntes turbæ cum Fratribus adſtantibus lacrymis cantica miſcentes laudauerunt omnipotentiam conditoris.

Sudor emanans ab eius corpore.

B. RICCIVS Tudertinus iacet in conuentu de Aglono iuxta altare maius.

B. RICHARDVS qui multos ægrotos ſanauit, iacet Calataieroni in Sicilia.

B. RICHARDVS Epiſcopus Armalech vnà cum Fratre Franciſco Alexādrino, Paſchali Hiſpano, Raymundo ex prouincia Prouinciæ, magiſtro Ioanne Indo de tertio Pœnitentium Ordine, in Armalech Tartarorū vrbe ab Imperatore Tartarorum martyrio coronati ſunt anno 1340. circa feſtum B.Ioannis Baptiſtæ, tempore Geraldi Odonis. Imperator veneno interiit; Aliſolda, qui in imperio ſucceſſerat occiſus, & domus eius combuſta.

B. RIGERIVS à Mutia B.Franciſci ſocius genere quidem nobilis fuit, ſed ſanctitate præſtantior, quem B. Franciſcus magno diligebat affectu, qui cùm ſemel viſitaret B. Franciſcum infirmantem in Epiſcopio Aſſiſij, ab eo habuit, Regulam eſſe ſecundum Domini voluntatem dictante Spiritu ſancto, ſed in ſeipſo multis reluctantibus implebat, ne verbum Domini redderetur vacuum. Fuit prouincialis Marchiæ Anconitanę, quā rexit multa prudentia, verbo, ſimul & exemplo. qui aliquando in tantas & tam graues incidit tentationes, vt penè videretur deſtitutus à Deo, ſed B.Franciſcus certiorem illum fecit, tentationes illas eſſe illatas ad ſalutem & virtutē. Narratur, cùm ſemel eſſet interrogatus, cur mulierum conſortia fugitaret, cùm tamen in eo eſſet donum caſtitatis eximiæ, reſpondit, Niſi id facerem forſan iuſto Dei iudicio tam pręclaro munere priuarer. Sapiens quidem cautio, nam qui amat periculum, dignus eſt, qui in illo pereat.

B.Rigerius ſpecialem habuit reuelationem de Regula.

B. RODVLPHVS vir deuotus iacet in loco Rodomarum in Gallia.

B. ROLANDINVS Florentinus is eſt, cui oranti in eccleſia Florentiæ apparuit facius Solis ſuper altare, cum quo hæc vox delata eſt, Rolandine perſeuera, & ſtude finaliter in negocio quod cœpiſti, quia corona hęc quam manu teneo, tibi eſt præparata; & ſtatim euanuit.

B. RVGERIVS, quem Gregorius IX. verè Sanctum appellauit, & eius memoriam apud Tudertum celebrari pręcepit, multa fecit ſigna, inter quæ, Sabinam de Forgnola vxorem Petribonfilij annos duos grauiſſima infirmitate laborantem, atque in inſaniam collapſam priſtinę (Deo operante) integritati reduxit. Ferracellus Tudertinus oculorum albuginem obſeſſam habens, vt nihil videret, ad tumulumq; ſancti viri conſtitutus priſtinum lumen per Sancti merita obtinuit. Valentinus iuuenis alterius oculi lumine orbatus apud tumulum Beati viri illuminatur. Sanctia mulier ab incunabulis clauda, & contracta pedibus, manibuſq; ne concluſis, os etiam turpiter obliquabat, die autem tranſitus B.Rugerij ad tumulum eius, multis coram adſtantibus, pedum, manuum, oriſq; compoſitionem naturalem aſſecuta eſt.

Miracula inſignia B.Rugerij.

B. RVGERIVS ex prouincia Prouinciæ diuinis oraculis & reuelationibus illuſtratus, cuius confeſſio erat amara,& clara, & ita frequens,vt decies confiteretur in die: multa præclara egit, ac de ſeipſo humiliter ſentiens in nullo iactabat ſe: tantum autem dolorem concepit de peccatis propriis, vt cognoſceret per diuina indicia à Deo eſſe ſibi collata.ſemper fugiebat occaſionem peccandi,ne mentem Deus deſereret; dicebat enim quod Deus non poteſt deſerere mentem quam poſſidet: ſigna ſui feruoris erant rubor in facie, geminata ſuſpiria,cum corporis & capitis inclinatione,& hoc publicè faciebat.

B. RVFFINVS Sipij,qui etiam dormiendo orabat, non dimittebat ieiunia & abſtinentias conſuetas, B. Claræ conſanguineus, orationis & contemplationis prærogatiua ſublimis, ita enim in Deum rapiebatur, vt rarò loqueretur, neque expeditè, vt verba cum mora magna,& quaſi vi quadam proferre videretur. cùm autem ſemel præcipiente ei Beato Franciſco prædicaret, populum ſibi adſtantem durè increpans dicebat: Chariſſimi fugite mundum,dimittite peccatum, reddite alienum, ſi vitare vultis infernum; ſeruate mandata diligendo Deum & proximum,ſi pergere vultis ad cœlum,& agite pœnitentiam,quoniam appropinquabit Regnum cœlorum . frequenter hæc verba ſecum repetebat, Laus & benedictio ſit Domino Deo noſtro. Hunc adhuc agentem in humanis B.Franciſcus Sanctum appellare non veritus eſt. Pia exhortatio.

Eximia ſanctitatis indicia in B. Ruffino.

SEmel fuit tentatus B.Ruffinus grauiſſima quadam tentatione de diuina prædeſtinatione, qua nullam maiorem expertus eſt, ſuaſerat ei Diabolus omnes labores irritos eſſe & vanos; apparuit ei ſemel in forma crucifixi ſub pietatis ſpecie, quare torqueris (inquiēs) pauper homo, & nihil proficis? quorſum tot orationes & ieiunia? totus mundus mutare non poteſt, quod ſemel ſtatuit Deus: tu non es de numero prędeſtinatorum, ſed damnatorum,pietate motus te commoneo,te hortor,ne tam durè patiaris, memineris te eſſe damnatum vnà cum filio Petri Bernardoni, & cum cæteris omnibus,quotquot eum ſequimini. Ad hęc territus B.Ruffinus manſit ſolus cum magno mœrore, quē ſolet princeps tenebrarū immittere. Vnde B.Ruffinus quaſi amiſit fidem erga Deum & B.Patrem Franciſcum; Huius rei B. Franciſcus certior factus diuina reuelatione, videnſq; magnum diſcrimen imminere B.Ruffino, miſit ad illum F.Maſſæum ad montem Subaſium. poſtquam illum viſitauit F.Maſſæus nomine B.Patris Franciſci,reſpondiſſetq; ille nimis quidē audacter,nullum ſibi eſſe negotium cum B.Franciſco, nihilq; illi eſſe commune.ad hęc F.Maſſæus, Hem quid dicis F.Ruffine? quis te faſcinauit, vt ne obedires veritati? quorſum hæc? an ignoras B.Patrē eſſe Angelum de cœlo?Quot animæ ſuo hortatu ſaluantur? quot ſaluabuntur? volo, vt mecum venias ad B.Patrem,qui te cupit,te vocat. Beatus igitur Fran. vt vidit accedentem ad ſe F.Ruffinum,dixit: Heu Frater Ruffine,quomodo Diabolus te decepit miſerè nonne noſti quomodo transfert ſe in Angelum lucis? Deus emollit corda hominum,Diabolus autē indurat iuxta illud oraculum: Auferam à vobis cor lapideum,& dabo vobis cor carneum. Cœpit ad hæc verba ignita F.Ruffinus collacrymari,& ita abijt triſtis ad montem,& in cella clauſus non ceſſabat à lacrymis, donec Diabolus iterum apparuit illi in ſpecie crucifixi, & ait, Non prohibui,quo minus non poſſes colloqui cum Franciſco;cui ait ille, Vade,aperi mendax tuum guttur,vt illud impleam ſtercore.quo audito Diabolus diruptis lapidibus de monte non ſine magno impetu abiit, qui in fragmina colliſi magno fragore præcipites ruebant. Quibus ita abſolutis F.Ruffinus ſtatim ad B.Franciſcum acceſſit, narrauit rei ſucceſſum,& à crucifixo confortatus cognouit vera eſſe, quæ paulò antè B.Fran.ei prædixerat. Itaq; vixit poſthac magno deuotionis ſpiritu,& obijt in diuini amoris contēplatione. Is F. Ruffinus vidit,tetigitq; plagam lateris B. Patris, idq; pia quadā induſtria occultauit dicē-, Sacramentū Regis abſcōdere bonū eſt:ex cuius tactu magni odoris fragrātia fuit repletus. Tētatio Diaboli.

B. SAGRIANVS Aragonus viuens,& mortuus miracula fecit,ſuper cuius capite viſa ſunt luminariæ, iacet in loco Ilerdæ.

B. SAMVEL vnus ex ſeptem martyribus apud Septam Africæ.

B. SANCTES iacet in loco Mōtis Barocij diœceſis Piſauri, qui occidit quendā cōpatrē, & factus eſt F. Minor, vt pęnitētiā ageret,& ita ſemper orauit pro occiſi anima; tāto aūt dolore ex eo delicto cōpunctus fuit,vt rogauerit Deū ſemper, vulnus ſibi infligi eodē in loco,vbi eius cōpater percuſſus fuerat;ita factū eſt,& ita maximo dolore torquebatur. Dupliciter aūt mirari licet,q& corpus eius manet integrū, & vulnus ita recēs,ac ſi modò illatū eſſet. M rum, in ſe ret o.at vindictā, & eam patitur.

B. SAN-

B. SANTISLAVS altæ contemplationis & ſanctitatis vir fuit, atque vt ex nomine eius ſanctitatis indicata laus eſt, ita re ipſa factoq; in eo expreſſa eſt, & manifeſtata.

VITA B. SIMONIS DE ASSISIO.

CVM adhuc B.P.Franciſcus peregrinaretur in humana conuerſatione, Simon
quidam iuuenis Aſſiſiàs venit ad Ordinem, quem multa gratia, & benedi-
ctionis dulcedine præuenit Dominus, & ad tantam mentis eleuationẽ eue-
xit, vt vita eius fuerit ſemper ſpeculum ſanctitatis: in cuius anima videbatur
imago quædam diuinæ bonitatis. Extra cellam raró videbatur, & inter Fra-
tres diuinis ſe colloquijs occupabat: & quamuis eſſet vir ſimplex & idiota, tamen talia &
tam alta loquebatur de Chriſti amore, quòd non de doctrina, ſed de experiẽtia verba eius
prolata, & ſupra hominem videbantur. Quandoque cum Fratre Iacobo de Maſſa cœpit lo-
Maxima in oratione voluptas & dulcedo. qui de diuino amore, & totam noctem tali colloquio tranſegit, licèt modicũ tempus inſum
pſiſſe viſum fuerit, tanta enim ſpiritus ſuauitate fruebatur, vt dormire in raptu potius videre
tur, quàm loqui, ꝙ tam inſenſibilis efficiebatur, vt nec incenſos carbones perſentiret, vel ali
quam ignis læſionem in dormitione pateretur. Multa efficacia deuotionis exprimebat ver
bum Dei, ex quo cùm iuuenis de S. Seuerino eum prædicantem audiuiſſet, cõuerſus fuit ad
Chriſtum, & dimiſſis Diaboli veſtigijs ſe totum Chriſto conſecrauit. Narratur quoque de
illo, quamuis alij attribuant hoc exemplum B. Iunipero, ꝙ cùm iudex vellet ſententiã ferre
in quendam malefactorem, vt ambobus oculis priuaretur, ne pauper cęcus etiam maneret,
inſtanter rogauit Iudicem, vt pauperi alterum oculũ relinqueret, & ſibi vnum erueret. Cùm
Inſigne Chriſtianæ pietatis exemplum. in ſylua Brufortij oraret, à garrituq; auium diuexaretur, pręcepit eis in nomine Domini, vt
recederent, & illæ paruerunt. Ita cùm profeciſſet in omni ſanctitate vitę, Spoleti diẽ clauſit
extremũ, vbi virtutũ gratia præditus multos ditauit: nam in valle Spoletana mortuũ ſuſci-
tauit, & alia miracula fecit, ab Epõ Spoletano notata, & à Gregorio IX. P. M. cõprobata.

B. SIMON ex Colazono nobilis genere, & ſanctitate clarus, primò Miniſter prouinciæ Marchię, deinde prouinciæ S. Franciſci, quod munus magna induſtria exercuit. Matrem ſuam Othonis Quarti domeſticam ſuo hortatu ad rectam viuendi rationem attraxit. Multa fecit, quæ ſanctitatem eius comprobarunt. obijt Spoleti.

B. SIMON à Torſiano comitatus Ameriæ, iacet Ameriæ miraculis clarus.

B. SIMON Turoniæ Miniſter prouincialis, in cuius ore Spiritus ſanctus viſus eſt in ſpecie Columbæ, iacet Pictauij in Turonia.

B. SIMON Armenus qui viuens, & mortuus miracula fecit, iacet Meſſanæ.

B. SIGISMVNDVS ſanctitate & miraculis inſignis obijt in ſylua Melphia, in Apulia, in loco deſerto, & vaſtæ ſolitudinis; qui mulieri cuidã in ſomnis apparuit, & ait, Surge, & vade ad monaſterium S. Stephani de Ripa, & dic Triſtagno monacho, vt corpus meum de ſylua extrahat: quibus verbis edocta mulier manè properauit ad monachum, ex quo tranſlatum eſt in Eccleſiam S. Stephani.

B. SOLDANERIVS quaſi Sol dans nitorem, ꝙ moribus fulſit & doctrina, iacet Viterbij.

B. STEPHANVS Coruus prouinciæ S. Iacobi, nobilibus parentib. natus, in die Veneris ſancto prędicatione ſacra permotus voluit ea die habitum S. Fran. aſſumere, in quo ſanctè vixit, eiq; ſemel B. Virgo apparuit: obiit in nocte dũ matutinæ horę celebrarentur, & in conuentu Tori ſepultus; Maria eius diſcipula curauit, vt honeſto loco conderetur.

B. STEPHANVS Aquitanus, primò Abbas S. Benedicti, & dimiſſa Abbatia factus eſt Frater Minor. ab hæreticis occiſus corona martyrij meruit ſublimari, à Gregorio IX. Inquiſitor Tholoſæ creatus eſt anno 1240. qui ob conſtantiam fidei in Villa Auioneti diœceſis Tholoſanæ cæſus eſt, vnà cum Fratre Raymundo eius ſocio, Archidiacono Tholoſæ, cum Priore Auioneti, notario Inquiſitionis, & tribus Fratribus Prædicatoribus, dum omnes Te Deum canerent; Vnde viſum eſt Cœlum apertum.

B. STEPHANVS Nardinus Sacerdos Hungarus annorum xxv. ſuę ætatis in ciuitate Sarayn Tartarorum magni Regis Osbeth martyrio coronatus anno 1334. die 22. Aprilis, dum in confeſſione fidei perſiſteret, & flagellis arena plenis torqueretur.

B. THEOBALDVS Aſſiſiàs iacet in ciuitate Ortæ, qui cùm in loco S. Laurentij moraretur iuxta ciuitatem Ortenſem trans Tyberim, iniuncta ſibi obediẽtia à Fratre qui præerat, vt confeſtim ad prædictam ciuitatem pro quibuſdam neceſſarijs properaret, ad Tyberim veniens mãdatum patris ſatagebat exequi feſtinanter; cumq; nauiculam nullam

reperiſſet,

reperiſſet, memor obedientiæ, ſed immemor periculi eleuata tunica ſuper aquas pedibus proprijs ambulauit, & clamantibus & mirantibus hominibus tantæ profunditatis fluuium traiecit, vix perfuſus vſque ad poplites.

B. TENTALBENE miraculis clarus, nam paralyticos curauit, & F. Damianus Tudertinus fatetur ſe vidiſſe cœcum ab eo illuminatum.

B. THEBALDVS quidam iacet Spoleti glorioſus.

B. THOMAS iacet Eugubij, qui plura in ſignũ ſuæ ſanctitatis miracula edidit poſt mortẽ.

B. THOMAS de Florentia iacet Reate miraculis clarus, obiit anno 1472. quo tempore B. Bernardinus Catalogo Sanctorum aſcriptus fuit.

B. THOMAS Fulginàs martyr Bidinij in Bulgaria.

B. THOMAS Hibernicus, qui religionis cauſa pollicem ſibi amputauit, ne ad celebrandum cogeretur, ob miracula veneratur Aquilæ.

B. THOMAS Linarius ex Linario oppido Vallis Elſæ vel è Scarlino ſic dictus, quoniã locum hunc præ alijs mirificè dilexerat, vnde omnes à loco Scarlinum appellabant nomen patriæ, ſoliq́; natiui obliti: habuit parentes macellariam artem exercentes, à quibus Thomas piè & religiosè educatus: ſed mox vt eſt ingenium hominis procliue ad libidinẽ, abreptus concupiſcentijs, cœpit habenas animi relaxare vitijs & improbitatibus, vnde contemptis diuinis, humanisq́; legibus nil aliud ſummum bonum intelligebat, ſummamq́; felicitatem, niſi turpiſſima quaque voluptate diffluere. ſicque adeò ſceleſtis atque corruptis moribus euaſit, vt non ſatis etiam probati homines cum eo interdiu loqui, verſariq́; auderent, veriti ne ſi cum ipſo viderentur, perſimilem ſibi turpiſſimæ infamiæ notam, ſugillationemq́; contraherent. Verùm cùm placuit diuinæ bonitati eum à tenebris ad veram lucem educere, & ad cœleſtem amorem inſinuare, vt cæteris foret exemplo, Thomam ipſum quibuſdam fortunæ incommodis atque calamitatibus vexari, torqueriq́; permiſit, & ita opera Angeli Pacis ſocietatis S. Hieronymi cognomento Cippi, qui verè Angelus fuit, ad meliora traductus, maximaq́; perturbatione leuatus euaſit in virum alterum: cœpitq́; lumine diuinæ gratię refulgere, ſtatim priſtinam vitam & mores immutans, qui malè actæ vitę ſuæ mores exoſus peccata ſua deflebat; in ipſa rerum contemplatione ſæpe in exceſſum ferebatur in ſylua Nauis, ſæpe extaſi rapiebatur, in pane, & aqua vt plurimum vitam ſuam ducebat, & corpus ſuum duriſſimo continentiæ fręno edomabat, nudis pedibus pergebat, niſi fortè longa peregrinatione fatigatus. Fraticellos hæreticos diuina gratia profligauit, vixit tempore magiſtri Antonij Maſſani Generalis, qui eum in vicarium conſtituit in quibuſdã locis, quæ ipſe conſtruxerat in Inſula Ebulę apud Radicophanum agri Senenſis, quibus attulit multam dignitatis & obſeruantiæ acceſſionem. In Inſula Corſicæ tria loca accepit, vnum in Sardinia; præcipuè miſſus fuit ab Eugenio IIII. Pont. Max. vnà cum tribus aliis Fratribus ad presbyterum (vt vocant) Ianum, & in itinere fuerunt à Saracenis acriter flagellati, quia noluerunt abnegare fidem Chriſti, pro qua mori parati erant, reprehendentesq́; eorum legem & vitam in ciſternam diſſipatam depoſiti ſunt, inde extracti, & carceribus immiſſi palàm conclamabant, Fides noſtra eſt bona, & tuta: veſtra uerò eſt mendax & perdita. tandem cum deſiderio martyrij redierunt, & Reate mortui, & tumulati ſunt in eccleſia S. Franciſci biennio poſt obitum B. Bernardini. de hoc B. Thoma ſcripſit Petrus Marinus Merellus Leoniſſanus, de quo hæc,

Pia & religioſa eius educatio.

Diuina euocatio.

Angelus Cippus.

Fraticellos hęreticos profligauit.

Voluere quis quis amat ſancta & pia facta virorum,
Hoc oculis animo mente reuoluat opus.
Mirificum eſt opus, & totum memoranda per orbem,
Linaris diui congerit acta Thomæ.

Martyrium B. Thomæ Tolentinatis in Tana Saracenorum vrbe.

B. THOMAS Tolentinas in Tana martyr anno 1319. cũ F. Paduano, & Demetrio laico, ac F. Petro Senenſi, nam ipſis palàm prædicantibus Chriſtum filium Dei apud Saracenos, & Maomethem filium perditionis, tunc Saraceni conclamarunt, ut morti traderentur: Ita ſoli ardentiſſimo expoſiti; & mox in ignem iniecti incolumes tamen euaſere: quod uidentes Saraceni dixerunt, tunicas eorum minimè poſſe comburi, quòd eſſent confectæ ex lana terræ Abrahæ, cui benedixit Deus, propterea nudatis ueſtibus, oleo & pice delibuti, atque in prunas ardentes proiecti, incolumes iterum emerſere: cuius euentu Sa-

Impiorum vana præſumptio.

raceni

raceni ex tanti miraculi ſtupore clamabaut, ſancti ſuut iſti viri, & lex eorum; ſed Cadi magis furore accenſus iuſſit interfici, & eorum capitibus obtruncari; ita glorioſo martyrio coronati ſunt, quorum corpora diuinitus inuenta à F. Odorico Vtinenſi, in Indiamq; ſuperiorem tranſlata in ciuitate Carræ honorificè ſcpelicnda curauit, de quo ſuperius in vita B. Odorici mcminimus.

FVERVNT quoque quatuor Fratres apud Tartaros martyrio coronati, quorũ conſtanti martyrio, & crebris miraculis, Rex quidam Tartarorum maximus ad fidem Chriſti cõuerſus eſt, cuius humanitate & ingenti liberalitate vſi fratres decem loca in Tartaria conſtruxere, de quibus teſtatur F. Bartholomæus Cuſtos Taruiſij hac Epiſtola ſubiecta.

Epiſtola F. Bartholomæi ad F. Saloein Vicarium generalem in partibus Orientis.

IN Chriſto Patri Fratri Saloi Vicario generalis miniſtri Ordinis Fratrum Minorum in partibus Orientis, F. Bartholomæus cuſtos Taruiſij cum ſubiectione deuota ſeipſum commendat. Noueritis nos habuiſſe noua certa de India de Fratribus noſtris de S. F. Thoma, & ſocijs eius, quorum tranſitum vobis mittimus per latorem præſentem, quæ oretenus ab illo habuimus, qui iuit cum prædictis Fratribus, & ita vobis ſeriatim ſcribimus; cùm prædicti receſſiſſent de Ormes iuerunt ad ciuitarem Thanai, ad quam homo iſte peruenit die octaua à paſſione eorum, videlicet in Cœna Domini 1321. cauſſa huius itineris prædictis Fratribus fuit, quòd non inuenientes lignum in Ormes in quo irent, vtcunque oportuit illos illò ire, homo autem prædictus, qui poſt paſſionem illorum iuit illuc, omnibus diligenter inueſtigatis, & veraciter compertis retulit nobis hiſtoriam paſſionis eorum.

B. VALENTINVS de Narnia, qui triginta annos in religione ſanctè vixit comedens panem & aquam, & ad annos decẽ aquæ commiſcuit abſynthium, ad carnem quoq; edomandã aſperum & durum admodum cilicium deferebat, ſola tunica, chordula, & femoralib. diues. mãſit aliquod tempus in loco Carcerum prope Aſſiſium, ibidẽ obijt miraculis emiſſis, corpus eius primò ad ædem D. Virg. Claræ, ac demũ ad eccleſiã S. FR. tranſlatũ eſt.

B. ZACHARIAS Romanus in conuentu Alanquerij D. Sanctiæ charus, quem imago Crucifixi allocuta eſt, ante quam frequenter orabat: orationibus, ieiunijs, & vigilijs Domino ſeruiuit, ex quo tantum diuinæ conſolationis exceſſum recipiebat, vt ægrè ab illo ſepararetur. ille etiam precibus impetrauit ab Angelo tantum panis apponi, quod Fratribus quinque ibidem commorantibus ſufficere poſſet, quod cùm D. Sanctia audiuiſſet, petijt vnum ex illis panibus, quem in reliquijs reſeruauit.

De efficacia orationis eiuſdem.

QVidam cùm vehementer dubitaret de Euchariſtiæ ſacramento, nec verbis B. Zachariæ confirmari poſſet, eum rogauit vt die ſequenti attentè audiret Miſſam eius, cuius oratione præmiſſa ille vidit puerum in ſpecie carnis in eleuatione hoſtiæ. B. itaque Zacharias perſeuerans in ſanctitate vitæ, tandem obijt, miraculisq; in venerationem venit, & ſepultus eſt in conuentu Alanquerij.

Hactenus vitas resq; geſtas B. Virorum perſtrinximus, inter quos mirũ eſt numerari pluſquam quorum ſanguine per martyrium fidei fuſo purpureũ Seraphica Religio renidet. Ergo hæc ab ijs quę reſtant, diſtinguimus etiam hac, quaſi termino, interpoſita ode,

Illa vi, mea quam fides
In Vos, & pietas ingenio addidit,
Sancti ò Seraphici Ordinis
Ductores, ſimilis tuq; ſequens cohors,
Iam dixi merita, & decus
Veſtrum, veſtraq; ſanctiſſima nomina.
Feci, quod potui, libens;
At, Vos quod deceat, conſequier velim;
Non æuo memori modò
Vt veſtrę maneant præconia gloriæ,
Aſt hinc relligio & fides,
Quam nunc exagitant immeritò mali,
Occurrat venerabilis,
Et ſe ſe inſinuet cordibus efferis:
Quorum quò rapitur furor?
Heu viuat pietas, heu vigeat fides,
His factiſq; vtinam Virùm
Auditis, monumentiſq; fidelium,
Sic veros repetant Dei
Cultus, ſic homines talia diligant,
Vt, qui tunc aderant, Patrum
Tantorum coluerunt opera & fidem.

DE SECVNDO ORDINE PAVPERVM DOMINARVM INSTITVTO A' B. P. FRANCISCO

Nouæ Propaginis Ductore:

IN QVO MVLTAE SANCTAE MVLIERES floruerunt, tum vitæ ſanctitate, tum etiam miraculorum inſignibus,

QVARVM HONESTISSIMA VITA, & præclara geſta deſcribuntur

A Fratre Petro Rodulphio Toſinianenſi
Conuentuali Franciſcano,
In Conuentu Magnæ Domus Venetiarum Prælectore.



M D LXXXVI.

HYMNVS IN PRINCIPEM SECVNDI ORDINIS Pauperum Dominarum CLARAM Virginem.

Plaudat plebs pauperum,
Hac die, qua ad Superum
Properat norma Virginum
Clara primiceria.
Hæc poſtquàm fuit concepta
A Chriſto eſt prælecta,
Quando mater ſurſum vecta,
Orabat Dominum.
Hanc ſonoram audit vocem
Delapſam è lignea cruce.
Salua (dixit) mittes lucem
Mundum illuminantem.
Hæc audiens à Domino
Stupet, ſed non immeritò,
Hoc edocta oraculo
Claram natam nuncupat.
Quæ tenella ſe conſecrat
Chriſto, quem corde baiulat,
Cunctaq́; pro eo calcat
In paternis laribus,
Sub veſtibus precioſis
Veſtem de chordis nodoſis
Equorum pilis corroſis
Geſtat noua Cecilia.
Poſt Franciſcum pergit Ducem,
Templum petens ante lucem,
Quo ſuſcepit ſanctam Crucem
Super ſuos humeros.
Coramq́; ara Domine
Tonſo crine capite,
Vult Chriſtum nudum ſequi
Per ſua veſtigia.
Quam Franciſcus almus veſtit
Rudéſque pannos præbuit,
Rudem ſtatim fune cinxit,
Nigrum velum imponitur.
Sub paupertatis regula
Beato Franciſco tradita,
Multas filias congregat
Arcta ſub clauſura.
Orat crebrò, crucem plangit
Corpus terens, dolor angit,
Nudis pedibus illud frangit,
Multis clarens prodigijs.
Tandem Cœlum tranſportata
Comitiua ſociata
Angelorum conſtipata
Atque ſanctarum Virginum.
Mater ergo te rogamus,
Pro nobis ora, poſtulamus,
Vt hoſte victo iungamur
Tecum in Cœli curia. Amen.

DE SECVNDO ORDINE
inſtituto a' B. Patre Franciſco.



BEATVS Pater FRANCISCVS nouæ familiæ Dux inclytus poſt paranymphos & amicos ſponſi, qui ſtant & gaudent, ſimilem inter Mulieres Ordinem inſtituit anno 1212. quem ſexannis antè futurum in Eccleſia ſpiritu prophetico plenus prædixerat, dum Eccleſiam S. Damiani ardenti animo & ſolicito mirificè repararet: quem Alexander IIII. Pont. & Innocentius III. approbauit, & Minorum Ordini ſubiecit, in quo plurimæ poſtea vitæ ſanctitate, candidis ac caſtiſſimis moribus virgines profecere. quinquaginta enim alias ſecum attraxit B. Clara, inter quas fuit D. Hortulana chariſſima eius parens; incœpitq; Ordinem pauperum Dominarum, nihil habens in communi, neque in proprio. A Domino Innocentio III. Regulam ipſa petijt, & obtinuit, cuius principiũ ipſe Pontifex manu propria penè flens ex deuotione conſcripſit. Fuit enim ab Innocentio III. & Gregorio IX. ob ſanctitatem valde dilecta. qui tres ſanctos Ordinis Sanctorum Catalogo adſcripſit D. Fran. D. Antonium, & B. Eliſabeth: de quibus egregiè canitur: Vide Surium & Thomam Tugelliũ & Erboreum pag. 360.

Franciſcus Princeps inclytus
Signum regale baiulat;
Et celebrat Concilium
Per cuncta mundi climata,
Contra Draconis ſchiſmata
Acies trinas ordinat,
Expeditorum militum.
Ad fugandum exercitum,
Et tres cateruas Dæmonum,
Quas Draco ſemper roborat.

DE ORTV B. CLARAE.

FVIT B. Claræ D. FRANCISCI primiceriæ, proauus Paulus quidam bonæ conditionis ciuis Aſſiſiâs, cuius filius Bernardus nomine tres filios ſuſcepit, Paulum, Fauorinum, Monaldum, qui milites fuerunt ſine vi, ſine tumultu, ſtudio, & voluntate humani. Fauorinus ex Domina Hortulana eius coniuge ſuſcepit duas filias Claram & Agnetem, illuſtres quidem Virgines, & indelebilis memoriæ, dignas planè tanta matre, quæ & ipſa poſt viri obitum miracula fecit. Clara à Diuo Franciſco edocta, monitis ipſius relicto ſeculo, die Dominica palmarum adhuc iuuencula ad Eccleſiam in omni veſtium ſuarum ornatu procedens ab Innocentio III. Pont. Max. palmę ramum accepit, die ſequenti in æde S. Mariæ de Angelis à B. Franciſco, & ſociis eius ſuſcepta tunica ſanctæ conuerſationis, induta in Monaſterio de Panſo olim S. Benedicti cœpit humiliter inſeruire ad annos quadraginta.

DE EIVS NOMENCLATVRA.

Nomina à rerum proprietatib. deſumuntur.

SI nomina imponi debent à proprietatibus rerum, cùm ipſa ſint rerum notæ, & ſigna indicatiua, quamuis nominum impoſitio plerunq; ad placitum ſit, vt plurimùm tamen ſunt nomina rei conſecutiua, ſicuti in B. Clara Aſſiſiâte cernimus, de qua canit Eccleſia, Clara re clara & nomine. Nihil enim opus eſt verbis, cùm ea res, cuius cauſa verba quæſita ſunt, intelligatur: quæ tanquam flos vernans & candidus à D. Franciſco inſtituta eius diſciplinam, & genus vitæ æmulata eſt: quod multo antè fuerat prænuntiatum, ſiquidem cùm in vtero adhuc eſſet materno, Hortulana chariſſima eius parens ante Crucifixum orabat, vt ſe à partus periculo, à quo procul non aberat, feliciter liberaret: reſponſum à Crucifixo tulit, ne formidaret, quia poſt has paſſiones & formidines incolumis in tantis tenebris lumen proferet, quod ipſum mundum clarius illuſtraret, vt nihilominus ſibi luceat cùm illi accenderit.

Reſponſum Crucifixi ad B. Hortulanam.

DE EXERCITIO VIRTVTVM.

EDITA mox in lucem paruula Clara, tempeſtiuè ſatis in vmbra ſeculi cœpit clarere ſancto lumine, atque inter teneros mores ſplendere ſancta probitate. Docili corde primùm ex matris ore fidei rudimenta ſuſcepit, & ſpiritu interius conſtante pariter & formante vas reuera puriſſimum, vas innotuit eſſe gratiarum. Extendebat S. Clara libenter ad pauperes manũ ſuam, & de abundantia domus ſuæ ſupplebat inopiis plurimorum: & vt ſuum ſacrificium gratius eſſet Deo, proprio corpuſculo delicata ſubtrahens cibaria, clamq; per internuncios mittens, reficiebat viſcera pupillorum: ſic ab infantia ſecum miſeratione creſcente, mentem compaſſiuam gerebat miſerorum miſerias miſerantem. Sanctæ orationis ſtudiũ (vt dictum eſt) habebat familiare: hoc vnum dicam, eo quòd ſignacula non haberet, quorum euolutione diceret Dominicas orationes, congerie lapillorum ſuas oratiunculas Domino annumerabat. Virginitatem ſuam Domino conſecrauit. Talia fuerunt in domo materna delibamenta virtutis, tales primitię ſpiritus, talia præludia ſanctitatis. Tantis itaq; redundans vnguentis ſe patefaciebat, velut cellam aromatum, licèt clauſam, ipſa ſua fragrantia manifeſtat. Ore quidem vicinorum laudari neſcia cœpit, & ſecretos actus veridica fama prodente, rumor bonitatis eius vulgabatur in populo.

Ex Vita S. Claræ Virg. iuſſu Alex. IIII. Pont. Max. conſcripta.

Benignitas in pauperes.

DE STVDIO SANCTAE ORATIONIS.

BEATA Virgo Clara orationis amatrix meditando paſſionem Chriſti rapta fuit à die Iouis ſancti vſque ad Sabbati ſancti horam tertiam, nihil perpendens, ſed immobilis perſeuerans. Cùm ſemel Fridericus Imperator ſuperbiæ faſtu nimis elatus obſideret Aſſiſium, Saracenorum gens peſſima ſanguinem ſitiens Chriſtianorum intra Virginum clauſtrum irruit, tunc Beata Clara quamuis ęgra,

Fridericus Imperator Aſſiſiũ obſidet.

uis ægra, & morbo aſſlicta, in iſto tamen duto neceſſitatis articulo conſurgens ſuo & filiarum capitibus denudatis, cinetibusque inſperſis, Sorores, ait, & filiæ, debemus conciues noſtros orationibus adiuuare, à quibus alimenta recipimus. illæ itaque orationibus & lacrymis inſiſtentes per immenſam Dei pietatem ſuccurrerunt ciuitati: nec mora in adiuuando fuit, quia ad portam ſe duci iubet cum capſula argentea, vbi erat ſacratiſſimum corpus Chriſti, & hoſtibus irruentibus opponi ſe fecit. Quo exemplo fugati ſunt hoſtes, atque funeſtiſſima perſecutio, quæ tam ſæuè in Aſſiſiates ferbuerat, precibus Virginis Claræ & ſororum ſedata eſt. Vitalis de Auerſa vir inanis gloriæ cupidus, & in prælijs ſtrenuus Imperialem exercitum, cui Capitaneus erat, confuſus reduxit, diſſolutoque exercitu receſſit, & terram illam vlterius non vexauit, & ipſe miſer dux belli paulo pòſt gladio occiſus occubuit, raptusque ad Dei iudicium eſt, de ſuis operibus merita receptutus. Diſperſit enim ſemper Deus ſuperbos mente cordis ſui, & exaltauit humiles. ſic facit Deus cum tentatione prouentum.

Aſſiſij ciuitas precibus B. Claræ ab hoſtiũ impetu & inſidiis liberatur.

Vitalis Auerſan°.

Lucę 1. 1. Cor. 10.

DE SANCTA EIVS HVMILITATE.

TANTA in Deum fuit eius pietas, & in pauperes Chriſti clementia, vt cibaria ſibi ſubtraheret, eaq; pauperibus trãſmitteret. Semel panem vnicum domi repertum cum Fratribus eleemoſinam petentibus dimidiauit, reliquam medietatem inter quadraginta ſorores diuidi fecit, omnibusq; ſaturatis plenius abundauit. Quadam alia vice vas olei vacuum eius oratione repletum fuiſſe compertum eſt. Sanctę humilitatis fundamentum fuit primarius huius ſacri Ordinis lapis. Beato namque FRANCISCO obedientiam ſanctam promiſit, & à promiſſo nullatenus deuiauit. Triennio verò poſt ſuam conuerſionem, nomen, & officium Abbatiſſę declinans, humiliter ſubeſſe voluit potius, quàm præeſſe, & inter Chriſti ancillas ſeruite libentius, quàm ſeruiri. Cogente autem B. Franciſco, ſuſcepit tandem regimen dominarum: de quo in corde ſuo timor, non tumor exoritur: nec libertas, ſed ſeruitus augmentatur. Quò enim iam aliqualis prælationis ſpecie altior cernitur, eò reputatione propria vilior, obſequio promptior, cultu deſpectior reperitur. Nullos iam famularum reſpuit actus, adeo vt plerunque ſororum manibus aquam infunderet, ſedentibus aſſiſteret, comedentibus miniſtraret. Inuita valdè aliquid pręcepit, ſpontanea verò fecit, magis eligens per ſeipſam facere, quàm ſororibus imperare. Infirmarum ſedilia ipſa lauabat, ipſa tergebat, ſuo illo nobili ſpiritu nec ſordida fugiens, nec fœtida perhorreſcens. Pedes famularum de foris reuertentium ſæpius abluit, & ablutis oſcula impreſſit. Lauabat ſemel cuiuſdam ſeruientis ſororis pedes, quos dum deoſculari properat, illa tantam humilitatem non ferens pedem ſubtrahit, dominamque ſuam pede in ore percuſſit. At illa pedem famulæ blandè reſumit, & ſub illa planta ſtrictum oſculum infigit.

Promittit obedientiam S. Franciſco.

Cogitur eſſe Abbatiſſa.

Magnę humilitatis paradigma.

DE EIVS SANCTA, ET *vera paupertate.*

PAVPERTATI ſpiritus, quæ vera humilitas eſt, & paupertas rerum omnium conueniebat. Primùm in ſuæ conuerſionis initio paternam hęreditatem, quæ ad eam peruenerat, diſtrahi fecit, ſibique de pretio nihil reſeruans, totum pauperibus erogauit: Hinc ſeculo foris relicto, mente intus ditata, poſt Chriſtum ſine ſacculo exonerata percurrit. Tantum denique cum ſancta paupertate fædus inijt, amoremque contraxit, vt nihil pręter Dominum IESVM vellet habere, nihil filias ſuas poſſidere permitteret, nihil præter neceſſarium victum, & veſtitum à ſororibus recipi, vel in poſterum reſeruari. Nequaquam cœleſtis deſiderij pretioſiſſimam margaritam, quam venditis omnibus compararat, arbitrabatur cum temporali mordaci ſolicitudine poſſidendam ; inculcat ſuis frequenti ſermone ſororibus, tunc acceptabile Deo illud fore collegium, cum paupertate fuerit opulentum, & tunc perpetuo ſtabile permanſurum, ſi altiſſimæ paupertatis fuerit ſemper turre munitum. hortatur eas in paupertatis nidulo Chriſto pauperi conformari, quem paupercula mater in arcto præſepio paruulum reclinauit. Hoc enim peculiari monumẽto

Totam hæreditatem ſuam dat pauperibus.

Matth. 13.

Priuilegium paupertatis petit à Domino Papa.

quaſi monili aureo ſuum ſubornabat pectus, ne terrenorum ſordes ad interiora pertranſiret. Volens denique religionem ſuam intitulari titulo paupertatis, à bonæ mem. Innocentio III. Pont. Max. paupertatis priuilegium poſtulauit. Qui vir magnificus, tanto virginis feruori congratulans, ſingulare dixit eſſe propoſitum, quòd nunquam tale priuilegium à Sede Apoſtolica fuerit poſtulatum, & vt inſolitæ petitioni fauor inſolitus arrideret, Pontifex ipſe cum hilaritate magna petiti priuilegij primam notulam ſua manu conſcripſit. Felicis recordationis Dominus Papa Gregorius Nonus, vir ſicut Sede digniſſimus, ita & meritis venerandus, paterno affectu Sanctam iſtam arctius diligebat. Cui cùm ſuaderet, vt propter euentus temporum, & pericula ſeculorum, aliquas poſſeſſiones aſſentiret habere, quas & ipſe liberaliter offerebat, fortiſſimo animo reſtitit, & nullatenus acquicuit. Ad quam reſpondente Pontifice, Si votum formidas, nos te à voto abſoluimus. Sancte Pater, ait, nequaquam à Chriſti ſequela in perpetuũ abſolui deſidero. Eleemoſinarum verò fragmina, panumq; minutias, quas eleemoſinarij deportabant, valde ſuſcipiebat hilariter, & quaſi mæſta de panibus integris, exultabat potius in fragmentis. Quid multa? ſatagebat pauperi crucifixo paupertate perfectiſſima conformari, vt nulla res peritura amantem ab amato ſecluderet, aut curſum eius cum Domino impediret. Occurrunt ecce duo miranda, quæ paupertatis amatrix meruit operari. Primùm quidem, Vnicus erat in monaſterio panis, cùm iam inſtarent & fames, & hora edendi. Diſpenſatrice vocata iubet Sancta panem diuidi, partemq; Fratribus mittere, partem intus pro ſororibus retinere. De quo retento dimidio iubet quinquaginta fieri iuxta Dominarum numerum, inciſuras, & eis in menſa paupertatis apponi. Cui cùm deuota filia reſponderet, neceſſaria hic fore antiqua Chriſti miracula, vt modicum panis quinquaginta reciperet ſectiones: reſpondit mater & dixit, Fac filia ſecura, quod dico: properat filia matris implere mandata: properat mater ad Chriſtum ſuum pia cum filiabus deſtinare ſuſpiria. Creſcit diuino munere inter frangentis manus parua illa materia, & cuilibet de conuentu ſuo extitit portio copioſa.

Hęc diligẽter ponderanda ſunt.

Panis exiguus diuinitus augetur.

Rurſus die quodam Chriſti ancillis ſic ex toto defecerat oleum, vt nullum adeſſet ſaltem pro debilibus condimentum. Accepit Diua Clara vaſculum vnum, & humilitatis magiſtra ſuis manibus lauat, ponit vas vacuum ſeorſum, vnde Frater eleemoſinarius illud accipiat, & vocatus eſt ipſe Frater, vt vadat pro acquirendo oleo. Accelerat deuotus Frater, vt ſuccurrat inopiæ tantæ, & ad ſumendum vaſculum currit. Non enim volentis eſt, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Etenim ſolo influente Deo, vas illud plenum oleo reperitur, præueniente S. Claræ oratione Fratris obſequium in ſolamen pauperum filiarum. At verò Frater prædictus, quaſi fruſtra vocatus fuiſſet, ſubmurmurans dixit: Deriſoriè me iſtæ fœminæ vocauerunt, cùm ecce vas plenum exiſtat.

Rom. 9.

Vas vacuum miraculosè plenũ oleo reperitur.

DE MORTIFICATIONE CARNIS,

& auſteritate vitæ eius.

DE miranda carnis maceratione ſilere magis, quàm loqui forſitan expediret, cùm talia fecerit, quibus audientium ſtupor cum veritate rerum contendit. Non illud magnum, quòd ſimplici tunicula, & rudi mantello de vili panno tegebat potius, quàm confouebat corpuſculum. Non magnum erat omni tempore continuare ieiunia, nec vti lectulo ſine pluma: In his enim dum reliquas in ſuo clauſtro habuit ſimiles, laudes fortaſſe non meruit ſingulares. Sed quæ congruentia carnis virgineæ ad veſtem porcinam? Procurauerat enim ſibi virgo ſanctiſſima veſtem de corio porci, quam, verſa ad carnem hiſpida tonſura pilorum, ſecretò ſub tunica deferebat. Vtebatur nonnunquam duro cilicio de pilis equorum nodosè conſerto, quod hinc inde chordulis rudibus ſtringebat ad corpus. Hanc veſtem vni de filiabus dum petenti accommodaſſet, illaque ſe veſtiſſet, tantæ protinus aſperitati ſuccumbens, non tam hilariter petijt, quàm celeriter poſt triduum reſignauit. Nuda humus, & interdum ſarmenta vinearum erant pro lectulo, lignumq; durum præſtabat ſub capite officium puluinaris. Proceſſu verò temporis corium debilitato corpori ſtrauit, & capiti modicam paleam clementer indulſit. Poſtquam verò corpus tam ſeuerè tractatum longa cœpit occupare infirmitas, iubente B. Franc. ſacco pleno paleis vſa eſt. Porrò in ieiunijs tantus erat rigor abſtinentiæ ſuæ, vt de viatico tenui, quod ſumebat, vix corporaliter viueret,

Duro cilicio, & porcino corio carnem affligebat.

Duriter cubat.

Mira eius abſtinentia.

ueret, niſi eàm virtus alia ſuſtentaret. Sanitatis namque tempore maiorem Quadrageſimam, & quadrageſimam in S. Martini, quotidie in pane & aqua ieiunans, ſolis diebus Dominicis vinum, ſi habebat, guſtabat. Et vt mireris, Lector, ſi imitari non potes, tribus diebus in hebdomada, ſecunda videlicet, quarta, & ſexta feria, nihil in illis Quadrageſimis ſumebat in cibum: ſic alternatim dies penurioſæ refectionis, & dies acerbæ mortificationis ſibi inuicem ſuccedebant, vt vigilia perfectæ inediæ, quaſi in feſtum ſolueretur panis, & aquæ. Non mirum ſi multo tempore tanta rigiditas obſeruata Claram infirmitatibus ſubdidit, ſi vires conſumpſit, ſi vigorem corporis eneruauit. Compatiebantur propterea ſanctæ matri deuotiſſimæ filię, ac mortes illas, quas quotidie voluntariè ſuſtinebat, lacrymis deplorabant. Prohibuere tandem S. FRANC. & Epiſcopus Aſſiſij S. Claræ illud trium dierum exitiale ieiunium, præcipientes, vt nullum tranſeat diem, quin ſaltem vnciam & dimidiam panis ſumat in cibum. Cumque grauis afflictio corporum, afflictionem ex more generet animorum, longè aliter effulgebat in Clara. Seruabat enim in omni ſua mortificatione vultus feſtiuos & hilares, vt vel non ſentiret, vel deridere videretur anguſtias corporales. Ex quo liquidò datur intelligi, quòd ſancta lætitia, quæ interius abundabat, exterius redundabat: quoniam flagella corporis alleuat amor cordis.

DE CONVERSIONE BEATAE Agnetis ſororis eius.

HABVIT S. Clara ſororem æuo teneram, carne & puritate germanam: Cuius conuerſionem deſiderans, inter precum primitias, quas Deo plenis affectibus offerebat, hoc poſtulabat obnixius, vt ſicut cum ſororibus habuerat in ſeculo cohærentiam animorum, ita iam in Dei ſeruitio fieret inter eas vnitas voluntatum. Orat igitur inſtanter patrem miſericordiæ, vt relictę in domo ſorori Agneti mũdus deſipiat, dulceſcat Deus, eamq; ſic à propoſito carnalium nuptiarum ad ſui amoris copulam transferat, quatenus vnà ſecum in virginitate perpetua ſponſo gloriæ nubat. Mirandus enim vtrique inſederat mutuus amor, qui nouam diuulſionem, licèt affectu diſſimili, vtrique fecerat doloroſam. Fauet celeriter diuina maieſtas egregiæ oratrici: primùm illud donum, quod præcipuè poſtulat, quodque magis Deum exhibere delectaret, feſtinantius elargitur. Nam poſt ſexdecim dies à conuerſione Claræ, Agnes diuino afflata ſpiritu properat ad ſororem Claram, eique ſuæ voluntatis reſerat arcanum, dicens ſe velle penitus Domino deſeruire. Quam illa gaudenter amplectens, Gratias, inquit, ago Deo dulciſſima ſoror, quòd me de te ſolicitam exaudiuit. Miram conuerſionem ſatis eſt miranda defenſio ſubſecuta. Cùm enim felices ſorores apud Eccleſiam S. Angeli de Panſo Chriſti veſtigijs inhererent, atque illa, quæ plus de Domino ſentiebat, ſuam erudiret nouitiam & germanam, repentè contra puellas noua conſanguineorum prelia ſuſcitantur. Hi enim audientes Agnetem ad Claram tranſiiſſe, currunt ad locum ſequenti die duodecim viri furore ſuccenſi, & conceptam malitiam diſſimulantes, exterius pacificum prætendunt ingreſſum. Moxque ad Agnetem conuerſi, (nam de Clara iam deſperauerant) Quid tu, inquiunt, ad locum veniſti? Feſtina quanto ocyus domum redire nobiſcum. Qua reſpondente, nolle ſe à ſorore ſua Clara diſcedere, irruit in eam miles vnus animo efferato, & pugnis calcibusque non parcens, eam per capillos abſtrahere conabatur, cæteris impellentibus, & ſuis brachijs leuantibus eam. At iuuencula dum quaſi à leonibus capta de manu domini raperetur, exclamat, dicens: Adiuua me ſoror chariſſima, néc me Chriſto Domino tolli permittas. Cùm ergo violenti prędones adoleſcentulam renitentem per deuexum montis abſtraherent, veſtes abrumperent, vias crinium laceratione complerent, Clara cum lacrymis in orationem procumbens, petit ſorori mentis conſtantiam tribui, petit vires hominum diuina potentia ſuperari. Confeſtim verò tanto pondere corpus illius in terra iacentis figi videtur, vt illam plures homines, ſuis conatibus annitentes, nequaquam valerent vltra quendam riuulum aſportare, accurrentes etiam aliqui de agris, & vineis, auxilium illis præſtare contendunt, ſed corpus illud de terra leuare nullatenus poſſunt. Dumque in ſuo conatu deficiunt, verbo luſorio miraculum extollunt, dicentes: Tota nocte plumbum comedit: ideò ſi ponderat, non eſt mirum. Nam & Dominus Monaldus patruus eius, cùm in tanta rabie conſtitutus

vellet

Agnes ſoror eius ſe totam Deo conſecrat.

Grauis tentatio Agneti inflicta à Cognatis.

Inſigne miraculũ

vellet eam pugno lethaliter percutere, manum, quam leuauit, ſubitò diro dolore ſenſit oppreſſam, eamq́ue vſque ad plura tempora habuit doloris anguſtia cruciatam. Ecce autem poſt longum agonem Clara pergens ad locum, rogat propinquos à tali conflictu diſcedant, & Agnetem ſeminecem iacentem ſuæ ſolicitudini commendatam relinquant. Quibus infecto negocio cum amaro animo recedentibus, Agnes iucunda ſurrexit, & iam cruce Chriſti gaudens, pro quo hac primam pugnam certauerat, ſe diuinis ſeruitijs perpetuò mancipauit. Siquidem B.Fran.manu ſua ipſam totondit,& vnà cum ſorore in via Domini erudiuit. Verùm quia magnificam eius vitæ perfectionem ſermo breuis explicare non poſſet, inferiųs dicemus interim ad Claram reuertentes.

VT PRECIBVS SVIS DAEMONES incenderit, & quantum illis tribuerit Gregorius IX. Pontifex Maximus.

Mulier à quinque dæmonibus liberatur.

MIRVM non eſt, ſi contra malitiam Claræ oratio valeat, quę etiam dæmones incendebat. Mulier enim quædam Piſanæ diœceſis deuota ſemel venit ad locum, vt Deo & Sanctæ Claræ gratias ageret, eò quod meritis eius à quinque dæmonijs liberata fuiſſet. Fatebantur autem in ſui expulſione dæmonia, quòd ipſa orationes ſanctæ Claræ incenderent,& ex poſſeſſo vaſculo deturbarent, Non ſine cauſa Dominus Papa Gregorius in huius ſanctæ orationibus fidem habebat mirabilem, quarum virtutem ſenſerat efficacem. Sæpequidem noua (vt aſſolet) emergente difficultate, & cùm eſſet Oſtienſis Epiſcopus, & poſtquam ad culmen Apoſtolicum eſſet euectus, ſupplex eidem Virgini per epiſtolam factus poſcit ſuffragiũ, ſentit auxilium. Res certè ſicut humilitate conſpicua, ſic toto ſtudio imitanda: quando Chriſti Vicarius à Chriſti ancilla opem efflagitat, & ſuis ſe virtutibus recommendat. Sciebat ſanè quid poteſt amor, & quàm liber aditus puris virginibus pateat ad conſiſtorium maieſtatis. Si enim Rex Cœlorum ſeipſum feruenter amantibus tribuit, quid eſt quod deuotè orantibus, ſi expedit, non concedat?

Pontifex eius preces magni pendit.

DE EXIMIA EIVS DEVOTIONE erga Euchariſtiam ſacroſanctam.

QVANTVS B.Claræ ad altaris Sacramentum fuerit deuotionis affectus, effectus oſtendit. In illa graui infirmitate, quæ eam grabbato adſcripſerat, faciebat ſe erigi, & fulcimentis appoſitis ſuſtentari: & ſedens filabat delicatiſſimos pannos: de quibus vltra quinquaginta paria corporalium faciens, & ea ſacris vel purpureis thecis includens, per plana, & montana Aſſiſij varijs eccleſiis deſtinabat: corpus verò Domini ſuſceptura, calidis primò lacrymis irrigabatur, & accedens cum tremore, non minus formidabat in ſacramento latentem, quàm cœlum terramq́ue regentem.

Reuerẽtia eius erga Euchariſtiam.

VT AVDIERIT OFFICIVM FRATRVM in Eccleſia Beati Franciſci.

SICVT enim in infirmitate Chriſti ſui memoria memor erat, ſic & Chriſtus eam in ſuis languoribus viſitabat: in illa Natiuitatis hora, quando paruulo nato mundus cum Angelis iubilat, omnes dominæ ad matutinum pergũt,& matrem infirmitatibus preſſam ſolam relinquunt. Cumq́; de paruulo IESV cogitare cœpiſſet, & multum doleret, quòd eius laudibus intereſſe non poſſet, ſuſpirans ait: Domine Deus, ecce ſola relicta ſum in loco iſto. tunc ecce repentè mirabilis ille concentus, qui in eccleſia S. Franciſci fiebat, ſuis cœpit auribus intonare. Audiebat iubilum Fratrum pſallentium, harmonias cantantium attendebat, ipſum pręcipiebat ſonitum organorum; nullatenus tanta erat loci

propinquitas, vt hæc attingere poſſet humanitus, niſi vel illa ſolennitas ad eam fuiſſet ampliata diuinitus, vel eius ſupra humanum modum vigoratus auditus. Verùm quod totum hoc excellit oraculum, ipſum digna fuit Domini præſepe videre. Manè ad eam venientibus filiabus dixit Clara: Benedictus Dominus IESVS Chriſtus, qui me vobis relinquentibus non reliquit. Audiui reuera per gratiam Chriſti tota illa ſolennia, quæ in Eccleſia S. Franciſci hac nocte celebrata ſunt.

Videt præſepe Domini in ſpiritu.

DE EIVS FERVENTISSIMO *erga Chriſti paſſionem amore.*

FAMILIARIS ei planctus Dominicæ paſſionis, quæ ex ſacris vulneribus nunc myrrhatas affectiones exhaurit, nunc dulciora gaudia ſugit. Hanc lacryma Chriſti paſſi vehementer inebriat, & quem cordi ſuo profundius amor impreſſerat, frequenter memoria repræſentat. Docet nouitias Chriſtum plangere crucifixum, & ſimul quod verbis docet, factorum exemplis confirmat. Nam ſæpe cùm in ſecretò ad talia hortaretur, præueniebat verborum exitum irriguus lacrymarum riuus: inter horas diei, Sextā & Nonā maiori compunctione afficitur, vt cum immolato Domino immoletur. Nam & ſemel hora Nona orantem in Cellula Diabolus in maxilla percutiens, oculum ſanguine, genam liuore ſuffudit. Vt autem Crucifixi delicijs abſque intermiſſione paſceret mentem, orationem de quinque plagis Domini frequentius ruminabat. Officium Crucis, prout crucis amator Franciſcus inſtituerat, didicit, & affectu conſimili frequentauit. Chordulam tredecim nodorum ſcopulis anulatam, ſubtus ad carnem cingebat ſecretò in memoriale vulnerum Saluatoris. Aduenerat quodam tempore dies ſacratiſſimæ Cœnæ, qua Dominus in finem dilexerat ſuos: Serò appropinquante Domini agonia, Clara contriſtata & mæſta in Cellæ ſecretario ſe recluſit. Cumque orantem Dominum orans proſequeretur, & triſtis vſque ad mortem anima triſtitiæ illius hauſiſſet affectum, iam comprehenſionis & totius illuſionis memoria debilitata lecto reſedit. Tota igitur nocte illa & die ſequenti ſic abſorpta, ſic à ſeipſa permanet aliena, vt irreuerberatis circa vnum ſemper intenta luminibus, confixa Chriſto, ac prorſus inſenſibilis videretur. Redit quædam familiaris filia ſæpe ad ipſam, ſi fortè aliquid velit, & ſemper eodem modo ſe habentem reperit. Nocte verò diei Sabbati veniente, deuota filia candelam accendit, præceptum S. Franciſci ad matris memoriam ſigno non verbo reducit; præceperat enim S. Franciſcus, ne vllum ſine comeſtione tranſiret diem. Illa igitur aſſiſtente Clara quaſi aliunde rediens hoc protulit verbum: Quæ candelæ neceſſitas? nunquid non dies eſt? Mater, ait illa, nox abiit, & dies tranſiuit, noxque altera rediit. Cui Clara: Benedictus ſit iſte ſomnus, chariſſima filia, quoniam diu optatus, tandem donatus eſt mihi. Sed caue ne ſomnum iſtum cuiquam referas, dum vixero in carne.

Verbis & exemplis docet Chriſti paſſionem cómemorari.

Chordula nodoſa cingit nudum corpus.

Raptus eius diuinus.

VT COMPLVRA MIRACVLA *ſigno Crucis effecerit.*

AMANTI vicem Crucifixus amatus rependit; & quæ circa crucis myſterium tanto amore ſuccenditur, crucis potentia inſigni & miraculis illuſtratur, nam ſigno crucis morbidos curabat, in cruce enim magnam venerabatur virtutem. Matthiolum puerum Spoletinum annorum trium ſigno crucis liberauit, qui lapillum quendam incautè ſuis intruſerat naribus, quem nemo ex eius naſo valebat educere, Clara, ſigno crucis ſuper eum facto, ſtatim proiecto lapide liberum ab omni malo effecit. Beneuenutam monialem annos duodecim fiſtula laborantem ſigno crucis liberam dimiſit. Amatam monialem hydropiſi & febre laborantem ſanauit. Chriſtianam monialem ſurditatem patientem aure contrectata ſanitati reſtituit. Moniales quamplures variis morbis affectas ſigno crucis, Domino operante, liberare meruit. Tanta erga crucem Chriſti afficiebatur pietate, vt in pectore Virginis arbor crucis plantata videretur, cuius dum fructus reficit animam, præbent exterius folia medicinam.

Diſce efficaciam Crucis.

DE DESIDERIO AVDIENDI *verbum Dei.*

Eruditos audiebat libenter.

TANTA in auditu ſanctæ prædicationis perfundebatur lætitia, vt prædicante aliquando F. Philippo de Adria, ſpecioſiſſimus quidam puer Virgini Claræ aſſiſteret, qui per magnam prædicationis partem ſuis eam gratulationibus oblectabat. Licèt autem erudita non eſſet, eruditorum tamen ſermonem audire cupiebat; de rudi quandoque ſpina flores decerpebat. Cùm ſemel Dominus Papa Gregorius prohibuiſſet, ne aliquis Frater ad monaſteria Monialium ſine ſua licentia pergeret, dolens pia mater cibum ſacræ doctrinæ rarius habituras ſorores, cum gemitu dixit: Omnes nobis auferat de cætero Fratres, poſtquam vitalis nutrimenti nobis abſtulit præbitores. Et ſtatim omnes Fratres ad Miniſtrum remiſit, nolens habere eleemoſinarios qui panem corporalem acquirerent, poſtquam panis ſpiritualis eleemoſinarios non haberet. Quod cùm audiret Papa Gregorius, ſtatim remiſit præceptum illud in manibus Generalis Miniſtri.

Mirabilis zelus audiendi verbũ Dei.

DE QVOTIDIANA MONIALIVM *inſtitutione, & de ſtudio quo eas conſouebat.*

Optimè inſtituit ſanctimoniales.

SANE' quia erat magiſtra rudium, & quaſi in magni Regis Palatio præpoſita puellarum, tanta eas diſciplina informabat, tantoq; fouebat pietatis amore, vt ſatis exprimi non poſſit. Docet primò ſtrepitum de hoſpitio mentis pellere, vt ſoli Deo valeant inhærere. Monſtrat laqueos Dæmonis. Monet vt igne ſancti amoris frigus indeuotionis deponant. docet ſilentium, cuius nulla cenſura maior. nam fluida loquela fluidum indicat animum. Si quam turbaret tentatio, ſecretò ad ſe vocatam lacrymis conſolabatur. Aliquando ſe ad pedes mœrentium proſternebat; Ipſa namque magiſtra parca in verbis, abundè mentis vota ſermonis breuitate & exemplo vitæ coarctabat. Cuius beneficiis filiæ non ingratæ ſe ipſas tota deuotione ſubijciebant.

DE EIVS OBITV.

In diuturno morbo eximia eius patientia.

QVADRAGINTA annos cucurrit ſancta virgo in ſtadio altiſſimæ paupertatis, cùm iam ad brauium ſupernæ vocationis accedit. & cùm annis octo de viginti ægrota fuiſſet, mirum quanta patientia vſa ſit, in qua nullum murmur auditum vnquam fuit, neq; vlla querela in ore eius ſonuit. Manebat tunc temporis Romana curia Lugduni, ſed Peruſium veniens vrgente morbo Card. Oſtienſis venit Aſſiſium, vt Claram inuiſeret, ſponſam Chriſti, cuius fuerat officio pater, cura nutritius, affectu puriſſimo ſemper deuotus amicus. Paſcit infirmam Dominici corporis Sacramento, paſcit & reliquas ſalutaris exhortationis ſermonibus. Supplicat illa tanto Patri cum lacrymis, vt ſuam & aliarum Dominarum famulas pro Chriſti nomine habeat commendatas. rogat vnum præ cæteris, vt priuilegium paupertatis à Domino Papá cum Cardinalibus ſibi impetret confirmari. Suſpirat illa liberari de corpore mortis, feſtinat Sanctæ M. Innocentius IIII. vnà cum Cardinalibus viſitare Chriſti ancillam Papali præſentia venerandam. Ingreſſus monaſterium pergit ad lectulum, infirmantis ori manum applicat oſculandam, illa gratiſſimè ſuſcipit, & pedem Apoſtolicum reuerenter exoſculandum expoſcit. Agnes virgo deuota lacrymarum inebriata ſalſugine, ſororem efflagitat, ne ſe relicta diſcedat. cui Clara reſpondit: Placet Deo, ſoror chariſſima, quòd diſcedam; ſed tu flere deſiſte, quoniam poſt me ad Dominum feſtinè peruenies: & magnam, inquit, conſolationem tibi faciet Dominus priuſquam moriaris. F. Iuniperus aſtabat flammantes verborum ſcintillas emittens, eam ipſam ſilenter alloquens dicebat: Vade ſecura, expectat te Deus, qui te creauit. In craſtino igitur B. Laurentij egreditur anima illa ſanctiſſima æterno præmio laureanda. Omnes Sanctam, omnes Deo charam proclamant. Celebrantur exequiæ, Card. Oſtienſis nobili ſermone commendat. ſtatimq; miraculis coruſcare cœpit, quibus permotus Alexander IIII. eam in ſanctarum Virginum numerum retulit.

Sorori Agneti prædicit obitum.

Talem fiduciam præſtat non ſola fides, ſed vitæ optimè tranſactæ conſcientia.

DE

DE BEATAE AGNETIS ingreſſu ad Ordinem.

BEATA Agnes ex Aſſiſio vitæ ſanctitate illuſtris, Beatæ Claræ ſoror, atque ei ſanguine & voluntate coniuncta; nam poſt dies quindecim à conuerſione Beatæ Claræ, Spiritu ſancto afflata annum ſuæ ætatis quartumdecimum agens cupiens ſe collegio Virginum adſcribi, ſciensque quòd vita noſtra lubrica res eſt, & niſi ſumma circunſpectione fulciatur, facilè labaſcit, ad ſororem properauit, diſpoſuitque Deo per omnia inſeruire, ita ſuccurrit piæ menti diuina maieſtas. Verum cùm apud eccleſiam Sancti Angeli de Panſo ambæ orarent (vt antè diximus) conſanguinei eius effreni animo, pugnis, & verberibus Agnetem trahunt ad domum, cæteris impellentibus, & è manibus extrahere conantibus, Clara cum lacrymis in oratione procumbens orabat ei conſtantiam dari. tunc illi in ſuo conatu deficientibus, D. Monaldus, Eques auratus, Sanctę Clarę & ſororis patruus, cum duodecim aliis ſæua rabie diuexans voluit eam pugno percutere, & ſtatim omnibus cernentibus manus eius aruit: tunc Clara propinquos rogat à tali conflictu deſiſtere, & Agnetem ſeminecem dimittere: tunc Agnes læſa ſurrexit, & cruce Chriſti gaudens, pro qua hanc primam pugnam ſubierat, ſe diuinis obſequijs perpetuò mancipauit. Quare eam B. Franciſcus proprijs manibus ante altare totondit, & hoc nomen Agnetis impoſuit, quæ pro agno IESV Chriſto, cuius cauſam agebat, ſtrenuè dimicauit, & in ſanctitate & religione ita profecit, vt miſſa fuerit à B. Franciſco Florentiam pro Antiſtita, quę multas animas Deo conuertit, non tam exemplo vitæ, quàm feruenti oratione; poſtea Aſſiſium rediens obijt, & ibidem condita eſt.

DE EXTASI B. AGNETIS.

SEMEL in Natali Domini infirma lecto decumbens matutinali officio in ſpiritu rapta præſens fuit, Chriſtumq; puerum aſpexit, omniaque diuina corporaliter audiuit, & quæ geſta fuerunt retulit, cùm tamen tam longè poſita eſſet, vt voces cantantium vi naturali audire non potuiſſet. Quod etiam ſuprà de B. Clara legitur. A veſpere quoq; Cœnæ Dominicæ vſq; in Sabbatum ſanctum de mane in extaſi aſſumpta, paſſionem Dominicam in ſpiritu contemplata eſt, ad ſe rediens vnius ferè horæ ſpatio putauerat ſe dormiiſſe. Fuit B. Agnes ab infantia ſua Deo ſeruiens, cilicium deferebat ad nudas carnes, ſolo pane & aqua vtebatur, ſibi auſtera, alijs mitis ſupra humanam æſtimationem. dum ſemel oraret vidit B. Claram per tres horas à terra ſubleuari. Erb. 571.

Epiſtola B. Agnetis ad B. Claram eius ſororem.

Venerabili Matri & Dominæ in Chriſto eximiæ, ſorori peramandæ Claræ, & vniuerſo Collegio ſororum, Agnes humilis Chriſti ancilla ſeipſam commendat cum omni ſubiectione, & deuotione.

QVONIAM omnium fortuna ita eſt creata, quòd nunquam in eodem ſtatu permanere poteſt, in aduerſis crucior, & ferè loqui non valeo, eo quòd à vobis, & ab aliis ſororibus meis ſeparata ſum corpore, cum quibus mori & viuere exiſtimabam. tribulatio hæc initium habet, ſed ignorat finem, hæc nuper mihi orta eſt, ſed neſcit occaſum, ſed hinc tamen magnam conſolationem capio, quia magnam inueni concordiam, non ſchiſmata: omnes me cum gaudio ſuſceperunt, mihique obedientiam promiſerunt, ſe vobis plurimum commendant, ſicut ego, & meipſam & eas pariter vobis, & veſtris orationibus commendatas facio, polliceorq; vobis veſtra obſeruare mandata; rogetis Fratrem Heliam, vt viſitet nos, atque in Domino conſoletur. Mens ſancta inter ſãctos affectus nutritur.

QVO-

QVOMODO B. AGNES MISIT VELVM NIGRVM B. Claræ ad Montem Cœlum, quod Monaſterium fuit ab ea conſtructum.

POST mortem Claræ miſit ſoror eius velum nigrum, quod deferebat in capite, ad Moniales Montis Cœlij, quod monaſterium ipſa conſtruxerat, & ibi deuotionis cauſa adhuc ſeruatur illud velum, & habetur in maxima veneratione vnà cum palliolo Sancti FRANCISCI, quibus dignatur Dominus miracula facere.

DE EIVS OBITV ET MIRACVLIS.

PAVCIS interiectis diebus Agnes ad agni nuptias euocata, ſororem Claram ad æternas delicias ſubſecuta eſt; Vbi ambæ Syon filiæ, natura, gratia, & regno germanæ, Deo iubilant ſine fine: & verè conſolationem illam, quam Clara repromiſerat, Agnes antequam migraret, accepit. Nam ſicut ſorore præuia de mundo ad crucem tranſierat: ſic dum Clara ſignis & miraculis rutilaret, Agnes poſt ipſam ad Chriſtum euolauit, miraculis & ipſa clara; inter quæ iſta circunferuntur. Quidam ciuis Aſſiſiàs in tibia percuſſus de loco moueri non poterat, ad altare verò B. Agnetis delatus priſtinæ ſanitati fuit reſtitutus. Palmerinus pictor ob ſanitatem fratris ſui accipiendam meritis B. Agnetis vouit ſe picturum eius imaginem cum corona aurea, & ſtatim ille fuit liberatus. Sixtus iuuenis Aſſiſiàs oblæſus apoſtemate in pectore à medicis deſtitutus eſt, meritis autem B. Agnetis fuit liberatus. Quædam monialis S. Claræ lepra percuſſa annos ſexdecim ad preces S. Agnetis ſanatur. Multa alia miracula fecit, quæ breuitatis cauſa omitto.

DE B. AGNETE BOEMA.

BEATA Agnes Boema magni Orechi vel Otherchij Boemiæ Regis filia, illuſtris ſanguine, ſed moribus illuſtriſſima, Friderico II. nupta, in die Pentecoſtes hortatu Fratrum Minorum, qui Maguntiæ erant, eos ad ſe vocari fecit, & ſe tradidit ſponte Ordini pauperum Dominarum B. Franciſci in Praga, ſpreto propter Chriſtum Friderico Romanorum Imperatore, quia ſoli Deo promiſerat virginitatem ſuam. Fridericus primò indoluit, ſed audito firmo propoſito ſanctæ Virginis, alteri ſe copulauit. Ea vixit in monaſterio deuotè, & maxima cum paupertate, & cùm pater eius vellet ei ingentes diuitias erogare, ipſa abnuit, quippe quæ elegerat in ditiſſima & altiſſima paupertate vitam ſuam traducere. Quemadmodum hodie quoque Moniales illius monaſterij eundem viuendi modum & normam ſequuntur, exemplum tantæ Virginis imitantes. Audito hoc felici nuncio B. Clara maxima lætitia perfuſa eſt, miſitque ad eam velum, quoſdam Pater noſter, & ſcutellam, qua ipſa vtebatur, & quoddam vaſculum ad bibendū; accepit Agnes munuſcula libenti animo, multiſque lapidibus pretioſis illa exornauit, quæ in maxima veneratione nunc quoque aſſeruantur. Euagata fama per totam Alemaniam huius Virginis, multa monaſteria constructa ſunt, vbi Comitiſſæ, Baroniſſæ, Marchioniſſæ, cæteræq; perilluſtres fœminæ ſe in monaſterium ſponte abdiderunt. Multa B. Agnes Deo operante miracula fecit; ſuis precibus à morte liberauit Carolum Quartum Romanorum Imperatorem, & Regem Boemiæ, qui poſtea cognoſcens vitam & miracula ſanctæ Virginis, curauit, vt in numerum ſanctarum Virginum reponeretur, ſed morte eius ſuccedente mandauit hanc prouinciam Vinciſlao filio, qui aliis euocatus negociis efficere non potuit. Obiit anno 1283. quo tempore exorta eſt tanta penuria, & ſæua peſtilentia in Boemia, vt tertiam partem hominum Boemiæ abſumeret. Iacet apud Pragam miraculis illuſtris.

Voluntaria paupertate contenta ingentes diuitias aſpernatur.

Inſigne Monaſterium conſtruitur.

Clara miracula B. Agnetis.

BAMATA Aſſiſiàs neptis S. Claræ, & ſoror B. Balbinæ, precibus B. Claræ adiuta ſpretis mundi huius illecebris Chriſto adhæſit, veſtigiaque B. Claræ inſecuta eſt, in perfectione vitæ diu vixit, & obijt; quæ cùm hydropiſi laboraret, tumefacto corpore, vt vix caput

vix caput dimouere poſſet, precibus S. Claræ fuit ſanitati reſtituta. corpus eius conditum fuit in eccleſia S.Georgij cum Balbina ſorore eius.

BEATA Angela Fulginàs, dum ſemel oraret in eccleſia Sancti Feliciani tutelaris ciuitatis Fulginei, vbi ſub titulo Sancti Franciſci modò habitant Fratres Minores, ſemel apparuit CHRISTVS, qui dixit ei, Pone os tuum in latus meum, & ebibe meum ſanguinem. Hæc ſanctè vixit, & omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogauit, quæ tanto amore flagrabat in Deum, vt cùm audiret nomen Dei, quaſi ſtrideret dentibus. Vixit tempore Cœleſtini Papæ, conſtruxitq; monaſterium Monialium. Vbertin⁹ de Caſ. in lib. Arb. Vitæ, in proœmio.

BEATA Antonia Florentina, quæ fundauit monaſterium Aquilę ſub titulo Euchariſtiæ, contenta primis nuptijs, Deo ſe deinde conſecrauit in monaſterio Sancti Honuphrij Fulginei.

BEATA Balbina neptis Sanctæ Claræ filia Domini Martini de Corano, poſt annos quatuor ab ingreſſu Sanctæ Claræ in monaſterium, aſſumpto habitu intrauit & ipſa monaſterium. quæ cùm ſemel infirmaretur, ad inuocationem Beatæ Claræ ſanitati fuit reſtituta. miſſa fuit à S. FRANCISCO, & Sancta Clara ad reformandum monaſterium Aretij; & ibi cùm per annum & menſem ſtetiſſet, apteque cuncta diſpoſuiſſet iuxta voluntatem Beati Franciſci, & Sanctæ Claræ, redijt Aſſiſium ad monaſterium Sancti Damiani, in quo poſt obitum S. Claræ aliquod tempus vixit, demum vocata ad cœleſtes nuptias cum Domino viuit.

B. BEATRIX Aſſiſiâs Deo deuota ſoror S. Claræ, cùm eſſet iam nubilis annorum 18. bonis ſuis pauperibus erogatis, monaſterium S. Damiani intrauit, in quo ſanctè vixit, obijtq; cum opinione ſanctitatis.

BEATA Beatrix de Ruſconibus Comitiſſa miraculis clara iacet in Eccleſia Sancti Angeli.

BEATA Benedicta Aſſiſiâs prima Sancti Damiani poſt Beatam Claram Abbatiſſa obiit Aſſiſij.

B. BLANCA Philippi Pulchri Francorum Regis primogenita fuit.

B. BONAVENTVRA de Introdocho oppido, quod ab Aquila diſtat milliaribus xv. vitæ ſanctitate illuſtris eſt, dum F.Honuphrius Aquilanæ prouinciæ prædicaret in eo oppido, eius pdicationibus cōmmota Chriſto ſe conſecrauit. in orationibus, & ieiuniis aſſidua fuit: circulum quoque ferreum deferebat ad nudas carnes. ſemper ſomno & cibo aliquid ſubtrahebat, & orationi concedebat. Fratres eam ſtultam exiſtimantes matrimonio collocare voluerunt, ſed illa abnuit: diuinitus inſpirata recepit ſe in vrbem Aquilanam, vbi tunc temporis prædicabat Beatus Bernardinus Feltrius, cuius verbis commota ad perfectiorem vitam profecta eſt, ſibi enim videbatur illum habentem videre in vultu Angelum verba dictantem. Fit ſtulta propter Chriſtum.

BEATA Catharina Bononienſis eo die orta eſt (vt ferunt) quo B. Virgo, ex Ioanne de Nigris Ferrarienſi, viro quidem egregio & erudito, & ex Domina Benuenuta Bononienſi; quæ ſpiritu Dei plena ingreſſa eſt Ordinem Monialium Sanctæ Claræ anno ſuæ ætatis xj. Cuius opera extructum eſt egregium illud monaſterium Ferrariæ ſub titulo Apoſtolico Corporis Chriſti. Fuit hęc virgo ſanctę conuerſationis & eximiæ humilitatis, infirmorum curationi intenta, vilibusq; induta in omnibus Deo ſeruiebat. Quæ vt ocium effugeret, Breuiarium, quod hodie apud Moniales Corporis Chriſti conſpicitur, minio & variis figuris Chriſti & B.Virginis ornauit. Sępe apparuerunt ei Sancti, quorum ipſa celebrabat officium: teſtatur autem ſe exoſculatam fuiſſe manus D.Thomę Epiſcopi Canthuarienſis, qui ei in ſomnis apparuit, & modum orandi edocuit, iis verbis: Pro Sancto Thoma modò glorioſiſſimo martyre, tam benigniſſimo, qui manus ſuas ſanctiſſimas oſtendit mihi, & oſculatus ſum illas dulciter in corde & corpore meo, ad laudem Dei & illius ſcripſi, & narraui hoc cum omni veritate. Sancta hæc virgo fuit frequens in orationibus, orauit pro Margarita filia Principis Nicolai Ateſtini, quæ fuit vxor Roberti Malateſta, & exaudiri meruit. Semel oranti in nocte Natiuitatis Domini hora noctis quarta, qua Verbum diuinum incarnatum creditur, apparuit ei Beata Virgo. Multas inſuper habuit reuelationes de Sanctiſſima Trinitate, & de Verbi incarnatione. vnde ipſamet teſtatur ijs verbis: Ego vidi eam, & intellexi eam gratia Dei. Vidit bis Beatum Franciſcum: vnde ait, Sanctus FRANCISCVS Pater meus vidi eum bis, DEVS ſcit, quòd non mentior. Vidit animam Beati Ioannis de Toſſignano Epiſcopi Ferrariæ volantem ad Cœlum Fugit ocium malorum ſentinam, & ſcaturiginem omnium. Bernardinus de Buſtis par. 2. ſer. 27.

inter Angelorum agmina. Obijt B.Catharina Bononiæ in monaſterio Corporis Chriſti, cuius ipſa Præfecta erat, & prima Abbatiſſa, anno ſuæ ætatis quinquageſimo, die nono Martij, anno verò ab Incarnatione Verbi M CCCCLXIII. cuius corpus hodie quoque manet incorruptum. cuius ſudor ſpirabat odorem; confluxit tanta hominum multitudo ad exoſculandum ſacrum eius corpus, vt loci anguſtia capere non poſſet, quare Angelus Capranica Cardinalis Sanctæ Crucis tunc temporis Bononiæ Legatus timens præ confuſione ne aliquod malum ſuccederet, decreuit, vt corpus Sponſæ Chriſti in Eccleſia poneretur, manſitque ibi dies ſeptem; & Cardinalis præ deuotione accepit ſudariolum eius plenum odoris fragrantia. Inde miracula, quibus nomen ſuum longè lateque inclaruit, coruſcare cœperunt.

Angelus Capranica Legatus Bononiæ.

BEATA Cecilia Gualterij Cacciaguerra Hiſpalenſis ingreſſa eſt monaſterium Sancti Damiani, in quo ſanctè vixit, & obijt in Domino, tumulataque eſt in eccleſia Sancti Georgij Aſſiſij.

BEATA Cecilia Peruſina in monaſterio Sanctæ Luciæ Fulginei floruit eximia ſanctitate, filia Franciſci Capuli Peruſini nobilis Equitis & Doctoris, qui cùm eſſet ſenio confectus, orauit Diuum Bernardinum Senenſem, & ſuis precibus impetrauit filium: quamuis vxor eius eſſet ſterilis, & quinquagenaria, concepit filiam, quam erudiendam ſtatuit bonis moribus, quibus illa ætas informari ſolet: cùm iam nubilis eſſet annum agens decimumſeptimum, parentes eam matrimonio collocarunt. Re cognita Cecilia cum duabus Monialibus Fulginei confugit ad monaſterium Sanctæ Luciæ. Quam rem cùm reſciuiſſent parentes Ceciliæ, venerunt ad monaſterium petentes Ceciliam. Illa noluit exire conſtans in ſuo propoſito, in quo obijt anno 1500. ipſo Iubilei anno, die ſecundo Ianuarij.

BEATA Chriſtina ſocia & familiaris B. Claræ fuit, cuius feruore commota, veſtigiiſque eius inhærens eam ſecuta eſt in vita, & in morte. Poſt obitum S.Claræ perſeuerauit in perfectione vitæ, tandem obijt in Domino Aſſiſij in monaſterio S. Damiani. cuius memoria in benedictione eſt.

B. CHVNEGVNDIS ex Hungaria oriunda filia Regis Hungariæ, & vxor Boleſlai Pudici Regis Poloniæ fuit, quæ monaſterium Monialium in antiqua Sandecia fundauit, quod etiam multis donis affecit, vixit autem in monaſterio cum multa ſanctitate vitæ vnà cum multis nobilibus matronis, miraculiſq; illuſtris eodem in loco quieſcit: præfulſit ſpiritu prophetiæ, & cum viro cohabitans immaculatum thorum ſeruauit, quare dictus eſt vir eius Boleſlaus pudicus ob ſingularem vitæ ſuæ pudicitiam, qua perpetuò vſus eſt.

BEATA Clara antea dicta Agnes Vbaldina illuſtris fœmina Florentina in monaſterio Montis Cœlij aſperam vitam duxit cum Beata Agnete ſorore Sanctæ Claræ, poſt cuius diſceſſum electa fuit Abbatiſſa; erat feruens, & tanquam ſpeculum ſine macula: erat monaſterium in Monticulo extra vrbem non longè diſtans, nunc dicitur Sanctum Sepulchrum. Octauianus Vbaldinus Cardinalis prope vrbem conſtruxit monaſterium, in quo fuerunt collocatæ quadraginta Moniales; dum enim præfatus Cardinalis vnà cum Fratribus Sanctæ Crucis, & quibuſdam optimatibus ciuitatis, comitarentur Moniales ad nouum monaſterium, nonnullis præeuntibus cum ſacro palliolo, quod ibi reliquit Beatus FRANCISCVS, & ferentibus ſtolam quoque, quam ipſe detulit, dum cantauit primò Euangelium, & velum nigrum, quod gerebat Beata Clara in capite, quod transferendum ad hoc venerabile monaſterium inſtituerat Beata Clara, dum in humana conuerſatione peregrinaretur, in hac ſolenni proceſſione ſonuerunt campanæ ſine modo, nullo trahente: fuerunt quoque tranſlata oſſa quorundam Sanctorum Fratrum, qui in veteri Eccleſia fuerunt tumulati. Accidit, quòd Monialis quædam laboraret diro apoſtemate in altero pede, vnde nullo vnquam remedio curari potuit, ſed exciſus eſt pes ne totum corpus intumeſceret; qui quidem dum contigit ſacra, ſtatim languenti Moniali reſtitutus eſt. Corpus itaque Beatæ Claræ conditum fuit in arca marmorea tempore Pij Secundi Pontificis Maximi, decurſis iam ducentis annis, & inuentum eſt corpus recens, & brachium tractabile, quod miraculi loco aſcribi debet.

Octauianus Vbaldinus conſtruxit monaſteriũ Florentiæ.

Miraculũ ingens.

BEATA Coleta à Corbia non longè ab vrbe Ambianenſi à pueritia in monaſterio Biſuntinenſi prouinciæ S. Bonauenturæ enutrita, miraculis clara fuit, nam mortuos ſuſcitauit à languoribus, reformauit Ordinem S.Claræ, & ob eam cauſam venit Romam, vbi

à Summo

à Summo Pontifice multa obtinuit priuilegia, namque ipſa reformationem inchoauit in monaſterio Biſuntinenſi, multa quoque monaſteria reformauit in prouincia S. Bonauenturæ: multa alia conſtruxit auctoritate magiſtri Gulielmi à Caſali generalis Miniſtri, qui multa inſtituit, & declarauit ſuper Regula S. Claræ: Erat autem Coleta aſſidua in orationibus, incedebat nudis pedibus, quem viuendi modum hodie quoque obſeruant Moniales in illa Prouincia. quadraginta annos laborauit pro hoc inſtituto, deinde Gandauij, vbi nobile monaſterium conſtruxit, obijt miraculis illuſtris, à qua Coletanei deducti ſunt, vt libro ſecundo dicemus. Gulielmus à Caſali multa declarauit ſuper regula S. Claræ.

B. CONSTANTIA Neptis Friderici Imperatoris, Petri Aragoniæ vxor.

B. CONSTANTIA Florentina ex illuſtri Donatorum progenie, Domini Simonis Equitis filia, Richarda nomine, egregia forma, quæ cùm eſſet nobili adoleſcenti matrimonio collocata, ante celebrationem nuptiarum confugit ad monaſterium montis Cœlij; pater eius Simon, & Curſus frater, ambo Equites, ira perculſi, omni arte & dolo quæſiuerunt S. Virginem à propoſito reuocare, ſed vanus fuit eorum conatus & induſtria: vnde ob firmam animi conſtantiam, Conſtantiæ nomén accepit. Curſus frater aduerſus ſororem virginem ira percitus, aſſumpto ſecum Farinata ſicario famoſo, & aliis duodecim perditiſſimis ſycophantis, admotiſque parietibus ſchalis, ingreſſus eſt Septa monaſterij, captamq; per vim ſororem ad paternam domum ſecum adduxit, & ſacris diſciſſis veſtibus, mundanis indutam ad nuptias coegit. Antequam ſponſa Chriſti cum viro conueniret, ante imaginem Crucifixi virginitatem ſuam ſponſo Chriſto commendauit. Mox totum corpus eius lepra percuſſum fuit, vt cernentibus dolorem incuteret, & horrorem. itaque Deo diſponente, poſt aliquot dies cum palma virginitatis migrauit ad Dominum. Dantes in lib. de Purg. cap. 24.

S. ELISABETHA, vel Elizabeth, quæ Deus iuramenti ſonat Hebræis, diligenda nobis occurrit, Ludouici Lanthgrauij Thuringiæ vxor, ſoror Bellæ, qui poſt mortem patris regnauit, ex matre Gettorede filia Ducis Normanniæ, ſorore Bertoldi Patriarchæ Aquileienſis, Andreæ Hungariæ Regis filia, genere quidem inclyta. Nam Rex Andreas fuit ei pater, mater eius de nobiliſſima ſtirpe de Alemania, aui, & ataui, Abel & Calamanus Reges, auunculi eius Percollus Patriarcha Aquileiæ, & Archiepiſcopus Bambagenſis fuerunt. cùm Fridericus Secundus Henrici filius, qui ab Honorio III. Pont. coronatus imperauit annos 33. vellet bellum inire aduerſus Saracenos, habuit in viſu Beatus FRANCISCVS ne bellum iniret, quia Chriſtiani ob eorum peccata ſuccumberent. Quæ cùm B. FRANC. nunciaret Duci exercitus, multitudo, quæ ſemper in ſtudia contraria ſcinditur, acclamare cœpit dimicandum fore. Verùm cum vir eius concidiſſet, quia ipſa à teneris vouerat, ſi marito ſupereſſe contingeret, Deo ſe in caſtitate ſeruituram, poſt viri obitum Hieroſolymis peregrè defuncti in peregrinatione Terræ Sanctæ, qui cùm necdum eò perueniſſet, Brunduſij in portu nauigaturus moritur, Sanctiſſima Elizabeth vidualem vitam in omni patientia peregit. Pater eius Rex Hungariæ iam tum obierat, vt defenſore careret, de ingentibus diuitijs ad vltimam deuoluta eſt paupertatem rapientibus omnia qui ſe Lanthgrauio ſuccedere dixerant. igitur inops, & egena, ſola caſtitate gaudens habitum Franciſcanum induit, in quo ſanctè vixit, & tanta ſanctitate profecit, vt nullum ferè virtutis genus in hoc opere eius exemplo vacuum ſit; de cuius vita, & miraculis egregiè ſcripſit Gerardus monachus Sancti Quintini. Habetur quoque in Chronicis Teutonicis, quòd inſignis iſta matrona mundanæ gloriæ veſtimentis depoſitis de manu M. Conradi de Marpurk griſeam tunicam induit, & contempta diuitiarum iactantia, ſe mundo prorſus fecit ignobilem, ſeque illi dedit in obedientiam, adeò vt negligentiam committens ab eo duris diſciplinis affligeretur. Vide Erboreſ. Pag. 734. Nobilis ortus B. Elizabeth. Viſio B. Franciſci. Fit egena & inops rapientibus cognatis omnia. Gerardus Monachus S. Quintini.

BEATA Elizabeth non ignara dictum eſſe à Propheta, Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere, cùm inter opes, luxumque potentiæ ſecularis verſaretur, paupertatem animo affectabat. Interdum domi ſola cum ancillis manens, viliſſimum ſumebat amictum, totamque ſeſe ad pauperculas comparabat, dicens: Haud alio ornatus genere vſuram, ſi quando tandem dignatus fuerit pius, & miſericors Dominus expeditius viuendi copiam ſibi concedere. Ad hæc quoties ad Eccleſiam audiendæ Euangelicæ prædicationis gratia accedebat, non niſi inter infimas fœminarum ſibi deligebat conſidendi locum, vt iam apertè concupiſcere videretur, ſe de illarum numero fieri, quarum tam libenter inibat conſortium. Defuncto itaque viro, omnia quæ habere potuit indigentibus dedit, parumque putauit fortunas tantum pro Chriſto impendiſſe, Pſal. 61.

diſſe, niſi amore illius etiam ſeipſam addiceret ſeruitio miſerorum. igitur poſtquam conſtructo diuerſorio, non modicam egenarum ægrotantium turbam coegiſſet, miniſtram ſe earum fecit; cumque à patre in Pannoniam reuocaretur, noluit eò ire talem vitam præponens Regno; vbi in Sanctorum gloriam recepta eſt, apparuit verum eſſe quod

Pſal. 36.

Propheta ait: Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Viro ab humanis ſublato etiam à vaſallis viri eijcitur, & in domo cuiuſdam cum filiis paruulis ſuſcipitur, vbi Porci manere conſueuerant, omneſque iniurias patiens ſufferebat.

Mira ſui deſpectio & contēptio.

Abbatiſſa quædam Hungariæ neceſſitati eius compatiens Epiſcopum Bamburgenſem eius auunculum conuenit, eamque ei ſolicitè commendauit: quæ cum ancillis ſuis deuotis ſuſcipitur, ac humaniſſimè pertractatur. Quæ cùm ad ſecundas nuptias inuitaretur, recuſauit, volens potiùs in paupertate caſtitatem ſeruare, quàm ditata in rebus ſecularibus ſe implicare. Interea autem oſſa viri ſui è tranſmarinis partibus domum tumulanda deferuntur; cuius exequiis ſancta mulier interfuit, maximæ virtutis & patientiæ ſigna prætendens, adeò vt ab æmulis quibuſdam reputata fuerit virum minimè dilexiſſe. filiis ſuis ad diuerſa loca tranſmiſſis, ipſa in habitu abiectiſſimo, in veſte griſea aliquando ob breuitatem alieno panno prolongata, & manicis ruptis alteriuſque coloris panno reſarcitis, cœpit incedere.

Manibus propriis victum quęrit, ne quem grauaret, quidam affirmant eam contexuiſſe velū phrygiatū, ita acu inſignitū, vt videretur altera Neema, quę inuenit artem varię texturæ, & acu pinxit hęc verba; Suſcipe munus Dñe Elizabeth humilis ancillę tuę, atque illud miſit in Hieruſalē religionis cauſſa.

Audita eius inopia, pater eius per ſolennes nuntios ad paterna Regna requiſiuit, qui venientes eam lanam filantem inuenerunt, eiuſq; patientiam & paupertatem admirati ſunt, nec eam omnino reuocare valuerunt, quæ rapta in extaſi cum Deo conſolabatur. Die quadam ex laſſitudine in ancillæ gremio decumbens, oculoſq; erigens ad feneſtram nunc riſu lætabatur, nunc lacrymis triſtabatur, inter cætera dicens hoc verbum! Ita Domine mi tu vis eſſe mecum, & ego tecum. Vnde in tanta viſione facies eius radiis coruſcare viſa eſt. Appropinquante morte eius, audita eſt vox Domini confortans eam, & Beata Virgo non defuit, quam in ſui patronam & aduocatam elegerat, & Beatum Ioannem Euangeliſtam in ſuæ caſtitatis cuſtodem: & ita in omni vita ſua religioſè incedens Alemaniæ ſignis & prodigijs claruit. Ob eam cauſam à Gregorio IX. Pont. Max. Sanctorum Catalogo aſcripta, in Marburg canonizata anno 1236. præſente Imperatore, & multis Principibus, ibique tanta hominum multitudo adfuit, quantam ſe nemo vnquam meminerat vidiſſe, ſimulque inſignis auri & argenti oblatio facta pro miraculis, quæ in dies ad tumulum eius (cunctis cernentibus) creſcebant ad Dei magni gloriam. Amen.

BEATA Euſtochia Meſſanenſis floruit Meſſanæ in monte Virginum, orta ex nobilibus parentibus, nam pater eius fuit Catanenſis, mater verò Romana. cùm hæc nobilis Virgo annum decimumoctauum vix attigiſſet, in vrbe Catanenſi à parentibus fuit matrimonio collocata, ſed cum vir eius Biſantium profectus eſſet, prædicationibus Fratris Matthęi Agrigentini commota, ſe totam conuertit ad Chriſtum; vnde in orationibus & ieiuniis aſſidua, ita corpus eius macerabat, vt vix poſſet conſiſtere, neque à redeunte viro cognoſceretur. Audiens autem quòd ſe occuparet in cura infirmorum, grauiter tulit, & multis eam iniuriis affecit. Tandem cùm ſuſcepiſſet filiam nomine Smiraldam, Chriſto conſecrauit in monaſterio Baſicano Meſſanenſi, vbi in multa ſanctitate vixit. ad horas vndecim perſeuerabat in oratione, rudem pellem ſuillam ad nudas carnes deferebat. Cuius velum tantæ fuit deuotionis, vt multi infirmi ſanarentur. ſed vrgente obitus ſui die, facie in cœlum defixa obiit Meſſanæ anno 1486. Fluebat ſanguis ab eius corpore veluti fons irriguus, de quo illud narratur, quòd cùm quædam mulier cæcutiens liniret ſibi oculos; ſtatim virtus ei viſiua reſtituta eſt.

BEATA Felix Mediolanenſis nomine, & reipſa Felix, Mediolani Deo ſeruire diſponens, in monaſterio Sanctæ Vrſulæ aſperam vitam duxit; aſſiduis ieiuniis corpus ſuum macerabat, cilicium ad nudas carnes deferebat, multas quoque illuſiones & tentationes paſſa eſt à Diabolo, quem ipſa ijs verbis depellebat: DEVS in adiutorium meum intende.

Varias Dæmonū illuſiones & phātaſmata paſſa eſt.

Vixit præfecta illius monaſterij annos quindecim cum maxima opinione ſanctitatis. Interim Domina Baptiſta de Malateſtis, obtenta à Beato Bernardino Senenſi Vicario generali facultate conſtruendi monaſterium corporis Chriſti Piſauri ſub regula Sanctæ Claræ, ſcripſit ad Felicem, vt vnà cum ſeptem aliis monialibus ſe Piſaurum reciperet, videlicet Margarita, Eugenia, Elizabetha, Vrſolina, Bartholomęa, Iacobina, & Catlina, cum quibus duæ alię ingreſſę ſunt monaſterium conſtructum Franciſca Fanenſis, & Magdalena Tizonia Piſaurenſis. Galeatius Sfortia Dominus Piſauri viſo miraculo de

recupe-

recuperatione ſanitatis Elizabethæ filiæ per preces & merita ſanctarum Virginum, cœpit ardentiori eas amore proſequi, & in maxima veneratione habere. Obiit B. Felix Piſauri anno 1445. miraculis clara.

B. FRANCISCA Fanenſis diſcipula B. Felicis obiit Piſauri.

B. FRANCISCA Meſſauenſis B. Euſtochiæ ſoror obiit Meſſanæ, lectus eius erant duo aſſeres, & ſimplex culcitra. obijt in die S. Elizabethæ anno 1484. cuius anima viſa eſt Angelorum multitudine conſtipata.

B. FRANCISCA Domini Capitanei de Collemedio, familiaris B. Claræ fuit, cuius precibus meruit liberari à dolore capitis, quo annos ſex laborauit.

B. FRANCISCA de Aſſiſio in Monaſterio S. Claræ vilibus ſe rebus & miniſteriis occupabat, vt ſuperbiam, quæ ſola eſt radix omnium malorum, ſuperaret; aſſidua erat in oratione ante Crucifixum, qui ter allocutus eſt B. Franciſcum; cuius ipſa cultrix fuit: prædixit diem ſui obitus. obijt anno 1440. die 5. Ianuarij. conditum eſt corpus eius ante fores eccleſiæ S. Damiani Aſſiſij: & tunc media hyeme exortæ ſunt roſæ, quod miraculi loco habetur.

Superbia omniũ radix malorum.

B. FRANCISCHINA de Eugubio miraculis clara iacet in vrbe Eugubij in eccleſia Sancti FRANCISCI, cuius oſſa aſſeruantur in capſa lignea. quidam peregrini Hungari experti ſunt ſanctitatem ſponſæ Chriſti; deinde Eugubini cœperunt illam habere in pretio.

BEATA Gemma Sulmonenſis cum duabus filiabus Margarita & Clara, & duabus conſobrinis Alexandrina & Lyſa, propter ciuiles diſcordias, ab vrbe Sulmone diſcedentes Aquilam (Deo duce) peruenerunt. Alexandrina in hac peregrinatione reliquas ardentius monebat, vt omnia aduerſa æquo animo ferrent; cùm Chriſtus ſit afflictorum conſolatio, neque deſerat vnquam ſperantes in eo: orabatq; inſtanter, vt Deus eas dirigeret iuxta beneplacitum ſuæ diuinæ voluntatis. Habuit in monitis hæc ſancta Virgo vt Fulgineũ peteret, vnà cum ſuis ſociis, & ad locum ſibi oſtenſum peruenerunt anno 1425. die 22. Iulij. vbi (inſpirante Domino) obtinuerunt quendam locum prope eccleſiam Sanctę Luciæ, vbi erat turris, in qua Beatus Paulus Trincius aliquandiu habitauit. Creuit fama ſanctarum mulierum non ſolum in Valle Spoletina, ſed vbique peruulgata eſt, qua permota Margarita ſoror Reginæ Neapolis & Aragoniæ, defuncto viro, omnibusque contemptis etiam proprio filio, huic ſe addidit in ſociam, & diſcipulam. Idem fecit, ſingulari exemplo & admiratione hominum, Elizabeth Malateſta Duciſſa Camerini. Narratur dum ſemel oraret in turri B. Margarita, quod viſa eſt ingens flamma ignis, dum eſſet in vehementi oratione extra ſeipſam poſita. Euphroſina Peruſina eius diſcipula, vt Magiſtræ ſuæ obediret, in ignem iniecta illæſa euaſit. Reformauit Monaſterium S. Mariæ de Montelucio prope Peruſiam anno 1448. die xxij. Decemb. Deinde Romæ inſtituit celebre Monaſterinm S. Coſmæ trans Tyberim, vbi ipſa obiit illuſtris miraculis.

Pia exhortatio.

Locus Turris Fulginei.

Elizabeth Malateſta.

DE BEATA HELENA Paduana.

VISITVR hodie quoque Beata Helena Paduæ oriunda non tam ſolido, quàm ſplendido nomine virtutis, ex nobili Henſelminorum familia, cuius genitor (vt fertur) miles fuit ſtrenuus; quæ ab ineunte ætate Deo dicata in Monaſterio veteris Cellæ vixit prope mœnia in ſuburbio, vbi paupertatem, caſtimoniam, & obedientiam humiliter profeſſa eſt: & quod ore vouit, reipſa feliciter comprobauit. Aſſiduis laboribus, ieiuniis, & vigiliis vacans non dimittebat diuinum officium. Nulla ſanè in rebus domeſticis obeundis, vel promptior, vel feruentior, atque aduerſis conſtantior. ſiquidem cum ad menſes quindecim febri & pleuritide angeretur, patienter, æquoque animo omnia ſufferebat. Interim accidit, vt cùm ſemel extrema ægritudine laborans hymnos decantaret, apparuerit ei Beatiſſima Virgo, ad cuius intuitum multis coràm Monialibus adſtantibus, ait, Heu quàm magnus eſt iſtę? Et interrogata quidnam hoc eſſet, ait: Monſtrum multorum capitum vidi: Exiſtimabant Moniales eam morti propinquam. Verùm illa lætanter, qua potuit voce, popoſcit ſacramenta Eccleſiæ. Bone Deus, quantis cum ſuſpirijs & qua lacrymarum effuſione ſacramentum Euchariſtiæ ſuſcepit, quo munita

De ortu eius.

Mira in aduerſis tolerantia.

Singulari affectu, & mira deuotione ſuſcipit ſacramenta Eccleſiæ.

viſa eſt aliquantulum reſpirare, concepta ſpe longioris vitæ, tres menſes elinguis, & abſque linguę vſu, ſine cibo & potu ſuperuixit, ſed vrgente obitus die, dum legerentur ſacra paſſionis IESV Chriſti myſteria, lacrymis perfuſa amiſit oculorum lumen, & contractis pedibus, doloris expers migrauit ad Dominum.

DE EIVS OBITV.

DIEM obijt ſuum B. Helena anno Natiuitatis Chriſti MCCXXX. ſecundo nonas Nouembris, ætatis verò ſuæ anno xxiiij. in huuc vſq; diem corpus eius tanta eſt cum integritate ſeruatum, vt ipſum ſine admiratione non inſpicias. Auctore namque Deo (quantum reor) in teſtimonium ſanctitatis, diminutum in eo nihil præter naſi extremum inuenies, quippè deſiccata eſt caro; omnia paſſim tegit pellis, ad lineam corpus iacet, in crucis modum Chriſtiano ritu compoſita brachia, oculi dormientis in modum clauſi, ſed non ita clauſi vt habere nihil albedinis ac luminis videantur. Aſpectus deuotus, facies iuuenilis, & macilenta, dentes niuei ac ſolidi, tonſi capilli & vngues renaſcuntur, membra integra, iuncturę membrorum, quaſi nuper diem obiiſſet, mobiles ac firmæ, vt ſine læſione, ſi vrgeat occaſio, moueantur. Illud quoque accidit ſæpe, atque tunc maximè, cum ciuitati vlla clades immineat, quòd ſeſe, quaſi futura prædicet, multo cum ſtrepitu moueat; hoc namque prodigio non rarò eſt diuinitus pręmonita Padua, vt caueat ſibi, ne belli aut peſtis, aut rerum nouarum ingens immineat clades.

Certum teſtimonium integritatis eius.

DE VISIONIBVS, QVAE ANTE obitum illi acciderunt.

VISA plurima per ſomnium paſſa eſt B. Helena, & cùm aliquid ei appareret, ſe crucis ſigno repetitis vicibus muniebat, quę res traxit in admirationem Moniales: quęſita quid hoc eſſet, dixit ſe videre ſpiritum, dubium tamen illi fore, nunquid ex Deo ſit, ideò ſe tantopere munire crucis ſigno; dixitq; per idem tempus ſe videre templum, in quo erat diuina Maieſtas. In vigilia S. Michaelis vidit viam lacteam, & viros quinque, nimirum Angelos per illam properare. cum nocte quadam cogitaret quid eſſet Deus, apparuerunt tres Angeli colloquentes, primus dicebat pondus, ſecundus & pondus, tertius & ſuperpondus: Primus menſura, ſecundus & menſura, tertius & ſuper menſuram. Primus repetebat finis, ſecundus & finis, tertius & ſine fine; Primus gloria, ſecundus & gloria, tertius & ſuper gloriam: Primus Principatus, ſecundus Principatus, tertius & ſuper Principatum. Dum contemplaretur merita Beati Franciſci, audiuit vocem, Potens fuit FRANCISCVS in terra, potentiſſimus in Cœlo eſt. In die Commemorationis defunctorum, dum diuina perſolueret, vidit animas in Purgatorio exultare, & Deo gratias agere. Sunt multa alia præclara, quæ narrantur de B. Helena Paduana, quæ habentur in legenda eius Paduæ.

Signũ crucis fuit ei familiare.

Colloquium Angelorum.

B. HELIA Pulcia nobilis Florentina, virtutibus plena & meritis, migrauit ad Dominum anno 1320. pędixit aduerſa multa Monaſterio euentura, quod poſtea Eugenius IIII. Pont. Max. reformauit, dum eſſet Florentiæ, aſſumpſitque quatuor Moniales à Conuentu S. Ludouici Bononiæ pro reformatione huius Monaſterij.

B. HORTVLANA Aſſiſiàs B. Claræ & Agnetis mater pientiſſima, vt initio dictum eſt, verè hortulana dicenda eſt, quæ tam vberes ſurculos, & fructuarias plantulas produxit: fuit matrimonio collocata Fauorono filio Efieduci Bernardi nobili genere, ſed virtutibus clariori, qui antequam ſuſciperet Claram, viſitauit ſacrum Sepulchrum Chriſti, & ſancta loca, in quibus Chriſtus mirabilia operatus eſt: viſitauit quoque Montem Garganum, necnon limina Sanctorum Apoſtolorum. Dumque Hortulana oraret audiuit vocem cœlitus miſſam, quòd lumen eſſet paritura, quo totus orbis illuſtraretur. Anno itaque 1193. peperit Hortulana Claram, poſt annos quatuor Agnetem, paulo pòſt Beatricem. ſed decidente Fauorono remanſit Hortulana vidua cum tribus filiabus, quas ſanctis & candidis moribus informabat, poſtea decreuit (inſpirante Domino) cum duabus filiabus in Monaſterio S. Damiani vitam ducere, accepitq; velum à Beato FRANCISCO.

B. Hortulana.

relicta

relicta Beatrice iuniori filia Domino Monaldo, quæ cùm perueniſſet ad annos nubiles voluit & ipſa Chriſto copulari.

DE B. HVMILIANA FLORENTINA.

BEATA Humiliana D.Oliuerij filia, nobilis Florentina, ex illuſtri Circulorum familia, cùm annum decimumſextum vix attigiſſet, fuit matrimonio collocata cuidam viro nobili, cum quo vixit annos quinque, in ieiuniis & orationibus frequens; viſitabat pauperes infirmos, quibus largas eleemoſinas erogabat: habuit aliquando diuinas reuelationes; manſit vidua defuncto viro apud parentes ſuos annos quinque. Cùm autem parentes & eius frater germanus eam cogerent ad ſecundas nuptias, nunquam aſſentire voluit: ſed in ſecreto cubiculo paternæ domus ſibi perpetuò habitare placuit; habuit F.Michaelem Florentinum, virum probum, ducem & inſtitutorẽ. F.Michael Florentinus eius inſtitutor. Paſſa eſt varias mundi tentationes à Diabolo, humani generis hoſte acerrimo, qui diuerſa ei ſpectra offerebat, vt illuderet, ſed ſigno crucis eum depellebat. Semel cùm ab ancilla cyathum aquæ petiiſſet, ancilla impatiens attulit aquam, & eam proiecit in faciem eius, quam vaſe ipſo dilacerauit, Humiliana verò Chriſtiana humilitate cuncta æquo animo tulit, & cùm facies colliſa nimio ictu apoſtemate intumeſceret, diuinitus fuit curata ſigno crucis. filiam ſuam in extremis laborantem ſuis precibus ſanitati reſtituit. Fuit in oratione ita frequens, vt dies integros in ipſa oratione abſumeret, frequenterque repeteret illa verba, Deus meus, amor meus à me exoptatus, cupio diſſolui, & eſſe tecum.

DE ABSTINENTIA EIVS.

TANTA abſtinentia corpus ſuum affligebat, vt vix conſiſtere poſſet, languebat ſtomachus, ita vt frequenter excreando ſanguinem emitteret; ad nudas carnes aſperum cilicium deferebat, laſſa quieſcebat ſuper ſaccum ſtraminis: in oratione viſa eſt quandoque à terra ſubleuari. Semel quendam admonuit, vt tres gradus conſcenderet, primum vt defleret ſua peccata, & tempus amiſſum: Secundum, vt pro diuina gratia amaras lacrymas emitteret: Tertium, vt contemplaretur diuinitatem Dei. omnes hortabatur ad humilitatem & cognitionem ſui ipſius. ſed(vrgente obitus die)cùm oſſa cuti hærerent, nec vox eius ſatis audiri poſſet, Menſe Maij anno 1246. die verò xix. in die Sanctæ Pudentianæ, die Sabbati hora antelucana obiit: eadem enim hora ſolebat Euchariſtiam ſumere. Habentur oſſa Florentiæ in ſacrario S. Crucis in quadam capſula lignea in maxima veneratione, cuius nomen ab incolis inuocabatur hoc hymno.

Aue luce meridiana humilis Humiliana,
Exaltata de hac vana valle ad Cœli montana,
Noſtræ peſtis plagas ſana, aſpera ponens in plana,
Contemplatrix, & humana, pia, dulcis, & ſpontana
Salua regna Chriſtiana. Amen.

Vixit annos xxvij. nam in breui expleuit tempora multa: quia numerantur quadraginta miracula, quæ Deus per ſuam ſponſam operatus eſt, quæ omitto breuitati ſtudens. Facta fuit tranſlatio corporis eius anno 1314. in menſe Nouembris in die Sancti Vitalis & Agricolæ. Sap. 4.

B. IACOBA Aquilana claruit maxima ſanctitate in Monaſterio S.Euchariſtię vrbis Aquilanæ, fuit vna ex duodecim diſcipulis B. Antoniæ, maxima cultrix charitatis & ſilentij, illud Propheticum ſæpius repetens: Pone Domine cuſtodiam ori meo. annos decem ſe mutam inſimulans, ne in verbo delinqueret, vel ſponſum Chriſtum offenderet. Pſal. 140. aſſidua fuit in oratione, & vilibus ſe mancipabat exercitiis, nutibus & externis ſignis in ſua confeſſione maximam humilitatem præſeferebat. Aues ei blandiebantur, & ſuper humeros, & manus ſponſæ Chriſti quieſcebant. Semel apparuit ei B.Virgo, & tunc ſilentium fregit: habuit ſociam B.Ludouicam, quæ in oratione pluries viſa eſt à terra ſubleuari; cuius vita fuit tanquam lampas accenſa, & velut ſpeculum ſine macula.

B. IOANNA filia Regis Nauarræ propenſa pietate in Beatum Franciſcum, illi ſe totam conſecrauit: in cuius rei ſingulare argumentum ſtatuam argenteam fecit, & cor argenteum,

argenteum, quæ miſit Aſſiſium in honorem eius, deinde in Monaſterium Pariſienſe ſe abdidit, ibique celibem vitam duxit. obiit non ſine opinione ſanctitatis.

BIOANNA de Lambertinis Bononienſis nobilis genere & moribus iacet Bononiæ in Monaſterio Corporis Chriſti.

BISABELLA Francorum Regis filia, & ſoror Sancti Ludouici, ſpreto mundo veſtigia Chriſti inſecuta eſt. In Monaſterio enim de longo campo ſanctè vixit, multisq; miraculis illuſtris eſt.

BIVLENTA Polona Duciſſa Caliſienſis fundauit Monaſterium Monialium in Gneſna, quæ eſt Metropolis Poloniæ Maioris, defuncto viro conſtruxit Monaſterium, in quo ſanctè vixit, ibique ſepulta.

BEATA Lucia Paduana in Monaſterio Arcelli vel Cellæ prope Paduam vixit cum multa ſanctitate vitæ cum Beata Helena Paduana, quam ſuperius memorauimus, cuius ipſa fuit diſcipula.

BEATA Margarita Cortonenſis magnis miraculis illuſtris ex Aluiano oppido Cluſentinæ diœceſis pulchra quidem corpore, ſed pulchrior mente, primò à teneris uitiis dedita, deinde (Deo inſpirante) ſe Chriſto conſecrauit, cuius vitam & ſingularia miracula quidam Confeſſarius ſcripſit, quam probauerunt quidam Theologi, & Cardinalis Vrſinus Legatus Apoſtolicus in tota Italia. aſſumpſit habitum S.Claræ anno 1277. ab imagine Crucifixi admonita, multasq; & varias perturbationes paſſa eſt.

BEATA Margarita ex illuſtri familia Columnenſi Romana, quæ à teneris orbata parentibus ſuis, ſub tutela Illuſtriſſimi Domini Iacobi Cardinalis Chriſtum ſponſum
Matth.13. ſuum habere decreuit, & inuenta una pretioſa margarita omnibus uenditis emit eam. Vnde aſſidua in oratione tanta afficiebatur uoluptate, ut ſibi capillos tondens præ dulcedine cantaret, Aue Maris ſtella. maxima charitate affecta erga pauperes, ſæpe repetebat uerba
Matth.2. illa Matthæi: Supra ubi erat puer. Manſit in Monte Præneſtino prope Romam in domo paterna, ueluti in Monaſterio cum quibuſdam aliis. Cùm infirmaretur, patienter tulit ægritudinem, & dum portaretur Euchariſtia ſalutans ſanctiſſimum illud corpus, dixit,
Pulchra precatio. AVE Saluator mundi, Aue redemptio noſtra, aue ſacra caro Chriſti, quæ pro me paſſa fuiſti: Adoro te panem ſanctum uitæ æternę, & calicem ſalutis perpetuæ. Et ad crucem ait: Memento Domine in beneplacito populi tui, uiſita nos in ſalutari tuo. Obiit anno 1286. die 30. Decembris in Monte Pręneſtino, corpus eius delatum Romam in Monaſterio Sancti Sylueſtri conditum eſt honorificè. Vitam & miracula huius ſacratæ Virginis longius proſecutus ſum ſermone uernaculo, quę nunc breuitati ſtudens pręetereo, ne eadem cogar ſæpius fruſtra repetere.

BEATA Margarita Sulmonenſis una fuit ex illis, quæ fundauit monaſterium S. Lucię Fulginei, & reformauit monaſterium S. Marię Montis lucis, fundauitq; monaſteriũ S. Coſmę Romę. Per id tempus Theodora nobilis Romana prędicationibus F. Roperti Lycienſis commota rebus humanis abdicatis B. Margaritam inſecuta eſt, cum eaq; ſanctè vixit in monaſterio S. Luciæ Fulginei.

BEATA Michelina Piſaurenſis multis miraculis, & rerum geſtarum gloria illuſtris: iuuenis quidem ætate, ſed animo ſenili: quæ ex Terræ Sanctę partibus Piſaurum rediens obijt Piſauri in æde D. Franciſci Piſauri condita. cuius ſepulchrum pridem innouatum, cui hęc verba ſunt affixa.

Diuæ Michelinæ oſſa anno 1356. ex tumulo vetuſtate exoleto exempta. Zoroaſtes Barignanus, & Hippolyta Leonarda vxor nouo hoc monumento locanda curarunt anno 1580.

Vitam & miracula huius ſponſę Chriſti fuſius ſum proſecutus ſermone vernaculo. De eius miraculis teſtantur Cecculus, & Bernabuccius publici notarij Piſaurenſes.

BEATA Pacifica Aſſiſiàs Guelfucci filia familiaris B. Hortulanę, cum qua longam habuit peregrinationem in partes Hieruſalem, & ad montem Garganum quoque viſitauit limina Sanctorum Apoſtolorum. deinde cum B. Hortulana ingreſſa eſt monaſterium Sancti Damiani, vt quę in uita ſemper fuerat comes, in morte quoque fieret conſors. Cùm ſemel febre vrgeretur, à Diua Clara ſigno crucis ſignata ſtatim conualuit, quę cùm eſſet multę perfectionis, miſſa eſt Hiſpellum, vt reformaret monaſterium Vallis glorię.

Narratur de illa, cùm Hiſpellum penuriam aquæ pateretur,ſua oratione impetrauit. Nam dum oraret,cerua ante ipſam diſcurrens percuſſit pedibus terram, & ſtatim fons viuus emanare cœpit, qui hodie quoque ob merita B.Pacificę habetur in veneratione. Reformato monaſterio Beata Pacifica rediit ad monaſterium S. Damiani, ibíque obiit in Domino nonagenaria. Corpus eius conditum eſt in æde D.Georgij Aſſiſij. Miraculum.

B. PAVLA Fulginas in monaſterio S.Euchariſtiæ Fulginei floruit maxima ſanctitate. primò enim fuit tertiaria in monaſterio S. Annæ Fulginei, & miſſa fuit Aquilam, vt fundaret monaſterium S. Elizabeth, ibíque ad altiorem gradum aſcendens vouit primam regulam Sanctę Clarę, in qua vixit ſemper in ſumma paupertate & puritate vitæ, multas tribulationes paſſa, quas feruenti oratione ſuperabat. Semel in oratione pernoctanti apparuit Chriſtus,& deinceps habuit cor ſuũ in pace in qua migrauit ad Dominum.

B. PAVLA Mantuana Ioannis Franciſci Gonzagæ primi Marchionis Mantuę vxor, perilluſtris fœmina Ateſtino genere, dum prędicaret Beatus Bernardinus in Lombardia monaſteria Monialium ad obſeruantiam & frugalitatem reduxit, ædificauit monaſterium corporis Chriſti Mantuę, quod ſub eius nomine dicitur S. Paulę, in quo ipſa manſit cum habitu Sanctę Clarę. Inſtituit aliud monaſterium Veronę, pro quibus ipſa à Martino V. Pont. Maximo multa obtinuit priuilegia. Fuit maximę pietatis in pauperes, quos nutriebat, & ſingulari exemplo inclyti generis oblita vt altera Elizabeth ligabat eorum vlcera, proprijs manibus lauabat eorum pedes. obiit Mantuę cum magno exemplo ſanctitatis.

BEATA Paula de Mezauachis Bononienſis iacet Bononię in monaſterio Corporis Chriſti.

B. POLONIA in eccleſia F.Annunciatę Bononię.

B. PHILIPPA Aſſiſiàs Leonardi Ghiſilerij filia prędicationibus Sanctę Claræ poſt annos quatuor ab ingreſſu S.Claræ veſtigiis eius inhærens, ſanctè vixit. obiit Aſſiſij condita in eccleſia S.Georgij.

B. PHILIPPA Medicea Florentina omnium virtutum cultrix eximia, ſilentij cuſtos præcipua, dicebat enim illud Prophetæ: Bonum eſt cum ſilentio præſtolari ſalutare Domini. vixit in monaſterio annos 54.Præfecta monaſterij annos vndecim, annos decem & octo aduerſam valetudinem imbecilli corporis paſſa. obiit anno 1488. anno ſuæ ætatis 63. in eius trãſitu Cathérina Paçça Florentina eius diſcipula à fiſtula fuit curata, cùm prius fuiſſet à medicis deſtituta. Tren.3.

BEATA Salomea verè Salomea, quod nobis ſalutis meatus deſignatur: quia verè ſalutis meatum iugiter cum virginitatis pudore ſequebatur, filia Ducis terrarum Cracou'æ ac Sandomiriæ nomine Leſtkonis, cuius mater Gerzijnislata genere Ruthena, fraterque eius Boleilaus, cuius vxor nomine Ringa filia inclyti Principis Belæ, Domina Clementiſſima,Hungariæ Regis.Hæc inquam Salomea in tenera ætate iuuentutis illuminata per Spiritum ſanctum, bonæ indolis,ſanctæ conuerſationis in Dei ſeruitiis ſemper reperta fuit.Nam Rege Hungariæ Andrea deprecante vt CHRISTI famula Salomea pro filio eius nomine Colomano in ſponſam traderetur, quod ſi fieri non deberet, totum Ducatum Leſtkonis prædictus Rex Hungariæ vellet deuaſtare. Quibus monitionibus, immò comminationibus Dux Leſtko reſpondit, filiam noſtram Salomeam ad poſtulationem Andreę Regis Hungariæ pro filio eius Colomano dare non poſſumus, quia votum fecit Deo, nec maior eſt poteſtas Regis Hungariæ,q̃ cuncti potentis, in cuius diſpoſitione proficiunt omnia. Inſtantibus aũt Baronibus, & Conſiliariis ſuis, Dux illuſtris Leſtko annuit, & conſenſit petitionibus prædicti Regis Hungariæ, vt ſua filia Salomea Colomano traderetur connubio. Erat autem Salomea tertio anno ſuæ ætatis cùm ad curiam prædicti Regis Hungariæ pro filio Colomano deportaretur. Ipſa autem informata in lege ſui Creatoris taliter ſe continuit, vt coniuncta Colomano puritatem ſine omni labe conſeruaret. Nam legitur, cùm ambo diſciplinis ſcholaſticis traditi fuiſſent, quòd in tantum in ſacris ſcripturis B. Salomea profeciſſet, quòd etiam requiſita à Magiſtro proprio, Euangelium quod de die audiebat,interpretabatur, & exponebat, quod etiam Colomanus pro exceſſu eius doctrinali circa informationem eorum verbera tolerare conabatur. Et ſuccedente tempore, cùm ambo ad annos pubertatis perueniſſent, thoro coniunguntur, nec per hoc in alterutro caſtitas violatur: non enim huic ſponſæ Dei adfuit deſiderium carnale, quæ peruigil exardeſcens in ſui conditoris amore, tota ſe orationibus, ac aliis operibus exponebat,

Salomea quid ſignificet.

In tenera ætate ad curiam deportatur.

nebat, & ſupprimens mundana faſtigia, aſſumpto humiliter honore Domino Deo ſe dedicabat. Nam frequenter accidit, quòd cùm ipſa noctis tempore orationibus inſiſteret, in tantum, vt corpus eius nimium fatigaretur, Domino Colomano eius ſponſo euigilante, & eam in orationibus debilitatã vidente; Colomanus miſertus voce compaſſionis eam ſincerius rogabat dicens, Amica mea ſufficiant tibi labores iam pro Domino Deo facti, deſiſte modò, ne fatigata labore, infirmitate occuperis. O quàm ſanctè, ò quàm honeſtè hæc beata vixit, vt non interiori habitu tantum per mentis puritatem, & fidei ſinceritatem Domino Deo dedicaretur, ſed etiam exteriori amictu Deo famulabatur. Nam quodam tempore egrediente Rege Colomano ad campos cum ſuis Baronibus animi cauſa, Salomea ornatu muliebri, prout erat in animo ipſius, miro modo cœpit fulgere, & ſuam auxit pulchritudinem, id autem feceratin cubiculo Regio, qua ſic delectata in veſtitu & ornatu ſuo, nunciatur Dominum Regem veniſſe ad oſtium domus prædictę, cuius aduentum Salomea audiens perterrita eſt, & cœpit intra ſe triſtari, volebatq; ornatum deponere, ſed propter ſiniſtram opinionem aliorum hoc facere non pręſumpſit, ſicque cum magno timore Regem expectauit. Et cùm Rex cubiculum intraſſet, mox delectatione captus eam intra brachia accepit, & ſuper lectum poſuit in quo dormire ſolebat, & ſtans ſuper eam, intuenſque claritatem vultus eius, ait: O IESV CHRISTE, quàm magna dimitto pro te. Et ait ad Salomeam, Niſi dimitterem propter Deum, commercia carnis exegiſſem. & dimittens eam intactam foras egreſſus eſt. Intelligens autem Salomea in hoc fuiſſe tentationem Diaboli incitantis, & miſericordiam Dei prouocantis, ſimilia de cætero noluit committere. Hoc autem factum fuit propterea, quia in primo ætatis flore vtebatur veſte viduali & inculta, propter quod ſæpius hortabatur eam Colomanus, vt veſtem huius modi non deferret, cùm vidua non eſſet ipſo viuente. Narratur etiam de ipſa quòd cùm fatigata fuiſſet præ nimia inſtantia orationum, ipſa vigilante, & quieſcente venit vox ad ipſam de Cœlo dicens: Conſummatum eſt. à quo tempore minus cœpit curare de rebus, quæ ſpectabant ad eius vitæ conſeruationem, quàm prius. hæc Beata Salomea à colloquio virorum, & ab omni conuerſatione eorum abſtinebat, ne oblectatio eam in vitium præcipitaret. Nam inſtante Regina Hungariæ vxore Regis Andreæ, quæ erat vxor eius ſecunda, genere Gallica, vt ad ludos virorum exercitaretur, ipſa CHRISTI famula talibus inſiſtere recuſabat dicens prædictæ Reginę: Domina Regina parata ſum vobis obedire, ſed cum viris nullum volo habere commercium. Hæc autem omnia facta fuerunt propter inſidias caſtitatis. nec in eo ſolo ſe affligebat, verùm in corporis maceratione per cilicia triplicia, quorum vnum erat factum de pilis equorum purè nodatum, aliud ſubtilius de conſimilibus pilis nodatum. Tertium verò de pilis equorum & canape contextum fuit. Et quia huiuſmodi tunicas multum occultabat, ne ad vanam gloriam videretur eas deportare, ad inſtantiam confeſſoris ſui Adalberti de Ordine Fratrum Minorum, manicam vnius tunicæ cum difficultate oſtendit; tandem tunicæ per deuaſtationem caſtri Sandomirienſis combuſtæ fuerunt, quę cum veneratione multa aſſeruabantur.

In oratione aſſiduitas, & vehementia.

Verus Chriſti amor neſcit carnis oblectamenta.

Triplici cilicio vſa eſt.

Adalbertus eius Confeſſarius.

DE SVCCESSIONE IN REGNVM.

POST hæc mortuo Andrea Rege Hungariæ, Colomanus & ſuus frater dictus Bela, regna diuiſerunt, taliter vt Bela in Regnum Hungariæ patri ſuccederet, Colomanus verò Regnum Gallatiæ in Ruſſia obtineret, & cum Beata Salomea in eodem Regno Gallatiæ viginti quinque annis regnauit, poſt hæc in Domino obdormiuit. Mortuo Colomano Sancta Solomea recordans votum caſtitatis, redijt ad natalem Patriam, exiſtente interea Prandotha Epiſcopo Cracouienſi, qui etiam ipſam per impoſitionem Veli in ſignum virginitatis, ſacro ſuſcepto ordine S. Claræ, ſub Regula S. FRANCISCI, cum Fratre Raymundo miniſtro Polonię conſecrauit, quę viginti octo annos caſtis viſceribus, in orationibus deuotis, in bona exemplaritate in eleemoſynarum largitionibus, in Eccleſiarum conſtructionibus, & cœnobiorum reformationibus tanquam Regina humilis vixit.

DE

DE INCEPTIONE INFIRMITATIS EIVS.

ANNO autem Domini MCCLXVIII. die Sabbati, quarto Idus Nouembris, in vigilia Sancti Martini Epiſcopi Confeſſoris intra Euangelium ſummæ Miſſæ infirmari cœpit, in ipſa autem infirmitate patientiſſima fuit. Nec aliqua cauſa poterat ad iracundiam prouocari, dicebat autem Fratribus, & ſororibus reuelante illi Spiritu ſancto, mortem in proximo ſibi imminere. cui Fratres dicebant, Abſit hoc à te Domina noſtra, per Dei gratiam adhuc multo tempore nobiſcum viues. Ad quos illa dicebat, Sabbatum proximè venturum id totum declarabit; & huiuſmodi verbū aliquoties dicebat. Sed Fratres & ſorores id non aduertebant, in morte ipſius id verum cognouerunt. Feria verò quinta ante obitum ſuum vocatis omnibus ſororibus fecit ad eas exhortationem, proponens eis quid facere, & quid vitare deberent, dicens: Sorores meæ dilectæ habete pacem in Domino, & diligite vos inuicem, caſtitatem fouentes, ſine accuſatione, ſine murmuratione, ſic vos ſequetur merces Domini felicitas æterna. Si autem aliud feceritis, tribulationes multæ vos manent. Et eodem die reſignauit omnia in manus Abbatiſſæ, quæcunque habuit dicens: In nomine Domini omnia, quæ habeo, ſiue debitè poſſidebam, ſiue non debitè, ſiue moriar, ſiue viuam, omnia reſigno in manus Abbatiſſæ.

Patientia eius in ægritudine.

Pia admonitio.

DE ſepultura verò dicebat: Poſt mortem meam detur corpus meum Fratribus, ſi illud habere voluerint ad ſepeliendum. Hæc etiam B. Salomea dicebat Fratribus & ſororibus: Fratres & ſorores nolite orare Deum pro vita mea vlteriori, quia Dominum meum Chriſtum IESVM, matremq; eius piiſſimam fideliter exoro, vt feliciter curſum meum abſoluam, & de hoc vili corporum ergaſtulo aſſumat animam meam, quia in grauamen multorum, non in ſubſidium ſum hic conſtituta, & vt intercedente glorioſa Virgine Maria, me indignam ad ſolatia vitæ æternæ perducat.

Cupit ab hoc corpore diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

DE MORTE IPSIVS.

FERIA quinta proxima ante obitum eius, per quandam matronam, nomine Cochus natione de Maleſoum, in quadam viſione admonita fuit ad mortem. Nam ea matrona in quadam viſione ſenſit plures homines ambulantes, & mutuo ſub ſilentio loquentes. Vidit item duas columnas criſtallinas cœlum tangentes, ſupra quas ſtabant tres viri aſpectu venerabiles & decori, qui dicebant Beatam Salomeam expectamus, quæ in breui tempore in Domino vitam finitura eſt. Factum etiam eſt, quòd Frater Boguſlaus dictus Lupus Ordinis prædicti, qui illo tempore ſtabat in caſtro S. Salomeæ, in quadam viſione uidit duas columnas marmoreas à Cœlo protenſas ante Capellam S. Salomeæ, & per eaſdem columnas uidit B. Salomeam aſcendentem ad altitudinem cœli, qui in tali uiſione fuit inter ſomnum, & uigiliam, audiuitq; dulciſſimum cantum ad ſimilitudinem melodiæ, Fronduit, floruit Aaron virgula, nec tamen cantantes uidit, qui plenè expergefactus audiuit uocem ſororum flentium. Erat autem illa hora, qua Sancta Dei Sabbato proximo infra octo ſæuæ infirmitatis dies in Domino obdormiuit. Et in eodem die mortis eius ſtabat quędam Domina de ſororibus coram ipſa uultum eius conſiderans, & uidens eam ſubridere, & dixit ad eam: Nunquid Domina mea aliquid uides, quia hilarem te oſtendis? Ad quam Salomea ait: Video, inquit, Dominam meam B. Virginem matrem Domini mei ſtantem coram me: ideo lætam & ridentem me oſtendo. Illa autem hora qua moriebatur S. Salomea, ſedebat ſoror Agnes pro tunc Abbatiſſa cum alijs ſororibus duabus expectando felicem obitum eius, & in emiſſione ſpiritus ipſius viderunt omnes tres quaſi ſtellam paruam, de ore eius progredientem, & die quo fuit mortua, circunſtantibus corpus eius ſororibus, ſoror iuuencula, quæ iam multo tempore carebat claro lumine oculorum, quaſi furtim inter ſorores ſe ingerens miſit ſe ad pedes ſororis S. Salomeæ, & accepto panniculo, quo tegebat caput ſuum, terſit pedes illius, & appoſuit ad oculos ſuos, & ſtatim fuit illuminata: & mirum, quia puella quæ à multo tempore videre non poterat, ſtatim accepto Pſalterio cœpit legere cum aliis ſororibus, quaſi nunquam impedimentum habuiſſet. Eodem tempore quo fuit in Choro ſororum ſeptem diebus inhumata, cœpit ſanguis è naribus effluere, & ore ipſius, ſuper ceruical paruulum, quod erat capiti eius ſuppoſitum, & ſuper panniculum album, quo tegebatur caput ipſius.

Angelorum comitantium viſio.

Miracula in eius obitu, & poſt.

tans, & induens mente & corpore pro amore Chriſti voluntariam paupertatem, bonis ſuis omnibus in alimoniam pauperum diſtributis, hoc celebre monaſterium Sanctæ Crucis, opus manuum ſuarum, ſub ordinis obedientia eſt ingreſſa anno Domini 1344. die 21. Ianuarij, 12. Indictione; in quo vitam beatam ducens ſecundum Regulam B. Franciſci Patris pauperum Chriſti, tandem vitæ ſuæ terminum feliciter conſummauit anno Domini 1345. die 28. Iulij, 13. Indictione. ſequenti verò die factis exequijs tumulatur. Dum vixit ſingulari amore proſecuta eſt Franciſcanum Ordinem, conſtruxit Neapoli monaſterium S. Claræ, S. Mariæ Aegyptiacæ, S. Mariæ Magdalenę, vbi erant tercentum Moniales, conuentum Fratrum vbi manebant quingenti Fratres: nam mortuo Carolo filio Calabrię Duce, diſpoſuit Rupertus relinquere Regnum Hieruſalem & Sicilię Andrcę filio Caroli Regis Hungariæ, qui erat nepos Ruperti Regis, ſed decedente viro diſtribuit omnia ſua bona, ſeq; abdidit in monaſterium S. Crucis in maxima paupertate viuens anno 1344. die 21. Ianuarij, tempore Gerardi Odonis Generalis, ad quem ipſa dedit litteras, vt inferius ſuo loco patebit. Ipſe Generalis recepit ipſam ad ordinem, ſed menſe decimooctauo ab eius ingreſſu deceſſit, hoc eſt die 28. Iulij anno 1345. atque in eccleſia S. Crucis condita ad aram maiorem.

B. SERAPHINA Columnenſis Romana Piſauri in monaſterio corporis Chriſti clara.

DE B. ROSA VITERBIENSI.

VITERBII in Monaſterio S. Claræ iacet corpus B, Roſæ Viterbienſis, quæ verè roſa dici meruit, quaſi Cœli rore perfuſa ſereno cœlo noctibus fluenti, & odorum ſuauitatem afflans, quæ cùm in pupillari eſſet ætate, ab omni animi perturbatione libera, facta manu Domini ſuper eam, diuinis vacare cœpit, ac Deo feruenter inſeruire. Verùm cùm in morbum incidiſſet, morti propinqua vrgente ægritudine loquelam amiſerat, pòſt verò aliquandiu (cunctis admirantibus) cœpit loqui, & quod fuit audientibus ingens animi ſolatium, nonnullas ex ſororibus, quæ viginti annos ante eius ortum iam deceſſerant, propriis nominibus compellare cœpit. Cui apparuit ſemel Beatiſſima Virgo, ad cuius rei intuitum diſpoſuit Roſa virgo in monaſterio S. Claræ vitam ſuam in abſtinentia traducere, ſed cum numerus Monialium eſſet abſolutus, abnuit monaſterij Abbatiſſa. At virgo Roſa æquo animo ferens ſubridens ait, Si diſplicet me viuentem in veſtrum conſortium aſſumere, non diſplicebit forſan me mortuam perquirere. Non deſtitit propterea ab orationis ſtudio, in qua tam vehemens & aſſidua fuit, vt nullum ei tempus vacaret. Inſolentes, quorum natura ſuperba eſt, à vero Chriſti tramite aberrantes, ad rectam viuendi rationē euocabat. Sed inſtante iam obitu, ex hac vita (Deo diſponente) migrauit, & ſepulta fuit in æde S. Mariæ in Podio, vbi iacuit decem & octo menſibus, ſtatimq; cœpit coruſcare miraculis; infra octo dierum ſpatium ter apparuit Summo Pont. Alexandro IIII. qui tunc Viterbij cum tota Curia morabatur, habuitq; is per quietē, vt deferri faceret corpus B. Roſæ ad eccleſiā S. Claræ. ſed eſt Pontifex cunctatus, ſed ter monitus intellexit diuinum eſſe mandatum, ſurrexit protinus manè, & vnà cum quatuor Cardinalibus deferri fecit corpus B. Roſæ honorificè ad eccleſiam S. Claræ, vbi nunc iacet, & in magna habetur reuerentia, prout his diebus magna affectus lætitia conſpexi. Supplicatum eſt aliquando à conciuibus Pio II. Pont. Max. vt Sanctorum Catalogo adſcriberetur.

DE PRAECIPVIS EIVS MIRACVLIS.

QVIDAM Clericus vltramontanus Archiepiſcopus delectus, ſuſcepto ſuæ electionis decreto, Romam petijt, ſed æmulorum calumnijs fatigatus, Viterbium accedens quieſcere non poterat, voto emiſſo ad B. Roſam voti compos effectus eſt, nam ab Eccleſia B. Roſæ redeunti nuntius occurrit cum Apoſtolicis litteris, quibus coram Summo Pontifice præſentatus dignitatem meritis B. Roſæ obtinuit, in cuius rei memoriam duas roſas obtulit, alteram nempe auream, alteram verò argenteam. Menicus Viterbienſis mortuus, precibus, & voto Ciuellæ vxoris eius ad Beatam Roſam, à morte ad vitam reſtitutus fuit, & ſuperuixit ad annos plures. Multa alia narrantur miracula, quæ prętereo.

B THEODORA nobilis Romana Margaritæ Sulmonenſis diſcipula, prædicationibus F. Roberti de Licio commota, in monaſterio S. Luciæ Fulginei ſanctè vixit, de qua ſuperius diximus.

B ZIGVA vel Zingua filia Andreæ Hungariæ Regis, ſoror germana S. Elizabethæ, vitæ ſanctitate, & morum grauitate conſpicua apparuit, cuius miracula tanta & tam magna extitere, vt in Romana Curia de eius canonizatione ageretur, quamuis res non fuerit ſortita effectum in tam varia orbis viciſſitudine.

PERORATIO.

PLVRIMVM proderit integritatis, fortitudinis, & caſtitatis documenta Sanctarum Virginum in illuſtri poſita monumento intueri. Nam cùm verſabuntur ante oculos, quæ illę mirabilia incœptu, mirabiliora exitu geſſerunt, animos noſtros à rebus infimis ad ſublimia auocabimus, contemnentur res humanæ, & labores æquo animo perferemus; propulſata denique omni vanitate, ad verum decus, veramq; honeſtatem rapiemur. Sed prę̨ter eas, quas modò enumerauimus ſacras Virgines ſponſas Chriſti, alię quoque in Syria ob conſtantiam fidei martyrij palmam meruerũt, quorum nomina ſunt mihi incomperta. Anno ſiquidem 1291. tempore Nicolai IIII. hoc accidit, in partibus Syrię, vbi multi Chriſtiani morabantur in vrbe Achrienſi ſiue Iope, quo tempore capta fuit Ptolemais à Saracenis. ibi erat celeberrimum monaſterium Monialium. Melcheſer filius Melchineſer Solthanus Babiloniæ, violato fœdere cum Chriſtianis ea fortè ratione, quia maxima Crucisignatorum militia hoſtes inuaſerant, prædis infeliciter victitantes, & omnia deuaſtantes, parato exercitu quadraginta millium militum, militari impetu ciuitatem aggreſſus eſt die 5. Aprilis anno 1291. & die 18. Maij vrbem oppugnauit, quam maxima Chriſtianorum cæde ſolo æquauit, & ſexaginta millia hominum enſe trucidauit, præter captiuos, quos immanis hoſtis ſecum adduxit: cœnobium Fratrum ſolo æquatum, vbi manebat B. Iacobus cuſtos Syriæ, qui & ipſe fuit occiſus. Sacrę Virgines mutuis vulneribus amputatis naſis ſe fœdauerunt, vt ab hoſte ſpernerentur, quare ad vnam omnes interfectę; nam Saraceni militari vi irrumpentes, videnteſq; ſacras Virgines deformatas, muliebrem audaciam, & in fœmineo pectore virilem animum, & verba ſenſu plena admirati, leonum more eductis enſibus crudeliter ſauciarunt. Audito hoc crudeli ſpectaculo Nicolaus IIII. Pont. Max. Chriſtianę religionis defenſor acerrimus, indoluit. Non dimiſit diuina bonitas tantum facinus impunitum, quia Melcheſer Solthanus in venatione à ſuis fuit enecatus, ortaq; eſt diſſenſio inter Mamaluchos & cęteros Magnates, dũ ſacrę Virgines Chriſti ſponſæ mortem oppetentes, martyrij palmam conſecutæ ſunt, ad laudem & gloriam Dei, cui eſt laus in ſecula ſeculorum. Amen.

Volaterranus Antropophagię lib. 21.

APPENDIX, QVA DECLARATVR obligatio Regulæ ſacrarum Virginum.

BEATVS Ioannes Capiſtranus dum eſſet Romę in conuentu S. FRANCISCI trans Tyberim anno 1445. die 27. Ianuarij tempore Eugenij IIII. Pont. Max. ad inſtantiam Elizabeth Abbatiſſæ Monaſterij S. Paulæ Mantuæ, declarauit in Regula ſecundi Ordinis Monialium contineri decem & octo ſupra centum prę̨cepta, quæ obligant ad mortale: ſed Eugenius deduxit ad ſeptem.

AD B. CLARAM PRIMICERIAM HYMNVS,

Quo Sanctarum Virginum Seraphici Ordinis virtutes celebrantur, earumq́ue vitæ probitas, fidei conſtantia, & præclara geſta commendantur.

Salue Chriſti ſponſa Clara,
Salue Virgo Deo chara,
Salue mater pauperum.
Tu mundi cuncta aſpernata,
Franciſcum es imitata,
Per Apoſtolicam normam.
Cum Agnete ſorore
Recepiſti IESV rorem,
Plantans multa cœnobia.
Currit mater poſt filias
Ad ęterni ſponſi nuptias,
Cum Beatrice filia.
Amata mox & Balbina
Tuę neptes, hac ruina
Mundi huius agnita.
Pariterque properant
Ad te almam: refutant
Omnia lutulenta.
Ordo ſtatim diffunditur,
Rumor hinc mox egreditur,
Per cuncta mundi climata.
Succenduntur iuuenculę
Exemplo tuo Chriſtum ſequi
Per viam pauperculam.
Agnes Boemorum filia
Regia & imperatoria
Quęque ſpernens, fit diſcipula.
Filia Rodulphi Imperatoris
Summi Chriſti capta amore
Paruipendit imperia.
Iſabel Regis filia
Francorum inter lilia
Degit Pariſiis.
Zingua quoque Hungarorum
Regis nata, ſupernorum
Mercedem conſiderat.
Cum Salome Polonię
Ex regali orta ſanguine
Tuam normam profitentur.
Sanctia item Regina
Veſtem ſumit cilicinam
Spernens tria regna.
Blanca prima Regis Francię
Refutans regnum Gallię
Tuę regulæ ſubiecit.
Conſtantia Aragonę
Regnum contemnit, et honorem,
Tua eſſe volens filia.
Eleonora regnum calcat
Portugallię, atque amat
Magis regi ſub clauſura.
Ioanna Nauarrę Regis
Ex ęſtu diuinę legis
Cuncta regia abijcit.
Duæ Regis Petri filię
Regnum videntes Sicilię
Paupereulam vitam vouent.
Duę Regis Dalmatię
Philippi ſequuntur alię,
Tuam vouentes normam.
Aliaq; Colimbriæ,
Alteraq; Vliſpong
Requieſcunt Reginę.
Amba cum habitu Clarę
Oſtendentes conculcare
Mundanam pompam.

Multæ aliæ nobiles
Te ſecutæ ſunt Dominæ,
Congregantes diuitias.
Sed tu cuncta ſupergreſſa
Gloriam tandem ingreſſa
Comitatiua virginum,
Vbi magnam obtines gloriam,
Tecumq; habent magna ſpolia
Ablata Lucifero.
Quæ potes ſecurè gaudere,
Cùm nec mors valet nocere;
Ergo noſtri miſerere. Amen.

ILLVSTRES VIRI,

QVI IN TERTIO DE POENITENTIA ORDINE NON TAM HOMINVM MVLTITVDINE, QVA'M VIRTVTVM AMPLITVDINE ET GLORIA CLARVERVNT;

QVORVM NOMINA CVM præclare eorum geſtis rebus Alphabetico ordine ſubijciuntur.

A Fratre Petro Rodulphio Toſsinianenſi

Conuentuali Franciſcano,

In Conuentu Magnæ Domus Venetiarum Prælectore.



M D LXXXVI.

ARGVMENTVM IN VITAS BEATORVM

qui in Tertio Pœnitentium Ordine floruerunt.

SI gloria Patris eſt Filius ſapiens, ſumma & perfecta gloria, quæ eſt fructus veræ virtutis, B. FRANCISCO acceſſit, qui tot hominum cuiuſcunque gradus quæſturam maximè fœcundam, atque vberem in totum ad ſe redegit; quorum memoria & recordatio iucunda eſt ad excitandam eorum imitationem, & vt eorum meritis aſſociemur, atque orationibus adiuuemur. Colimus enim hos beatos & illuſtres viros eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo in hac vita coluntur homines ſancti Dei, ſed illos tantò deuotius, quantò ſecurius iam in vita feliciore victores, vt noſtros interceſſores, quàm in iſta adhuc vſque pugnantes. Beatus itaq; Pater FRANCISCVS anno decimoquarto à ſua conuerſione inſtituit Ordinem eorum, qui dicuntur Tertiarij, vel de Pœnitentia. Nam prædicationis eius feruore ſuccenſi quamplurimi, ſecundum formam à Dei ſeruo præſcriptam, nullo pauore ſuſpenſi, nulla cura diſtracti, nouis ſe pœnitentiæ legibus vinciebant, quorum viuendi modum, Ordinem Fratrum de Pœnitentia decreuit in Oppido Canarij in Vmbria, in Valle Spoletana anno MCCXXI. qui à Nicolao IIII. Pont. Max. fuit approbatus xv. Kal. Septembris, Pontificatus ſui anno ij. deinceps verò à Clemente V. & Ioanne XXII. In quo floruerunt plures viri, quorum nomina alphabetico ordine ſubijciam: quædam excerpſi à Bartholomęo Piſano viro memoria digno, latiora tamen in eo ipſo negocio veſtigia ſum proſecutus, vnde illud non temerè dici poteſt;

De hoc tertio Ordine multa prædixit Abbas Ioachim: dixit enim Felix, qui mundè colliget ſextarios triginta ex area, ideſt qui ſeruabit caſtitatem illibatam.

Quicunque ætherij quæ ſit vis neſcit amoris,
Sunt huic FRANCISCI hæc facta legenda, ſcict.
Hoc populos ad ſe diuus pellexit: & agni
Perpulit attonitos ſigna cruenta ſequi.
Humentes ſic Auſter aquas, Magneſia ferri
Robora, ſic paleas ſuccina pura trahunt.

Subijt itaque animum nuper hæc cogitatio, Pœnitentium, & Sanctarum Virginum Catalogum deſcribere, qui veteris pietatis ac religionis incremento non parum virium & acceſſionis allaturus eſt, quia depoſitum hoc compendio reſtitui veluti fragrantiores floſculos quoſdam in hanc epitomis formam ſelegi, & gratam operam nauaſſe ſpero, cùm geſtorum veteres commentarij propemodum negligentia, aut obliuione veterum temporum interciderint, paucią; in bibliothecis aſſeruentur, vt propemodum deſperatum ſit: picturæ tamen beneficio, quę in monaſterijs templorum, aris, ac vitreis feneſtris, quæ noſtro æuo adhuc viſuntur, non mediocriter ſum adiutus. Hortor modò eos, qui Franciſcanæ huic familię addicti ſunt, vt hiſtoriam hanc terant, legant, relegant, figuraſq; contemplatiui ſæpius euoluant, in quibus magnam capient voluptatem, quia (vt dici ſolet)

Dulcius arrident ſeria picta iocis.

Vnde tantorum virorum exemplo, à denſiſſimis errorum tenebris, ad verę cognitionis lumen accedere queant.

VITAE

VITAE BEATORVM TERTII ORDINIS.

BEATVS Angelinus Daneſius Politianus, vir Deo charus, iacet in eccleſia S. Margaritę Montis Politiani, quæ primùm data fuit Fratribus Minoribus, vt inferius ſuo loco dicemus, quamuis an fuerit noſtri Ordinis Pœnitentium viſi ſunt quidam dubitaſſe, vt dixit mihi Romæ Dominicus Daneſius Politianus Canonicus Gorgorianæ.

BEATVS Bartholomęus Cumanus tertiarius, eius imago Pratelli prope Forum Cornelij.

B. BONAVITA de Lugo Tardotij oriundus, profeſſione faberferrarius, à teneris ora tione ardentiſſimus, orando ſpiritum Deo feruentiſſimè cōmendabat, nam ambulans & ſedens, laborans, & vacans, intus & foris adeò erat contemplationi intentus, tanto deuotionis exceſſu in ſpiritu, vt quid circa ſe ageretur exterius omnino neſciret. Accidit enim Lugi, quòd validus ignis plurimas domos diro incendio cremabat, adeo quòd à domibus Tebaldorum vſque ad domum illorum de Zanellis, nihil prorſus videbatur illæſum: confluebat tumultuariò ad funeſtum ſpectaculum multitudo vtriuſque ſexus, laborabantque validiſſimè ad extinctionem ignis, quo audito non impiger acceſſit, qui dum tantum videret incendium à lacrymis ſeſe continere non valuit, & ab eo ſigno crucis prætenſo totus rogus totaliter abſorptus euanuit, ita vt quis non potuiſſet candelam accendere. ſemel ſua oratione à periculo fluminis rapidi ſoſpes euaſit, & alueum ſicco pede tranſiuit. Fuit quoque pauperum zelator, ſepeliebat mortuos, vt alter Thobias, & captiuorum carceres viſitabat. Quendam pauperem mendicantem Lugi ante fores eccleſiæ S. Franciſci, media hyeme frigore torpentem, propria veſte cooperuit; quem cum iuuenes viderent ſeminudum, ſaxis & clamoribus ei turpiter inſultabant, famulus verò Domini nulla fractus iniuria cuncta patienter ſuſtinebat. Altera vice caligas, quas ſibi de nouo parauerat, egeno donauit. Quidam compater de Rubeis brachium ſibi incidit lethaliter, quem adeò ſanauit, quòd neque veſtigium cicatricis remanſit. Quædam mulier ſurda auditum recepit per merita B. Bonauitæ. Quidam mercator Piſaurenſis ad inuocationem B. Bonauitæ à naufragio liberatus eſt. Tandem cùm à Dæmonibus fuiſſet crudeliter flagellatus (Deo permittente) Beatus Bonauita fuit confortatus à Deo, tunc lux fulſit de Cœlo, & completis vitæ huius miſerijs, anima illa ſanctiſſima carne ſoluta eſt in abyſſum diuinæ charitatis abſorpta, corpus eius delatum eſt in Eccleſiam F. Minorum, campanis ſponte, nullo trahente, pulſantibus, ſtatimque miraculis coruſcauit. Accolæ habent in magna veneratione chordam, & venerandum eius caput eſt in quodam vaſe conditum apud Fratres Lugi in Flaminia. Perpende.

S. ELZEARIVS ex regione prouincię Ariani Comes Alſatiæ, quę fertiliſſima regio eſt pręſtantis vini, frumenti pręcipuè perquàm fertilis, vt non indigenis duntaxat, ſed multis etiam vicinis & exteris vinum & frumentum abundè ſuppeditet, nec facile in Rheni tractu vlla alia regio, quod ad fertilitatem attinet, ei comparari poſſit. quod ſi nullum aliud extet fertilitatis huius prouinciæ argumentum, vnicuique ſat eſſe debet, quòd produxit Elzearium, qui in die ad domandam carnem cilicium portabat, & noctu ſe chorda nodoſa cingebat. xxvj. annos cum Delphina vxore ſua ſanctiſſima continens abſque tori ſeparatione permanſit, ideo dum animam ageret, dixit: Gratias ago Deo, quia mente, & carne virginem derelinquo ſponſam meam Delphinam. nemo vidit eum turbatum, vel mutatū, obiit Pariſijs adſtante Franciſco Maronio anno 1327. 5. Kal. Octobr. miraculis glorioſus.

B. GALEOTVS Robertus ex Pandulpho Malateſta natus eſt Brixiæ die 3. Februarij anno 1411, obijt die 10. Octobris anno 1432. hora 15. in oppido S. Archangeli. cuius corpus Ariminum delatum ab Epiſcopo ciuitatis & Clero ſuſceptum, atq; honorificè tumulatum fuit ante fores eccleſiæ D. Franciſci cum crate ferrea. Iuuenis omni virtutum genere clarus, qui perpetuo etiam cum vxore, à qua abſtinuit, ſeruauit caſtitatem, ſummæ abſtinentiæ fuit, cilicio vtens, in ſanctitate vitæ obdormiuit in Domino.

B. HIEREMIAS iacet Fori Liuij.

SANCTVS Iuo Britannus iuris vtriuſque Doctor & Aduocatus, qui pudicitiam perpetuò ſeruauit, ſtudioſus hoſpitalitatis in pauperes, primò Canonicus Regularis, deinde in Seraphico Ordine miraculis claruit, à Clemente VI. P. M. in Diuorum relatus numerum.

B. LEO Archiepiſcopus Mediolani.

B. LVCIVS Primus inter Pœnitentiarios.

B. LVCHE-

B. LVCHESIVS ex villa Gagiani non longè ab oppido Podij Bonantis prope ędem S. Petri ad Elſam fluuium, vbi eſt eccleſia, quam dicunt Chriſtianos tempore Chriſti condidiſſe, fuit miraculis inſignis & clarus, ham & cæcos illuminauit, & multos à naufragij periculo, & puerpetij doloribus mulieres ſola nominis ſui inuocatione liberauit. ſcripſit eius vitam & miracula inſignia F. Bartholomęus à Colle prędicator diuini verbi ſuo tempore clarus, qui ſingulari deuotione in illum ferebatur; extat caput eius vnà cum brachio Bouædonnę eius conſortis in eccleſia S. Franciſci Podij prope altare maius dextrorſum.

SANCTVS Ludouicus Rex Galliæ, nunc Gallicę gentis tutelare numen, à Bonifacio VIII. in SS. numerum relatus. Hic fuit (vt ferunt) de tertio Ordine, obiit meritis glorioſus anno 1270.

B. PETRVS Pectinarius Senenſis ex Chiento agri Senenſis ab vrbe diſtante ſex millibus paſſuum, humili genere natus, qui inter cætera mira pietate afficiebatur in pauperes. in loco Rauatiani, vbi aliquod tempus commoratus eſt B. Franciſcus, ad inuocationem B. Virginis viſus eſt à terra ſubleuari; dum viſitaret ſemel locum Auernę cœleſti fuit lumine irradiatus. Prędixit ruinam imminentem tribus ciuitatibus Etrurię dicens, Vęh tibi Piſtorium, vęh tibi Florentia, vęh tibi Senarum ciuitas. Fratri Hugolino de Querceto interroganti dixit, orationem eſſe maximam virtutem. Cuidam extollenti ſuam ſanctitatem, & vitæ probitatē, ait: Noli ponere cinerem ante faciem venti. Fuit B. Virginis cultor pręcipuus. Maphęum Senenſem dolore capitis laborantem ſigno crucis liberauit. qui cumulato ſibi merito obiit Senis anno 1289. die 4. Decembris, ſeruatur venerandum eius caput Senis in æde D. Franciſci.

B. PETRVS Romanus, qui inter Saracenos pro Chriſti fide morti vltrò ſe obtulit.

B. THOMASINVS Fulgineus vir ſpectatæ ſanctitatis, qui dum oraret in die omniū Sanctorum, ab ortu Solis vſque ad occaſum raptus eſt in extaſi. iacet Fulginei apud Eremitanos S. Auguſtini: habetur in ſacrario Fratrum Eremitarum corona cum 24. Pater noſter, & eius caputium, quod eſt in maxima veneratione. edidit prophetiam lingua vernacula, ſed rudi admodum ſtylo. Fuit enim ſpiritu prophetiæ clarus, & prędixit corpus ſuum apud coruos manſurū, per coruos aūt voluit intelligere Eremitanos nigro habitu indutos.

PERORATIO.

HABVIT Anglia, Boemia, Dacia, Vngaria, Ruſcia, Meſſia, Hibernia, Colonia, & Saxonia, plurimos Fratres, & Sanctimoniales miraculis excellentes, per quos apertum eſt multis (Domino operante) oſtium fidei; quorum nomina, & illuſtria facta velle perſequi longum eſſet & operoſum, qui ſuarum luce virtutum priora tempora illuſtrarunt, eorumq́; corpora in pace ſepulta ſunt, & ſacris poſita in locis venerationi habentur. Habetur Breue in Prouincia Ruſcię, in vrbe Leopolienſi, de conuerſione Ruthenorum & Tartarorum per Fratres Minores. Temporibus quoque noſtris floruerunt quidam ſancti martyres, partim in Belgio ſub Principe Auriaco, partim in Hibernia tempore Elizabethę Reginę illuſtris fœminæ an. 1536. In Anglia quoq; multi floruerunt noſtra ætate ſub Henrico VIII. qui ſuaſu Thomę Vvilcſij S.R.E. Cardinalis, repudiata Catharina vxore, Annam deflagrans ſibi in matrimonio (cunctis admirantibus) copulauit, ſed paulo pòſt ei ob violatam fidem abſciſſo capite, aliā accepit in vxorem. Vnde tota Anglia ſecuta mali Principis malos mores à Romano Pontifice & Sede Apoſtolica defecit, noſtraq́; monaſteria, quæ ibi erant & frequentia, & egregia, diruta & ſolo æquata fuerunt. Cui etiam tam miſerando ſpectaculo additum vidit noſtra ætas alterum facinus, multos enim ex noſtris Fratribus cōſtat in Prouincia Holandiæ, qua parte Rhenus in Oceanum illabitur, pro fide Chriſti occiſos. Nam Gerardus Berchenoye impius apoſtata, & cōmiſſarius Principis Orāges furens in Guardianum, & Fratres cuiuſdā conuentus noſtri, eos tyrannico enſe necauit. Vbi antea ſerui Dei fuerant in tanto pretio, tempore Margaritę Holandię Comitiſſę, quę non tam animo, quàm corpore fœcunda fuit, fertur enim, ꝙ vno partu edidit trecentos ac ſexaginta filios viuos, qui baptiſmi characterem acciperent. Sed ne propoſitæ rei fines egrediamur, ad alia Chriſti inuocato nomine tranſeamus.

Fulg. lib. 1.

FINIS PRIMI LIBRI HISTORIARVM
Seraphicæ Religionis.

147

HISTORIARVM SERAPHICAE RELIGIONIS

Liber Secundus,

OMNIBVS IN PARTIBVS EX RECONDITIS MONVMENTIS CONGESTVS:

IN QVO EXPLICATVR ORIGO EORVM, qui ducta ſerie a' B. P. Franciſco emanarunt,

QVI'QVE DIGNITATE FVLGENTES, & ſpectata ſanctitate verendi, B. P. Franciſci exemplo, ad tam arduum viuendi modum euecti ſunt.

A Fratre Petro Rodulphio Toſsinianenſi
Conuentuali Franciſcano,
In florentiſsimo Magnæ Domus Venetiarum Gymnaſio Prælectore.



M D LXXXVI.

Inuocatio diuinæ opis ad ſecundi libri opus & arduum & varium.

ASPERIS Patrum ſtudijs priorum,
Rebus anguſtis, caſulisq; egenis,
Et pijs vitæ iuuat inſtitutis
Antè moratum.
Nunc quis ô viſus hebetat coruſcus
Ardor? aut mentem Tyrium quod oſtrum,
Quæ've maieſtas modò tot Virorum
Stringit inauſam?
Altius tolli metuo, altiora &
Facta, curas multiplices Regentum,
Publicóſque actus memorare, ſcita &
Religionis:
Sanctus inſuetum per iter vagúmque
Spiritus ducens regat inſolentem,
Méque tantorum placido laborum
Tramite ſiſtat.

PROOEMIVM IN SECVNDVM LIBRVM Hiſtoriarum Seraphicæ Religionis.

TANTA fuit hominum ſuperiorum temporum oſcitantia, vt omiſerint plurium illuſtrium virorum Seraphicæ huius noſtræ familiæ non ſolùm origines, ſed & plura eorum geſta præclara; quæ ſi animo luſtraſſent, & ſcriptis commendaſſent, maximo poſteris emolumento eſſent, & honori; nec mihi valde fuiſſet elaborandum, aut tam graue onus incubuiſſet in comperiendis eorum nominibus, & geſtis. Vnde ad tam laborioſi operis abſolutionem neceſſum fuit inſpicere diligentiſſimè Patrum noſtrorum acta, prout mihi facultas fuit; & aſſidua ac vehementi occupatione conquirere antiqua, & abſtruſa tabularia; Romæ quoque peruolui Bibliothecam Vaticanam, & vetuſta exemplaria perlegi ſingulari humanitate & liberalitate Federici Ranaldi Vaticanæ Bibliothecæ cuſtodis, ea re plurimùm delectatus, quaſi præſagiens quanto olim vſui, & ornamento futura ſit hæc noſtra Hiſtoria, præteritorum temporum lux, & antiquitatis venerandæ memoria, quæ clariſſimis ſuis radijs ea, quæ interciſa & planè ſepulta ſunt, in lucem reuocat. Quamuis in tanta rerum obſcuritate nihil penè affirmare auſus fuiſſem, fateor tamen ingenuè, quòd multa, diuina quadam ope, & miro modo, ad manus meas peruenere; multa quoque perluſtraui loca ob eam cauſam, vt quæ auribus hauſiſſem, proprijs oculis ſubijcerem; inſcriptiones parietum legi, ſepulcrorum imagines diligenter notaui. Nimirùm priſcæ hiſtoriæ docent, etiam contexi hiſtoriam ex titulis, & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur. Plurimum autem me teneri fateor Magiſtro Saluatori Bartolucio Aſſiſiati, in Academia Patauina publico Metaphyſico, qui in hoc opere conficiendo me benignè, & amicè iuuit, mihiq; nonnulla, quæ ipſe in hac materia congregauerat, liberaliter tribuit, quorum tam diſtinctam notitiam non habebam. Antonius quoque Amicius à Foſſa Aquilanus, homo veteris memoriæ eruditus, & rerum vſu perdoctus, quędam mihi de vita Capiſtrani contulit, & admonuit me in multis. Quòd ſi per occupationes licebit, id quoque ponderibus meis examinabo, perpendamq; non ſolùm quid cuique debeam, ſed etiam quid à me cuiuſque tempus poſcat. Cùm itaque ſuperiori libro Beatos, ſanctoſq; viros commemorauerim, in hoc ſecundo complexus ſum ſummos Pontifices, Reges, Cardinales, Epiſcopoſq; nonnullos, qui aliquando hoc ſacrum inſtitutum profeſſi ſunt; necnon Generales Præfectos, & Comitia generalia ab ipſis celebrata, quę aut varia lectione, aut certa fama cognoſcere potui. Quare pie Lector, quicquid à me proditum eſt, tu boni æquiq; conſulere ne graueris, teque harum rerum tam illuſtrium, & religioſarum memoria, & lectione oblecta. In qua miras temporum viciſſitudines videbis, miras fortunæ conditionisq; hominum varietates, ab humili gradu ad maiorem, excelſumq; ſublimatorum; quę premia, quantiq; honores, & dignitates, eorundem religioni, ſanctitati, ſapientię, & virtutibus patuerint; vnius Chriſtianę religionis obiter animaduertes diuerſos ordines, diuerſaque inſtituta, eorum origines, auctores, incrementa, inſtauratores; pręcipuè verò Franciſcanæ religionis Ordines, generatìe, ad ciuilem ſocietatem proportionem, ampliſſimos progreſſus, eminentiam, auctori-

Labor & ſtudiũ ad hæc inquirenda & cumulanda.

E Fran. ordine ad quas dignitates promotũ fuerit; & quæ in hoc libro oſtendantur.

tatem, ac eiuſmet Regulę penetralia quędam, quæ panduntur, quæ examinantur, declarantur, & conceduntur. Vnde illud videor ita cum ſummo Poeta non ab re iam poſſe profari,

-- maior rerum mihi naſcitur ordo,
Aeneid.lib.7. Maius opus moueo; imperia, & facta inclyta dicam,
Seraphica attollat quantis ſe gloria rebus.

Aeneid.lib.4. *Sors item tulit, vt ex ipſa re, ſeu ex ijs, qui in media ſerie præſentis narrationis, in mediáq; parte totius operis celebrantur, illud quoque non ab re ita cum eodem Poeta canamus,*

Georg.lib.3. Eclog.4.
In medio quoque SIXTVS erit, librumq; teneblt,
Ille vicem CHRISTI accipiet, diuisq; videbit
Permiſtos heroas, & ipſe videbitur illis,
Pacatumq; reget CHRISTI virtutibus orbem.

DE VARIIS INSTITVTIS,

QVIBVS SEMPER CHRISTIANA RESP. maxima tulit incrementa virtutum.

QVAMVIS plurima in Dei Eccleſia ſemper fuerint clariſſima inſtituta, quæ breui oratione cum eorum Auctoribus recitabo: propoſitum tamen meum eſt, præcipuè ſermonem habere de Seraphica hac noſtra Religione, quæ iam quatuor ferè ſeculis conſtituta eſt. Primò itaque de vnoquoque inſtituto, prout ſe offert occaſio, pauca quædam ſubiiciam.

BERNARDITAE à D. Bernardo Burgundo; eſt Burgundia Galliæ prouincia Celticę Ducatus titulo inſignis. Hic conſtituit centum, & ſexaginta cœnobia ſub Gelaſio Secundo, vel Calixto Secundo, anno 1120. *Bernarditæ.*

BOGARDORVM Abbatum ortus Bonifacio Nono anno 1389. De quorum origine inter ſcriptores non ſatis conſtat. *Bogardi Abbates.*

BONORVM Virorum Ordo auctorem habet Rihardum Comitem Coruualiæ in Anglia ſtirpe Regia ortum, Alexandro Quarto Pont. anno 1257. *Boni Viri.*

BRIGIDAE Ordo à Brigida Vidua Suetiæ Principe ortus eſt ſub Vrbano Quinto anno .... *Brigidæ ordo.*

COELESTINORVM Religio auctore Cœleſtino Quinto Pont. *Cœleſtini.*

CAMADVLENSES auctore Romualdo Rauennate in iugis Apennini nomen acceperunt à Madulo quodam Appenninicola Aretino, qui locum eis ceſſit. *Camadulenſes.*

CANONICI Regulares vario, & diuerſo ritu militant ſub Regula Beati Auguſtini. *Canonici Regulares.*

CARMELITAE à Carmelo Syriæ monte, in quo erat fanum Deiparæ Virginis, vbi prima illorum Cœnobij fundamenta iecit Almericus Antiochenus Epiſcopus, qui primus diſperſos in hoc mundo Anachoretas congregauit ſub Alexandro Tertio anno 1216. *Carmelitæ.*

AMBROSIANI ab ipſo D. Ambroſio Mediolanenſi ſub Siricio Pontifice anno 285. *Ambroſiani.*

ANTONIANI Eremitæ ab ipſomet D. Antonio. *Antoniani.*

AVGVSTINIANI Auguſtinum Ducem habent; qui portant tunicam albam ſub nigro pallio. *Auguſtiniani.*

CARTHVSIANI cœpere anno 1080. *Carthuſiani.*

CASSINENSES à Barbone nobili Veneto inſtituti, aucti ab Eugenio Quarto. *Caſſinenſes.*

CELLARII à Cellulis, in quibus ægris operã dãt, propterea dicti Fratres Miſericordię. *Cellarij.*

CISTERCIENSES à loco, in quo primum conſtituti ſunt in Burgundia à Roberto Moliſmenſi, ſiue ab Ardino Anglo, Vrbano Secundo Pont. anno 1098. *Ciſtercienſes.*

CLAVIGERORVM Ordo binas claues geſtat intextas cucullo atro. *Clauigeri.*

CLVNIACENSES cœperunt anno 916. Ioanne Secundo Pont. apud Maticocenſem Burgundiæ pagum. *Cluniacenſes.*

CRVCIGERI à Cleto, qui tertius Romæ Pontifex fuit. *Crucigeri.*

HVMILIATORVM Ordo cœpit in Germania coaleſcere, vtitur candidis veſtibus, deſtructus à Pio V. *Humiliati.*

SANCTAE MARIAE Fratrum, qui & Serui, auctores fuerunt ſeptem nobiles viri Florentini. Primus Generalis fuit Philippus Florentinus an. 1295. ſub Martino Quarto. formam habitus, quo ipſi vtuntur, acceperunt à B. Petro Martyre Ordinis Prædicatorum, ſolo habitu & ſimplici corigia vtebantur. *Seruitæ.*

MONTEOLIVITENSES Senis primum cœperunt anno 1407. Principe Bernardo Ptolomeo, in Colle Senenſi vrbi proximo. *Monteoliuitẽſes.*

ORDO S. Georgij prope æſtuaria Venetiarum à Laurentio Iuſtiniano Veneto. *S. Georgij.*

GVLIELMITAE auctorem habent Gulielmum Burgundiæ Ducem, qui ingentes habebat diuitias. Hunc collabentem ordinem Ioannes Bonus Mantuanus erexit ſub Alexandro Tertio, vel Quarto. *Gulielmitæ.*

Hieronymiani.

HIERONYMIANI ab ipſo Hieronymo traxerunt nomen, & originem circa Bethleem, orti quoque prope Feſulas à Carolo Florentino, & à quodam Rhedone ſub Innocentio VII. vtuntur pallio rugato ſuper tunica à ſummo ad imum ſciſſo, & ſcortea zona.

Dominicani. Vide Sabellicum. Vide Chronica Gilberti Genebrardi.

DOMINICANI auctorem habent D. Dominicum Calaguritanum ſub Innocentio III. & Honorio III. quorum incrementa fuerunt ad quatuor millia Monaſteria, centum & quadraginta millia Fratrum.

Ieſuitæ.

IESVITAE auctore Ignatio Aiola Cantabro ſub Paulo III. exorti ſunt, qui cum homo eſſet militaris, ſub Imperatore q; Carolo V. multa ſtipendia feciſſet, eius vitæ pertæſus hanc ſuam ſocietatem inſtituit anno 1537. à quo tempore tantum illa creuit, vt totum terrarum orbem propè repleuerit.

Franciſcani.

FRANCISCANI à Franciſco Patre noſtro, cuius religio per vniuerſum orbẽ Chriſtianum ad Indos vſque ſtupendis augmentationibus penetrauit. de quibus mox aliqua ſubiiciam. & primò de Conuentualibus, veluti primogenitis ſacri huius inſtituti.

DE CONVENTVALIBVS, ET qua ratione Conuentuales vocentur.

Conuentuales vnde dicti.

CONVENTVALIVM nomen Minorum titulo adiunctum eſt; nomen quidem humillimum, quod nullum honoris, nullum dignitatis, vel ſanctitatis titulum præſefert, ſed tantum Minorum Fratrum, ad vnam regulam, ad vnamq; vitæ communitatem, vniformem animũ ſignificat. Conuentuales ergo B. FRANCISCI primogeniti, ab ipſius quaſi ſurgentis Religionis primordijs anno 1212. per annos ducentos, & eo amplius, ab Innocentio huius nominis IIII. ſic appellati, & Apoſtolica auctoritate muniti: ſtatuit enim Pontifex, vt vbicunque Conuentus, & Eccleſiæ Fratrum Minorum extiterint, Conuentuales vocentur, quod nomen hodie quoque à nobis retinetur, quaſi conformem animum ſignificans ad Regulam vnam, quam ſemper profeſſi ſunt iuxta declarationes ſummorum Pontificum. Habetur Bulla Innocentij in ſacro conuentu Aſſiſij, cuius tenor eſt.

Tranſumptum Bullæ Innocentij IIII. per quam ad ſupplicationem B. Patris noſtri Franciſci, Fratres Minores appellati fuerunt Conuentuales.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
Dilectis filijs Fratribus Ord. Fratrum Min. ſal. & Apoſt. bened.

Statuit habitacula & cõuẽtus Fratrum.

Conuentualium nomen Apoſtolicum.

CVM tanquàm veri & fideles Chriſti miniſtri elegeritis vobis in domo Domini manſiones, dignum eſſe credimus, vt habitacula veſtra inter alias honorabiles congregationes fidelium ſtatuamus. Hinc eſt igitur quod veſtris ſupplicationibus inclinati præſentium auctoritate decernimus, vt Eccleſiæ veſtræ omnes, vbi Conuentus exiſtunt, Conuentuales vocentur: concedentes vobis nihilominus licentiam, vt in ipſis Eccleſijs ad opus Fratrum veſtrorum habere liberè cimiteria valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni Non. Aprilis, Pont. noſtri anno vij.

Vis vocis Conuentual. in Bulla contra Seraphinum Ragium.

EX hac Bulla conuincitur & proſternitur error & temeritas Seraphini Ragij, qui in ſuo libello centum caſuum, caſu 70. abutitur nomine Conuentualium contra declarationem Innocentij IIII. Pont. Max. cum nomen Conuentualis ſit nomen Apoſtolicum. ait enim Innocentius, vbicũq; fuerint Conuentus, Conuentuales vocentur. Præterea dicit, q̃ Eccleſia tolerat, ac ſi Conuentualium regula eſſet mala; quare admonẽdus eſt auctor illius libelli, quia tolerantur mala interdũ propter bonũ publicum.

CVM

CVM TRES SINT SPECIES REIPVB. CVIVS Religio Conuentualium Franciſcanorum habeat ſimilitudinem.

CVM etiam apud Ariſt. & Platonem variæ ſint Reipub. ſpecies: Monarchia, ideſt vnius imperium: Ariſtocratia, ideſt optimorum principatus & regimen: Oligarchia, ideſt paucorum principatus: dubitari ſolet à doctis quibuſdam, cuius partis hæc noſtra familia ſimilitudinem habeat. Ad quod primò dico, Franciſcanā familiā in toto orbe, excelſo & illuſtri loco ſitam eſſe, & in conſpectu populorum mirandum in modum ſemper præfulſiſſe vſque adeo, vt non obſcuro aut vario ſermone, ſed & clariſſima omnium voce ad Romanos Imperatores, Pōtificesque, cōtinuata ſerie perlata, vtriuſq; celſitudinis tutela & patrocinio egregiè aucta, ſeruataque hactenus fuerit, & perquam ampliſſimis beneficijs in dies honeſtata. Sed hæc noſtra familia non eſt Monarchia, nam quanuis habeat vnum pręfectum Generalem, qui omnibus pręſit, ita tamen legibus & regulæ ſubiectus eſt, vt neque liceat ei quicquam agere ſuo arbitrio, neque liceat habenas moderari ſine definitoribus; quorum etiam intereſt viſitatores eligere, qui præfectorum Generalium, Prouincialium, & aliorum acta diligentiſſimè obſeruent, & ea poſtea in comitijs, congregatis patribus referunt. quorum ſunt partes eos iudicare, & punire, qui ſuam præfecturam malè geſſerint. Idcirco ſimiles non ſunt Monarchiæ, immo neque Ariſtocratiæ quidem: nec enim iſti ordines tantum per ſtudioſos atque optimos gubernantur, nam qui pręficiuntur, nequaquam ſemper ſunt optimates. Propterea B. pater Franciſcus ſpiritu ſancto afflatus efflagitauit à ſummo & Maxi. Pon. vt vnum daret ex Cardinalibus, qui præcipuè inſpiceret, ne Ordo, cui defendendo præeſſet, aliquid iacturæ, aut labis, & popularis turbationis pateretur. Sic beatus pater Franciſcus decreuit iuſſitque fratribus ſuis, vt perpetuò vnū ex S.R.E. Cardinalibus haberēt, qui profectò eſſet Ordinis ſui protector, corrector, & gubernator, vt negligētes & cōtemnentes increpet, corripiat, & admoneat, neq; diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox vt cęperint oriri, radicitus (vt præualet) amputet. Generalis itaq; præfectus, vt præeſſe dignus habeatur, meminiſſe debet, quod dicitur, tum nomen Generalis re ipſa implere, vt ſcilicet totū corpus ſocietatis ordinisq; curet, ne dū partē aliquā tuetur, reliquas deſerat, ex quo etiam in ciuitatē res perniciosiſſima inducitur, ſeditio atq; diſcordia: tū Chriſti, ac B. Patris noſtri Fr. in ſua adminiſtratione agere vices: nihil extra præceptū Domini (quod abſit) docere debet, iubere, aut conſtituere. Sed eius præcepta formando diuinæ iuſtitiæ ſubditorū mentibus conſpergere, de quibus in tremendo iudicio Dei non parua facienda eſt diſcuſſio, vt audacter dicere poſſit, Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo. ſciat fratribus ſuis ſe eſſe patrem, non dominū, ideo debet eos paterno affectu & charitate amplecti exēplo eius, qui nō venit miniſtrari, ſed miniſtrare, vt ſciat parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos, vt prudēs medicus, qui in curandis morbis opportuna adhibet medicamenta: ſed plura de eius conditionibus infrà dicemus. Vnum itaque caput eligi debet, non certè caſu aut fortuitò, aut prouiſione aliqua, ſed electione, cui omnes parere debent, & cum omni veneratione obedire.

Franciſcana familia cuius regiminis rationem habeat.

Franciſcana familia quanuis vni præfecto generali ſubijciatur, non habet nomen Monarchiæ.

S. Fran. Spiritu ſancto afflatus petiit dari Cardinalem in protectorem ordinis.

Partes generalis præfecti.

Cic. 1. de officiis.

Pſal. 39.

Matth. 20.

AN SERVETVR MONARCHIA IN ORDINE B. Franciſci, cum vna ſit eius & inconſutilis tunica, & vnus viuendi modus.

TRIA potiſſimè in Generali præfecto neceſſaria à viris doctis cenſentur, ęquitas, quam Græci epycheiam vocāt, nam vbi gubernaculum diſciplinę contemnitur, reſtat vt religio naufragetur. Secundò requiritur bonitas, qua Sathanæ laqueos effugiet, & exēplo probatæ vitæ ſubditos in bonum finem facilè deducet. Ad extremum neceſſaria eſt diſciplina, ſine qua per prærupta montium, per concaua vallium deducet ſubditos ſuos, non ſine maximo ſui, & aliorum detrimento. ſine his tribus gradibus vniuerſa Religionis machina ruit. At illud obſeruatione dignum eſt, quòd omnis regula Eccleſiaſtica, ſi per ſummum Pontificem non fuerit approbata, obſeruari non debet: nec debet inſtitui noua regula ex propria ſententia, vt quiſque pro ſuo arbitratu ex libito licitum faciens vi-

Quę neceſſaria in generali præfecto.

tam

Non eſt regula niſi confirmetur à Domino Papa.

tam ducat. Caueant itaque illi, qui profitentur ſe obſeruare viuendi normam, & ordines à B.patre Franciſco inſtitutos ad litteram, quia ſi à communi viuendi ratione ſe ſubducentes nouam regulam ſibi præſcribere profitentur, ſcinditur hæc inconſutilis tunica, nouus inducitur ordo, atque varius viuendi modus, & ratio.

Quæſtio.

Appendix. An ſubditus teneatur in omnibus parere ſuo ſuperiori.

Reſponſio.

AD hoc breuiter reſpondetur, quòd perfectio hominis in hoc præcipuè conſiſtit, vt Deo omnino adhæreat, in cuius gratiam in omnibus facilè eſt homini obedire in his, quæ non ſunt contraria animæ & Regulæ noſtræ. Si enim Prælatus præciperet aliquid ſupra Regulam, vt ſubire martyrium & huiuſmodi, non tenetur ſubditus obedire. verum tamen eſt, quod ſi inobedientia procedat ex deliberatione vel ex contemptu (vt notat Alexander) eſt mortale.

Alexander Alen. in declaratione Regulæ.

IN QVA SPECIE CIVILITATIS SIT vniuerſitas Fratrum Minorum iuxtà œconomiam Franciſcanæ Religionis.

PRIMO ſcire oportet varias eſſe ciuilitatis ſpecies: aliæ enim ſunt rectæ, aliæ verò rectarum tranſgreſſiones: rectarum vna, & prima eſt, quæ eſt vnius principis regnum, cuius opus eſt intendere ad commune conferens: poſt hanc eſt proborum, & optimatum principatus, cuius opus eſt intendere ad optimum ciuitatis his oppoſitæ tranſgreſſiones ſunt, regiæ quidem tyrannis, & ciuilitati optimatum opponitur inſolentia plebeia ſiue violentia intendens ſolùm ad ea quę conferunt indigentibus. Cum ergo quęritur, in quam ciuilitatis ſpeciem incidat Fratrum Minorum ſocietas, & hoc ſecundum regulam, & primam vniuerſitatis huius inſtitutionem: Reſpondendum, ꝙ via ſciendi hoc, eſt ex opere huic proprio: nam propria vnicuique ciuilitati opera ſunt poſita. Dicit enim regula. Vniuerſi Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis teneātur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſeruum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Secundo dico quòd hæc gubernatio eſt modo quodam regia; probatur ex regula, cùm ait. Et ſi in aliquo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum Prouincialium, & cuſtodum, præfatum Miniſtrum nō eſſe ſufficientem ad ſeruitium, & ad communem vtilitatem Fratrum; teneantur præfati Fratrès &c. Hoc ſanè eſt regiæ ciuilitatis opus, ſcilicet curare communem vtilitatem, & commune omnibus conferens, vno primo imperante, vt modò dictum eſt. Hæc gubernatio eo modo conſiderata eſt regia, quodam modo: dico autem quodam modo, quoniam ſi comparetur ad Prælatos, non eſt regia, ſed miniſterialis, & ſeruilis, cùm dicat Regula expreſsè, quòd miniſter generalis ſit ſeruus omnium Fratrum; conuenit tamen cum regia, quare eius actus eſt circa commune conferens, & communem Fratrum vtilitatem, vno regente, & præſidente, quod erat Regis opus; Sed differentia eſt, quoniā eſt vnius velut miniſtri, & operantis magis, quàm imperantis: Regis verò eſt abſolutè imperantis. Miniſter verò Generalis licet imperet, neceſſe eſt etiam illum operari. Rex autem imperat ſolùm, operandi autem nullam habet neceſſitatem. Quamobrem iuxtà œconomiam Franciſcanæ Religionis, compoſita eſt auctoritas Miniſtri Generalis, ex regia, & ſeruili; Regia quoad opus commune, ſeruilis quoad opus ſolùm. Et in hoc conſiſtit forma ciuilitatis & politiæ (vt ita loquar) noſtræ religionis, ſecundnm quam viuere vnumquenque, & conuerſari decet.

Duplex ciuilitatis ſpecies.

Quæſtio.

Reſponſio.

Gubernatio in religione eſt quodam modo regia.

Quomodo ciuilitas in religione eſt partim regia, partim verò miniſterialis.

AN CONVENTVALES POSSINT PROPRIA tenere, & de legitima diſpenſatione eorum.

Sententia Ioannis Perrini.

FVIT anno Domini 1495. Pariſijs quidam F. Ioannes cognomento Perrinus ex Nouo caſtro, qui compilauit quæſtionem, in qua rationibus & auctoritatibus nonnullis nititur oſtendere, regulam non valentes commodè obſeruare ſpiritualiter, hoc eſt ad literam ſine aliqua gloſſa & limitatione, minime eſſe tutos apud Deum, & conſcientiam. Fundamentum huius viri eſt, quia intentio D. FRANC.

fuit

fuit inſtituere ordinem in altiſsima paupertate, quam ſuis poſteris iure hæreditario dereliquit, cùm paupertas ſit regina omnium virtutum; theſaurus enim Monachorum nil aliud eſſe videtur præter voluntariam paupertatem. Ex quibus Perrinus duo infert, primò quidē quòd habere prædia & annuales redditus, quę inter bona immobilia cōputantur, eſt cōtra puritatem regulæ. Nā vbi proprietas, ibi ſingularitas; vbi ſingularitas, ibi angulus; vbi angulus, ibi ſordes; vbi ſordes, ibi non habitat ſpōſus mūditiæ, & puritatis amator perpetuus Chriſtus Ieſus. Ex hoc pendet ſecundum eius dictum, videlicet, priuilegia derogare puritati regulæ, & diſpenſationem ſine cauſſa iuſta nullam eſſe, quin potius diſpenſanti, & diſpenſato maximum detrimentum afferre. Hucuſque Perrinus. In hac deciſione non intendo diſputare, neque ponere os in cœlum, quia in lege præceptum eſt, quòd Beſtia quæ tetigerit montem, lapidabitur: neque intendo vllo modo aliquid aſſertiuè dicere, quod ſit contra determinationem ſanctæ matris Eccleſiæ, quę eſt nutrix, magiſtra, & interpres omnis veritatis, præſertim verò, quia iam eſt eiecta & repreſſa valide illiuſmodi opinio ab alijs, & quia Ioannes XXII. Pont. Sanctiſs. declarauit Michaelem de Cæſena hæreticum, vt patet in extrauagante eiuſdem Domini Ioannis XXII. Pont. Max. quæ incipit, Quia vir reprobus Michael de Cæſena. Fuit quoque improbata & declarata hæreſis Petri Ioannis, quòd Chriſtus & Apoſtoli eius non habuerunt aliqua in proprio, nec in communi, nec in rebus quibus vtebantur, habuerunt niſi ſimplicem vſum facti. Hæc condemnantur in extrauagante, Cùm inter. Quare non anxius quæro, ſed declarationi Summorum Pontifi. & ſacrorum Conciliorum me in cunctis humiliter ſubmitto, apud quos ſtat ſumma rerum, modus, & forma cuiuſcunque regulæ. Hoc tamen pro certo habeo, quòd anno Do. 1258. Alexander IIII. Pont. Gregorij IX. nepos, rigorem regulæ noſtræ in multis miſericorditer temperauit, Pontif. ſui an. 5. Quod fecerunt quoque multi alij ſummi Pont. veluti ordinis noſtri veri patres, vt Innocentius IIII. viderunt enim Franciſcanam familiam latè multiplicatam, & quòd prima rerum facies ſenſim quodam laxiori vitę genere, pro temporum volubilitate, hominumque varietate, longe immutari cœpit. Cui ſanè veluti morbo nullum opportunum medicamen pro temporum conditione adhiberi poteſt, impoſſibileque eſſe videtur, vt in exiguis paruiſque redditibus conuentuum obſeruantia regulæ ſeruari queat. Quod etiam noſtris temporibus ſanctiſſimè conſiderauit Pius V. Sanctæ recordationis, qui paternè tētauit deducere nos ad priorē regulę rationem, frugalitatem, atque obſeruantiam, nouit tamen indigentiam & penuriam religionis, nec in minori numero, quàm duodecim fratrū poſſe fieri obſeruātiā, vt patet per motum eius propriū, cuius initiū eſt, Pius Epiſcopus, Illa nos cura, &c. Fateor ego (Perrine) multa eſſe in ordine, quæ non ſunt de ordine, & indigent correctione, ſcio quòd ignorātia nō excuſat regulæ profeſſores, quia non minus qui clauſis, quàm qui apertis oculis cadit, perit: ſed ſuus cuique curandus eſt ſtatus. Scio quòd venenum charitatis eſt terrena cupiditas, & (vt ait Greg. Mag.) Tanto quiſque à ſuperno amore diſiungitur, quanto magis in infimis delectatur. & quòd diuitiæ ſi attrectētur, veluti ſpinæ confodiūt, & exulcerant animam, imponuntq; vincula, & compedes pedibus conſcientiæ; & quòd hæc duo pronomina, meum, & tuum, ſuſcitant faces inuidiæ, rixas diſcordiæ, & lites, & in hoc præcipuum fuit B. FRANC. ſtudium, vt à ſua relegaret regula loculos, & illicitam omnem conquiſitionem atque ſuperfluorum prouiſionem; & paupertatem induxit, virtutem illam cæleſtem, per quam terrena omnia calcantur, in eaque paupertate, quam ſibi inclytus pater in ſponſam accepit, fundauit Regulam ſuam, ſicut canit Thomas de Capua in hymno ab eo edito. *In paupertatis prædio Minorum plantans vineam.* Obſeruare tamen opus eſt ex ſent. D. Thomæ, quòd paupertatis gradus eſt triplex. primus eſt, nihil habere proprium, ſed in communi tantum, vt bona mobilia & immobilia, quæ ſunt neceſſaria omnibus religioſis. Secundus eſt habere mobilia pro tēpore, vt frumentum, oleum, & pecuniam. Tertius eſt nec in communi habere, ſed per quæſtum in dies ſibi victum procurare. Quem gradum elegit ſibi & ſuis B. FRANC. quo ſe alienum reddidit, mundo hoſti terribilem, crucifixo conformem, & cunctis hominibus ſe præbuit exemplarem: vnde ſi forte vidiſſet pauperiorem ſe dicebat, Confundor, quia accepi mihi in ſponſam dominam paupertatem. Et Ordinis noſtri inſtitutio & antiquior diſciplina, nil magis præcipuum habuit per longa annorum ſpatia à ſuis exordijs. Sed vt declarāt quatuor magiſtri, regulæ conditor voluit, & ita intellexit fratribus præcludere viam auaritiæ, in poſſeſſione pecuniæ, per quam omnis religio ſuffocatur, ſicut ſemen patriſfamilias inter ſpinas. Pecunia enim & rerū copia caſtitas periclitatur, ſicut inopia (vt quidā ait)

quam

Fundamenta quæſtionis.

Primum dictum.

Secundum dictū.

Quæſtionis deciſio.

Exodi 19.

Nicolaus Eymericus in Directorio parte 2.

Regula S. Franciſci in multis à ſummis pontificibus miſericorditer diſpenſata.

Vide Faſc. temp. pag. 35.

D. Thomas 2. 2. & Anto. lib. 3. Hiſt. tt. 24.

Paupertatis gradus triplex.

Declaratio quatuor magiſtrorū.

Matth. 13.

Iſaac i libello de cõtemplatione.

quam paupertas includit, caſtitatem inducit: Quare S. Bonauen. cum eſſet Generalis, videns Fratres nimis ſibi indulgere, atq; à priori ſacri huius inſtituti ratione deſciuiſſe, laborauit annos xviij; quo tempore rexit Ordinem, vt Fratres deduceret ad illibatam caſtitatem & paupertatem, quam B. pater, & veri eius imitatores profeſſi ſunt. Sed facta (concedentibus Summis Pontif. penes quos eſt, vt modò dixi, regulæ omnis forma, & declaratio) bimembris corporis noſtri diuiſio. Altera Obſeruantium, qui vtique à ueteris inſtituti ratione minus alienari ſemper uiſi ſunt; iſti triplici vinculo aſtringuntur ad paupertatem ex voto profeſſionis, ex regula, dum ſecundum regulam viuere promittunt; tertio iure canonico; quæ præterire non poſſunt ſine periculo animæ. Teſtatur Franc. Maronius in ſuo tractatu de paupertate Fratrum Minorum. Et Ioan. XXII. Sum. Pont. in extrau. cuius initium; Cum inter, diſputatum Auinione. Fuit enim diſputatum Auinione, vbi interfuerũt viri clariſſimi, ex Ord. Minorum Vitalis Card. Albanus, Bertrãdus de Turre, Card. Arnaldus Roiardi Archiepiſcopus Salernitanus, Anfridus Gonterius Barchinonne, Monaldus Archiepiſcopus Beneuentanus, Magiſter Herueus Or. Prædicatorum, Magiſter Dominicus Magiſter Curiæ Romanæ, Magiſter Ioannes Panothe eremita ſancti Auguſtini, Magiſter Augerius Carmelita, cum multis alijs Cardi. Archiepiſcopis, & Epiſcopis de paupertate Fratrum Minorum, & de diſpenſatione. Ideo caueant iſti non priuilegiati, quia dum bona retinent, & legata vltima voluntate, & certas eleemoſinas, diſcrimini ſe ſupponunt: Clariſſima ſunt ſacri Tridentini Concilij verba, quibus declarat Capucinis, & Minorum Obſeruãtiæ Fratribus, bona immobilia poſſidere nõ licere. Verba autẽ hæc ſunt: Concedit ſan. Syno. omnibus Monaſterijs, & domibus tam virorum quàm mulierum, & mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Fran. Capucinorum, & eorum qui Minorum de obſeruantia vocantur; etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico nõ erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Altera corporis noſtri partitio eſt Conuentualium, qui laxiores habuerunt habenas in victus, veſtitus, & conuerſationis rationem, profitentes quidem regulam, ſed declaratam, ideo & regulę habenda eſt ratio. Verba profeſſionis ſunt iſta. Ego F. N. uoueo & promitto Deo omnipotenti, & B. Mariæ ſemper virg. B. FRANC. & omnibus ſanctis, & tibi pater, toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam Fratrum Minorum per D. Papam Honorium confirmatam, & à pluribus Pontificibus declaratam, præſertim ſecundum determinationem Martini. IIII. & V. & Clementis Secundi, Eugenij Quarti, Siſti quoque quarti, & Alexandri Sexti, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Dicit Perrinus, q͏̃ habere annales redditus & prædia, eſt contra puritatem regulæ, cedo. Sed dico quòd aliquid poteſt recipi in proprietatem, & vſum, aliquid in proprietatem, & non in vſum, aliquid in vſum, & non in proprietatem. Receptio rei in proprietatem prohibetur fratri Minori, immo Scotus ait, quòd donatio ad hoc quod teneat non ſolùm requirit liberam voluntatẽ in dante & in recipiente, ſed non prohibitionem legis vel ſuperioris. Ex quo infert quòd quamuis aliquis ſit dominus pecuniarum ſuarum, non poteſt donare eas Fratri Minori ratione iam dicta. Secundò receptio quarundam rerum ad vſum conceditur vt veſtium, & librorum: nonne conceduntur & breuiaria, & miſſalia ad celebranda diuina officia, nõne lectoribus & prædicatoribus conceduntur libri. Hoc declarant quatuor magiſtri, & regula dicit: Fratres nihil ſibi approprient, non dicit nihil vtantur; & declarat S. Bona. in expoſitione illorum verborum, Nolite cogitare de craſtino. & Dominus certo tempore præcepit populo mannæ alimoniam colligere. Et ſi Fratres nihil penitus recipiebant in principio exorientis religionis, in illo recẽti feruore diligebãtur ab omnibus, vt perſpicuè cernimus inter initia cuiuſcunque Ordinis. ſed temporum ſucceſſiones declarant, quòd refriguit multorum charitas, & murẽ (vt in prouerbio eſt) miſſum eſſe in peram. Tertio receptio pecuniæ & denariorum, quo ad proprietatẽ, vſum, & affectũ prohibetur Fratri Minori per ſe, & per interpoſitam perſonam, per ſe dicunt magiſtri, quando quis ſua auctoritate recipit, per interpoſitam perſonam, cum inſtituit aliam perſonam ad recipiendum. Dicit Perrinus priuilegia derogare puritati regulæ. Derogarent ſanè ſi eſſent ſurreptitia, ſed ridiculum eſt hoc dicere, quia in illis exprimitur cauſa noſtræ inediæ; & multa ſua ſpontè nobis miſericorditer cõceſſere Pontifices, vt patet per bullas Apoſtolicas: & (quod magis vrget) Sixtus huius nominis IIII. Sum. Pont. qui ex Conuentualibus Minorum ad ſupremum Pontif. apicem aſſumptus fuit, nouit veritatem, vidit, & expertus eſt, tantum abeſt quòd ei fuerit ſupplicatum, quòd motu proprio Fratres diſpenſauit. Quæ approbauit Paulus

Frã. Maronius in tract. de paupertat, quem manu ſcriptum vidi Aſſiſij in ſacrario.

Receptio ad vſũ conceditur.

Luc. 9.
Deut. 8.

Receptio quoad affectum.

Summi Pótifices mu ta Ordini Minorũ miſericorditer cõdonarũt.

lus III.Pont.Max.& habetur diploma Viterbij in Sacrario Eccl. S. FR.& vltrà concedit, quòd Conuentuales poſſint ſuccedere in temporalibus bonis, in quibus de iure ſuccederent, ſi in ſeculo manſiſſent, legata pia, & eleemoſinas accipere, tenere, & habere, & in proprios vſus cõuertere, vt poſſint ſibi ſuffragari, de licentia tamẽ ſui ſuperioris Modò ijs ſtantibus error eſt dicere eos, qui D. Franciſci regulam iuxtà eccleſiæ interpretationem per ſummos pontifices factam obſeruant, in ſtatu eſſe damnationis. Nam ex hoc Eccleſiam errare (quod abſit) ſequeretur in ijs, quę ad animæ ſalutem ſpectant. Quæ cũ ita ſe habeant, precor patres, qui ſe reformatos dicunt in charitate, vt quicquid dixi, boni æquique conſulant, nec credant ſe tot patribus prudentiores, quos Deus ad tam eminentem ſtatum, euocauit, ſciant quòd victoris eſt magis, qui cum laude vincitur, quàm qui turpiter vincit, & cum animæ iactura. Neminem iudicent, ſed meminerint, quòd dum mens humana ad aliena iudicanda ducitur, plerunque iudicij lumine priuatur. Meminerint quoque quòd nimia egeſtas cogere ſolet quandoque mendicos aliqua negotia cum ſecularibus tractare, quæ eorum inſtituta obſcurant. Qui ergo ſyncerè & candidè obſeruant veram paupertatem, ſuſcipiendi ſunt, & exoſculandi. Vtinam nos Deus, quantum eſt hoc maxime ſeculo Chriſtianę familiæ neceſſarium ſuſtentet. Sed de his hactenus. Dominicus Soto de iuſtit. & iure li. 6. quęſt. 5. ar. 2.

INSIGNE QVODDAM EXEMPLVM EX VETVSTO Codice de quodam fratre proprietario.

IN Priori ſtatu exorientis Religionis erat quidam laicus in quodam conuẽtu literis mediocriter tinctus, qui cũ eſſet idiota cõtra tamẽ præceptũ regulæ literas ſcire vehemẽtius affectabat, pſalteriũq; ſibi furtim acquiſiuit; quod cũ Guardianus cõuẽtus reſciuiſſet, præcepit ei, vt reſignaret, negauit Ille perfricata frõte ſe habere, ſed morbo correptus cũ negãdo perſiſteret, Guardianus ne proprietarius decederet, per obedientiam illi iniunxit vt reuelaret, infelix ille obedientiam paruipendens, impænitens deceſſit, æternis pœnis adiudicatus, vt potè quia votum promiſſæ paupertatis contempſit. Ex antiquis chronicis.

DE TERTIARIIS.

MILITANT quoque ſub Regula B.P. FRANCISCI Tertiarij, in oppido Canarij ĩ Valle Spoletina à B.FRANCISCO inſtituti an. 1221. vt ſuperius cõmemorauimus. Hũc ſanè Ordinẽ inſtituit B.FRANCISCVS propter eos, qui matrimonio iuncti facere pœnitentiam depoſcebant, quorum primus fuit B.Lucius. quidam enim prædicationis feruore ſuccenſi, in coniugali pudicitia Domino famulantes, ſecundum formam à Dei viro acceptam nouis ſe pænitentiæ legibus vinciebant: quorum viuendi modũ idem famulus Dei Ordinẽ fratrum de Pœnitẽtia nominandum decreuit. Et quamuis Ordo iſte Clericis, Laicis, Virginibus, Viduis, & Coniugatis communis eſt; quorum propoſitum eſt in domibus proprijs honeſtè viuere, operibus pietatis intendere, & pompas ſeculi fugare; quidam tamen in clauſtris habitant ſtrictiori regula, qui ferunt tunicam cum Caputio acuto in pectore, calceati incedunt, & maiori ex parte deſuper geſtant pallium, quo etiam Calepodię interdum vtuntur. Tertiarijs vnde initium. B.Lucius.

DE INSTITVTIONE TERTII ORDINIS, ET de reuelatione facta B.Franc. à quodam obſeſſo.

AD feruentiſſimã B. FR. prædicationem plures tum viri tũ mulieres matrimonialibus legibus aſtricti cõuertebãtur cupientes certa præcepta, et leges ſibi dari, iuxta Euangelicæ legis perfectionem. Biennio itaque antequàm B.P.Fran. in Monte Aluernæ ſacris Chriſti ſtigmatibus inſigniretur; Bartholomæus quidam Cauſidicus, audita fama B.Fran. diſpoſuit ſe illi totum conſecrare, & veſtigijs eius inhærere, qui relictis cauſis forenſibus, & dimiſſo ſeculo, tanto ſpiritu ferebatur in Deum, vt B. Franciſcus dederit ei faculta-

tem

tem recipiendi ad Ordinem tam viros, quàm mulieres. Per id temporis Bartholomæus domui habuit quendam obſeſſum à Dæmone, qui coram B. Franc. non audebat loqui: inter rogatus autem quid hoc cauſæ eſſet, quòd coram Franciſco taceret, ipſe mox reſpondiſſe fertur. Talis eſt Franciſcus Aſſiſias, vt ad ſolam nominis ſui inuocationem Dæmones contremiſcant, & quodam timore concuſſi trepident; ſed nos aliquando permittente Deo, præualebimus aduerſus tumidos regulæ ſuæ tranſgreſſores. Hæc à Dæmone prænunciata nequaquàm credi debent; nec ei, qui eſt pater mendacij, & homicida ab initio; & qui eſt humani generis hoſtis perpetuus, fides adhibenda eſt. Videtur tamen id temporis ſucceſſu (noſtris culpis exigentibus) eueniſſe.

Exemplū inſigne.

Magnum & memorandum Franciſci nomen.

DE REGVLA TERTIARIORVM, APPROBATA à Nicolao V. Pont. Max.

HONORIVS III. Gregorius IX. Innocentius IIII. Nicolaus IIII. atq; Nicolaus V. Pont. Max. gratijs & opportunis fauoribus proſecuti ſunt inſtitutum Tertiariorum, & Dominus Philippus Calandrinus Nicolai V. Pont. frater vterinus, & Card. ampliſs. Fratribus Tertiarijs Bononiæ dedit locum S. Mariæ vulgo de Charitate, prope Rhenum amnem: conceſſitq; ſummus iſte Pont. vt haberent ſuum vicarium, cui tenerentur firmiter obedire, Martinus V. & Eugenius 4. ſtatutis & Apoſtolicis conceſſionibus honeſtarunt, Leo X. an. 1521. die 20. menſis Ianuarij regulam præſcripſit. Verùm noſtris temporibus Pio V. grauiter diſplicuit, quòd eadem familia, quæ vna ab vno patre B. Franciſco conſtituta, in quaſdam quaſi partes paulatim ita conceſſiſſet, vt iam non vna, nec ipſo quidem, quo à patre ſuo vocata, nomine conſiſteret, ſed varijs agnominibus cùm de illa, vel illa parte agitur, eſſet diſtinguendum. Propterea Fratres Tertiarios & Amadeos ſuppreſſit, & Generali Fratrum de familia ſubiecit an. 1567. Pont. ſui an. 3. etiam cum eorum oratorijs, eccleſijs, & locis. Verum hoc tempore Sixtus V. Pont. Max. exemit ab obedientia Generalis de familia, et priſtinę libertati motu proprio reſtituit.

Pius V. ſubiecit fratres Tertiarios obedientiæ Generalis de familia, à qua certis de cauſis Sixtus V. exemit.

DE FRATRIBVS DE FAMILIA.

SVB eadem Regula agunt Fratres de Familia nuncupati, quia ab vniuerſa familia recedentes, præſcriptis ſibi proprijs ſtatutis, & proprio magiſtratu conſtituto, viuere petierunt: Nihilominus tamen omnes ad eum ſcopum tendunt, quippè ad S. Franciſci Regulæ, & inſtituti obſeruationem, niſi quòd vna magis quàm alia ad perfectionem huiuſmodi peruenire ſtuduit. Sed regulari diſciplina inclinante, facta eſt quorundam ſeparatio, vt ſtatim dicemus.

DE EORVM PROPAGATIONE IN PROVINCIA Aquitania.

CIRCA annum MCCCXC. hoc eſt an. XXV. ante celebrationem ſacri Concilij Conſtantienſis, tres fratres optimę conditionis viri, zelo obſeruantiæ feruētes, videntes Ordinem collabentem aliqualiter declinare à perfectione Regulæ, recurrerunt ad Magiſtrum Henricum de Aſta tunc Generalem Miniſtrum, à quo petierunt locum ſibi concedi, vbi poſſent tuti & ſine lite viuere in obſeruantia regulari; quibus libenter annuit, & miſit eos in Prouinciam Turoniæ, quam tunc tempo ris regebat frater Ioannes Philippus Prouincialis, vir ſanè tam pius quàm doctus, ad quem cum perueniſſent dicti fratres ab eo fuerunt perhumaniter excepti, contulitque eis locū de Mirabello Diœceſis Pictauienſis pro ſtatu reformationis & regularis obſeruantię, & amotis fratribus qui ibidem manebant, collocauit illos tres fratres, quorum vnum Guardianum creauit, vt cæteris præeſſet. Sed eorum fama vbique dilatata, multi principes loca condiderunt, in quibus puſillus grex commodè habitare poſſet; habuitque breui interiecto

F. Ioannes Philippus Prouincialis Turonię.

Locus Mirabelli prouinciæ Turoniæ primus locus familiæ.

teriecto tempore loca duodecim in Prouincia Turoniæ, & defuncto Fratre Ioanne Philippo ſucceſſit F. Thomas de Curte eorum Vicarius vir alioqui zelo obſeruantię pręcipuus: Verùm cũ cæteris fratribus viderentur infenſi, recurrerunt ſede vacante ad Conciliũ Conſtantienſe, à patribusq; in ſacro Concilio ſedentibus obtinuerũt tres prouincias, eximentibus eos inſuper ab ordinaria Generalis Præfecti obedientia, cœpitq; exinde familia per Vicarios generales gubernari ſub Decreto ſacri Concilij, cuius eſt hæc forma.

Decreto ſacri Concilij Conſtã tienſis cæpit familia per ſuos Vicarios gubernari.

DECRETVM SACRI CONCILII Conſtantienſis, quo Fratres de Familia eximit ab obedientia Generalis.

NVPER pro parte religioſorum virorum Guardianorum & Fratrum veſtri Ordinis conuentuum ſcilicet de. S. Andomaro Morinenſis Diœceſis de Sagio Sagienſis, de Varenis Ramenſis, de Dola, &c. in quibus regularis obſeruantia vigere incæperat, enumeratque alia loca, quę eximit ab obedientia generalis, & hoc decretum fuit confirmatum à Mart. V. Pont. Max. Florentiæ an. 1420. Pont. ſui an. III. ibidemq; fuerũt inſtituta quędã aliã decreta vulgò dicta ſtatuta MARTINIANA, pro reformatione totius Ordinis. Hoc decretũ etiã fuit confirmatũ ab Eugenio IIII. Pont. Max. Pont. ſui añ. 15. & edidit Bullã vulgo EVGENIANAM, in qua ſeparat Cõuẽtuales à fratribus de Familia, ſtante tamen Religionis vnitate ſub vno generali Præfecto, ea lege vt teneretur impertire vices ſuas Vicario generali de Familia. Hinc lites, & plurimæ diſſenſiones ortæ; Fuit enim diſputatũ an deputatio Vicarij generalis de familia eſſet inſtitutio, vel electio. F. Ludouicus de Turre Commiſſarius Apoſtolicus quadam epiſtola nititur probare electionem potius eſſe, quàm inſtitutionem. quicquid ſit de ea re, certum eſt, quòd multi Fratres bono ſpiritu ducti, ſe in ſaltuum ſolitudiues abdiderunt, neque in publicum prodire voluerunt timentes mundi conſuetudinem, illud certò ſcientes, quòd

Statuta Martiniana.

Eugeni⁹ ſeparat conuentuales à Fratribus de familia.

F. Ludouicus de Turre.

Non minor eſt virtus & turbas inter & vrbes,
Veridica ſanam ſpargere voce fidem,
Quàm ſolas inter ſoli ſibi viuere ſyluas,
Et vaſtis Chriſtum concelebrare locis.

VERA B. FRANCISCI POLITIANI EFFIGIES.



Emicuit triplici Franciſco huic Sydere vertex,
Seraphicaq; idem Religione micat.

DE REFORMATIS IN PARTIBVS ITALIAE, & primò de Beato FRANCISCO Politiano.

QVATVOR præcipuæ fuerunt baſes ſanctæ reformationis, Beatus Bernardinus Senenſis, Beatus Ioannes Capiſtranus, Beatus Iacobus de Marchia, & Beatus Albertus Sartianus, qui totam Italiam, Boemiam, Hungariam, & Poloniam verbo ſimul, & exemplo illuſtrarunt. Fuerunt præter has duæ aliæ columnæ, quarum meritis & virtutibus hæc noſtra Familia magnum ſuſcepit incrementum, & decus: ij fuerunt Beatus Paulucius, ſeu Paulinus, & Beatus Franciſcus Politianus, qui quędam loca repleuerunt ab alijs derelicta propter aſperitatem & aëris rigorem, quos multi Generales Patres pientiſſimi confouerunt, & plurimis honoribus & beneficiis cumularunt. quorum vitam explicauimus. Hic autem tangemus vitam Beati Franciſci Politiani, poſtquam de alijs ſuperius diximus. Fuit itaque Beatus Franciſcus vir ſanctitatis eximiæ, cuius ſanctitatem declararunt tres ſtellæ, quæ illi de improuiſo apparuerunt, ad caput eius promicantes. Natus eſt Beatus Franciſcus in Monte Politiano præclaro Hetruriæ oppido, ex nobili Gordorum vel Tortorum familia, qui virtutibus & vitæ ſanctitate inſignis, factus eſt diuini verbi concionator eximius. hunc ſecuti ſunt Frater Octauianus Eugubinus magiſter & Theologiæ profeſſor, & Frater Modeſtus Placentinus. Prædixit Beatus Franciſcus diem ſui obitus, obijtque Florentiæ, in æde Sanctæ Crucis tumulatus.

Quatuor præcipuæ baſes reformationis.

B. Franciſcus Politianus.

DE BEATO PAVLINO TRINCIO.

BEATVS Paulinus Trincius Fulginàs, Hugolini Trincij conſanguineus, vir & genere & fama clarus, qui à puero ſuſcepit habitum Sancti Franciſci, in quo manſit ſemper laicus. Verùm cùm haberet in animo ſeorſum in obſeruantia regulæ viuere, obtinuit à Generali Miniſtro, vnà cum alijs quibuſdam, locum Bruliani, ſiue Piſtiæ diœceſis Fulginei, vbi aliquandiu vixit in maxima paupertate, aliquando ſolus, interdum verò vnico ſocio contentus. Nam ob loci aſperitatem, & ſerpentium frequentiam, illic viuere nemo poterat: aliquandiu etiam habitauit Fulginei, in quadam turri, apud Eccleſiam Sanctæ Luciæ in multa ſanctitate. Ad quem deuotionis cauſſa omnes confluebant. Florebat tunc temporis Peruſiæ Fraticellorum ſecta, qui paſſim prædicabant Fratres Minores minimè obſeruare Regulam Sancti Franciſci, vnde ex hoc magna tribulatio orta eſt, qui licet eſſet homo ſimplex & idiota, tamen multis rationibus eos fregit, eoque deduxit, vt non auderent reſpondere; & Peruſini eos luto & ſaxis turpiter depulerunt, & concepta in eum maxima deuotione conceſſerunt locum S. Franciſci de Monte. Nec poſt multum temporis vndecim loca eidem Fratri Paulino à Gregorio XI. Pont. conceſſa ſunt Villæ nouæ apud Auinionem, quæ ob aeris rigorem, & loci aſperitatem, à prioribus Patribus paulò antè fuerant derelicta: idemq; naſcentem Familiam fauoribus proſecutus eſt. Bulla habetur Aſſiſij in Conuentu S. Damiani. Habuit Beatus Paulinus ſpiritum prophetiæ, ſemelq; Dominus Fulginei voluit experiri, an Beatus Paulinus ſpiritu prophetiæ præſtaret, miſit propterea ad eum ſeruum, vt obſeruaret eum; qua re diuinitus explorata, dixit ei, Ingredere cæce. quo euentu Dominus Fulginei habuit eum ſemper in veneratione.

Fraticellorum ſecta adhuc graſſatur in quibuſdam partibus Galliæ.

DE EIVS FELICI OBITV.

HABITABAT interdum Fulginei in Conuentu, in Clauſtro inferiori, in quadam Cella ſeparata, quæ hodiè quoque viſitur, obijt ſenio confectus poſt multos labores accumulato ſibi merito, an. 1390. corpus eius quieſcit extra Vrbem Fulginei.

DE REGVLARI OBSERVANTIA NOVAE *Familiæ apud exteras nationes,*

OB multa in Dei Eccleſia oborta ſciſmata, res in deterius tendere videbantur, anno 1388. tres Fratres Prouinciæ Turoniæ à Fratre Antonio de Pireto Mirabellum obtinuerunt, Diœceſis Pictauienſis (vt modò diximus). & paulò poſt tres Prouincias obtinuerunt Turoniæ, Burgundiæ, Franciæ, in quibus regularis Obſeruantia fuit ſtabilita, & plurimis gratijs & fauoribus à Martino Quinto, Pontifice Maximo, fuit cumulata. Per eadem ferè tempora Frater Petrus Villacretius natione Hiſpanus, atque Prouinciæ Caſtellæ, ſacræ Theologiæ magiſter, cum in ſtrictiorem vitam inhiaret prope oppidũ Sancti Petri de Arlanza per viginti continuos annos in ſumma paupertate vitam duxit, ut cæteros ſuo exemplo induceret ad frugalitatem & obſeruantiam: & in Conuentu Sanctæ Mariæ de Saliceto ad confinia inſignium oppidorum Tendiliæ, & Pennaluerij, prima regularis Obſeruantiæ iecit ſemina, quæ adeò excreuerunt, vt eorum incrementa ad reliquas Hiſpaniarum Prouincias longè lateque demanarint, adiutusque eſt opera ſubſidiaria Fratris Petri à Regalada Pinciani, non ab eo & nomine & reipſa longè diſſimilis: Ambo ſpiritu Dei pleni quatuor loca cõſecuti ſunt, in quibus religioſè viuerent, Dominæ de Saliceto Toletanæ Diœceſis, Aquilariæ, Diœceſis Palentinæ: Tribuli (vulgo del Abrozo) ad ſextum lapidem ab oppido Valliſoleto, & S. Antonij, ſiue San. Iuliani de Capraria, obtinuitque præfatus pater à Concilio Conſtantienſi, & à Martino Quinto, vt in duobus conuentibus, præcipuè in conuentu Aquilariæ, & Tribuli, ſeruentur ſtatuta à Beato Franciſco inſtituta in loco Sanctæ Mariæ de Angelis Aſſiſij: quorum obſeruantia commiſſa fuit patri Fratri Petro Pinciano ſuperius memorato, quibus ſucceſſit Frater Petrus à Sanctoio, qui primò fuit ſecularis Sacerdos, & factus Frater Minor multum profecit in monaſterio Caſtri Xerizij, ac demùm in Conuentu Aquilariæ optimè inſtructus à B. Petro Villacretio, qui poſtquàm ſancta loca inuiſit, in Italiam veniens multa hauſit à Beato Bernardino Senenſi, rediensque in Hiſpaniam ſanctis legibus & præceptis plenus, non multò poſt habuit in Hiſpania conuentus nouem ſub titulo Cuſtodiæ Sanboianæ à nomine tam ſtrenui promotoris. Frater Alphonſus Boroxius Prouincialis Caſtellæ vir doctus & prudens, functus munere Prouincialatus illius Prouinciæ Caſtellæ, dimiſſa laxiori vita, ad Sanctoianam coſtodiam ſe recepit; & regularem Obſeruantiam ſuo exemplo per totam Hiſpaniam propagauit. Obijt accumulato ſibi merito Occaniæ, an. 1469.

F. Petrus Villacretius.

QVOMODO IN PARTIBVS LVSITANIAE *Sancta reformatio fuit propagata.*

ANNO 1378. cum obortum eſſet ſciſma in Eccleſia, quod per quadraginta ferè annos perdurauit, Luſitani Vrbano Sexto, Caſtellani Clemẽti VI. obtemperabant. Interim patres erecta ſibi peculiari prouincia, ab obedientia patrum Prouinciæ Sancti Iacobi ſe ſubduxerunt, inter quos præcipui fuerunt Frater Didacus Arias Aſtur, vir doctiſſimus atq; eg regius concionator, Gondiſaluus Marinus nobilibus ortus natalibus, & in ſeculo antea ditiſſimus, Frater Petrus Alinancus, Frater Alphonſus Saccus, Frater Petrus Diaz, ac Frater Garzias Montanus, profeſſione laicus, relicta Gallecia & Caſtella in Portugalliam profecti ſunt ad Vrbanum Sextum Pontificem Maximum, attendentes quòd præcipit Beatus Pater FRANCISCVS, quòd Fratres ſint ſubiecti

Præcipui obſeruatores Regulæ in Prouincia Luſitaniæ.

Sanctæ

Sanctę Romanę Eccleſię; habueruntque ibidem plura loca, vt Conuentum Sanctę Marię de Moſteyrò ad tertium miliare à Tuicenſi Gallecorum ciuitate, Sancti Pelagij, ac Dominę de Inſula ad Minium amnem, Sancti Clementis de Rupibus. Conceptionis Dominę noſtrę. Sancti Antonij à Caſtaneto ſexta leuca ab vrbe Vlyſſiponenſi. Sanctę Gatherinæ de Carnota non longè ab oppido Alanquerio. Quibus quidem in locis maxima ſanctimonia, & exemplis, vitam duxerunt. ſed reformati Italiæ accuſati fuerunt (dum hæc in Luſitania agerentur) apud Dominos Cardinales, quòd malè de Pontificijs priuilegijs, deque Apoſtolica auctoritate ſentirent. Qua de cauſa centum quinquaginta eorum Romam venere, vt obiectis reſponderent, qui Beatum Ioannem Capiſtranum elegerunt, vt vnus omnium nomine reſponderet, qui tam eleganter & aptè reſpondit, vt non ſolùm ſe, ſuoſque Fratres ab huiuſmodi crimine purgauerit, ſed etiam ſibi & omnibus illis maximam laudem compararit.

DE CAESARENIS.

FLORVIT tempore Diui Antonij de Padua quidam Frater Cæſareus Spirenſis, cuius in præſenti libro frequens incidit mentio; qui videns Seraphicam Religionem à recta viuendi linea declinare, aliquot Patres paupertatis cultores delegit, qui ab auctore Cæſareo Cæſareni dicti ſunt, qui ad annos ſexaginta tres in ſyluis & ſaltibus duram vitam actitarunt, à quibus Ordinis reformatio mirum ſuſcepit incrementum. Fuerunt quidam alij Fratres de Capucio dicti, ſiue de Sancto Euangelio, qui cum parùm perdurauerint, prætermittenda erit eorum mentio. F. Cæſareus.

DE CLARENIS.

CLARENI à Galliæ partibus (vt aliis placet) ortum habuerunt tempore Cœleſtini V. Pontificis Maximi, anno 1294. Erat tunc temporis familia quædam Eremitarum Sancti Franciſci ſub Fratre Angelo Clareno, Cingulano, qui vnà cum alijs obtinuit à prædicto Pontifice facultatem viuendi ſeorſum. Dicebantur autem Clareni à Claro monte, à quo tum ipſe, tum eius ſectatores Clareni appellati ſunt; Clareni vnde. obediebant Epiſcopis, & in Italia habebant quædam loca, Firmi, Spoleti, Camerini, Aſculi, Reate, Fulginei, Aquilæ, Nurſiæ, Ameriæ, diuerſo habitu incedentes, ſcilicet breui habitu, capucio antè & retrò ad cordam vſque, pyramidali forma, cui à tergo pannea lingua hærebat. Quos tempore Sixti IIII. Pontificis Maximi, Frater Petrus Hiſpanus reduxit ad Regulæ obſeruantiam: & à Franciſco Sanſone ſuſcepti ſunt ſub obedientia Generalis Fratrum Minorum. Breue autem Sixti Quarti Pontificis ſic incipit: Eremitis Sancti Franciſci. quod aſſeruatur Aſſiſij in Conuentu Sanctæ Mariæ ab Angelis. Floruit inter Clarenos Frater Ioannes Cingulanus præcipuus inſtitutor, qui nullo magiſtro didicit litteras Græcas. Obijt Frater Angelus in Regno Neapolis.

DE COLETANIS.

COLETANI à Beata Coleta originem ducunt. Fuit autem Beata Coleta Monialis Sanctæ Claræ, genere Burgunda, quæ in manibus Benedicti XIII. Beatę Clarę regulam Nicię profeſſa eſt, quę in Belgica, Celtica, atque Narbonenſi Gallia, & Prouincia Sancti Bonauenturę multa conſtruxit Cœnobia Monialium in obſeruantia regulæ, quę viuentes in maxima paupertate, in dies victum mendicabant: Fratres verò qui in famulatu Monialium ſeruiebant à B. Coleta Coletani dicti ſunt, habueruntq; domus, in quibus pauperem vitam degebant. Vnde profligata ab eis quacunque rerum proprietate, eos priſtino nitori & paupertate reſtituit. Coletani vnde dicti.

Quorum plurimi adhuc iiſdem in partibus ſub præſtitutis ab ea legibus ſanctiſſimè perſeuerant, neque immobiles redditus admittunt, ſola piorum liberali eleemoſyna contenti. Sed mirum, cùm ſe religioſi à tumultu ſecularis frequentiæ ſeparare ſtuduerint, & in ſolitudinibus habitare, quid eſt, quòd frequentius modò in ciuitatibus & oppidis manere ſolent? quaſi voluptuoſius ibi paſcendi, & inquietius, & indeuotius ibi viuant. Ad quod Diuus Bonauentura tres cauſas aſſignat: Vnam propter ſecularium ædificationem, vt promptius eis adſimus, quando requirunt à nobis pœnitentiam, doctrinam ſalutis, & conſilium. Secundam propter indigentiam victualium, quæ in locis deſertis commodè haberi non poſſunt. Tertiam ad maiorem noſtri cuſtodiam & tutelam à latronibus, & ſicarijs.

Quare religioſi habitant frequenter in ciuitatibus.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

VERA

VERA BEATI AMADEI EFFIGIES.



Multa reuelari hic meruit ſibi, quo duce multos
Franciſci accendit Relligionis amor.

DE

DE AMADEIS, ET DE EORVM *Auctore Amadeo.*

FRATRES Amadei, qui alio titulo dicuntur de Pace, auctorem F. Amadeum equitem Luſitanum, qui dictus antea eſt Ioannes Meneſius ex illuſtri familia natus, mater eius fuit filia primi Comitis Villæ regiæ, Frater verò vterinus Diego de Sylua, Comes principalis Portalegrēſis, necnon & pientiſſimæ Sororis Beatricis à Sylua Ordinis Monialium Cōceptionis perilluſtris fundatricis, vnde Cōceptioniſtæ Moniales inſtitutæ ſunt, ille ex Portugallia regione fertiliſſima cum Eleonora Eduardi Luſitaniæ Regis filia, ac Friderici III. Germanorum Imperatoris legitima vxore in Italiam traiecit, cum in bello inter principes Hiſpaniarum moto pugnans vulneratus in brachio fuiſſet: diuinaq; gratia præuentus Eremitis D. Hieronymi Fratribus adiunctus eſt, in Eccleſia B. Virginis de Breſſarono Cremonenſis Diœceſis, apud Caſtrum Leonis, quod Inſubrum eſt oppidum anno ſuæ ætatis vigeſimo, conuertitque Dominus cor eius ad diuinum amorem, vt Amadei nomen retineret: ibi ſola amictus tunica in habitu anachoretico, nudis pedibus incedebat, pane & aqua ſemel in die veſcebatur poſt horam nonam, & ita totam vitam ſuam duxit. erat grauis in ſermone & habitu, breuis erat ſermo eius & ſapientia plenus.

QVOMODO B. AMADEVS A CHRISTO *& B. Franciſco præmonitus, Priori dimiſſo, aſſumpſit habitum ſancti Franciſci.*

CVM ſanctè viueret B. Amadeus in habitu anachoretico, præmonitus fuit à Chriſto Domino, à B. Virgine, & B. FR. vt eo viuendi inſtituto relicto, Aſſiſium ſe conferret, & habitum S. Franciſci ſuſciperet. Annuit diuinæ admonitioni Sanctus vir, & Aſſiſium ſe contulit, vbi cum videretur cunctis ingratus, & contemptibilis, à magiſtro Angelo Peruſino tunc Generali Miniſtro non fuit admiſſus ad ordinem: creſcente tamen bona eius fama à magiſtro Iacobo Sarzuela Generali poſtea togam S. conuerſationis deuotè ſuſcepit, ſub Fratrum laicorum habitu annumeratus: manſitque in ſacro conuentu Aſſiſij tres annos plus minuſve: Cella ipſius erat Eccleſia, exercitiū eius fuit frequens oratio, ſtudiumq; aſſidua diuinarum rerum contemplatio. ſi quidem 14. horas, & decem & octo etiam viſus eſt in oratione nullo interpoſito temporis interuallo perſtitiſſe. erat ſermo eius purus, pius, ſimplex, breuis, ſapientiæ ſale conditus, omnibus erat charus, nulli oneroſus, vel infenſus, aduerſaquæque conſtantiſſimè tolerabat, ieiunijs, & abſtinentijs ſe conficiebat, fuitq; ei ſemel in animo deſiderium martyrij, vnde ob eam cauſam in Bethicam quam Granatā appellāt ſe contulit, ſed ibi ab aduerſarijs velut explorator captus, & verberibus profligatus eſt, neque tamen ab ea re deſtitit, ſed tandem cognoſcens hanc non eſſe Dei voluntatē in Italiam cōmigrauit; cuius exemplo, & vitæ ſanctitate permotus Paulus Secundus Pont. Max. ei Romæ locum Sancti Petri in Vrbis Ianiculo in monte aureo conceſſit, vbi Apoſtolorum princeps confeſſione fidei Cruci affixus occiſusq; fuit. Quem Sixtus Quartus Pont. Max. multis ornatum Priuilegijs Ordini S. Franc. aſcripſit, & hanc ſuam confeſſionem Apoſtolico diplomate confirmauit. B. Amadeum Sacerdotem inſtituit, & in ſuum confeſſarium adhibuit, cui propriæ conſcientiæ punctiones panderet, eo frequenter vtebatur tum in colloquijs familiaribus, tum etiam in grauiſſimis negocijs, habuitque eum ſemper in maxima veneratione: qui licet grauioribus implicaretur negocijs, nihil tamen ſolitæ humilitatis, aut aſperitatis prætermiſit.

Ingens perturbatio B. Amadei.

DE PRAECIPVIS REVELATIONIBVS *quibus intellectus eius fuit à Deo colluſtratus.*

PORRO B. Amadeus Romanæ Curiæ virtutis exemplum, & ſanctitatis norma, plurimis gratijs fuit à Deo locupletatus: nam in quadam ſpecu apud urbis Ianiculum, in monte aureo (vt dictum eſt) habuit plures reuelationes à Deo, nempe de mundi, & Angelorum creatiōne, de plaſmatione Adæ, & eius prolapſione, de

gloria Paradiſi, de ſtatu Romanæ Eccleſiæ: ſcripſit enim ingentem librum, qui fictis imaginibus, & commentis fuit à nonnullis corruptus, vt iam Amadei non ſit.

DE CELEBRI EIVS FAMA QVAE *multos attraxit.*

FRANCISCVS Sfortia Mediolanenſium Dux ad ſe vocatum B. Amadeum ſingulari amore complexus eſt, eiusque precibus vſus eſt inſtātiſſimis apud Deum ad obtinendam exoptatiſſimam prolem, quæ in ducatu ſuccederet, qua obtēta ipſi Frāciſco Duci, & Blancæ eius coniugi in poſterum gratiſſimus, amātiſſimusq; extitit, ab eoq; nuncius, & veluti Angelus pacis miſſus eſt Mantuam ad Pium II. Pont. Max. pro rebus agendis, quæ res etiam in cauſa fuit, vt erga eum magis magisque Dux afficeretur, & locum pro conſtruendo monaſterio Mediolani concederet, habito aſſenſu ſummi Pontificis, ſub titulo S. Mariæ de Pace, eoquòd ibi optatiſſimam ſui ſpiritus pacem aſſecutus eſſet. & quamuis multi æmuli reclamarent, & ſancti viri famā obſcurare niterentur, cępit nihilominus conſtrui locus anno 1466. die vigeſimanona Octobris, tēpore Domini Stephani Foriliuiēſis Archiepiſcopi Mediolani, & magiſtri Franciſci Mariæ Prouincialis Prouinciæ Mediolani. Habuit B. Amadeus pręcipuos quoſdam ſocios ſanctitatis eius æmulatores, vt F. Georgiū de Valle Camonica, F. Aegidium de Monteferrato, F. Ioannem Alemanum, & F. Bonauenturam Cremonenſem, quibus maxime ſuccedentibus nouellus hic Amadeorum Ordo ab eius fundatore anno 1460. feliciter inchoatus, mirum in modum auctus, per Italiam, & præcipuè per Inſubriam dilatari cæpit, adeò vt vigintiocto loca in vnica tantum Prouincia erecta obtinuerit. B. itaq; Amadeus poſt loci de Pace conſtructionem, in hac laudabili vita annis duobus de viginti perſeuerans, accumulato ſibi merito, diem extremum clauſit anno 1482. miraculis inſignis, quæ tot, & tanta ſunt, vt facilè narrari non poſſint, breuitati itaque ſtudens omitto. Locus S. Mariæ de Pace.

DE INSTITVTIONE CAPEROLANORVM.

ANNO 1477. F. Petrus Caperolus, qui regulari Obſeruantiæ in Prouincia Mediolanenſi nomen dederat, Bergomi, Brixiæ, Cremonæ, & quibuſdam alijs in locis quædam extruxit Cœnobia ſub obedientia Conuentualium: obtinuit, vt celebraret Capitulum, & Vicarium eligeret, qui reformatis fratribus præeſſet. Quæ inſtitutio in proximo capitulo Generali ſoluta eſt, & hos conuentus Mediolanenſi Prouinciæ ſunt reſtituti ſub Sanſone Generali.

VERA BEATI MATTHAEI EFFIGIES.



Ecce Capuccini Matthæus nominis auctor,
Seraphici lumen ſuſcitat iſte foci.

D E

DE CAPVCCINIS, ET DE EORVM *origine, & Auctore.*

QVAMVIS de Capuccinorũ inſtitutione & eorum Auctore, non videatur eſſe certa notitia, cum vnicuiq; ſcriptori ſit proprius dicendi modus, com munior tamen ſententia eſt eos originem duxiſſe à F. Matthæo de Baſſo nobili Vmbrorum oppido ad Maridam fluuiũ, ad iugũ Apennini. Qui ab ineunte ætate Chriſtianis inſtitutis imbutus, & diuino numine afflatus, Deo ſeruire diſpoſuit, & in cœnobio Montis Florentini, apud Montẽ Feltriũ, in Vmbria habitum Sancti Franciſci deuotus accepit, inde apud Montẽ Falconũ non longè ab Aſculo, ad Montes Sybillæ, aſperam vitam duxit, cuius quidem exemplo excitati nonnulli ex eodem ordine Minorum de familia, idem vitę genus amplexi ſunt, vt F. Ludouicus Tenalia Foroſempronienſis cum ſuo Fratre germano, qui à Clemente VII. Pontif. Max. obtinuerunt facultatẽ deferendi habitũ Capuccinorum eiuſdem coloris cinericei, ſed tunicam paulò aſperiorem, & villoſam deferebant, cum caputio in vertice acuminato, & ad tunicam conſuto ſine pectorali: facultatem ſimiliter ſucipiendi fratres, & ſeculares ad eundem habitum, & in eo triũ votorum profeſſionem emittendi, iuxta S. F R. inſtitutum; quemadmodum teſtantur literæ Apoſtolicæ ſub an. 1526. die verò 28. Maij pontificatus eiuſdem Clementis, an. III. poſt quarum literarum publicationem quidam alij paulatim ſe illis adiunxerunt, ita vt breui tempore duodecim numerum expleuerint, de quorum conſilio & pari voto Frater Matthæus electus eſt Generalis illorum, per quem vniuerſa regeretur familia, quæ initiũ habuit in loco dicto RENACAVATA prope Camerinũ in Vmbria: Sed Matelicæ, vbi Capitulum celebrabatur, captus fuit à F. Ioanne Fanenſi prouinciali Marchiæ Anconitanę, & in vinculis coniectus fuit, ibiq́ue manſit quatuor menſes, multis ieiunijs & flagellis confectus, ſed ope Dominæ Catherinæ Cibò Camerini Duciſſæ, & Clemẽtis ex ſorore neptis, euaſit. Hęc illuſtris fœmina fauit multum huic ſodalitio, quamuis non ſine multo negocio, & ope ſubſidiaria. Nam ſummo Pontifici, & ſapientibus viris, nouitas iſta habitus inuiſa, & ſuſpecta erat, quippè cùm ſocietates multæ temeritate quadam, vel repentino animi impetu initæ, plerunq; ſoluantur cum dedecore. ideo tempus ad deliberandum ſumptum eſt. Interim Frater Matthæus ad ſuos reuerti iuſſus, qui paulo pòſt ab eodem Pontifice viuẽdi illum modum, & habitum auctoritate Apoſtolica comprobatum retinuit cum nonnullis alijs ſocijs, quorum obſeruantia videtur collapſa vetus & regularis diſciplina ad Maiorum viuendi normam reſtituta, & priſtina religionis ſemina reuiuiſcere conſpiciuntur.

Facultas capuccinorum.

Catherina Cibò

REFELLVNTVR QVI CAPVCCINORVM INSTItutorem alium faciunt à B. Matthæo, cuius vita diſciplina narratur.

QVIDAM doctrina viri hac noſtra ætate conſpicui dicunt, B. Matthæum nõ fuiſſe auctorem, ſed quendam fratrem Paulum Clodienſem; quorum dictum non probo. Fuit iſte Paulus primò presbyter ſecularis ex honeſta Barberiorum familia, qui cùm ſemel intraſſet quandam eccleſiam Clodię, vbi erat vetus quædã imago D. Franciſci in tabula exeſa, cũ habitu non diſſimili ei, quo modò vtuntur Capuccini, hunc ille ſibi habitum elegit, & cum eo eremitã egit aliquod tempus, cum F. Angelico Peruſino ex oppido Fractę in Vmbria, qui poſtea obijt in oppido Pennebilorum Montis Feltrij, in quadam confraternitate S. Mariæ, in eccleſia eremitarum. ſ. Auguſtini, nam ille habitus nondum à Clemente Põt. erat approbatus. Verum cum hoc habitu inceſſit F. Matthæus aliquot annos huc atque illuc circũcurſans, atq; vbiq; locorum verbum Dei annuncians, prout vel rei, vel hominum, quorum cauſa agebatur, poſtulabat occaſio: Cibi parcus, & ab omni voluptate abſtinens; interdicto vſu earum rerum, quibus vita hominum ſubſtat; in ſuis concionibus aſſiduè inferni comminationes obijciebat, vir ſanè in omnibus ſuis actibus probatæ vitæ. Narratur de eo, quòd cùm Carolus V. Hiſpaniarum rex, & Imperator ſemper Auguſtus, ingentes copias in Germaniam contra Lanthgrauium eaſq; robuſtas admodum duxiſſet, F. Matthæus ante milites crucifixi imagine

Excellens Dominus Ioſephus Girlinus Clodienſis Magiſter Capellę S. Marci Venetijs eſt huius menti vt mihi retulit.

Pennebilorũ oppidum.

In Vita Caroli V. Imper. Auguſti.

ginem deferebat, interritus, nullo armorum periculique metu cunctabundus, milites & ipſum Cęſarē animabat ad prælīū dicēs, Quid times Cæſar? aut quæ timoris imago occurrit? Cæſarem fide potius, quàm ferro munitum non lædunt arma, non terrent tormenta ænea, non militaris impetus, aut hoſtium inſidiæ. Tandem reuerſus in Italiā, laboribusq; & ſenio cōfectus obijt Venetijs apud Dominum Hieronymū Murenam, plebanum S. Moyſis, an. 1552. ętatis ſuæ an. LX. eius corpus conditum eſt in Aede D. Frāciſci à Vinea. Huius autem viri fama, & ſociorū eius, cùm omnes fermè partes Italiæ peruaſiſſet, ita deinde Ordo propagatus eſt, vt multa loca hēat, ſuſcipiaturq; & veneretur ab omnibus, vt inferius ſuo loco dicemus, creſcitque in dies mirabili quodam incremento. Hæc ſunt quæ mihi dicenda erāt de his gradibus, quibus inſignitus eſt ſacer ordo Minorum, & in ijs ſtudijs religionis hucuſque exercuit, in quibus adeò floruit, vt omnes Eccleſiæ gradus, & dignitates facilè adeptus ſit, in illiſq; non vulgari cultu emicuerit, vt deinceps patebit.

159

VITAE ET GESTA GENERALIVM PRAEFECTORVM

Franciſcanæ Familiæ,

QVI A B. P. FRANCISCO INSTITVTORE, ET DVCE, CONTINVATA QVADAM SERIE, AD HÆC VSQVE TEMPORA PROCESSERVNT.

Auctore F. Petro Rodulphio Toſsinianenſi
Conuentuali Franciſcano,
In Conuentu Magnæ Domus Venetiarum
Prælectore.



M D LXXXVI.

PRAEFATIO
DE VITIS ET REBVS GESTIS
Generalium Præfectorum Sacri Ordinis Minorum.

ANTIQVA *Generalium Præfectorum in Franciſcana Fa-
milia ſucceſſio, quam breui narratione complexus ſum, Catho-
licæ fidei diſciplinam, & Seraphicæ Religionis normam oſten-
dit; referique dictatores, & generales magiſtros, cenſoréſve
Romanorum; vt annuamus ſuperiori ſimilitudini; atque eos
perſpicuè redarguit, qui temerè hanc ſeriem conuellere, & alia
aliquando, atque nunc dogmata tradita eſſe, docere contendunt.
Generales verò Præfecti Cardinales, & ſummi Pontifices, ali-
quot item Epiſcopi, magna à nobis diligentia conquiſiti, cum expreſſis ad viuum imaginibus
(quæ tamen inueniri potuerunt) ex ipſis vetuſtatis, & obliuionis tenebris educti hic ſunt.
Ex quorum preclaris factis magnam voluptatem conſecuturi ſunt omnes, cùm legerint tan-
torum virorum actiones honeſtiſſimas, eximiam eruditionem, rerum geſtarum commemo-
rationem, & ad dignitates ſublimationem: Quorum ſanctimonia, doctrina, morumq;
honeſtate plurimùm Ordo Minorum, immo tota Eccleſia illuſtrata fuit: Quæ proinde
hominum mores ad bonam frugem inſtituere poſſint, quorum exemplo incenduntur animi*
Antiquorũ exempla quãtum proſint poſteritati. *ad gloriam, vel maximè eorum, qui in religione coaleſcunt, qui & ipſi oculos, & animum
adijcient, atque ſibi vitio, & deſidiæ dandum putabunt, niſi eorum benè acta ſectentur,
quorum habitum, inſtitutaq; delegerint. Quid enim turpius homini accidere poteſt, quàm
ab illis ipſis deſciſcere, quorum auſpicijs, ductibus, & ſanctionibus ſe deuouerit? Hæc
breuius, quàm opus erat, conſcripſi; quia in ſcribendo tam ingenti, & laborioſo opere, vi-
res animus, animum auiditas, auiditatem verò multorum vicit expectatio. Nec ab re
factum iri exiſtimaui, ſi inſignes tanti Ordinis proceres colligerem, cùm etiam D. Hie-*
Sacer Hieronymus eleganti ſtylo deſcripſit illuſtres viros. *ronymus illud ſplendidiſſimum Rom. Eccl. ſydus (vt quamplures ante ipſum taceam) ve-
nuſto eloquio deſcripſerit illuſtres viros, quibus fundata eſt Eccleſia. In quo munere ob-
eundo non adhibui ſtylum tam altum, exquiſitum, & emunctum, vt interpretamentis
egeat: Sed vſus ſum ſtylo florido, & mediocri, vt tam litterati, quàm rudes hoc fru-
ctuoſo opere, ſine labore perfrui poſſint. Propterea quicquid à me proditum eſt non ſine
ingenti lucubratione, atque magno negotio compertum, tu Lector boni, æquiq; conſule,
& ad animi oblectationem, morumq; & ſtudiorum cultum, hæc tibi digna imitatione exem-
pla accommoda, & propone,*

Aeneid. lib. 12. Diſce tibi virtutem ex his, verumq; laborem,

Franciſcanus honos cinerem referente colore eſt
Veſte vti, & raſum ſemper habere caput.



B. P. FRANCISCVS PRIMVS GENERALIS PRAEFECTVS, & Seraphici Ordinis Inſtitutor egregius.

PVLCHRVM eſt videre magnarum rerum initia, quæ plerunque de paruis quaſi ſeminibus in ſummam excreuerunt amplitudinem, ac vires paulatim creſcendo admirabiles quidem ſibi compararunt. Sicut agricola ſæpenumero ſeminat & plantat in ſpe, quòd omnia coaleſcant. Nec auara fuit aliquo tempore mortalibus Dei manus, qui nunquam ſeneſcentem iandiu mundum ope deſtituit, ſed labenti Eccleſiæ conſulens, B. Franciſcum in lucem protulit; cuius rara ſapientia, ſumma doctrina, & ſanctitas omnibus perfecta numeris, quaſſum iam mille modis Chriſtianæ Religionis ædificium tanquã fulcris humerorũ ſubſtentaret. Quod præclarè oſtendit miranda illa viſio Romę facta Innocentio III. Pont. Max. qui cùm varijs implicatus negotiis Franciſcum cum ſociis ſuis ante ſe conſtitutũ indignanter eieciſſet, nocte in ſopore vidit palmam intra pedes ſuos paulatim ſuccreſcere, & in arborem pulcherrimam eleuari. Vnde hac diuina luce edoctus fuit, quòd palma oſtendebat illum pauperem, quem paulò ante à ſe repulerat. B. itaque Franciſcus fundator, & Princeps inclytus Fratrum Minorum, à quo primùm hęc noſtra dignitas defluxit, non alieno adiutus conſilio, ſed diuina ope Seraphicũ Ordinem annos viginti, piè, & cogitatò, moderatus eſt. Errant ergo, qui volunt B. Fran. penulam, pallium, cingulum, & baculum retortum detuliſſe, quibus Eremitas vti videmus. quod ſuperius confutauimus.

Non abfuit vnquam, nec Deus deſtituit hominẽ ſua ſpe.

Sibylla Erithrea in Babylonia orta cæteris celebrior, hæc prænũtiauit, quamuis libri Sybillini, vt author eſt Firmianus lib. 1. de falſa Rel. cap. 6. occultabantur Romanis, nec ipſi niſi a quindecim viris inſpiciebantur.

Verùm à quo B. FRAN. fuerit Generalis electus, eſt mihi incompertum, niſi ſanè diuino numine. Nam anno ætatis ſuæ xxv. plus minusve audiens Euangelij illud, Nolite portare ſacculum, neque peram; reiectis baculo & zona, vnica quidem & protrita contectus tunicula, aſſumpto fune pro cingulo, ad ſeruandam Euangelicam vitam, ad Deo vni ſeruiendum ſe contulit, certò ſciens quòd Rex ille magnificus dat affluenter, & non improperat: ſummaq; in vitæ auſteritate (quantum excogitari poteſt) Deo ſeruiens, ne in eiuſmodi obeundo comminiſterio ab orationis ſtudio retraheretur, poſtea generali præfecturæ, coram omnibus, in Conuentu Fratrum (quod vulgò Capitulum appellamus) ſpontè ceſſit: & ne noua multitudo paſſim ſine duce vagaretur, pro ſe Fratrem Petrum Cataneum Aſſiſiatem instituit, virum ſanè integrum corporis, animiq; viribus, cui omnem operam & reuerentiæ obſequium promiſit: lacrymis ſtillabant Fratres, & vberrimus erat ipſis fletus, qui tanto Duce ſpoliari exiſtimabant. Tunc B. Pater cœlum ſuſpiciens, atque humi procumbens orabat: Domine Deus, hanc quam mihi hactenus concrediſti familiam, atque eius rationem in me ipſo collocaſti, commendatam habeas rogo; nihil enim maiori cura, ſtudio, atq; animi ſolicitudine commendare poſſum & valeo. Atque ita omni priuata commoditate poſthabita, noluit ſecum aliquem eximium ſocium habere, ſed ſubditus manſit ad obitum vſque, dicebat enim quòd ſubiectus præ oculis habere debet prælatum, non vt hominem ſolùm, ſed vt Deum, pro cuius amore illi ſubijci debet, atque omnia patienter ſuſtinere, illud certò ſciens, quòd horridam tempeſtatem placida ſequatur ſerenitas, & in quiete finitur labor. Interim F. Petro Cataneo ab humanis ſublato ſucceſsit F. Helias Vicarius vſq; ad obitum S. Franciſci. Nullus enim fuit auſus eo viuente alium Generalem inſtituere, cui cùm dediſſet B. Pater Regulam, quam in monte Palumbæ compoſuerat, Frater Helias ea perlecta tanquam callidus & vafer diſſimulauit ſe oſcitanter amiſiſſe. Quod videns S. FRAN. ad montem rediens, vigilijs, & ieiunijs illam reſtitui curauit, ac ſi verba de ore altiſſimi exciperet, & per D. Honorium octauo Pontific. ſui anno (vt optauerat) confirmari obtinuit. ſed per F. Heliam Vicarium Ordo rectus fuit vſque ad Sancti obitum, qui de hominibus bene meritus tandem vita functus eſt, & ad æterni Dei viſionem perfruendam aſſumptus.

Lucæ 10.

B. FRAN. ſpontè nullove cogente ceſſit præfecturæ, vt liberius diuinis uacaret.

Pia ad Deum precatio.

Vide quomodo conſtructa ſit Regula ieiunio & oratione in monte Palumbæ auctore IESV Chriſto.

DE CONDITIONIBVS, QVIBVS INSIGNITVS eſſe debet Generalis præfectus ex ſententia B. P. FR.

CVM inſtitutus iam ſit de Generali miniſterio ſermo, profuerit hic probati Generalis explicare conditiones: de quibus etiam ſuprà aliqua tetigimus. Interrogatus B. Pater Franciſcus quid facere deberet Generalis præfectus, Pater tantæ familiæ, Dux tanti exercitus, & Paſtor tam honorati gregis; Talis, ait, debet eſſe, vt poſt matutinam orationem prodeat in publicum, qui attentè audiat neceſſitates Fratrum, viriliter ſe gerat, ducat, & non ducatur, homo omnium horarum, qui habeat ſpeciem pietatis & humilitatis erga omnes, qui abhorreat pecuniam, quæ ſola poteſt corrumpere ſtatum noſtrum, & diſciplinam, qui cognoſcat ſe tanquàm lucernam ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, qui ſola contentus tunica ſimpliciter viuat, & diſcretè, homo qui ſit extra aleam, & omnem humanam curioſitatem, qui ſciat reducere oues perditas & errantes, qui vtatur communi menſa, qui in proſperis non efferatur, neque frangatur in aduerſis; ob oculos habens æquitatem, errata corrigat, qui demum (vt multa paucis perſtringamus) eiuſmodi ſit, qui à cunctis timeatur, & ametur. Talis (dicebat) debet eſſe Generalis præfectus, homo qui priuatis amoribus careat, qui ſit vitæ grauiſſimæ, magnæ diſcretionis, famæ laudabilis; homo qui execretur pecuniam noſtræ profeſſionis & perfectionis præcipuam corruptelam, qui ſe caput imitandum cæteri præbeat, nec lectioni ſit multum intentus, ne detrahat curæ officio, quod erogat ſtudio; qui ſit vtilis, prudens, integer, diligens, ac vno & eodem tempore doceat & faciat, vt ipſius exemplo minores quoque & rudes ad pia opera excitentur. cui demum ſit iuſtitia in exhibendis, prudentia in cauendis, temperantia in abijciendis, fortitudo in perficiendis. ad extremum verò eiuſmodi ſit, qui ſpicas à lolio purgare, vulpes à vineis, & lupos ab ouibus arcere poſſit.

Vide Ioannē Climacum in fine operis.

Lucæ 11. Matth. 5.

Ne ſit oneroſus Fratribus in expenſis.

Nota qualis debet eſſe bonus prælatus ex verbis B. Patris noſtri Franciſci propè finem vitæ ſuæ.

DE REGVLA QVAM B. P. FRANCISCVS propoſuit fratribus ſuis obſeruandam.

B. PATER Franciſcus tres regulas conſtituit, primam confirmauit Innocentius III. Pont. ſed ſine bulla: ſecunda deperdita eſt. Tertiam denique confirmauit Honorius, cuius Bulla hodie quoque ſeruatur in ſacro Conuētu Aſſiſij, quam B. Pater in Monte Palumbæ, Reatinæ ditionis, intra ruptiones quaſdam, & lapidoſas eauernas, quæ mihi aliquando ſpectanti & admiranti metum incutiebant, coram patre Leone, & F. Bonizo Bononienſi (dictante Spiritu ſancto) conſcripſit. Quo audito, congregati plures Miniſtri prouinciales propoſuerunt patri Heliæ, ne nimis dura viuendi norma eos deuinceret: Tūc B. Franciſcus facie in cœlum defixa, dixit: Domine, Nonne dixi, quòd mihi non credent. mox vocem è cœlo delapſam audiuit dicentem, Franciſce quicquid in regula continetur totum Euangelicum eſt, quare ſeruetur ad literam, ad literā, ad literam, & ſine gloſſa. Tūc B. Franciſcus ait Miniſtris, qui aderant. Audiſtis fratres mei & filij chariſſimi, quàm præclarè nobiſcum agatur, Regula quam vobis propono eſt liber vitæ, ſpes ſalutis, arra gloriæ, medulla Euangelij, via crucis, ſtatus perfectionis, clauis Paradiſi, pactum æterni fœderis. Nemo veſtrum eſt, qui ignoret quantum emolumenti conferat nobis ſacra Religio, cum colluctator & aduerſarius noſter ad omnes dolos vel cogitandos, vel explicādos mirus ſit artifex, atque omnia quæ nocere poſſunt, pro laqueis habeat: Vnde quamplures, niſi religionis beneficio muniti eſſent, in ſummū diſcrimen adduxiſſet. Quibus auditis confuſi, & territi fratres illi triſtes abierunt.

Tres regulas hariis tēporibus cōtexiut B.P. Franc.

Perpēdant ij qui Regulam S. Franciſci profitentur ad literam.

QVOD REGVLA B. PATRIS FRANCISCI data eſt per reuelationem Spiritus ſancti.

NVLLA me leuitate, aut temeritate adduci putet aliquis, ſi aſſeruero quòd Regula Min. Fratrum ſancto Franciſco data ſit per reuelationē Spiritus ſancti. nàm cum S. Franciſcus diues eſſet & domi rebus omnibus afflueret, tantam miſeriam, & calamitatem ſponte, & nemine cogente, ſuſcepit eo præſertim tempore, quo Chriſtiana fides, & religio ita refriguerat, vt ille magis ludibrio, & contemptui, quàm honori haberetur. ſimiliter tot tantosq; dolores corporis, & tormenta minimè ſubijſſet, niſi certam aliquam promiſſionem, & reuelationem alicuius maioris boni habuiſſet. Vidimus ſanè temporibus noſtris, & à maioribus noſtris audiuimus, pleroſq; alios hoc ipſum feciſſe. quemadmodum apud Græcos multi fuluum aurum, & ampla prædia neglexerūt, vt ipſam philoſophiam aſſequerētur, ſed Frāciſcus gaudet miſeria, gloriatur obedientia, & ſubiectione, exultat hominum contemptu, & deſpectione. Nec mihi aliqua ratione perſuadere valeo, quòd ipſe temerè, aùt inani aliqua gloria auſus ſit tā egregium facinus, neque opus tantæ virtutis, & perfectionis, poteſt humanæ fragilitati, aut dementiæ acceptum referri. dicendum itaque eſt Beatum Franciſcum habuiſſe reuelationem alicuius boni, quod neque oculus vidit, nec auris audiuit, neque aſcendit in cor hominis. Hoc etiam teſtati ſunt BB. Leo, & Bonizo ſocij B. Franciſci, dictante Spiritu ſancto Regulam ſuam cō ſcripſiſſe; hoc ipſum etiam fatetur B. Franciſcus in ſuo teſtamento, quod ipſe confecit in articulo huius vitæ labentis, ſicut teſtantur Gregorius IX. & Nicolaus III. ſummi Pontifices, cum ait: Nemo oſtendebat mihi quid deberem facere, ſed ipſe Dominus reuelauit mihi, quòd deberem viuere ſecundum formam ſancti Euangelij, & ego paucis verbis, & ſimplicibus feci eam ſcribi. Ex quibus dubio procul tenendum eſt, B. Franciſcum hanc vitam, & regulam accepiſſe à Domino. Legi præterea in quodam vetuſto codice, Franciſcum conſcripſiſſe Regulam, iubente Chriſto; quod etiam confirmat Bonifacius per Nicolaū III. li. 6. de verbo. ſignifica. ca. Exijt. ſic inquiens Pater, Minorum Fratrum, cuius Religio munda, & immaculata eſt, deſcendens à Patre luminum, &c. Hic ego plurimi facio tam illuſtrium teſtium autoritatem, Regulam B. Franciſci fuiſſe per reuelationem Spiritus ſancti probantium.

Regula B. Frā. data eſt per reuelationem.

Multi ampla prædia aſpernati ob ſcientiæ humanæ acquiſitionem.

1. Cor. 2.

Verba D. Frāciſci in teſtamento.

Ex manuſcripto:

DE SEVERITATE QVA VSVS EST B. FRANC. contra Regulæ ſuæ contemptores; & de affectione erga bonos, quibus ipſe benedicebat.

B.Auguſt.de vera Religione.

Quibus vinculis ligatur homo,

CHARISSIME Frater, poſt emiſſum votum oportet, vt incumbas diligenti obſeruationi, quia ſalus tua haud conſiſtit in voti emiſſione, ſed in ſolutione ipſius. B. Auguſtinus religionem dictam putat à religando, quia religationem animarum tribus digitis facit, ſancta obedientia ſubiugante, paupertate alleuante, caſtitate ſubleuante. Obedientia ligat propriam voluntatem, paupertas ligat terrenam cupiditatem, caſtitas ligat carnalem fœditatem. B. Pater noſter Franciſcus communem profeſſionem ardentiſſimè zelans, volebat quòd Fratres apud ſe ſemper haberent regulam, & zelatores regulæ ſingulari amore amplexabatur, & præcipua benedictione eos benedicebat. Hanc enim Regulam ſingulariter dicebat ſuis Fratribus eſſe verbum vitæ, ſpem ſalutis, medullam Euangelij, viam ſalutis, clauem Paradiſi, pactum æterni fœderis; hanc volebat ab omnibus ſciri, & in alleuatione tædij, & memoria præſtiti iuramenti, cum interiori homine confabulari; docuit eam ſemper intentione agendæ vitæ portari præ oculis, & quod maius eſt, cum ipſa debere mori. Præterea Pater ſanctus contra eos, qui in hoc Ordine ſuo aliquam proprietatem, vel pecuniæ receptionem, ſeu aliud contra Regulæ veritatem inducunt, & qui hunc Ordinem, quem præcipuè decorat paupertatis profeſſio totius ſtructuræ ſpiritualis fundamentum, terrenarum rerum puluere præſumpſerint maculare, & maximè qui alios ſuis malis exemplis ſcandalizant, & Ordinem relaxant, maledictionem Dei, & ſuam terribiliter imprecando. aliquando dicebat; A te (inquit) Sanctiſſime Pater, & à tota cœleſti curia, & à me pauperculo ſint maledicti, qui ſuo malo exemplo confundunt, & deſtruunt, quod per ſanctos Patres huius Ordinis ædificaſti, & ędificare non ceſſas. Cùm animarum ſalutem feruidà zelaret ęmulatione, ſuauiſſimis ſe dicebat repleri odoribus, & quaſi vnguento liniri precioſo, cùm ſanctorum Fratrum per orbem exiſtentium odorifera fama multos audiret ad veritatis viam induci, & ex talium auditu exultabat in ſpiritu, ac benedictionibus omni acceptione digniſſimis Fratres illos accumulans, qui verbo & opere ad Chriſti amorem inducerent peccatores. Fratres enim hortans ijs verbis vtebatur. Iſti (inquit) fratres mei hac hora nouiſſima mundi dati ſunt mundo, vt in eis homines impleant, vnde in proximo iudicio à Iudice ſupremo commendentur audientes illud Chriſti ſuauiſſimum verbum: Quod vni ex ijs fratribus minimis feciſtis, mihi feciſtis. Ite (inquit dulcis Pater ad filios) hominibus annunciate pacem, prędicate pœnitentiam in remiſſionem peccatorum, eſtote in tribulationibus patientes, in orationibus vigiles, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti, in moribus graues, in beneficijs grati; quia pro iis omnibus Cœlorum Regnum vobis pręparatur ęternum, quod nobis concedat (mi frater) ille, qui viuit, & regnat trinus, & vnus, & abſque dubio concedet, ſi emiſſa ſeruauerimus vota noſtra, quę illi voluntariè ſpopondimus.

Regula S. FRAN.

Obſerua, quia anno 1258. Alexander IIII. Pôt. Max. rigorem Regulæ prædictæ in multis miſericorditer têperauit, Pontificatus ſui anno 5.

Obſeruantibus Regulā bene precatur D. Franc,

Pia exhortatio,

Matth. 25.

QVANTAE PERFECTIONIS SIT Seraphica Religio.

Sex alæ Seraphicæ, quę velabant Seraphim apud Iſa. cap. 6.

SVMMA perfectio iſtius Regulę, quam vouiſti, ſiue quam uis vouere, & obſeruare, in ſex alis Seraphicis conſiſtit, nempè in omnimoda obedientia, paupertate Euangelica, caſtitate immaculata, humilitate profundiſſima, ſimplicitate pacifica, & charitate Seraphica. Hæc Regula eſt tota in ſacro Euangelio, ac Chriſti, ac Apoſtolorum eius vita, & doctrina fundata, & per ſacrorum Chriſti ſtigmatum mirificam impreſſionem in ipſius corpore inſtitutoris, quaſi ſigillo, bullaque ſupremi Eccleſiæ capitis, & ſponſi, atque Pontificis CHRISTI, roborata; & ita velut talis, & tanquam legitima, rationabilis, humanæ fragilitati proportionata, & obſeruabilis, à Sancta Sede Apoſto-

Apoſtolica multipliciter approbata: præſertim ab Honorio III. Gregorio IX. Innocentio IIII. Nicolao III. & Alexandro IIII. vt diuerſæ literæ Apoſtolicæ deſuper ſub plumbo teſtantur, & vt apertius exprimitur in Decretalibus. Et quia taliter ſub irrefragabili verbo veritatis, & ſacro Euangelio, ac vita Chriſti, & Apoſtolorum eius, ac in fide Eccleſiæ ſanctæ, & ipſius munimine, tanquàm ſupra firmam petram fundata, ſtabilita, ac roborata extitit: ideò vſque ad finem mundi neceſſariò in ſua perfectione, in aliquibus veris obſeruatoribus, & eius defenſoribus, etiam ſub regulari, & perfecta ipſius obedientiæ, & paupertatis forma perſeuerabit, dicente Chriſto Domino ipſius primario fundatore, & præcipuo: Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Et ad hoc ſimilitudinem proponente de domus ſtabilitate ſuper firmam petram fundatæ contra tempeſtates irruentes, & flumina, ventorum flatus, & eiuſmodi. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; prout iam ab exordio Ordinis vſque in præſens, cum iam fluxerint trecenti ſeptuaginta, & decem anni, certa experientia notoriè, palàm, & publicè probauit, & probat, quòd nunquàm deſeruit, nec etiam deſeret Dominus Deus plebem ſuam, quin ſemper ei prouideat, & prouidere debeat de aliquibus veris ipſius regulæ obſeruatoribus, zelatoribus, & defenſoribus, quibus ſemper firma ſtare poſſit in aliquibus, & in multis, non obſtantibus tempeſtatibus moleſtationum aliquorum malorum Prælatorum, & maledictorum Fratrum, & aliorum diuerſi ſtatus perſecutorum, & detractorum; & fluuialibus pluuijs carnalium, glutonum, negligentium, mundanorum, ſuperborum, tepidorum, aridorum, atque relaxatorum Fratrum, quibus noſter Ordo malo ſuadente ſpiritu aliquando claudicauit. & ideo conformiter ad hoc refert Diuus Bonauentura in legenda maiore, quòd cum Sanctus Pater noſter ſemel malis exemplis aliquorum Fratrum turbatus, anxio ſpiritu miſericordem patrem deprecaretur pro filijs reſponſum hoc retulit à Domino: Cur tu pauper homuncio turbaris? Nonne ego talē te conſtitui ſuper regulam, & religionem meam, vt me principalem agnoſcas patronum, atque fidelem paſtorem? Scito quòd ad hoc te conſtitui hominem ſimplicem, vt quę in te fecero, non humanæ induſtriæ, ſed gratiæ ſupernæ aſcribantur; quos ego vocaui ſeruabo, & paſcam, & alijs excidentibus alios ſubrogabo, ita vt ſi nati non fuerint, faciam eos naſci, & quantiſcunque fuerit impulſibus paupercula hæc concuſſa religio, ſalua ſemper meo munere permanebit.

Tit de exceſ. prælatorum cap. nimis. & in 6. de verbo. ſig. cap. exijt

Matth. 24. Luc. 21. Marc. 13. Matth 7. Luc. 22.

D. Bonauentura in legenda maiori.

Verba Chriſti ad D. Fran.

REGVLAE, QVAM TRADIDIT B. Franciſcus, apta diuiſio.

OPPORTVNA quadam methodo, & ſerie, diuiditur Regula B. Franciſci in quatuor præcipuas partes, ad quas cætera omnia reducuntur. In ea ſiquidem ſunt quædam ſub nomine præcepti eminentia. Secundò quædam quæ ſunt æquipollentia præceptis. Tertiò quædam habentia vim præcepti. Quartò ſunt exhortationes regulæ, quę docent bonum facere, & alię malum fugere. Præcepta eminentia ſunt octo, quorum obſeruantia eſt neceſſaria, & eorum tranſgreſſio mortalis, quæ ſuccinctè dicemus, & ſunt illa, quæ ſequuntur: Vt quando dicitur in regula, quòd non licebit eis exire de iſta religione, iuxtà mandatum Domini Papæ. Præcipio firmiter vniuerſis Fratribus, vt nullo modo per ſe, nec per perſonam interpoſitam recipiant denarios, vel pecuniam; Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, vel locum, nec aliquam rem. Præcipio firmiter eis, vt obediant ſuis miniſtris in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare, & non ſunt contraria animæ ſuæ, & regulæ noſtræ. Quintò pręcipio Fratribus vniuerſis, ne habeant ſuſpecta cōſortia, vel conſilia mulierum. Pręcipio firmiter Fratribus vniuerſis, ne ingrediantur monaſteria monacharum. Pręcipio firmiter Fratribus vniuerſis, ut non fiant compatres virorum vel mulierum Per obedientiam iniungo miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum de Sanctę Romanæ Eccleſię Cardinalibus, qui ſit gubernator, protector, &c.

Regulę ī quatuor partes diuiſio.

Præcepta.

Cap. 2.

Cap. 4. 3.

Cap. 6. 4.

Ex. 10. cap.

Ex. 11. cap. 6.

Ex. 11. cap. 7.

Ex. 11, cap. 8.

Aequipollentia ſunt decem, quorum tranſgreſſio eſt mortalis. Primò de non habendo plures tunicas duabus, ſcilicet vnam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. De non ferendis calciamentis, Quod Fratres omnes vilibus veſtimentis induantur. Quòd Clerici faciant diuinum officium ſecundum Ordinē Sanctę Romanæ Eccleſię: & laici dicant 25, pater noſter, &c. ex tertio cap. Quinto, quod ieiunent à feſto omnium

Æquipollentia.

Ex. 2. cap. 2.

Ex. 2 c. 3.

Ex. 2. 4.

San-

Sãctorum vſq; ad Natiuitatem Domini,& ſanctã Quadrageſimam,& in omnibus ſextis ferijs. Et 3.capitu.6. De non equitando extra caſum neceſſitatis, & 3. 7. Quòd miniſtri, & cuſtodes,pro neceſſitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, ſolicitam curam gerant. ex quarto,capitulo octauo,quòd ſi quis fratrum in infirmitatem ceciderit,alij fratres debent illi ſeruire,ſicut vellent ſibi ſeruiri. Ex 6.capitu.nono,Quòd Fratres non prædicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi,cum ab eo illis fuerit contradictũ.Ex.9. capitu. 10.Omnia quæ ponuntur in regula ad formam habitus tàm profeſſorum,quàm nouitiorum, & ad modum receptionis ad profeſſionem ſpectantia, habentur capite ſecundo regulæ.

Vim pręcepti habentia.

Vim præcepti habentia ſunt ſeptem,& eorum trãſgreſſio eſt mortalis: primò quod fratres teneantur fratri Franciſco,& eius ſucceſſoribus obedire,ex primo,ca.2.Nam vbicunq; ponitur hoc verbum,teneantur,illa ſententia æquiualet pręcepto,vel inhibitioni. Quòd ſi qui fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerint,ad ſuos Miniſtros debeant,& poſſint recurrere quamcitius poterunt, ſine mora.ex 7.cap.3.Quod fratres teneantur habere vnum de fratribus iſtius religionis in Generalẽ Miniſtrum.ex 8.ca.4.Quod fratres teneantur obedire generali miniſtro.ex cap.8.5.Quod cuſtodes,& prouinciales teneantur ad capitulum generale conuenire.ex.8. capit.6.Quòd prouinciales miniſtri,& cuſtodes, quibus electio data eſt, ſi viderint miniſtrum Generalem non eſſe idoneum,& ſufficiẽtem ad communem vtilitatem fratrum,teneantur. ex capit.8. ſeptimo. Quicunque fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter Saracenos,vel alios infideles, petant inde licentiam à ſuis miniſtris prouincialibus. Er nota quòd prælati in iſto præcepto dupliciter peccare poſsũt primo in dando,ſecundo in negando.

Exhortationes ad bonum faciẽdum.

Admonitiones,quæ docent bonum facere,ſunt vndecim, & non cadunt ſub pręcepto. Primò.Cõſulo uerò,moneo & exhortor fratres meos in Domino I E S V CHRISTO, vt quando vadunt per mundum,ſint mites,pacifici,modeſti,humiles.ex 3.ca.2.Quòd in quãcunq; domum intrauerint,primùm dicant,pax huic domui. 3.cap.3.Quòd Fratres, quibus Dominus dedit gratiam laborandi,laborent fideliter,& deuotè,ex 5.cap. 4.Qòd quando vadunt pro eleemoſyna non oportet eos verecundari.ca.6.5.eſt illa nobilis admonitio, ſcilicet,hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos Fratres meos chariſſimos hæredes,& reges regni Cœlorum inſtituit.6.cap.6.Quod vbicunque ſunt,& ſe inuenerint,oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe.ex 6.cap.7. Quòd miniſtri ſi ſint presbyteri,cum miſericordia iniungant illis pœnitentiam.cap,7.8.Moneo verò,& exhortor Fratres meos,vt in prædicatione,quam faciunt.ex 9.cap.9.Quòd Fratres qui ſunt miniſtri,& ſerui aliorum fratrum,viſitent,& moneant fratres ſuos charitatiuè.ex ca. 10.Decimò quòd fratres, qui ſunt ſubditi recordentur,quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates.cap. 10. 11. Quòd fratres attendant,quòd ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum Domini, & Sanctam eius operationem.ex ca. 10.

Exhortationes ac malum euitãdum.

Exhortationes, quæ docent malum vitare,ſunt ſex.Primò quòd caueant fratres, & eorum miniſtri,ne ſoliciti ſint de rebus ſuis tẽporalibus ex 2.ca. 2.moneo, & exhortor, ne deſpiciant,neque iudicent homines,quos viderint mollibus veſtimentis indutos ca.3.2.Conſulo verò moneo,& exhortor fratres meos in Domino I E S V CHRISTO, vt quando vadunt per mundum,non litigent, ex 3.cap.4.Cauere debent fratres,ne iraſcantur, & conturbentur propter peccatum alicuius cap.7.Quintò moneo verò,& exhortor in Domino I E S V CHRISTO,vt caueant fratres ab omni ſuperbia,ex 10.cap.6.Quòd Fratres neſcientes literas,non curent literas diſcere.ex cap.10.

Libertates arbitrij.

Animaduerte, quòd alię religiones poſſũt in omnibus diſpenſare cum ſubditis pręterquam i tribus votis eſſentialibus, noſtra autẽ non habet hanc libertatem niſi ex ſpeciali indulto ſedis Apoſtolicæ.

Libertates regulæ,quæ licitè poſſunt fieri,& licitè dimitti,ſunt 6. 1.Quòd fratres ſi voluerint, poſſunt repetiare veſtimenta ſua de ſaccis, & alijs petijs,cum benedictione Dei. ex 2.ca.2.Quòd in quadrageſima,quę incipit ab epiphania,qui voluerint,ieiunent eam. ex 3. ca.3.Quòd Fratres manifeſtę neceſſitatis tempore poſſunt frangere ieiunium ſuũ corporale.4.Quod de omnibus cibis,qui apponuntur eis,licet edere.5.Quòd miniſtri,& cuſtodes poſſint ſinguli,ſi voluerint,fratres ſuos eodem anno ad capitulum cõuocare. 6. Quòd quicunque fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter Saracenos, petant inde licentiam à ſuis prælatis.Et nota iſtas libertates eſſe liberas omnibus fratribus,idcirco dico,quòd prælati peccant grauiter eis obuiando.

Quæ ſeruanda recipiẽtibus intrantes religionem.

Modi ſeruandi à recipientibus intrantes ad ordinem ſunt ſex. Primò,quòd Fratres mittant eos ad ſuos miniſtros.ſecundo, Quòd,miniſtri diligenter examinent eos de fide Catholica.3.Quòd dicant eis,quòd vadant,& vendant omnia ſua, & ea ſtudeant pauperibus

erogare

erogare. Quartò, quòd ſi requiratur ab eis conſilium de rebus ſuis, mittant eos ad aliquos Deum timentes. Quintò, quòd poſtea concedant eis pannos probationis, uidelicet duas tunicas. Sextò, finito uerò anno probationis, recipiantur ad obedientiam.

Sex conditiones intrantium Religionem.

Condiciones verò intrātium ſex. Primò, quod ea, quæ decent Chriſtianum, credant fideliter, & firmiter confiteantur, & vſque in finem ea obſeruent. Secundò, ſi habent vxores, & iam intrauerint in monaſterium, vel ipſæ vxores licentiam præſtiterint. Tertiò, quòd vxores ſint talis ætatis, quòd non poſſit de eis oriri ſuſpicio. Quartò, quòd ſi non potuerint pauperibus bona ſua erogare, ſufficit eis bona voluntas. Quintò, quòd ingredientes liberò faciant de rebus ſuis, quicquid Dominus inſpirauerit eis. Sextò, quòd vxores non habeant, vel ſi habeant, etiam monaſterium intrauerint vxores ipſæ, vt habetur ſupra in ſecunda conditione.

Notandum eſt etiam, quòd quamuis Regula dicat ſic expreſsè: Regula, & vita Min. Fratrum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri IESV CHRISTI ſanctum obſeruare Euangelium, non tenentur Fratres ad conſilia Euangelica alia, quæ non habentur in regula Nico. III. §. in primis, & Clemens V. eodem §.

Fratres tenentur ad omnia illa conſilia Euangelica, quæ habentur in regula, mandantia, & prohibentia tale, vel tale; vt dicunt Nicolaus Tertius, & Clemens Quintus, §. vbi ſupra.

Fratres Minores non obligātur teſtamento Seraphici Patris noſtri Franciſci. Gregorius Nonus §. primo. Nicolaus Tertius. §. cæterum. de conſilio autem benè, vt veri filij, & legitimi, qui cupiunt, & ſummè affectant, exoptantque vltimam tanti ſui patris voluntatem opere adimplere, vt tandem cum illo peruenire mereantur ad beatorum gloriam.

ARGVMENTVM IN REGVLAM Beati Franciſci.

DOMINVS noſter IESVS CHRISTVS tanquam verus ſator, & agricola exijt de ſinu Patris, factus homo, vt ſemen veræ doctrinæ, quo ſalus habetur, in cordibus fidelium, velut in agro fertili plantaret. Quo exemplo adductus B. Pater Franc. Regulam & ipſe dictante Spiritu ſancto conſcripſit, & Fratribus obſeruandam dedit, quam Dominus Innocentius III. approbauit, ſed ſimpliciter, & ſine Bulla. Honorius eandē cōfirmauit, & Bullā fieri mādauit. Nicolaus quoq; tertius regulā ab Innocētio approbatā, & confirmatā ab Honorio, ipſequoq; approbauit, confirmauit, & declarauit, quæ declaratio habetur in 6. Decr. ſub titulo de verborū ſignificatione. Exijt. Grego. IX. Innocen. IIII. Nico. Tertius, Clemens V. & Ioannes XXII. Et ſic declaratam, & approbatam ſolenniter per Eccleſiam oſtenderunt. Quatuor quoque magiſtri Alexander de Ales, F. Ioannes de Rupella, F. Robertus de Baſcia, & F. Rigaldus, tempore F. Haimonis Generalis, iuxta ſenſum, & ſententiam Summorum Pontificum interpretati ſunt: quorum declarationi adhæſit quoque F. Ioannes Pechanus, qui poſtea fuit Epiſcopus Cantuarienſis, in ſua Apologia. Porrò tanta eſt perfectio regulæ huius, quam nobis B. Pater Franciſcus dux inclytus præſcripſit, vt non facilè verbis explicari poſſit. conſiſtit enim in paupertate voluntaria, in puritate cordis, & innocentia, in profunda humilitate, ut oſtendunt nomen, habitus, & corda, in prōpta obedientia, quæ fugit affectiones ſenſus. Noui uires ingenij mei non ſufficere ad tantū munus, ut oculis omnium ſubijciam Seraphicæ Religionis præſtantiam, & præcepta, quibus ipſi regulamur, ut omnem fœditatem à nobis repellamus. experiētia ſiquidem optima rerum magiſtra docet quòd ſi intra gingiuas relicta ſit radix dentis putridi, plus nocet, quàm ſi totus dens ſit putridus: ita ſi in monacho inordinatè ambulante ſuperſit aliquid humanæ fragilitatis, habet malam radicem in corde ſuo: propterea data eſt regula, & modus uiuendi, ut humana ſtudia coerceamus, intellectū, & uoluntatem noſtram redigentes in obſequium fidei, & obedientiæ. Indoluit D. Bonauentura Generalis ſuo tempore de multiplicitate negociorum fratrum, de inani ocio, de pecuniarum receptione, de euagatione plurimorum, de importunis petitionibus, de curioſa ædificiorum ſtructura, de exuberantia diuitiarum affectata, de nimio luxu, vnde paulatim tepuit feruor in uenis; quia profanum eſt ſummæ paupertatis uoluntarium profeſſorem ſe ſe aſſerere, & rerum penuriam nolle pati. O tēpura, ò mores omni malitia plenos, ubi hoc calami-

Quatuor magiſtri Regulam exponentes.

In Apol. Cap. x.

Perfectio Regulæ B. Franciſci.

Simile.

Deploratio F. Bonauenturæ Generalis.

toſo

toſo ſeculo,ruptis clauſtris obedientiæ,violentiæ,maturitas tepeſcente priſtino illo feruore erupit. Venit quidē B.Franciſcus,vt peccatorū obuolutis caligine, lucis exempla monſtraret,liniens vnguento precioſo, ſed argentum noſtris culpis exigentibus verſum eſt in ſcoriam,& vinum mixtum eſt aqua.

BREVIS REGVLAE EXPLICATIO.

Regula vnde dicta.

REGVLA, & vita Fratrum Min. hæc eſt.) Regulam appellauit, quia regulat hominem ad Deum per imitationem,cum ait,Regula, & vita: ad gratiarum actionem pro tot collatis beneficijs. Clerici faciant diuinum officium,extra per prędicationem fratres prædicent: Intra per compaſſionem,ſi quis frater mentem per voluntariam paupertatem. Hęc eſt illa celſitudo altiſſimę paupertatis, quo ad fratres per charitatem. Vbicunque ſunt,& ſe inuenerint fratres) verba regulat per ueri expreſſionem, ſint caſta & examinata,&c. geſtus per compoſitionem,quando fratres vadunt per mundum non litigent; fidem per ſtabilitatem,ſtabiles in fide; vitam per exemplaritatem,ſint mites,pacifici, & modeſti; corpus per rigiditatem,ieiunent à feſto omnium Sanctorū; illata per tranquillitatem cùm ait,quòd debēt habere patiētiā in tribulationibus. Quare apparet quòd Regula B. Frāciſci approbata,& confirmata,habet duodecim capita inſtar. 12. Apoſtolorum,quæ breui expoſitione explicabimus. Et primò ſciendum, Vitam Euangelicam quamuis à CHRISTO IESV inſtitutam,per Apoſtolos eius obſeruatam, vnde Honorius Papa dicebat de B. Franciſco: Beatus ille,qui gratia Dei roboratus hanc regulam fideliter,& deuotè ſeruabit, quoniam omnia, quæ in ea ſcripta ſunt,ſancta,& perfecta ſunt; quoniam illa regula habet teſtimonium Trinitatis ſanctiſſimæ, quam Chriſtus paſſionis ſuæ ſtigmatibus confirmauit. Hæc dicebat Nicolaus Papa. Diabolus tamen humani generis hoſtis perpetuus multa dāna,& hæc quidem grauia intulit: Deus autem, qui nunquam humanum genus deſtituit,Frāciſcum excitauit ad baiulandam Crucem eius,& vt indubia fides ei præſtaretur, præuia reuelatione fuit pręmonitus,ſacrorumq; ſtigmatum inſigni charactere conſignatus. Regula, quam tradidit B.Franciſcus,quàm ſit ſalutifera,ſanctitas proclamat obſeruantium; quàm ſit rationalis,Chriſti inſtituentis ſapientia oſtendit; quàm ſit expetēda,celſitudo hominum ſub hac Deo ſeruientium indicat; quàm ſit autentica,Apoſtolica declarat auctoritas; quàm ſit fructifera,multitudo fratrum ſub ea Chriſto degentium demonſtrat; quam ſit ſpiritualis,patet,quia hominem virtutū eleuat à terris ad cōtemplanda diuina; quàm pacificam vitam reddat humanam inter fluctus vitæ pręſentis,claret: quàm ſit deuota,hinc collige quia docet corde, ore, & opere.

XII. capita regulæ Seraphicæ.

Confirmatio Regulæ B. Franciſci per ſigna.

In duodecim itaq; capita diuiditur Regula,in quorum primo fundamentum iacitur miræ perfectionis, cum dicitur, quòd regula Fratrum Min. eſt ſanctum Chriſti Euangelium obſeruare. Tria ſunt verba obſeruatione digna,viuendo votum: in obedientia votum: ſine proprio votum. Sciens B.Franciſcus quòd omne,quod eſt in mundo,aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, ideo Regulam ſuam inſtituit ad præcauenda dicta vitia; contra ſuperbiam,ponit virtutem obediētiæ: contra auaritiam, paupertatem: contra luxuriam,caſtitatem inducit. F.Franciſcus promittit obedientiam canonicè intrantibus,& Eccleſiæ Romanæ: habet vim præcepti.

Regula in duodecim capita diuiſa, cū in vnoquoque tracti s capite.

1 Ioan. 2.

In ſecundo capite deſpicitur mundus, vnde dicitur: Vendant omnia ſua,in hoc præcepto ſunt conditiones,& præcepta,ſi qui voluerint hanc vitam accipere,& venerint &c. Pręceptum, Vſque in finem firmirer obſeruare. conditio, vxores non habent. conditio, voto continentiæ, iam emiſſo. Conditio, quod non poſſit de eis oriri ſuſpicio. conditio, dicant verbum ſancti Euangelij,quòd vadant. conditio,ſi facere non potuerint ſufficit eis bona voluntas. Pręceptum,ne ſoliciti ſint de rebus ſuis temporalibus. conditio, Quicquid Dominus inſpirauerit eis. conditio, Quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Aequipollens. & caparonē uſque ad cingulum. conditio, Aliud ſecundum Deum aliqnando videatur. conditio. Finito anno probationis promittentes vitam iſtam, & regulam obſeruare. Præceptum. Nemo mittens manum ad aratrum. Aequipollens. Et aliam ſine caputio qui voluerint habere. Aeqnipollens. Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur libertas. reſarcire de ſaccis.

ii. Exhortatio. In tertio capitulo. Hymnus Deo perſoluitur, corpus conteritur. Clerici faciant.

ciant. Aequipollens. Et orent pro defunctis. Aequipollens. uſque ad Natiuitatem Domini, libertas. & ieiunent à feſto omnium Sanctorum. libertas. vſque ad reſurrectionem Domini ieiunent. habet uim præcepti. Alijs temporibus non teneantur. Exhortatio. Et non debent equitare. Aequipollens. in quamcunque domum; Admonitio. Pax huic domui. libertas, et ſecundum ſanctum Euangelium de omnibus Sanctis, &c.

In quarto capitulo cenſus ſiue æs abdicatur, norma oſtenditur veræ miniſtrationis, per ſe vel per interpoſitam perſonam. Aequipollens.

In v. capitulo labor ſupponitur. Fratres illi, &c. Aequipollens de mercede vero laboris. vj. capitulum. Mens à ſeculo ſuſpenditur. Admonitio. Nec oportet eos verecundari. Admonitio. Hęc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis. Admonitio. Et vbicunque ſunt, & ſe inuenerint Fratres oſtendant ſe domeſticos inuicem.

In vj. capitulo. Mens à ſeculo ſuſpenditur, infirmo compatitur. Fratres nihil ſibi approprient. Admonitio. Nec oportet eos verecundari. Admonitio. Hęc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis. Admonitio. Et vbicunque fuerint, & ſe inuenerint Fratres. Aequipollēs. Et ſi quis eorum iu infirmitatem ceciderit; alij Fratres debent ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri.

In vij. capitulo Morbus peccati corripitur. De pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda. Admonitio. Ipſi vero Miniſtri ſi presbyteri ſint. Exhortatio. Et cauere debent ne iraſcantur, & conturbentur propter peccatum alicuius.

In octauo Ordo dirigitur. Vim habet præcepti, vniuerſi Fratres; & ei teneantur firmiter obedire. Vim habet præcepti. Quo decedente electio ſucceſſoris. Vim habet præcepti. Et ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati. libertas. Poſt capitulum verò Penthecoſtes.

In nono cætus ſuſpenditur, verbum proponitur ſanctæ eruditionis. Aquipollens. Fratres nō prædicent in Epiſcopatu alicuius Epiſcopi. Aquipollēs. Et nullus Fratrum. Exhortatio. Moneo quoque, & exhortor eoſdem Fratres.

In decimo culpa corrigitur. Admonitio. Fratres, qui ſunt miniſtri, & ſerui aliorum Fratrum. Admonitio. Fratres verò qui ſunt ſubditi. Pręceptum. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis miniſtris. Aequipollens. Et vbicunque ſunt Fratres. Admonitio. Miniſtri verò charitatiuè, & benignè eos recipiant. Exhortatio, Moneo verò, & exhortor Fratres in Domino vt caueant ab omni ſuperbia, vanagloria, inuidia. Exhortatio. Et non curent neſcientes literas. Admonitio. Sed attendant quòd ſuper omnia deſiderare debent. Admonitio, Et habere humilitatem, & patientiam. Admonitio. Diligite inimicos veſtros.

In vndecimo. Motus reſtringitur, luxus repellitur fræno prohibitionis. Præceptum. Præcipio firmiter vniuerſis, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum. Præceptum. Et ne Ingrediantur monaſteria Monacharum. Præceptum ne fiant compatres virorum, vel mulierum.

In duodecimo. Chriſtus imprimitur, libertas. Quicunque Fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter Saracenos. Præceptum. Petant inde licentiam. Præceptum. Miniſtri verò. Præceptum. Ad hæc per obedientiam. Præceptum. Sanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.

Verum vt aliqua in ſpeciali tangamus in primo capitulo, in quo B. Fran. iacit fundamentum totius Euangelicæ perfectionis, nulla regula, quam ego viderim, incipit ab obſeruantia Euangelij, ſicut regula Fratrum Minorum, vt patet in principio, medio, & fine. perpende quoque humilitatem, & eximiam animi deiectionem B. Franciſci, qui in primis verbis non dicit, Hæc eſt regula mea, ſed dicit Fratrum Minorum; nec dicit, hæc eſt regula, quam ego obſeruaui, non ſe actorem, vel obſeruatorem iactat, vt Chriſtum habeamus prę oculis, & ut intelligamus ſocios eius obſeruaſſe eandem regulam ſpiritualiter, & ad literam. Dicit quoque Fratrum Minorum, quia Minores nuncupantur, ut ſuperius meminimus, & qua ratione id dictum ſit, explicauimus ne intumeſcant. Quod vni ex minimis meis feciſtis. Narratur, quod B. Franciſcus dixit domino Oſtienſi, qui fuit Gregorius Nonus, Fratres mei uocati ſunt Minores ne maiores fieri præſumant. Ipſe uero B. Pater declarauit ſuo met exemplo, quia abdicauit ſe à munere Generalatus, ſeruiebat infirmis, obedire potius cupiebat, quàm præcipere, ſcopis uerrebat Eccleſias, oſtendebat, (ut uno uerbo dicam) omnia humilitatis exempla, uiſu, geſtu, & habitu, ut uerè minor cenſeretur, & eſſet. iſti ſunt primarij lapides huius ſtructuræ, ex quibus templum ædificatum eſt in quadro poſitum. Mirabilis ſanè eſt quadratura uirtutum, ut ſit iuſtitia in exhibendis, prudentia in cauendis,

In primo capite tangit fundamentum totius Euangelicæ perfectionis.

Minores dicti ne minores fieri præſumant.

Matth. 24.

Apoc. 21.

Perfectio obſeruantiæ Regulę in duobus conſiſtit.

temperantia in obijciendis,fortitudo in perficiendis,quibus tendimus ad perfectionis apicē.Perfectio autē obſeruātię regulę duplex habetur,ſcilicet perfectio ſanctitatis,& eccleſiaſticæ poteſtatis,vt quiſque habeat Euangelicam perfectionem, & veneretur Apoſtolicam poteſtatem.Vtrunque tangit B. Franciſcus in regula, primū cum dicit, Regula & vita fratrum Minorum hæc eſt. Secundum cùm ait,Frater Franciſcus promittit obedientiam,& reuerentiam.ipſa itaque Regula innouat hominem,& tranſire facit à Dei contēptu ad Chriſti imitationem,quare dicit in principio Regulæ, Regula & vita Minorum Fratrum hæc eſt.ſecūdo, ab inobediētia ad Dei præceptorū impletionē,cū ait,Frater F R. promittit obediētiā.Tertio à carnis luxu ad eius puritatem,ideò dicit Regula,quòd fratres viuant in puritate,& obſeruent caſtitatem. Quartò à cupiditate ad voluntariam paupertatem, ideo ſine proprio quilibet promittit viuere ſecundum hanc regulam.ſed videamus, an quilibet teneatur ad horum obſeruantiam.

DECLARATIO IOANNIS XXII. PONT. QVÆ *culpa cenſenda ſit modica & leuis in Religione.*

Leuis culpa quæ cenſenda.

PERLECTIS literis veſtris circa abſolutionē excōmunicatorū,vos in eis dubitare perſpeximus,quę eſſet modica aut leuis iniuria,ad quā vobis cōtulimus poteſtatem. Ad quod,cùm ſit facti potius quàm iuris quęſtio, vobis prout poſſumus reſpondemus, illam videlicet modicam impulſionem vel percuſſionem pugni,manus,pedis, digiti,aut baculi, vel lapidis, quæ ad liuorem mutilationemque membri,fractionem dentis, depilationem capillorum nō modicam vel effuſionem ſanguinis nō excedit, nec ſi ad leuiſſimi ictus, aut pugni percuſſionē ſanguis exiret, tranſire in atrocem iniuriam profitemur.propter hoc ſit ab abſolutione talium abſtinēdum, ne iniuriantes de vicina abſolutione confiſi, de facili in atroces percuſſiones, vel iniurias prolabantur.

QVOD IN REGVLA B. FRANCISCI *multa dubia acciderunt.*

TEMPORE Gregorij IX.Pōt.Max.multa dubia in Religione acciderūt: Ipſe verò Pontifex,qui familiariter nouerat ingenium B.Fran.ea declarauit,ne quid dubitationis mentibus Fratrum inhæreret.Vnde fratres, qui ad tollendas difficultates,quæ ex Regula emergebant, ad Apoſtolicam ſedem confluxerant, audito conſilio ſummi Pontificis, læti ad propria rediere.

DE REGVLÆ OBSERVANTIA *Declarationes & reſponſiones Greg. IX. Datæ Anagniæ Pont.ſui an.IIII.ex vaticano tranſumptæ.*

QVO elongati à ſeculo vt columbæ pennis aſſumptis in ſeceſſum contemplationis ſuper vos ipſos altius euolaſtis,eò conſpectius peccatorum iacula præuidetis, & plura quæ conſpicitis ſalutis impedire profectū,cordis veſtri oculus perſcrutatur. Vnde quę tecta ſunt alijs,in conſcientijs ueſtris quandoque ſpiritus manifeſtat, ſed ſplendore intelligentię ſpiritalis caligine humanæ infirmitatis obducto,ſcrupulus interdū dubitationis inducitur & difficultates quaſi inextricabiles ingenerātur. Sanè cōſtitutis nuper in pręſentia noſtra nūtijs,quos vos filij Prouinciales miniſtri miſiſtis,qui eratis in generali Capitulo cōgregati,& ſi filio Generali Miniſtro perſonaliter comparente fuit nobis expoſitum,ꝙ in Regula veſtra quædam dubia, & obſcura,& quædam intellectu difficilia continentur. Sed Sā.

Verba Regulæ à nullo ſunt interpretāda, vel alior ſum extorquenda ex præcepto B. Fran.

mem.beatus Confeſſor Chriſti F R. nolens regulam ſuā per alicuius Fratris interpretationes exponi, mandauit circa vltimum vitæ ſuæ, cuius mandatū ipſius dicitur Teſtamentū, vt verba ipſius Regulæ non gloſſentur,& vt verbis vtamur eiuſdem,quòd ſic, vel ſic intelligi debeant,non dicatur.Adijciens quòd fratres nullo modo aliquas literas ab Apoſtolica ſedę petant,& alia quædā interſerēs,quæ nō poſſent ſine multa difficultate ſeruari, propter

quod

quod hæſitantes an teneamini ad obſeruantiam Teſtamenti prædicti, dubietatem eiuſmodi de conſcientijs veſtris, & Fratruin veſtrorum per nos amoueri petijſtis. Et cum ex longa familiaritate, quã idem Confeſſor nobiſcum habuit, plenius nouerimus intentionem ipſius, & in condendo prædictam regulam, & obtinendo confirmationem ipſius per ſedem Apoſtolicam, ſibi adſtiterimus, dum adhuc eſſemus in minori officio conſtituti, declarari ſimiliter poſtulaſtis dubia, & obſcura Regulæ ſupradictæ, necnon ſuper quibuſdam difficultatibus reſponderi. Sanè quamuis prædictum Chriſti confeſſorem piam intentionem in præfato mandato habuiſſe credamus, & vos iuſtis votis eius, & deſiderijs ſanctis affectetis omnimode conformari: Nos tamen attendentes animarum periculum, & difficultates, quas propter hoc poſſetis incurrere, dubietatem de veſtris cordibus amouendo, ad mandatum illud uos dicimus non teneri. quod ſine conſenſu Fratrum, & maximè Miniſtrorum, quos vniuerſos tangebat, obligare nequiuit, nec ſucceſſorem ſuũ quomodolibet obligauit, cum non habeat imperium par in parem. Ad hæc ſicut per prædictos nuntios intelleximus, dubitatur ab aliquibus Fratrum Minorum, an tam ad conſilia, quàm ad præcepta Euangelij teneantur: tum quia in Regulæ veſtræ habetur principio: Regula, & vita Minorum Fratrum hæc eſt, ſcilicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti Sanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate: tum quia in fine ipſius Regulæ continentur hæc verba, paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus. Vnde ſcire deſiderant, an ad alia Euangelij teneantur conſilia, quàm ad ea, quę in ipſa Regula præceptoriè, vel inhibitoriè ſunt expreſſa, præſertim cum ipſi ad alia non ſe obligare intenderint, & uix, vel nunquàm omnia poſſint ad literam obſeruari. Nos autem breuiter reſpondemus, Vos ad alia conſilia Euangelij non teneri per Regulam, niſi ad ea, ad quæ uos obligaſtis in ipſa. Ad cætera verò tenemini, ſicut reliqui Chriſtiani, & eò magis de bono, & æquo, quò uos obtuliſtis holocauſtum Domino medullatum, per contemptum omnium mundanorum. Item cum in eadem regula ſit inhibitum, ne Fratres recipiant per ſe, vel per alios denarium, vel pecuniam vllo modo, & ipſi hoc in perpetuum obſeruare deſiderent, certiorari requirunt, ſi aliquibus timentibus Domini fideles aliquos, per quos ipſi ſubueniant neceſſitatibus eorundem, ſine offenſione Regulæ audeant præſentare, ac ad fideles eoſdem pro neceſſitatibus ipſis ſecura recurrere conſcientia, cum denarios, aut pecuniam eos nouerint accepiſſe, quos tamen denarios, vel pecuniam auctoritate propria non intendunt facere conſeruari, nec nomine depoſiti exigere ab eiſdem. ſuper quo duximus reſpondendum, quod ſi rem ſibi neceſſariam velint Fratres emere, vel ſolutionem facere pro iam empta, poſſunt, vel nuntium eius, à quo res emitur, vel aliquem alium uolentibus ſibi eleemoſynam facere, niſi idem per ſe, uel per proprios nuncios ſoluere maluerint, præſentare: qui taliter pręſentatus à Fratribus non eſt eorum nuntius, licet pręſentetur ab ipſis, ſed illius potius, cuius mandato ſolutionem facit, ſeu recipientis eandem: idem tamen nuntius ſoluere ſtatim debet, ita quòd de pecunia nihil remaneat penes eum. Si uerò pro alijs imminentibus neceſſitatibus præſentetur, eleemoſynam ſibi commiſſam poteſt, ſicut & Dominus, apud ſpiritualem, uel familiarem Fratrum deponere per ipſum loco, & tempore pro ipſorum neceſſitatibus, ſicut expedire viderit, diſpenſandam. Ad quem etiam Fratres pro eiuſmodi neceſſitatibus poterunt habere recurſum, maximè ſi negligens fuerit, uel neceſſitates ignorauerit eorundem. Præterea cum in ipſa Regula contineatur expreſsè, quòd Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ac ipſi proceſſu temporis contaminari timeant Ordinis paupertatem, præſertim cum iam dixerint aliqui, proprietatem mobilium pertinere ad totum ordinem in communi: Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in hoc animarum dignaremur prouidere periculis, & totius Ordinis puritati. Dicimus itaque quòd nec in communi, nec in ſpeciali debent proprietatem habere, ſed vtenſilium, & librorum, & eorum mobilium, quæ licet habere, Ordo vſum habeat, & Fratres ſecundum quòd Generalis Miniſter, uel Prouincialis diſponendum duxerint, ijs utantur, ſaluo locorum, & domorum dominio illis, ad quos noſcitur pertinere; nec uendi debent mobilia, uel extra Ordinem commutari, aut alienari quoquo modo, niſi Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, qui fuerit Ordinis Gubernator, Generali, ſeu Prouincialibus Miniſtris dederit auctoritatem ſuper hoc, uel aſſenſum. Quia uerò in

Fratres nõ tenentur ad ea, quæ ꝑcipiuntur, vel inhibẽtur in teſtamẽto B.Fr. iuxta declarationẽ Gregorij IX. Innocentij IIII. Nico. III. Alexandri IIII. & Clementis V. & hoc, vel quia B.F. cum nõ fungeretur officio Generalatus ſtatuta generalia edere nõ poſſet: uel ſi fungeretur, nõ poterat ad illa ſuos aſtringere ſucceſſores, cum par in parem poteſtatẽ non habeat.

Ad illa cõſilia Fratres tãtummo o tenentur, quæ in Regula ſunt præceptoria, ve inhibitoria.

Procurator ſecundum Summorum Pontificum declarationes non eſt dicendus perſona interpoſita, quando fuerit à miniſtro vel cuſtode inſtitutus.

Hoc fuit diſpenſatum in Cõcilio Tridẽti. Seſſ. 24. cap. 3.

quodam eiuſdem Regulæ capitulo cõtinetur,vt ſi qui Fratrũ inſtigante humani generis ini
mico mortaliter peccauerint, pro illis peccatis &c. Ipſi piè dubitant, vtrum hoc de pec-
catis publicis tantùm intelligi debeat, an de publicis pariter, & priuatis. Reſpondemus
Decretũ Gregorij de Fratrib. peccantibus.
igitur prædictum capitulum ad manifeſta tantum, & publica pertinere, volentes vt Gene-
ralis Miniſter conſtituat, vel conſtitui faciat tot per prouincias, quot earum Miniſtri vi-
derint expedire de maturioribus, & diſcretioribus Sacerdotibus, qui ſuper priuatis au-
diant pœnitentes, niſi Fratres Miniſtris, aut cuſtodibus ſuis ad loca eorum declinantibus,
Dubitatio circa approbationẽ ꝓdicatoris.
maluerint confiteri. Cæterum cum prohibente Regula nulli Fratrum liceat prædicare po-
pulo, niſi fuerit approbatus &c. certificari petijſtis, vtrum pro laboribus Fratrum, & pe-
riculoſis diſcurſibus euitandis, Generalis Miniſter dictam examinationem, approbatio-
nem, & commiſſionem officij prædicationis, diſcretis aliquibus committere valeat, pro
examinandis generaliter illis, qui in prouinciis ſunt ſtatuti, vel ſpecialiter pro quibuſ-
Reſponſio.
dam. Ad quod damus tale reſponſum, quòd hæc Generalis Miniſter nulli poteſt abſenti
committere, ſed qui examinatione indigere creduntur, mittantur ad ipſum, vel cum Mi-
niſtris Prouincialibus conueniant propter hoc in Capitulo generali. Si qui verò exami-
nari non indigent, pro eo quòd in Theologica facultate, & prædicationis officio ſunt in-
ſtructi, ſi ætatis maturitas, & alia, quæ requiruntur in talibus, conueniant in eiſdem, poſ-
ſunt, niſi quibus Miniſter Generalis contradixerit eo modo, quo dictum eſt, populo præ-
dicare. Quædam inſuper alia dicit, quæ non pertinent ad hoc propoſitum. Dat. Anagniæ.

SOLVTIONES ET DECISIONES QVAESTIONVM, DVBITATIONVMVE in XII. Capitibus Regulæ exortarum.

Primò, An quilibet teneatur obſeruare Conſilia Euangelica, quæ ponuntur in Regula.

CAVSA huius dubitationis ex hoc ortum habet, quia dicit Regula, & vi-
ta Fratrum Minorum &c. Reſpondetur ex ſententia Gregorij IX. Pont.
Sententia Gregorij IX.
Max. quòd non tenentur Fratres ad omnia conſilia Euangelica, ſed ad
ea, ad quæ ipſi ſe obligare intendunt. V. A deriſione ad honoris exhibitio
nem, ideò Regula omnes Fratres ſubijcit viuendo in obedientia. VI. ab
irreuerentia ad venerationem promittit: promittit enim reuerentiam ex
Regula, quilibet Frater Minor. VII. Ab indeuotione Chriſti ad perfectam mundi pro
Chriſto abdicationem; ideo ait, Si quis voluerit hanc vitam recipere. Octauo ab affectu
ſeculi ad Chriſti veram inhæſionem, quia Regula dicit, quòd venientes ad Ordinem om-
nia vendant. Nono, à proximi contemptu ad ipſius ſubleuationem, quòd Regula man-
dat, quòd debeant omnia pauperibus erogare ad Ordinem venientes. Decimo, ab impa-
tientia tentationum ad feruidã macerationẽ: nã Regula dicit, Mollibus nõ indui, nec duas
tunicas haberi. Vndecimo, à laudis appetitu ad ſui deſpectionem: Regula enim dicit, quòd
Fratres poſſint veſtimenta repetiare de ſaccis, & aliis petiis. Duodecimo, à detractione
ad omnium ſalutem, cùm Regula dicit, ꝙ Fratres non deſpiciant, neque iudicent homines.
Ex quibus patet, ꝙ Minorum Regula eſt contra Mundi vitia. patet quomodo rectè poteſt
dici Regula, quia regulat Fratres ſuos quò ad alta per reuerentiam; quò ad data per grati-
tudinem, extra per miſericordiam, quò ad intra per pietatem, quò ad mentem per innocẽ-
tiam, quò ad fratrem per æquitatem, quò ad vocem per puritatẽ, quò ad actum per religio-
ſitatem, quò ad corpus per ſeueritatem, quò ad mores per diſciplinam, quò ad conuerſatio
nem per concordiam: ad alia verò, vt cæteri Chriſtiani, & eò magis, quia ſeipſos obtulerũt
Dictum Innocentij.
Domino ſacrificium medullatum. Dominus Innocentius dicit, quòd Fratres non tenentur
ad omnia conſilia Euangelij, ſed ad ea duntaxat, quæ in ipſa Regula præceptoriè, vel inhi-
bitoriè ſunt expreſſa, vel ſub verbis æquipollentibus, quod addit Dominus Nicolaus Papa:
ad alia verò conſilia tenẽtur propter ſtatum perfectionis: Dominus Clemens Papa reddit
rationẽ huius. Cùm votum cadat ſuper determinatũ & certum, vouens Regulã non poteſt
dici teneri ex vi voti eiuſmodi ad ea cõſilia Euangelica, quę in Regula non ponuntur: quę-
dam ponit cũ ait, viuendo in obedientia, & in caſtitate, quædã alia tacet, & non exprimit.

Mirum itaque eſt quomodo nos, qui promiſimus Regulæ obſeruantiam, & non ſtemus promiſſis, & non obſernantibus Deus ſubtrahit ſua dona à nobis: mirum inquam, quomodo ſuſtineat nos ipſum deridentes, & ſpernentes, non ſolucntes quæ nos ipſi promiſimus. Deus enim eſt patiens redditor, patiens in expectando, redditor in retribuendo. Cùm ergo Regula Fratrum Minorum ſit Domini noſtri, vt dicit Honorius Papa, & Nicolaus: ipſa in ipſo ſacro Euangelio, & vita Chriſti, & exemplo Apoſtolorum fundatur, ſequitur ad ipſius obſeruantiam poſt vitæ huius curſum bonorum cœleſtium perceptio; dictum enim fuit B. Franciſco, quòd regulæ ſuæ obſeruatores habebunt in Cœlo præclaras, & lucidas manſiones; vt poſſimus liquidò diccre cum Paulo: Quicunque hanc Regulam fuerint ſecuti, pax ſuper illos &c. Gal. 6.

IN SECVNDVM CAPVT.

IN hoc capitulo docet mundum deſpiciendum. Vbi ſciendum eſt, cùm hæc Regula ſit tota Apoſtolica, & Eccleſiæ Rom. ſuppoſitus Ordo B. Fran. ponit volentem ingredi de pertinentibus ad præfata duo debere per miniſtros examinari de fide Catholica; De fide Catholica propter primum; & de ſacramentis Eccleſiaſticis propter ſecundum. Qui enim recipiuntur ad Ordinem, debent eſſe fideles, Catholici, de nullo errore ſuſpecti, corpore ſani, animo prompti, legitimè nati, debitis expediti, conditione liberi, nullo excommunicationis vinculo innodati, ad literas capeſcendas apti, & talis conditionis ſint, quòd ipſorum receptio clero, & popnlo, ædificationem non mediocrem, & Ordini decorem afferre poſſit. Dicit deinde, quòd Miniſtri debent dicere volentibus ingredi illud verbum Sancti Euangelij, vt vadant, & vendant &c. ſicut fecit Beatus FRANCISCVS, & eius imitatores, vt Bernardus de Quintaualle, Petrus Cataneus, Egidius, Rufinus, & alij. Nam ſterilis, & paupercula ſimplicitas Sancti Patris quoſdam pepererat, & deſiderabat vniuerſitatem fidelium ad pœnitentiæ lamenta vocatam Chriſto Domino parturire, ſuiſque diſcipulis & imitatoribus dicebat: Confortamini chariſſimi, & gaudete in Domino, nec qnia pauci eſtis, efficiamini triſtes, nec vos terreat mea, vel veſtra ſimplicitas, quia ſicut mihi eſt à Domino in veritate oſtenſum, in magnam multitudinem faciet vos creſcere Deus, ſuaque benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Multi conuertentur ad Dominum, & per vniuerſum mundum multiplicabit Dcus familiam ſuam, & augebit.

De duobus examinandus eſt qui libet ingrediens Religionem.

Booifacius VIII. abſoluit excommunicatos & ſuſpēſos à iure, vel à iudice, obſeruata forma caoonica.

DVBITATIONES.

AN liceat Fratribus rccipere quidquam de bonis ingredientium, ſi donentur. Reſpondetur, quòd donantes ſi ſint ingredientes, eo tunc ſunt liberi, nil obſtat, quòd ſi velint, aliquid donare non poſſint. quilibet enim eſt dominus ſuorum bonorum, ideò diſpenſare poſſunt per modum eleemoſynæ. Solutio.

Secunda dubitatio, an Fratres poſſint inducere ad dandum conuentibus. & Reſpondetur, quòd debent à talibus abſtinere, ne inducant alios ad dandum &c. Dubitatio. Solutio.

Agit quoque de Nouitijs, qui debent recipi ad Ordinem, & in hoc capitulo, cum ait: Finito anno probationis. De anno verò probationis eſt aliqualis dubitatio. dicunt aliqui, quòd annus probationis eſt annus quintusdecimus, quia cum non poſſit aliquis ingredi iuxta antiquas conſtitutiones niſi anno quartodecimo, clarum eſt, quòd annus probationis eſt xv. Honorius Papa mandauit B. Franciſco, & Fratribus, in priuilegio, quod incipit: Cum ſecundum conſilium ſapientis, mandat Papa, quòd infra annum probationis nullum audeant ad profeſſionem recipere. Annus autem probationis ſecundnm Doctores, debet eſſe integer, & non interruptus.

Annos probationis quis.

DVBITATIO.

QVA pœna dignus eſſet, ſi quis aliquem reciperet ad Ordinem infra annũ probationis. Reſpondetur, ꝙ pęna eſt triplex: Prima, quia peccat mortaliter faciendo contra præceptum Domini Papæ, & efficitur inobediens. Secunda, debet puniri à Fratribus pœna graui. Tertia, ſuſpenſi ſunt à receptione cuiuſcunque ad profeſſionem.

Pœna recipientis ad Ordinē infra annum probationis.

Dubitatio.

Sed dubium eſt, ſi aliquis poteſt facere profeſſionem, & non vult, talis eſt profeſſus tacitus, an poſſit redire ad ſecularem vitam. Reſpondetur, quòd cùm ſit profeſſus tacitus non poteſt ad ſecularem vitam redire, ſed oportet eum aliquam religionem intrare.

Solutio.

Sed quia dicitur, quòd regula eſt ſemper obſeruanda, dubium eſſe poteſt, an in omnibus. Reſpondetur, quòd cum in Regula multa ſint, quæ ex profeſſione æquipollent, horum tranſgreſſio ſi fiat ex omiſſione, & ſcienter, & hoc in præceptis negatiuis non eſt ſine mortali peccato.

Quædam verò explicantur in Regula exhortatiuè, quorum tranſgreſſio poteſt eſſe ſine culpa, vt Quadrageſimale ieiunium Epiphaniæ, & alia huiuſmodi multa.

IN TERTIVM CAPVT REGVLAE.

Per Breuiarium quid intelligant quatuor magiſtri.

IN hoc capitulo tria facit B. Franciſcus, primò ad Deum nos ducit per gratiarum actionem; vnde ait, Clerici faciant diuinum officium, ſecundum ordinem Romanæ Eccleſię, ideſt ſe conforment ordinario Eccleſię. Quatuor Magiſtri per Breuiaria intelligunt diuinum officium quo ad Miſſale, & nocturnum, quia in his duobus debent ſe conformare. Et cùm dicit ex quo habere poterunt Breuiaria, non vetuit vſum rerum, immò voluit quòd libri quo ad vſum in communi haberentur, & non in ſpeciali, ſic quoque referebat B. Leo fuiſſe de intentione B. Franciſci. Secundò ordinat in hoc capitulo corpus per opera pœnitentiæ, vt per ieiunium, vbi ait, Fratres debent ieiunare. Sed quia non omnibus Fratribus ineſt eadem valetudo, ſiue ætas, hinc eſt quòd B. Franciſcus diſcretè ſubdit, Tempore manifeſtæ neceſſitatis. vocat autem neceſſitatem, vel ratione ætatis, vel infirmitatis, vel ratione laboris, vel ratione defectus victus, & ſuſtentationis: & cùm neceſſitas eſt manifeſta, tunc non tenentur Fratres ad corporale ieiunium exhibendum: Non eximuntur propterea Fratres iuxta declarationem Clementis à ieiunijs ordinarijs. Tertio ordinat Fratres in hoc capitulo quò ad proximum per opera miſericordiæ, cum ait, Conſulo verò, moneo, & exhortor &c. dicit Fratres, non Frater, vt intelligamus quòd Fratres non debent ire ſoli, ſed aſſociati, quemadmodum faciebat B. Franciſcus quando cœpit habere Fratres. Attende quia Fratres primò prædicare debent opere, deinde verbo: quare debent eſſe ornati virtutibus, vt ſint mites, non reſiſtendo improbitatibus: pacifici, alios nullatenus impetendo; modeſti, in verbis, & factis modum ſeruando: manſueti impetus iraſcibiles refrenando; humiles propriam excellentiam contemnendo; honeſtè loquentes, non ſtultiloquia, aut turpiloquia loquentes; vt erga omnes (ſicut decet) eorum ſermo ſit ſale conditus diuinę ſapientiæ.

Primo vitæ exemplo quam verbo Prædicandũ eſt.

IN QVARTVM CAPITVLVM.

Per denarios quid intelligendum.

IN hoc quarto capitulo interdicit omnem cẽſum, & ponit modum pro infirmis. & notandum ſecundum quatuor Magiſtros, per denarios debemus intelligere pecuniam numeratam; per pecuniam rem omnem, qua vti ſolent homines, vt aurum, argentum, & quicquid tale eſt: dicit verò, nullo modo recipiant pecuniam. iſta receptio, vt notauimus ſuperius in quæſtione de legitima diſpenſatione, fieri poteſt tribus modis, in proprietatem, & non in vſum; in vſum, & non in proprietatem; in proprietatem, & vſum ſimul: receptio in proprietatem prohibetur Fratri Minori, conceditur tamen proprietas quarũdam rerum quò ad vſum. Vnde B. Bonauentura ad innominatum magiſtrum ſic dicit, Si dicas nos tanquàm aduenas & peregrinos debere ire de domo in domum, parcat illi Deus, qui primò hanc ſtultitiam excogitauit: Nonne B. Fran. ædificauit loca? & pergit dicere, ſicut peregrinus relinquens propriam domum, non diligit domum in itinere, ſed vtitur tanquàm aliena domo. Vſus ergo conceditur aliquarum rerum, vt librorum, & veſtium. declarat modum induendi cùm ait, vilibus induantur; habitu enim, & vita videbantur eſſe diſſimiles, vt quaſi ſylueſtres homines viderentur, vnde multi iudicarent eos fatuos, & deceptores. Quamuis omnis vſus diues ſit nobis illicitus; ſed receptio pecuniarum, & denariorum quo ad proprietatem, & ad vſum, prohibetur per ſe conuertendo in proprios vſus; per interpoſitam perſonam, eſt ſua auctoritate alium ſubſtituere.

Receptio pecuniæ fit tribus modis.

B. Bonau. ad innominatum magiſtrum.

Quid ſit recipere pecuniam per interpoſitam perſonam. de quo vide ſuprà cótra Perrini obiectiones.

IN QVINTVM CAPITVLVM.

IN hoc quinto capitulo præcipitur digna occupatio. declarat Nicolaus ꝙ nón eſt præceptum: dicit autem quibus dedit gratiam laborādi. per gratiam intelligit induſtriam, & artem laborandi cum corporis valetudine iuxta dictum D. Hieronymi: Serue Dei ſemper aliquid boni facito, vt Diabolus ſemper té inueniat occupatum. At labor eſt multiplex, in ſtudio veritatis, in exercitio humiliationis, pietatis, charitatis, & cæterarũ virtutum. homó ergó debet ſemper laborare aliquo genere laboris, ne ſit imparatus ad Sathanæ tentamenta. Dicit deindè, ne ſpiritum extinguant: extinguere exponit B. Auguſti. ideſt abſcondere, iuxta illud Teſſ. Spiritum nolite extinguere, ideſt abſcondere. vel extinguere, ideſt occidere, & totaliter opprimere. Ille namque ſpiritum extinguit, qui oratione abiecta, quæ ſunt mundi, carnis, & diaboli ſectatur, & quærit. Dicebat quoque, Fratres, qui ſciẽtiæ curioſitate ducuntur, in die tribulationis inueniẽt manus ſuas vacuas, ideò vellẽ eos magis roborari virtutibus, vt cum tempus venerit tribulationis, ſecum haberẽt in anguſtia Dominum. Nam & ventura eſt tribulatio, in qua libri ad nihilum vtiles in feneſtris, & angulis proijcientur. Neque hoc dicebat, quòd lectio ſacræ ſcripturæ ei diſpliceret, ſed vt à ſuperflua cura diſcendi detraheret vniuerſos: malebat enim Fratres charitate bonos, quã ſpiritu ſcientiæ inflatos. Hugolinus, qui fuit Gregorius Nonus, interrogabat eum non vt ſcientificum, ſed à Deo illuminatum. Quidam à B. Franc. edoctus fuit de quibuſdam, de quibus illum interrogauerat. Theologia huius Sancti Patris puritate, ac contemplatione tanquàm alis, in altum ſubuecta eſt, vt aquila volans: noſtra verò reptat humi, & ventre graditur ſuper terram. Deinde ait, pro mercede laboris neceſſaria recipiant. Quærunt Magiſtri, an liceat accipere quamlibet mercedem. & concludunt, quòd non debent accipere materiam appreciabilem, ſed ſuum laborerium in alterius materiam debent exercere pro habendis neceſſarijs, & hoc humiliter, quia non eſt cum lite petenda merces.

Labor multiplex.

B. Auguſti. in expoſitione Pſal. 37.

Teſſ. v.

Vaticinum B. Fr.

Quæſtio.

Solutio.

IN SEXTVM CAPITVLVM.

IN hoc capitulo ſuſpenditur mens à mundo, & tria facit. Primò docet Fratres ſe totaliter expropriare. Secundò, uelle mendicare. Tertiò, quæ ſunt humilitatis, & charitatis, velle perficere. Nihil ſibi approprient. Appropriare eſt rem in ſuos vſus conuertere; ſua res eſt, quæ tranſit in arbitrij facultatem, vt faciat de ea, quod vult vtendo, donando, vendendo, commutando. Proprietas, & dominium, rerum, quibus vtũtur religioſi, vt declarant Innocentius, Nicolaus, & Clemens, ſunt Eccleſiæ Romanæ. Quoad ſecundum mandat, ꝙ Fratres vadant pro eleemoſyna, quia Dominus ſe fecit pauperem. Quo dicto multi reprehenduntur, qui verecundantur ire pro eleemoſyna: ſed non eſt mendicandum niſi ad neceſſitatem. Quo ad tertium inducit Fratres ad humilitatis, & charitatis exemplum, Quibus omnibus ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino.

Appropriare q̃d ſit.

Non eſt mẽdicandũ niſi ad neceſſitatem.

IN SEPTIMVN CAPITVLVM.

IN hoc capitulo morbum peccati corripit, vbi concedit Generalibus, & Prouincialibus arbitrari de qualitate, & quantitate delictorum, & hoc debet referri ad peccata publica, non autem ad occulta: dicit quoque quòd pœnitentia non eſt dimittenda, ſed cũ miſericordia iniũgenda. quare dicit cũ miſericordia iniungãt illis pęnitẽtiã, quia melius eſt reddere rationem Deo propter miſericordiam, quam ob crudelitatem. Nec debent miniſtri iraſci peccantibus, ideſt corde concitari: nec turbari, id eſt verbis turbationis irritari. Talia enim nõ oſtendunt dilectionem, ſed potius impediunt charitatem fraternam.

IN OCTAVVM CAPITVLVM.

DVO facit B. Fracniſcus in hoc capitulo, tangit Generalis miniſtri inſtitutionem, & deſtitutionem. Secundo Capitulorum Prouincialium celebrationem. Vnũ eſt neceſſarium caput, quoad primum, quia monſtroſum eſt in vno corpore aſſignari duo capita, quare dicit, teneantur ſemper habere vnum miniſtrum Generalem, & hoc caput debet fieri per electionem, non caſu aut fortuitò: dicit autem, hu-

Monſtroſa res eſt plura capita in eodem ordine.

Vniuerſitas quid ſignificat.

ius Vniuerſitatis. Et per Vniuerſitatem intelligit maiorem partem. Per inſufficientiam poteſt Generalis abſolui, inſufficientia autem intelligitur, vel quò ad ſeruitium, vel quò ad perſonam, ſiue propter infirmitatem: debet autem admitti propter cõmunem vtilitatem Fratrum, ideſt vt non ſit Fratribus oneroſus in expenſis, & debet habere alias conditiones, quas dixi. Voluit autẽ Chriſtus diſcipulos ſuos eſſe pauperes propter perfectionẽ paupertatis, & ad vitandam omnem ſpeciem cupiditatis. Quò ad ſecũdum dicit quòd teneantur eligere in cuſtodem. nomine cuſtodis ſecundum quatuor magiſtros, intelligitur Generalis, & nomine cuſtodiæ intelligitur Prouincia, quia forſan in principio religionis cuſtodiæ erant latiores, & fuſiores. dicit Regula, Miniſtri, & cuſtodes, ideſt vna cum cuſtodibus, in ſuis cuſtodijs, ideſt Prouincijs poſſunt Fratres conuocare ad capitulum.

Inſufficiẽtia quid.

Cuſtodis nomine quid intelligitur.

IN NONVM CAPITVLVM.

IN hoc capitulo duo facit B. Franciſcus, primo ponit quandam prohibitionem, ſecundò facit quandam ad Fratres exhortationem. Primò dicit quòd Fratres non prædicent in Epiſcopatu aliquo præter voluntatem Epiſcopi, cùm ait: Nullus audeat populo prædicare, &c. in ſecunda parte huius capituli dicit: Moneo quoque, & exhortor Fratres, vt ſint examinata eorum eloquia, non incauta, aut erronea, vt doctrina fidei per miracula roboretur, & firmetur, quia miris operibus. Illi autem ingenti lætitia perfuſi, & gaudio Spiritus ſancti, cæteros animabant ad prælium. debet quoque verbum prędicatoris eſſe purum abſque vlla admixtione fabularum, vel rerum carnalium. Vnde ait: ſint caſta, ne ſapiant immunditiam, & vanitatem. Salubria debent eſſe verba eius, quæ faciant ad ſalutem populi, ad ædificationem, ad commodum: debent eſſe diſtincta, & non confuſa annunciando uitia, & uirtutes cum breuitate ſermonis. Debet infirmos uerbo cũrare, & bono exemplo puſillanimes roborare, ut bonum agere præſumant, ut homines auaritiam omnium malorum radicem deteſtentur. In his conſiſtit prædicationis ſeries, addit breuitatem cum ait: cum breuitate ſermonis. Sed dubium eſt, quare Chriſtus à principio noluit mittere diſcipulos ſuos ad prædicandum. Reſpondetur, quia Saluator debuit per ſe ipſum populum informare, quia ad hoc fuit miſſus à Deo. Secundò, quia Apoſtoli debebant informari, quare à principio non potuerunt mitti, uel ne aliquis præſumat de ſua electione, & primatu, ſed potius timeat ſuum caſum.

Verbum prædicatoris purum.

Dubitatio.

Solutio.

IN DECIMVM CAPITVLVM.

IN hoc capitulo duo facit B. Franciſcus, ponit Prælatorum Ordinis informationem, & ſubditorum obedientiæ exhibitionem. quòad primum, quædam præmittit, & quædam ſubiungit, quædam præcauet. præmittit, ꝙ prælatis eſt commiſſa ſubditorum cura, & ſi aliquis perdetur ob eorum culpam, & malum exemplum: oportebit reddere rationem coràm Deo. ideò debent uiſitare, ſi aliquid deeſt, ut ſubueniant, nec aliquid committant contra Regulam. Attendant prælati ne ante profeſſionem audeant aliquem obligare, ſicut in Regula Bati Benedicti expreſsè pręcipitur, quod uenienti noulter ad Religionem non facilis tribuatur ingreſſus, ſed probetur ſpiritus an ex Deo ſit, & dura & aſpera, per quæ itur ad Deum, exponantur ut dicatur: Ecce lex ſub qua milltare deſideras. Hoc eſt decretum Gregorij Noni Pont. Max. Datum Interanuę ij. Nou; an. x.

Monet prælatos, ut ſubditos ſuos ament, moneant ſecreto, & lucrentur animam Fratris ſui. Hæc ſubdit, præcauet quoque dicens: Non præcipientes aliquid, quod ſit cõtra Regulam, & contra animam, illud dicitur contra animam, ut peccatum mortale, & incentiuum ad mortale ſiue inductiuum ad illud. quare cauere debent prælati, nè præcipiant aliquid ſubditis ſuis contra animam ſuam, ideſt ne committant peccatum mortale, vel inducant ad mortale. hæc eſt prima pars, quæ ordinat prælatos erga ſuos ſubditos. in ſecunda parte ordinat ſubditos erga ſuos prælatos, cum ait: Fratres, qui ſunt ſubditi, ubi ponit obedientiæ, & humilitatis fundamentum, ut abnegationem propriæ voluntatis recordentur, ait, quia propter Deum abnegauerunt proprias voluntates, ideò debent prælatis ſuis obedire in omnibus, in quibus ſe uoto aſtrinxerunt. dicit S. Bon. quod ſubditi quamuis non

Contra animam eſt peccatũ mortale.

tenean-

teneantur in omnibus obedire ſuis prælatis, vt ſuperius demonſtrauimus, tamen tenentur nullum ſuum præceptum ſpernere. Ponit deinde quandam decentiam cum ait, Vbicunque ſunt fratres, qui non poſſunt Regulam ſpiritualiter obſeruare, hoc eſt ad rigorem, vt exponunt quatuor Magiſtri. in fine huius capituli ponit quaſdam admonitiones tangentes tàm prælatos, quàm ſubditos cum ait: Moneo, ne ſint ela ti, vt caueant ab omni ſuperbia, ne præſumant vltra ſuam vocationem, &c.

IN XI. CAPITVLVM.

IN hoc capitulo inducit Fratres ad ſeruandam caſtitatem mentis, & corporis, & tria præcipit vt uitentur. Mulierum conſortia ſuſpecta. conſortia intelligunt quatuor Magiſtri, quæ conſurgunt, vel ex circũſtantia temporis, loci, & perſonæ. retrahit quoque fratres à frequentia monaſteriorum Monialium, ne ingrediantur monaſteria: vt declinent compaternitates & ſcandala. Ne fiant compatres (ait) quia Iura interdicunt Monachis ne fiant Compatres. Compaternitas ſiquidem contrahitur in ſacramento baptiſmatis, & confirmationis. B. Franciſcus non intendit, vbi vrget neceſſitas, vt ſi puer eſſet in mortis articulo, & nullus eſſet, qui baptizaret, ſed ſolùm vbi nulla ſubeſt neceſſitas.

Conſortia mulierum vitanda.

Compaternitas prohibetur & religioſis.

IN XII. ET VLTIMVM CAPITVLVM.

DVO facit B. Franciſcus in hoc capitulo, oſtẽdit quales debent eſſe fratres qui volunt ire inter ſaracenos: duo reſpicit talis idoneitas, quoad perſonam, & quoad eruditionẽ: in ſecunda mãdat, vt eligatur Cardinalis vnus in protectorem Ordinis, qui non debet ſe impedire niſi in tribus caſibus expreſſis in Regula. Primò, ſi communitas ordinis pedibus Sanctæ Eccleſiæ verá obedientia non eſt ſubiecta. Secundo ſi non eſſet ſtabilis in fide Catholica. Tertio ſi non ſeruaretur Regula promiſſa fundata in Euangelio, tunc poteſt ſe de ordine intromittere, aliter non; & ſi quis vteretur gratia conceſſa à protectore, priuatur illa gratia, & actibus legitimis à Domino Papa, vt patet expreſsè in Bulla Gregorij IX. Hæc, quo ad breuem explanationem regulæ, & ad ſolutiones earum dubitationum, quæ circa illius præcepta exortæ ſunt, dicta ſufficiant.

Ordinis protector in tribus ſe debet ingerere.

DE REGVLIS INSTITVTISQVE *Nouitiorum*.

Optimum eſſe ab adoleſcentia rectè inſtitui.

PLVRA ſunt à nobis iã ab initio præmiſſa, quibus promptũ eſt dignoſcere excellentiam perfectionemque Religionis atq; Regulæ B. P. noſtri Franciſci: vnum adhuc reliquum eſt, quod ad idem maxime pertinet declarandum: id autem eſt, vt oſtendamus, quæ qualiſq; ſit erga Nouitios diſciplina. Cũ enim ſeraphica Religio data ſit ad ędificationem fidelium in fide, & moribus, per verba doctrinæ, & exempla bonæ vitæ plurimum ad eam ædificationem prodeſt bona educatio. Ideo quia à teneris aſſueſcere magnum eſt, & in vnaquaque re maximum quid principium eſt, præſertim iuueni, & tenero cuique, vt inquiunt ſapientes, curandum eſt, vt adoleſcentes, qui ad ordinem recipiuntur, bonis moribus inſtruantur, & eorum ingenia diuinis præceptis excolantur, vt tanquam generoſa propago creſcãt in Vinea Domini, & in dies proficiãt, vt vitæ ſint irreprehẽſibilis, quæ maximè ſibimet prodeſt, & alios ædificat. Sacris quoq; vacẽt literis, ſine quibus nec ſecurè, nec vtiliter poſſent alios docere. Hæc educatio ſtudioſè, ac diligenter adminiſtrata, quantũ in Chriſtiano orbe afferat fructus, & vtilitatis, neminẽ tàm à rebus diuinis auerſum eſſe putamus, qui neſciat, cum hoc ſanctum, & nunquàm ſatis laudatum opus mirabiles in dies fructus pariat, & incrementa producat. Vnde ab Eccleſia cautum eſt, vt pueri erudiantur, lubetque in hac re ſubijcere decretum Concilij Lateranẽſis ſub Leone. X. de educatione puerorum.

Virg. lib. 2. Geor. Adeo in teneris cõſueſcere multũ eſt. & Plato in libro de Repub.

Plato fundamentum Reip. probat eſſe rectã puerorum educationẽ, in lib. de Legibus. De qua etiam Ariſto. in fine Ethic.

SA-

SALVTARE DECRETVM CONCILII LATE-ranenſis ſub Leone X. ſeſſ. IX. de ijs, quibus pueri in ſcholis inſtitui debent.

Gen. 8. Hoc ſapiēter prouiſum fuit, nam ut inquit Horatius, Quo ſemel eſt imbuta recēs, ſeruabit odorem Teſta diu.

CVM omnis ætas ab adoleſcentia prona ſit ad malum, & à teneris aſſuefieri ad bonum, magni ſit operis, & effectus; ſtatuimus, & ordinamus, vt magiſtri ſcholarum, & pręceptores, pueros ſuos, ſiue adoleſcentes nedum in Grammatica, & Rhetorica, ac cæteris huiuſmodi erudire & inſtruere debeât, verùm etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, vt ſunt præcepta diuina, articuli fidei, ſacri hymni, & pſalmi, & Sanctorũ vitæ, diebusq́; feſtiuis nihil aliud eos docere poſſint quàm in rebus ad religionem, & bonos mores pertinentibus, eosq́; in illis inſtruere, hortari, & cogere (inquantum poſſint) teneantur, vt nedum ad Miſſas, ſed etiam ad Veſperas diuinaq́ue officia audienda, ad Eccleſias accedant: & ſimiliter ad prædicationes, & ſermones audiendos impellant, nihilq́ue cõtra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere poſſint.

PRIMA REGVLA INSTITVTIONIS Nouitiorum.

DEBENT itaque Nouitij in primis dare operam, vt ſummo mane è lectulo ſurgant, ac ſurgentes ſigno ſe ſanctæ Crucis aduerſus Diabolum muniant, mox genibus poſitis ad aliquam ſanctam imaginem orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam ter dicant, vt honorem ſanctæ Trinitatis debitum reddant, ſemel verò vt Angelum ad ſui cuſtodiam inuocent, atque his proximè confeſſionem peccatorum, ſymbolum Apoſtolorum, & ſalutem Reginæ matris miſericordiæ addant. Deinde gratias Deo agant de omnibus beneficijs, quæ ab eo acceperint, nimirum quòd ſe creauerit, ſacro baptiſmo donarit, ac demum cœleſtem pollicitus gloriam fuerit. Sono vocati campanæ ſtatim ad chorum feſtinent primi accedentes, iuxta illud, Præparationem cordis tui audiuit auris tua. conſiderent quàm viles ſumus, & deiecti in conſpectu Domini. Sixtus IIII. Pont. Max. addit quòd pulſato diuini officij primo ſigno ducat Magiſter Nuitios proceſſionaliter in Eccleſiam, Pſalmum Miſerere dicentes. Et cum ad aquam benedictam peruenerint, humiliter ibi genuflectant, & ab ipſo Magiſtro aqua benedicta aſpergantur, deinde exhibita prius corpori Dominico reuerentia per oſculũ gradus altaris chorum ingrediantur; ibique quouſque officium inchoetur, in oratione aut meditatione perſiſtant.

B. Bonau. in Ordinario uitę religioſæ.

Pſal. 9.

SECVNDA REGVLA.

INGREDIENTES Eccleſiam luſtrali aqua ſe expient, & in tabella ad id poſita aduentum ſuum ſignificent, mox magno eum ſilentio Chorum ingredientes ſua quiſque loca occupent: attenti ſint dum pſallunt. Vnde Bernardus; Magna eſt abuſio habere os in Choro, & cor in foro. genuflectant ad inuocationem Sanctiſſimi nominis IESV, B. Virginis, & patris noſtri Frãciſci, imagines aperto capite venerentur, nec nõ præſules Chorum intrantes, & omnes homines obſeruantia dignos, religioſos, ac viros grauitate pręſtantes. Dicant cum propheta: Erunt vt cõplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Pſal. 18.

Præterea debent ſtudere, vt ijs virtutibus imbuantur, quæ ſeptem capitalibus vitijs aduerſantur, vt humilitate contra ſuperbiam, liberalitate contra auaritiam, caſtitate cõtra luxuriam, patienria contra iram, abſtinentia contra gulam, amore proximi contra inuidiã, diligentia ſpirituali contra accidiam.

Tertiò curent Nouitij, vt illuſtrentur, & iuuentur ad agnoſcenda & deteſtanda peccata. exigant rationem ab anima de omnibus peccatis, quibus Deum offenderunt cogitationibus, verbis, operibus, ea præcipuè obſeruantes, ad quæ procliuiores ſe ſentiunt. muniãt ſe

frequenter

frequenter ſigno crucis,& præcipuè cùm dormitū eunt,vel è lectulo ſurgunt, vt roborētur aduerſus hoſtes, qui vbique,& omnibus horis tendunt nobis inſidias,atq; vt omnes noſtræ actiones referantur ad honorem,& gloriam Dei: denique, vt ſępius paſſionem & mortem Chriſti commemoremus.

Quartò, gratias Deo agant de tanto beneficio,rogent, vt Deus poſſideat cor eorū.Pijs exercitijs & piorum librorum lectione reficiantur, aut alijs pietatis operibus vacent, à loquacitate abſtineāt, eo cōſilio,vt vitia deteſtētur, & vitā corrigāt,offerant Deo ardētes preces,& gemitus,lugentes, & gementes miſeriam,in quam propter peccatum primorum parētum incidimus,vt dùm lugemus in hac lachrymarum valle,recurramus ad Virginem noſtram aduocatam.

Quintò, quando erit in Clauſtro, clauſtri recordetur Inferni: quod vt euaderet in monaſterij clauſtro voluit ſe includere, ibi illud clauſtrum damnatorum vocatur;ſtudeat in omni loco,& tempore,in omni verbo,& dicto honeſtatem,& humilitatem tenere, quia ſecundum Apoſtolum,corrumpunt bonos mores colloquia mala. verba prius ad limam vadant,quàm ad linguam.Quando vadit per domum,habeat gradus mites, manus continentes,oculos non vagos,ſed demiſſos, quia ſecundum Iſidorum,Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. ſeruandum eſt ſilentium,ut mutum in cunctis ſit os pręter ad tria, ad laudem Dei,ad accuſationem ſui,ad ædificationem proximi. 1.Cor.15. Ibid.

SEXTA REGVLA.

CVM Nouitij menſam ingrediuntur,cogitēt ſe comedere de laboribus pauperum,vt illud verificetur: Antequàm comedam ſuſpiro,non ſit primus in comedendo, & vltimus in finiendo; non curet ſcire quantum, & quid alij comedant. Mens ciborū nimietate laſſata, orationis,& deuotionis perdit vigorem,& vbicunque fuerit ſaturitas, ibidem libido dominatur, & vt Diuus Bernardus ait, Monacho ſatis eſt ad omne condimentum ſal cum pane. Iob 3.

SEPTIMA REGVLA.

CVM peruenerit ad horam dormiendi, affectus cogitatus,& actus, quos in die fecerit, cum amaritudine animę ſtudeat ad memoriam reuocare,& velut faſciculos doloris ante oculos ſuos conſtituat.

VERBA QVIBVS VTITVR NOVITIVS *ante profeſſionem.*

SIC inſtitutus, ſic directus ac inductus Nouitius per emundantem atque expiantem diſciplinam, denique deueniens ad profeſſionem ſic ex corde prędfatur, Vellem ac maiorem in modum cuperem, digniſſime Pater, Doctores inſignes, patresque colendiſſimi, hanc intrare Religionem, & eam regulam profiteri, quam cęteri de more profitentur; Verùm quia me indignum iudico, precor uos in charitate ut hanc meam uoluntatem benignè excipiatis.

DECEM PERFECTIONES B. FRANCISCI, *quibus etiam vnuſquiſque debet animum ſuum informare.*

SATIS præfati hactenus ſumus, quæ dicenda videbātur circa tātam Religionem & de ipſius Regula,nunc par eſt etiam quædam libare de earum auctore, parentę q; B.Franciſco ad hoc tantùm,vt cùm opera arguant auctorem, & a fructibus ſuis cognoſcatur quiſq;,inde intelligamus quantus qualiſùe fuerit ſanctus ille vir, & ad illa eadē vnuſquiſq; ſtudeat ſuos mores ſuamq; vitā dirigere & componere. Ergo hic ea ſolum enumeramus, quæ in eo eminere ſunt viſa,quibus optimè ille de genere humanibus

no meritus, effectuq; Deo chariſſimus, inter Diuos abſq; dubio debuit collocari, & ab omnibus coli, de cuius feſti celebratione, & corporis translatione ſubnectemus, quas vidimus in Vaticano, Gregorij ſummi Pontif. ſanctiones.

Prima itaq; perfectio eſt, quod conabatur totis viribus dolere pro peccatis, & libenter ea cōfitebatur. Nihil perturbabat, aut inquietabat eius mentem, nihil diſtrahebat eū ad mundū, qui abſq; ſolicitudine viuebat. Alios gradus veræ perfectionis ponit B. Benedictus in Regula, quam exponit Beatus Bernard. quos enumerat Climachus in xxv. ſcalarum ſuarum gradu.

Secūda erat, quòd omnem creaturam ſupra ſe ponebat, & ſe infrà, quia (vt ipſe dicebat) offenderat illum, qui fecit omnem creaturam.

Tertia eſt Dei dilectio, quia cor ſuum omni mundana cura purgabat, ideò cor ſuū proijciebat in Chriſtum, cui intentus erat in omni loco, & tempore, nullam de hoc mundo curam habens, quæ ipſum ſolicitaret; dixit enim ſemel Epiſcopo Aſſiſij, cum ab eo audiret; Dura eſt nimis vita tua nihil in hoc ſeculo poſſidere: Reſpondens B. Franciſcus, Domine, ſi poſſeſſiones haberemus, nobis eſſent neceſſaria arma ad noſtram protectionem, nam inde oriuntur quæſtiones, & lites.

Quarta erat tantæ patientiæ, quòd ei, qui malum inferebat, conabatur eum plus diligere, & confouere malum, exiſtimans eſſe Dei nuncium, ita opere docebat, & verbo, Chriſti exemplo, qui cœpit primùm facere, & poſtea docere, ſtultum putabat humanis extolli fauoribus, malens vituperium ſuum potius audire, quàm laudem.

Quinta, diligebat omnes bonos, malis autem compatiebatur, & ſe viliorem omnibus reputabat, etiam peſſimis, & perditiſſimis hominibus. Quando audiebat malum de aliquo, vel excuſabat, vel audiendo triſtabatur, vel ſagaciter in aliam materiam deflectebat.

Sexta, maximè increpantes ſe diligebat, & illata conuicia, ſtultum autem putabat humanis extolli fauoribus, gaudebat opprobrijs, laudibus triſtabatur, malebat de ſe vituperium audire, quàm laudem: cupiebat vocari ruſticus, & vilis, & ſi qua verba eiuſmodi obijcerentur, reſpōdebat: Benedicat tibi Deus fili chariſſime, quia tu veriſſima loqueris, & vt cunctis deſpicabilem ſe oſtenderet, cunctis defectus proprios referebat. & cum cerneret animas ſanguine Chriſti pretioſo redemptas inquinari aliqua ſorde peccati, tanta miſerationis teneritudine, & cordiali pietate eas deflebat, vt veluti mater pijſſima quotidie parturiret. ſaluti enim animarum nihil præficiendum eſſe dicebat. Vnde piè aliquoties auditus eſt à Fratribus ipſum piè obſeruantibus, clamoſis gemitibus diuinam pro peccatoribus implorare clementiam.

Septima, omnibus ſeruiebat libenter, & vix ab aliquo ſibi ſeruiri acquieſcebat, reputans ſe indignum omni ſeruitio, ſciensq; quòd Chriſtus venit miniſtrare, & non miniſtrari.

Octaua, recogitabat omnia diuina beneficia, & de eis gratias agebat.

Nona, Cuſtodiebat linguam ſuam, illud certo ſciens, quòd qui nec verbo offendit, hic perfectus eſt.

Decima perfectio, cauebat ſuper omnia, vt in omni verbo eius eſſet veritas, bonitas, & humilitas: quia verbū hominis dēt incipere in charitate, proficere in bonitate, terminare in humilitate, vt caueat omniâ aduerſa, quæ in hoc mundo ſunt. Siquidem in mundo reperitur contemptus Dei, inobedientia mandatorum eius, carnis incendium, auaritiæ cupido, deriſio ſeruorum Dei, irreuerentia ad omnes, infidelitas ad Chriſtum, affectio ſeculi, deſpectio paupertatis, impatientia ad ſufferendas tentationes, laudis appetitus, detractio praua, delectatio immunda, ventris ingluuies, aſſidua iurgia, vilipenſio proximi, linguæ procacitas, paruipenſio Cœli, terrenorum immoderatus affectus, vilium anxietas, ſallacia, & inquietudo. Tanta autem fuit perfectio in B. Franciſco, vt Diabolus præſentiam eius ferre non potuerit.

STATVI-

STATVITVR DIES CELEBRATIONIS FESTI Sancti Franciſci.

G R E G O R I V S &c.

Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Eccleſiarum Prælatis per Regnum Franciæ conſtitutis.

SICVT Scalæ aureæ, quas uidit Ioannes plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sāctorum in conſpectu Altiſſimi, ad abolēdam noſtrorum criminum corruptelam, odorem ſuauitatis emittunt; ita ſaluti noſtrę credimus plurimum expedire, ſi eorum in terris celebrem habeamus memoriam, ipſorum merita ſolennibus recolendo præconijs, quorum in cœlis ſperamus interceſſionibus aſſiduis adiuuari. Sanè cùm de conuerſatione, vita, & meritis B. Franciſci inſtitutoris, & Rectoris ordinis Fratrum Minorum (qui iuxta conſilium Saluatoris contemptis trāſitorijs & terrenis, iuxta promiſſionem eiuſdem ad cœleſtia præmia feliciter, & æterna peruenit, cuius vita, & fama præclara peccatorum depulſa caligine ambulantes in regione vmbræ mortis, de peccatorum tenebris ad pœnitentiæ viam vocat, quorum tam virorum, quàm mulierum ad fidem Eccleſiæ roborandam, & confutandam hæreticam prauitatem viuit adhuc, & viget non modica multitudo) tam per Vos, quàm per multos alios fide dignos, qui miracula quæ Deus per illius ſancti viri merita operatur, plenius cognouerūt, certiores effecti, auditis etiam eius virtutibus & miraculorum inſignijs, & quòd inter carnales ſpiritualiter, & inter homines etiā conuerſationem Angelicam habuiſſet, Ipſum, qui corporaliter diſſolutus cum Chriſto eſſe meruit in cęleſtibus (ne ipſius honori debito, & glorię detrahere quodammodo videremur, ſi glorificatum à Domino permitteremus vlterius humana deuotione priuari) de fratrum noſtrorum conſilio, & prælatorum omnium, qui tunc temporis apud ſedem Apoſtolicam conſiſtebāt, Sanctorum Catalogo duximus aſcribendum. Cùm igitur eius lucerna ſic arſerit hactenus in hoc mundo, quòd per Dei gratiam iam non ſub modio, ſed ſuper candelabrum meruerit collocari V. u. to. mo. ardentius exhor. per A. S. mād. quatenus deuotionem fidelium ad venerationem ipſius ſalubriter excitantes, feſtiuitatem eius, Quinto Non Octob. Annis ſingulis excolatis, & pronuntietis conſtituto die ſpecialiter excolendam, vt eius precibus Dominus exoratus ſuam vobis gratiam tribuat in præſenti & gloriam in futuro. Datum Peruſij vij. Id. Iulij Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Fidele teſtimonitū miraculorū B. Franciſci.

Statuta dies celebrationis eius feſti.

IN TRANSLATIONE CORPORIS Sancti Franciſci, Indulgentiæ.

G R E G O R I V S &c.

Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum in Generali Capitulo conſtitutis.

MIRIFICANS miſericordias ſuas Dominus, quæ ſuper omnia eius opera ſunt, vt vnicæ ſuæ ſponſæ renouet ſicut Aquilæ iuuentutem, innouat ſigna, & immutat mirabilia fulgura, & pluuiam faciendo, dum Eccleſiæ filios legitimè hic certantes feliciter in cœlo coronans, & quorum animas beata immortalitate glorificauit, in patria, horum corpora miraculorum coruſcatione in terra clarificans, matrē ſalutis gaudio reficit, & fœcunditatis rore perfundit. Sic enim fides Eccleſiæ roboratur, conualeſcit ſpes, & charitas recaleſcit; ſic confutatur hæretica prauitas, lapſus delinquentiū cohibetur, & inducitur conuerſio peccatorum. Quare inter preſſuras innumeras, & anguſtias infinitas, quas plus ferre poſſumus quam referre, conſolationis, & gaudij materiam reſumentes, gratas,

& laudes

& laudes, quas poſſumus referimus redẽptori, qui Beatũ FR. patrẽ noſtrũ, & ueſtrũ: fortè autẽ magis noſtrũ quã omniũ veſtrũ adhuc in carne viuẽtẽ inſignibus præueniẽs muneribus gratiarum, tanta nũc eũ cũ ipſo regnãtem clarificat gloria, quòd præter alias virtutes magnificas nuper in Theutonia ipſius Sancti celebri nomine inuocato mortuum mirificè ſuſcitauit, ſicut nobis eſt ſolenniter intimatum, vt nos in eiuſdem Sancti magis, ac magis pro amore ſuccenſi totis affectibus in ipſius laudibus delectemur, ſperantes vt, qnos in ſeculo extra ſeculum uiuens tota mẽte dilexit, & nos nunc charius amplexatus, quò illum, qui eſt vera charitas, vicinius intuetur, quo nobis intercedere non deſiſtat, & vos, quos idem in Chriſto regenerans in abundantia diuitiarum altiſſimæ paupertatis reliquit hæredes, gerentes in intimis uiſceribus charitatis ad profectum ordinis noſtri aſpiramus ardenter, propoſita nobis ſpe: quòd veſtrarum orationum ſuffragijs, noſtrarum tolerantia paſſionum nobis proueniet in ſalutem. Verùm vt patrem laudabiliter imitantes peruenire mereamini, quò ipſe peruenit, Vniuerſitatem veſtram rogamus, & obſecramus in Domino IESV CHRISTO per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, vt quemadmodum accepiſtis à Beatiſſimo Patre veſtro, mortificationem IESV circumferentes in corporibus veſtris, vt vita IESV manifeſtetur in vobis, veræ humilitatis gloriam amplexati; armemini circumquaque inexpugnabili patientiæ armatura, obedientiam, quæ inter alias obſeruantias regulares præcipua reputatur, necnon alia regularia ſtatuta Patris prædicti inuiolabiliter ſeruaturi. Cùm enim ſpectaculum facti ſitis mundo, Angelis, & hominibus, neceſſe habetis taliter conuerſari, vt benefacientes imprudentum hominum ignorantiam obmuteſcere faciatis, quin potius ex bonis vos conſiderantes operibus glorificetis Deum, & Beatum Franciſcum dignis laudibus præconizetis. Cæterum cùm glorioſiſſimum corpus Sancti prædicti ad Eccleſiam ipſius nomine dedicandam cupiatis deuotè transferre, nos deſiderium veſtrum fauore debito proſequentes, quia dignum eſt vt veneremur in terris, qnem Dominus ſic honorat in cœlis, de miſericordia IESV Chriſti, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate confiſi, omnibus, qui ad tranſlationis eius ſolennia deuotè conuenerint, vel vſque ad natiuitatem Virginis glorioſæ proximè venturam ipſius eccleſiam viſitauerint, tranſfretantibus mare tres annos, tranſeuntibus Alpes duos, & cæteris vnum, & qui in anniuerſario tranſlationis illuc vſque ad octauam diem reuerenter acceſſerint, annum ſimiliter de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Lateran. xvij. Kal. Iunij, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

1.Pet.2.

De translatione corporis B. Franciſci.

DE PRIVILEGIIS QVIBVS SVMMI Pontifices hanc noſtram Religionem decorarunt, velut quibuſdam propoſitis præmijs.

SVMMI Pontifices vidẽtes ſacrũ Ordinem B. F. ab eius inſtitutione vberes produxiſſe fructus & ſubinde in dies producere, cæterosque ſuorum exemplo ad opera pietatis inducere, propterea multis gratijs & fauoribus eum ſemper proſecuti ſunt.

In primis Innocentius Quartus, Alexan. IIII. Benedictus Secundus, Martinus Quintus, vt patet in compendio priuilegiorum titulo Abbas 5. parte. 1. 2. 3. 4. & par. 14. titulo apoſtatæ; decreuerũt, & præceperunt, ut ſub pœna excom. ipſo facto incurrendæ, ne prætextu quarumcunque literarum à Sede Apoſtolica generaliter obtentarum, ſeu obtinendarum, quæ de præſentibus literis non facerẽt mẽtionem plenam, & expreſſam, non recipiant Fratres profeſſos ordinis Minorum cęteri ordines, dempto Chartuſianorum, & hoc de licẽtia in ſcriptis ſuperiorum Prouincialiũ ſeu Generalis. vide Comp. §. 24. titulo prędicto.

Secundò Sorores San. Clarę, & tertij Ordinis S. Franciſci nil penitus poſſunt agere circa bona ſpiritualia, & temporalia, niſi de licentia Miniſtrorum Prouincialium, ſeu Generalis miniſtri: ſcilicet abbatiſſam eligere: nec deponere, ſeu miniſtras: niſi maior pars ad minns mediata conuenerit: nec aliquam ad religionem, nec profeſſionem, nec aliquem in capellanum recipere, aut receptum retinere, ſeu receptas, niſi de conſenſu prædictorum, nec abbatiſſa vltra ſuum tempus poteſt retinere officium, niſi de licentia

ſupe-

ſuperiorum prædictorum, ſub pœna excommunicationis, & aliis pœnis ad arbitrium prædictorum, nec bona temporalia alienare, vendere, commutare poſſunt, niſi de conſenſu dictorum, & duarum partium ſororum conuentuum, ſeu domorum, nec etiam locare, vt patet in dicto compendio, titulo Abbatiſſa. §. 1. vſque ad 10.

Tertio conceſſum eſt Generali Miniſtro, & Prouincialibus, poſſe abſoluere ſuos Fratres, qui incurrunt excommunic. maiorem, niſi meritò eſſent ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi propter caſus, ſiue exceſſus enormitatem: vt pote de hæreſi notoria. vide abſol. ordinariam, §. 1. 2.

Quarto Guardiani, & cæteri Prælati ſuperiores habent iuriſdictionem ordinariam ſuper ſuos Fratres, ipſosq; ligare, & ſoluere poſſunt, iuxta ſtatuta Ordinis, vt patet in titulo, abſol. ordinaria par. 3. & poſt, par. 27.

Quinto Generalis, & Prouinciales Miniſtri, eorumque vices gerentes poſſunt abſoluere nouitios ab excomm. & cum illis diſpenſare de ſuſpenſione, & irregularitate: etiam ſi poſt profeſſionem ſe recoluerint talibus in ſeculo fuiſſe ſententijs innodatos; & hoc cum forma canonica, in quas tamen ſententias priſtinas relabuntur ipſi nouitij, niſi perſeuerauerint in Ordine. vide vbi ſuprà, §. 4.

Sexto Generalis, & ſinguli Prouinciales Miniſtri, & eorum Vicarij, ac etiam cuſtodes in cuſtodiis ſibi commiſſis, Fratribus ibidem conſtitutis, necnon Fratribus alijs eiuſdem Ordinis interdum ad eos declinantibus vndecunque abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, ſiue ante ingreſſum Religionis, ſiue poſt in caſibus exceſſerint, pro quibus excommunicati vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrerint ſententias à iure, vel à iudice generaliter promulgatas, valeant impartiri beneficium abſolutionis, & diſpenſationis: ac ſimiliter, quòd Fratres, quos Generalis, & Prouinciales Miniſtri, & cuſtodes elegerint in proprios confeſſores, poſſint eis dicta impertiri, niſi adeò fuerit grauis, & enormis exceſſus, quòd meritò ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi. vide in Compendio, in §. vigeſimo tituli prædicti, & inuenies caſus Apoſtolicæ Sedi reſeruatos. etiam vide Compendium, §. 6.

Septimo Prælati Regni Caſtellæ poſſunt ſuos perpetuò donatos, ſeu oblatos præſentes, & futuros, & quoſcunque pro tempore famulos ab omnibus, & ſingulis caſibus, præterquam Sedi Apoſtolicæ deſtinatis; necnon ab omnib. & ſingulis huiuſmodi cenſuris ſupradictis, quas ex ignorantia, vel inaduertentia incurrerint, abſoluere, eisque Euchariſtiæ ſacramentum, ac extremæ vnctionis, & alia ſacramenta miniſtrare toties, quoties neceſſarium fuerit: Et ſubditi de licentia Prælatorum ſuorum poſſunt eadem miniſtrare illis, vt patet vbi ſuprà, in Compendio, §. 2.

Octauo Confeſſores Monialium, ſeu Frater eiuſdem Ordinis ad hoc per Prouincialem deputatus pro tempore: poſſunt abſoluere ſorores, & earum ſeruitrices ab omnibus caſibus, præterquàm ſanctæ Sedi reſeruatis, quoties fuerit opportunum, & ſacramenta Eccleſiæ eis miniſtrare minimè requiſita diœceſanorum Epiſcoporum, & cuiuſcunque alterius licentia. vide vbi ſuprà, in Compen. §. 8.

Nono. Hic notandum eſt, nos non poſſe vti ſupradictis gratijs, niſi Generalis, ſeu procurator curiæ, aut commiſſarius tranſacta die Iouis Cœnæ Domini (ſcilicet poſt promulgationem cenſurarum) obtineant facultatem abſoluendi ab illis caſibus, ſe, ſuosq; Fratres, Moniales; Tertiarios vtriuſque ſexus oblatos famulos, & domeſticos.

Decimo. In partibus Hiſpaniarum, vbi à Pontificibus Max. datur Bulla Cruciatæ, poſſunt Fratres frui omnibus gratijs, & indulgentiis illius, dum intentione abutendi ea, non acceperint: Ideo vnuſquiſque videat, qua de cauſa, ſiue quo ſpiritu illam ſuſceperit: in hac materia legere poteris Summiſtas, necnon Compendium priuilegiorum.

Vndecimo, Alexander VI. qui fuit Frater Minor, declarauit, & (quod magis eſt) decreuit, quòd Generalis, & Prouinciales, ac Guardiani poſſint reſeruare caſus de occultis inter religioſos, & quòd abſoluentes à talibus poſt huiuſmodi reſeruationem, nihil agunt, & incidunt in pœnam abſoluentium à caſibus non conceſſis taxatam. pœnas abſoluentium, caſusq; reſeruatos dictis Prælatis inuenies in §. dicti tit. hæc in §. 13. vbi ſuprà, in Compendio.

Duodecimo, Prælati Fratrum non tenentur in ſcriptis proferre ſententiam excomm. in apoſtatas, vt habetur in iure: nec etiam coguntur Fratrem apoſtatam manu propria percutere, etiam ſi neceſſitas vrgeat ob grauitatem delicti. vide vbi ſuprà §. 16. 22.

Tertiodecimò, Cũ Fratres fuerint extra conuentũ, & habere non potuerint confeſſorem ſociũ, poterunt tunc cõfiteri cuilibet presbytero religioſo, ſeu ſeculari, & hoc dummodò fiat ſine fraude, & dicant prælato ſuo poſtea. vide vbi ſupra §. 19. & magis dico, ꝙ tenentur ad hoc ad euadendum ſcandalum ſecularium, qui viderent Fratrem celebrantem quotidiè.

Quartodecimò, Cum ſæpe boni religioſi ex charitate, vel prælatorum obedientia cogantur ad cõfeſſiones audiendas, & ſint multiplices, & inexplicabiles, ſentẽtiæ exco. in corpore iuris, quorum nonnullæ etiam à peritiſſimis ignorantur, quorum abſolutio ſuperiori reſeruatur, ſi prædicti Fratres inaduertenter incurrerint irregularitatem, conceditur illis, vt poſſint per idoneos ſacerdotes confeſſores, authoritate Apoſtolica abſolui & diſpenſari cùm oportuerit niſi craſſa, & ſupina ignorantia cenſuram incurrerint, vel irregularitatem. vide §. 2.

Quintodecimò, Guardiani cæterique Fratres, quibus Prouinciales committunt auctoritatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis, committere huiuſmodi auctoritatem nõ poſſunt alijs fratribus, ſed oportet, vt per ſemetipſos exerceant id munus, niſi quando eſſent Commiſſarij Prouincialium cum poteſtatis plenitudine. ratio huius eſt, quia ſecundum iura delegatus ab inferiore à Principe non poteſt ſubdelegare, niſi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vel niſi hoc ſibi ſpecialiter concedatur, ſecundum Ioannem Andream in cap. is, cui. tit. de officio delegati, lib. 6.

Sextodecimò, Conceſſum eſt prȩlatis regni Caſtellæ Prouinciarum, vt ſemel in vita ſuos Fratres tam nouitios, quàm profeſſos, & oblatos, & per conſequens Fratres, & ſorores tertij ordinis, necnon Sanctæ Claræ, poſſint abſoluere à quibuſcunque peccatis, & vnà cum eis diſpenſare ab omni irregularitate quocunque modo contracta, etiam ſanctæ Sedi reſeruata (bigamiæ, homicidij voluntarij, mutilationis membri caſibus duntaxat exceptis) & eos ſemel ſimiliter habilitare, vt non promoti ad omnes ſacros ordines, & Miſſarum celebrationem promoueri poſſint, & ipſi promoti in eiſdem miniſtrare valeant, etiã in mortis articulo dare eis poſſunt indulgentiã plenariã, hac conditione tamẽ, vt per vnum annum à tempore, quo cõceſſione huiuſmodi gaudere voluerint, ſingulis ſeptimanis (impedimento ceſſante legitimo) ſemel vij. Pſalmos pœnitentiales cum Letanijs recitent, & qui eos ignorauerint, dicant alias orationes ad arbitrium confeſſorum. vide abſolutionem extraordinariam §. 2. 3. & 4.

Decimoſeptimò, Nota benè, quòd conceſſum eſt Fratribus, ſororibus, necnon donatis, ſeu ancillis, vt quater in anno de licentia prȩlatorum Prouincialium poſſint ſe facere abſolui ab omnibus ſuis peccatis qualitercunque commiſſis, ac ſimiliter diſpenſari ab omnibus, & ſingulis votis (exceptis eſſentialibus emiſſis in profeſſione) quæ ſolent emitti pro qualibet neceſſitate, aut leuitate, & tantæ virtutis eſt hæc abſolutio, perinde ac ſi ab ipſo Summo Pontifice daretur, & magis Sanctitas ſua vult, vt omnibus, & ſingulis confeſſores dent ſanctam benedictionem nomine ſuæ Sanctitatis, hoc tamen cum forma ſequenti: auctoritate tibi conceſsa, & mihi commiſsa ego te abſoluo ſic plenariè, & illi ſtatui innocentiæ reſtituo, quomodo Sanctitas Domini noſtri faceret, ſi ipſemet in confeſſione tua peccata auſcultaret, & eadem auctoritate Apoſtolica tibi ſanctam benedictionem Papalem impartior, In nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti, Amen. vide ubi ſupra §. 6.

Tres precioſiſſimæ animarũ antidoti hic, & in ſequentibus.

Decimooctauò, Item conceſsum eſt ſupradictis, ut in omnibus ſolennitatibus Domini Sabaoth, Beatæ Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum Petri, & Pauli, Sancti Seraphici Patris Franciſci, Sanctæ Claræ, atque per totam hebdomadam maiorem, poſſint in abſolutionibus ſuarum confeſſionum plenariè abſolui, & pœnitentiam ſalutarem recipere; & hoc ſemper intelligendum eſt de licentia prælatorum, quo ad Fratres, non autem ſorores, tame non oportet vti forma ad libitum, immo ſequenti videlicet, Auctoritate tibi conceſsa, & mihi cõmiſsa ego te abſoluo plenariè ab omnibus peccatis tuis, in quantum prædicta auctoritas ſe extendere poteſt. uide ſupra §. 7. & 8.

Decimononò, Item conceſsum eſt Fratribus, & ſororibus, cæteriſque gaudentibus noſtris priuilegijs, quòd ſemel in quolibet anno (vltra alias indulgentias, quas à Sede Apoſtolica habent) poſſint plenariè abſolui, & indulgentiam plenariam conſequi in feſto Sanctȩ Catherinȩ Virginis & Martyris, hac tamen ſeruata forma ſequenti, quȩ differt ab omnibus ſupradictis, quȩ eſt, Auctoritate tibi commiſsa, & mihi commiſsa ego te

abſoluo

abſoluo plenariè ab omnibus peccatis tuis in quantum poſsum, & valeo, & huiuſmodi auctoritas ſe extendere poteſt, & concedo tibi indulgentiam plenariam omnium tuorum peccatorum in nomine Patris &c. vide ubi ſupra §. 9.

Vigeſimo, inſuper circa prædictas abſolutiones plenarias à Leone X. conceſſas eſt aduertendum, quòd huiuſmodi abſolutiones non ſe extendunt ad cenſuras excommunicationum, vel irregularitatum, aut caſuum reſeruatorum Papæ, nec etiam ad pœnam debitam in Purgatorio pro peccatis, exceptis tamen quatuor indeterminatis ſupra poſitis in §. 17. ac etiam excepta illa pro die Sanctæ Catharinæ, quia iſta habet expreſſam indulgentiam plenariam, quæ refertur ad pœnam vltra abſolutionem plenariam, quæ refertur ad culpam: aliæ autem 40. habent verba, quæ æquipollent indulgentiæ plenariæ. Vide vbi ſuprà opinionem Collectoris.

Vigeſimoprimo, vltimo notandum eſt, quòd circa omnes conceſſiones pro abſolutionibus plenariis ſupraſcriptis factis, melior, & copioſior omnium ipſarum eſt illa, quam facit Sixtus Quartus, & habetur infrà, ideo & tam pro ipſa, quàm pro alia quacunque, quæ ſub ſimili tenore conceſſa fuerit, hic ponitur quædam forma abſolutionis valde vtilis, & copioſa.

Vigeſimoſecundo, Sixtus Quartus conceſſit omnibus Fratribus Minoribus de obſeruantia, necnon Sanctæ Claræ ſororibus, & Tertiariis vtriuſque ſexus, & famulis, & ſeruitoribus prædictorum omnium, vt quilibet eorum poſſit ſemel eligere confeſſorem de huiuſmodi familia, qui audita eius confeſſione pœnitentiam ſalutarem iniungendo, abſoluat eos ab omnibus criminibus, exceſſibus, & cenſuris eccleſiaſticis, & diſpenſet cum eis in omnibus irregularitatibus, ſi quas fortè contraxerint (homicidio voluntario, & mutilatione membri ſemper exceptis) & ei remiſſionem plenariam omnium peccatorum impertiri valeat, & quòd hoc idem poſſit in mortis articulo, ſeruando hanc formam ſequentem, videlicet poſt iniunctam pœnitentiam ſalutarem pœnitenti dicat Sacerdos confeſſor, Auctoritate mihi tradita, & ex officio meo, ac eo modo, quo melius poſſum, diſpenſo tecum ſuper reſiduum pœnitentiæ, ſi maior erat tibi imponenda, & volo, vt omnia bona, quæ feceris, & mala, quæ perpeſſus fueris propter Deum, ſint meritoria: velut pœnitentia impoſita ad remiſſionem pœnæ debitæ pro tuis peccatis, pro quibus etiam ſatisfiat ex meritis paſſionis Chriſti, & omnium Sanctorum. & poſtea ſubiungat Confeſſor, Miſereatur tui &c. & Indulgentiam &c. & Dominus noſter IESVS Chriſtus, qui eſt verus ſummus Pontifex, & qui pro te natus, & paſſus eſt, ipſe te abſoluat, & ego auctoritate ipſius, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac poteſtate mihi commiſſa, & tibi tradita, ſiue conceſſa pro hac vice à Domino Papa, cuius vices in hac parte gero, te abſoluo ab omni ſententia excommunicationis generalis, vel ſpecialis, à iure, vel ab homine promulgata, & ab alio quocunque vinculo excommunicationis: & diſpenſo tecum ſuper quibuſcunque irregularitatibus, ex quibuſcunque cauſis eas contraxeris (homicidij voluntarij, & mutilationis membrorum, ac bigamia duntaxat exceptis) & in his, & in omnibus aliis, quibus indigeas: reſtituoque te ad ſtatum priſtinum, in quo eras, antequam huiuſmodi incurreres, & finaliter ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis plenariè, & concedo tibi indulgentiam plenariam omnium pœnarum in præſenti vita, vel in Purgatorio pro peccatis tuis debitarum, in quantum poſſum, & valeo, & auctoritas tibi conceſſa eſt, & mihi commiſſa ſe extendere poteſt. In nomine † Patris, & † Filij, & † Spiritus Sancti. Amen.

AD LECTOREM.

VT vides, hanc noſtram Seraphicam Religionem multiplici aditu percalcatam Maiores noſtri, Romanique Pontifices vallarunt, atque ingentibus priuilegijs, & fauoribus eam proſecuti ſunt. Semper tamen interuallo temporũ, ſiue prælatorum incuria, ſiue Fratrum excreſcentia tranſgreſſionum ſentes, qui ſegetẽ Domini opulentã pullulare non ſinũt, & inſolentum irrepſit licentia. Et quę olim magiſtra erat diſciplinæ (culpis noſtris exigentibus) multorum criminum ſorde videtur obſcurata. Palluit enim & defluxit ille

paupertatis decor, qua tantum glorlari ſolebat Religio. Cùm autem paulatim declinaue rit à perfectione, Summi Pontifices, vt Patres pientiſſimi, licet aſſiduis querelis pulſati, Apoſtolica tamen intercedente auctoritate, & ſuadente pietate animarum ſaluti conſulere non deſtiterunt: Quorum intereſt virtutes colere, & vitia radicitus extirpare, vt Eccleſia ſancta in ſancta vnione conſeruetur ſine ruga & macula, & omnes vepres ab eadem Eccleſia, diuina opitulante gratia, omnino abolerentur. Qui enim reformare cupiunt pro perſonarum, temporum, ac locorum qualitate accommodatus eſt adhibendus modus: vt gradatim de virtute in virtutem ſubditi ad maiora diſponantur, & non frangantur, in his præſertim quæ ſupererogationis ſunt.

VISIO STATVAE NABVCDONOSOR, qua deſcribitur Ordo Sancti Franciſci.

IN ſuperioribus propoſuimus nobis ante oculos Religionis Franciſcanæ pulchritudinem, gloriam, & perfectionem: Nunc ex illius per temporum, hominumq́ue mutationem, ſuccedente decoloratione, violatione, & diminutione, manifeſtum nobis fiet, quòd nihil, quod ſit ex hoc corruptibili mundo, in eodem ſtatu perpetuò durat, quicquid ortum, incrementumq́; habet, habet & decrementum ac diminutionem, vt in ſequentibus patebit narrationibus. Dum enim Beatus FRANCISCVS oraret in loco Sanctæ Mariæ de Angelis, oculis eius corporalibus, & coram ipſo apparuit quędam ſtatua, quæ habebat caput aureum, & faciem pulcherrimam, pectus, & brachia de argento, ventrem, & femora de ære, tibias autem de ferro, pedes verò ex parte terreos, & ex parte fictiles, & erat induta ſacco, ex quo humano rubore perfuſa multum erubeſcere videbatur. Qua viſa cœpit vehementer admirari illius pulchritudinem indicibilem, & eius miram magnitudinem, inſuper erubeſcentiam, quam habebat de ſacco, quo erat induta, exhorrebat. Et cùm ſic miraretur, intentè aſpiciens caput eius pulcherrimum, & ſpecioſam faciem; ſtatua ipſa locuta eſt Beato FRANCISCO dicens, Quid miraris? Deus miſit me ad te, vt in me diſceres, quæ circa Ordinem tuum ſunt ventura, & futura. Caput aureum, quod in me vides, & facies tam decora, eſt principium tui Ordinis poſitum in altitudine Euangelicæ perfectionis. Et ſicut ipſius metalli ſubſtantia eſt cunctis metallis precioſior, & locus capitis membris cunctis eminentior, ita principium tui Ordinis eſt tantæ precioſitatis propter fraternam, & auream charitatem, & propter angelicam honeſtatem: & tantæ altitudinis, propter Euangelicam paupertatem, quòd totus mundus mirabitur. Et Regina Sabba, ideſt Sancta Mater Eccleſia mirabitur, & dilatabitur in corde ſuo, cùm videbit in primis electis Ordinis tantam Chriſti pulchritudinem, ſanctitatis, & ſapientiæ ſpiritualis ſplendorem tanquàm in angelicis ſpeculis relucentem. Et beati erunt, qui illorum primorum lapidum precioſorum, immo capitum aureorum virtutes, & mores, Chriſto ſe totaliter conformantes ſtuduerint imitari, magis illorum cœleſti pulchritudini, quàm florentis mundi fallaciis adhærendo. Pectus verò, & brachia de argento eſt ſecundus tui Ordinis ſtatus, qui tantò eſt primo inferior, quantò eſt inferius argentum auro, & ſicut argentum precioſitatem, claritatem, & ſonoritatem habet magnam; ſic iſte ſtatus habet fratres nobiles genere, claros ſcientia, & ſonoros prædicatione, & ſublimes intantum, quòd aliqui eorum ad Papatum, aliqui ad Cardinalatum, ad Epiſcopatum plurimi aſſumentur. Et quia per pectus, & brachia oſtenditur hominis fortitudo, in illo tempore excitabit Dominus in iſto Ordine tuo homines ſcientia velut argentum nitentes, & præclaros virtute, qui tam ſcientia quàm virtutibus defendent Religionem iſtam, & etiam vniuerſam Eccleſiam à multiplicibus impugnationibus Dæmonum, & à varijs impulſionibus hominum impiorum. Sed quamuis mirabilis erit generatio illa, erit tamen quo ad ſtatum priorum perfectiſſimum, inferior. ſed hic eſt reſpectu primi ſtatus, ſicut argentum reſpectu auri. Poſt hos eſt tertius ſtatus in Ordine, qui ventri æreo ſimilabitur, & femoribus æreis. Quia ſicut æs æſtimatur minori precio, quàm argentum, ita illi de ſtatu tertio erunt primis, ſecundiſque minores. Et quamuis tanquàm æs, in numeroſitate, & multa latitudine per orbis ſpatia diſtendentur, tamen erunt de his, quorum Deus venter eſt,

Admiranda viſio.

Ne mireris Lector, quia Deus ſolet multa reuelare bonis & contemplatiuis cùm anima non eſt diſperſa ad exteriora ſenſibilia comprehendenda.

Primus ſtatus.

Caput exorientis Religionis aureũ.

Secundus ſtatus.

Pectus & brachia ſtatuæ quid ſignificant.

Tertius ſtatus Religionis.

Phil. 3.

eſt, & gloria Religionis in confuſione eorum, qui ſola, quæ terrena ſunt, ſapiunt: & quamuis propter ſcientiam habeant linguam tanquam ęs ſonans, & mirabilem,

1. Cor. 13.

erunt tamen dilectores ventris, & femorum. Heu heu reputabuntur apud Dominum (vt ait Apoſtolus) ſicut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, quia alijs reſonabunt verba cœleſtia, & quaſi ex femore ſpirituales filios generabunt, & oſtenſo alijs vitæ fonte ipſi ventre arido adhærebunt in terra.

Quartus Religionis ſtatus.

Poſt iſtos verò erit quartus ſtatus terribilis, & pauendus, qui tibi nunc oſtenditur in tibijs ferreis. Nam ſicut ferrum domat, & diſſipat æs, argentum, & aurum: ita ſtatus ille erit tantæ duritiei, & ferreæ prauitatis, quòd ex frigiditate, & horrida rubigine, ac ferreis moribus illius periculoſi temporis, obliuioni tradentur quæcunque bona, quæ charitas aurea primorum, & argentea veritas ſecundorum, & ærea, ſiue ſonora loquacitas tertiorum ædificauerat in Sancta Eccleſia Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Tibia ea pars eſt, quæ femoris inferiore capite committitur.

Tamen ſicut tibiæ ſuſtinent corpus, ita ille in quadam fortitudine ferrea, ideſt rubiginoſæ hypocriſis corpus ordinis ſuſtētabunt. Et tam venter prędictus, quā tibiæ iſtæ ferreæ latebunt ſub veſtibus, quia ſub Religionis habitu contegentur, habitum quidem religionis, & pietatis habentes, intrinſecus autem ſunt, ſeu erunt lupi rapaces, & iſti tales ſolum ventri ſeruientes, & etiam rubiginoſi, & ferrei, mundo quidem latentes, ſed Domino manifeſti, quia precioſiſſima bona ad nihilum ſcilicet prauæ vitę malleo redegerūt, ideò ipſi tanquam ferrum diuerſarum igne tribulationum, & malleis anguſtiarum terribilium affligentur, vt nō ſolum Dæmonum, ſed etiā rectorum ſęculi cladibus ſecularibus,

Sap. 6.

& ignibus, & carbonibus excoquentur, ut potentes potentia tormenta patiantur: & quia per irreuerentem duritiam peccauerunt, ab irreuerentibus duriſſimè torquebuntur: propter autem illas anguſtias ad tantam impatientiam mouebuntur, quòd ſicut ferrum, quod omnibus metallis reſiſtit, ſic ſe omnibus opponent, ita quòd non ſolum poteſtatibus ſecularibus, ſed etiam ſpiritualibus obſtinatè reſiſtēt, putantes ſe tanquam ferrum poſſe omnia domare, propter quod Deo maximè diſplicebunt.

Quintus Religionis ſtatus.

Quintus verò ſtatus erit ex parte ferreum quantum ad hypocritas ſupradictos, & ex parte terreum quantum ad illos, qui ſecularibus negocijs ſe totaliter miſcebunt. Et ſicut vidiſti in pedibus, quòd teſta ex luto cocta, & ferrū ſimul apparuit, quæ tamen vniri nullatenus poſſunt, ita erit in extremo ſtatu illius ordinis; quia orietur tanta diuiſio, & tam abominanda inter ambitioſos hypocritas, & teſteos ex luto temporalium, concupiſcentia carnis excoctos, quòd ſicut teſta, & ferrum, nequibunt ex diſcordia maxima conuenire. Et contemnent non ſolum Euangeliū, & regulam, ſed etiam teſtis ferreis, hoc eſt prauis affectionibus, & immundis, conculcabunt omnem ſancti Ordinis diſciplinam.

Quomodo multi diuiſi ſunt intus, & extra.

Et ſicut teſta, & ferrum diuiſa ſunt inuicem, ita multi ipſorum diuidentur inter ſe intus, & extra: intus quidem contentioſè viuentes, extra verò ſeditionibus partialitatibus, & tyrannijs ſecularibus adhærentes; propter quod venient in tantam diſplicentiam omnium, quòd non ſolum vix in terras intrare poterunt, vel morari, ſed vix portare habitum manifeſtè, & multi eorum punientur, & deſtruentur tormentis horribilibus per homines ſeculares, quia tam abominabiles pedes, domus, & omne ſolum vitabit. Hoc autem totum veniet illis, quia totaliter ab aureo capite receſſerunt.

Sap. 3.

Beati autem erunt illi, qui in illis periculoſis diebus ad precioſi capitis monita reuertentur, quia tanquàm aurum in fornace probabuntur, & quaſi holocauſta medullata coronam accipient in æternum.

Saccus q̄d portendit.

Saccus de quo ſum induta, de quo erubeſcere videor, eſt ſancta paupertas, quæ cum ſit totius ordinis decor, & ſpeculum, & cuſtodia ſingularis, & corona, & fundamentum omnimodæ ſanctitatis, deficientibus tamen omnibus ſtudijs virtuoſis, ut dictum eſt ſuprà, de ipſa ſcilicet paupertate ſanctiſſima filij degeneres erubeſcent, & abiectis vilibus indumentis eligent precioſa, & cappas varias anxiè, & ſimoniacè procurabunt. Felices verò, & beati erunt, qui vſque in finem perſeuerauerint in his, quæ Domino promiſerunt. Et his dictis ſtatua illa diſparuit. Et Beatus FRANCISCVS de his vehementer admirans atque anxius oues ſuas tanquam bonus paſtor pręſentes, & futuras Domino cum multis lacrymis commendauit. Qua viſione, & alijs pluribus reuelationibus habitis futura omnia Fratrum euenta vidit, & prædixit.

QVAEDAM ORACVLA. S. FRANCISCO ET quibuſdam ſanctis viris nunciata, quòd Seraphicus Ordo ita vexaretur, vt vix in antiquum ſtatum reſtitui poſſet.

B. Aegidij vaticinium.

B. Pater Franciſcus Spiritu ſancto plenus, multa, quæ acciderunt triſtia in ordine ſuo futura prædixit, qui dum vixit omnes cõtentionis ſedauit moleſtias. B. AEgidius tertius in ordine præuidit talẽ in Religione ſciſſurã, vt nulla virius, tempus, vel conſilium abſtergere poſſet. B. Bernardus diuino illuſtratus numine dixit, Vſque ad ſeptimum gradum grauis & vehemens erit perturbatio. Religio corruet, & ad deteriora ſemper erit prolapſio, donec miraculo grandi, & ſtupendo fiat reparatio per eum, qui eam fundauit. B. Iacobus de Auximo, vir magnę contemplationis, per ſomnium vidit Sãctum Franciſcum curare leproſum ſcabie, & vulneribus plenum, & rogatus vt diceret quis eſſet, reſpondit, Hic eſt Ordo, quem, Chriſto iubente cuſtodio, ne veluti leproſus cõputreſcat. Hæc quoque B. Iacobo de Maſſa fuerunt reuelata, & præmonſtrata, cui aliquando aperuit Deus oſtium ſecretorum ſuorum: cuius ſanctitatem teſtati ſunt B. Aegidius, & F. Marcus prouinciæ Marchiæ Miniſter, vir miræ ſimplicitatis, quem vidit tribus diebus raptum & à terra ſubleuatum, vt mortuum crederent. Iſte F. Marcus dicebat plerunq; ſuis Fratribus, quòd à fratre Iacobo multa fuerunt ſibi reuelata, quæ ventura erant in Ordine. Etiam quidam Frater dictus Bonus romæus, cuius oculi præmultis lachrymis & ſenectute caligauerant. ſenectus enim multa ſecum apportat incommoda, & ſi nullum aliud vitium haberet, plurima quæ non vult, videt. Hic ergo vir ſanctus, quem D. Bonauentura plurimùm obſeruabat, ob ſingularem eius prudentiam præuidit tres in ordine futuras partes, volens fortè innuere tres familias Capucinorum, Fratrum de familia, & Conuentualium.

De F. Iacobo de Maſſa.

Vaticiniũ F. Boromæi.

MEMORABILIA QVAEDAM SELECTA DE B. P. FRANCISCO.

Epiſtola B. FRANCISCI ad Sacerdotes Ordinis, de tremenda reuerentia erga Corpus Chriſti.

IN nomine Sanctæ Trinitatis, patris, & filij & ſpiritus ſancti. Amen. Reuerendis & multum diligendis Fratribus vniuerſis, Generali Miniſtro Ordinis Minorum Domino ſuo, & cæteris Miniſtris Generalibus, qui poſt eũ erunt, & omnibus Miniſtris, & Cuſtodibus, & Sacerdotibus fraternitatis eiuſdem in Chriſto humilibus, & omnibus ſimplicibus & obedientibus primis & nouiſſimis, F. Franciſcus homo vilis & caducus, veſter paruus ſeruus, ſalutem in eo, qui redemit, & lauit, nos in ſanguine ſuo. Quoniam ideò miſit vos Deus in vniuerſo mundo, vt verbo & opere detis teſtimonium voci eius, & faciatis ſcire omnes, quoniã nõ eſt omnipotens præter eum, in diſciplina & obedientia perſeuerate, & quæ promiſiſtis ei, bono animo & firmo propoſito adimplete. Tanquam filijs ſe offert nobis Dominus Deus. Deprecor itaque omnes Fratres cum oſculo pedum, & cum charitate qua poſſum, vt omnem reuerentiam & omnem honorem, quantuncunque poteritis, exhibeatis Corpori, & Sanguini Domini noſtri IESV CHRISTI: in quo quæ in Cælis, & quę in terris, ſunt purificata & reconciliata omnipotenti Deo. Rogo etiam in Domino omnes Fratres meos ſacerdotes, qui ſunt, & erunt, & eſſe cupiunt Altiſſimi, quòd quandocunque voluerint miſſam celebrare, puri & purè faciant, cum reuerentia, verum ſacrificium ſanctiſſimi Corporis & Sãguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſancta intẽtione, & munda; non pro vlla terrena re, neq; timore, vel amore alicuius hominis quaſi placẽtes hominibus, ſed omnis uoluntas, quantũ adiuuat gratia omnipotẽtis, ad eũ dirigatur, & ſoli ipſi Deo ſummo tãtum placere deſideretis ipſi ſoli operaturi, ſicut ſibi placet. Quoniã ſicut ipſe Dominus dicit; Hoc facite in meam commemorationem, ſi quis aliter fecerit Iudas traditor efficitur. Recordamini fratres ſacerdotes, quoniam ſcriptum eſt in lege Domini: Quoniam tranſgredientes in corporabilibus ſine vlla miſeratione per ſententiã Domini moriebantur. Quanto maiora, & peiora meretur pati ſupplicia, qui filium Dei conculuerit,

Tob. 13.

Eximia animi ei' deiectio.

Col. 1.

Luc. 22.

Heb. 10.

cauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt?, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Deſpicit enim homo pollutus, & conculcat agnum Dei. Quoniã ſicut dicit Apoſt. Non diiudicans & diſcernens ſanctum panem Chriſtum ab alijs cibarijs, vel operibus indignis, indignus manducat; cùm Dominus per Prophetam dicat, Maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter, vel fraudulenter. (Hierem. 48.) Et propter ſacerdotes, qui nolunt ponere ſuper id cor in veritate condemnat nos dicens, Maledicam benedictionibus veſtris. (Gen. 12.) Audite fratres mei, ſi B. Virgo Maria honoratur vt dignum eſt, quia Deum portauit in ſanctiſſimo vtero ſuo; ſi B. Ioannes Baptiſta contremuit, & non audebat tangere Domini verticem; (Lucæ 1.) ſi ſepulchrum in quo per aliquod tempus iacuit, ſic veneratur; (Ibid.) quantum debet eſſe ſanctus, & iuſtus, & dignus, qui non iam moriturum, ſed in æternum victurum, & glorificatum, in quem deſiderant Angeli proſpicere, contrectat manibus, corde, & ore ſumit, & alijs ad ſumendum præbet? Videte dignitatem veſtram fratres Sacerdotes, & eſtote ſancti, quia ipſe ſanctus eſt; & ſicut ſuper omnes, propter hoc myſterium, honorauit vos Dominus Deus, ita & vos ſuper omnes propter hoc myſterium diligite eum, reueremini, & honorate. Magna miſeria, & miſeranda infirmitas, quando ipſum ſic præſentem habetis, & aliquid aliud in toto mundo curatis. Totus homo paueat, totus mundus contremiſcat, & cœlum exultet, quando ſuper altare in manibus ſacerdotis eſt Chriſtus filius Dei viui. O admiranda altitudo; ò ſtupenda dignatio; ò ſublimitas humilis; quòd Dominus vniuerſitatis, Deus, & Dei filius ſic ſe humiliat, vt pro noſtra ſalute ſub modica panis formula ſe abſcondat. Videte fratres humilitatem Dei, & effundite coram illo corda veſtra, & humiliamini, vt & vos exaltemini ab eo. Nihil ergo de vobis retineatis vobis, vt totos vos recipiat, qui ſe vobis exhibet totum. Moneo præterea & exhortor in Domino, vt in locis, in quibus morantur Fratres, vna tantum celebretur miſſa in die ſecundum formam S. Rom. Eccleſiæ: ſi verò in loco plures fuerint ſacerdotes, ſic ſit per amorem charitatis alter contentus audita celebratione ſacerdotis alterius, quia abſentes & præſentes replet, qui eo digni ſunt, Dominus noſter IESVS Chriſtus, qui licet in pluribus locis reperiatur, tamen indiuiſibilis manet, & aliqua detrimenta non nouit, ſed vnus verus, ſicut ei placet, operatur cum Domino Deo patre, & Spiritu ſancto paraclito, in ſecula ſeculorum. Amen.

(Vide D. Bernardũ de dignitate Sacerdotis, qui eſt medius inter Deũ & hominem, cuius bona conſuetudo eſt populi cõditura; quia ſicut mali medici corpora, ita imperiti ſacerdotes animas occidunt.)

EPISTOLA BEATI FRANCISCI omnibus Chriſti fidelibus exhortatoria ad dilectionem Dei.

VNIVERSIS Chriſtianis, religioſis, clericis, laicis, maſculis, & fœminis, omnibus, qui habitant in vniuerſo mundo. O' quàm benedicti ſunt & beati, qui Deum diligunt, & faciunt ſicut Dominus dicit in Euangelio: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, (Matth. 22.) & proximum ſicut teipſum. Diligamus ergo Deum, & adoremus eum puro corde, & pura mente; (Chriſtiana perfectio in dilectione conſiſtit.) quia ſuper omnia hoc quærens dixit: Veri adoratores adorabunt Deum patrem in ſpiritu & veritate: omnes, qui adorant eum, in ſpiritu veritatis oportet adorare. (Ioan. 4.) Et bene valete in Domino.

ORACVLA ET DICTA QVAEDAM B. FRANC. & rebus accommoda, & opportunis apta temporibus, quibus plurimos ad fidem Chriſti inſtruebat.

B. FRANCISCVS diuino illuſtratus lumine, vt uerbis, & exemplis ad amorem Chriſti homines, depulſis uitijs, attraheret, multa dicebat, quę maxima obſeruatione digna ſunt. Quorum hic multa ſeparatim, celebrioraq; memorabimus. Inter cætera autem ſemel dixit B. Acgidio eius ſocio: Religio noſtra perſimilis eſt piſcatori, qui hamo & arundine, uel rete piſcatorio piſces capiens, maiores eligit, & ſecum adducit, piſciculos uerò paruos dimittit: (In legenda trium ſociorum.) Quo quidem exemplo prædixit Ordinis ſui propagationem, cùm adhuc non extarent in Ordine niſi quatuor Fratres. Multis quoque reſponſa dabat tanquàm Deo plenus: cuius doctrina, puritate, & contemplatione, tanquàm duabus alis, in altum ſubuecta erat; nec

imme-

Contemplationis ſtu·ium quid eſſe cit in B.Franc.

Inſigne pietatis indicium in Beato Franc.

immeritò, quia ad hanc mentis ſerenitatem indefeſſum contemplationis ſtudium perduxerat cum aſſidua exercitatione uirtutum, ideò vir ſanctus, lucis æternæ ſplendoribus irradiatus, ſemel captus à Peruſinis prædixit futurum eorum euentum, & ab uno ex ſociis inſanus reputatus gaudebat opprobrijs & contumeliis. Dum ſemel D. Pica chariſſima eius parens pararet illi menſam à primordio ſuæ conuerſionis ad Chriſtum, Franciſcus panes plures appoſuit, & à matre interrogatus, cui tot panes apponeret in menſa, cùm pauci eſſent comenſales, reſpondit, pro pauperibus: & tunc incœpit pectoris ſui pietatem in pauperes declarare. Dum adhuc viueret in ſeculo, vocatus à ſociis ſuis ad cœnam lautè paratam, ſe in intimam partem domus abdidit; & raptus aliquantulum fixè cogitabat: interrogatus autem à ſociis eius, quid tam alta mente cogitaret, forſan (aiunt) quòd vxorem ducere decreuiſti? ita (inquit) & pulchriorem, quàm videritis vnquam, intelligens de Religione, quam (Deo inſpirante) fundare decreuerat. Semel circa Eccleſiam S. Mariæ de Angelis ambulando plorabat, & interrogatus à quodam, cur tam magno eiulatu & gemituploraret, ait, Paſſionem Chriſti defleo, pro quo non deberem verecundari alta voce per totum orbem lacrymari, vt feſſus eſſem plorando. Pecuniam ſublatam patri in reparationem Eccleſiæ S. Damiani Aſſiſij (ſuadente Epiſcopo) & veſtimenta quoque detracta reliquit; quo exemplo oſtendit omnia terrena nihil pendere, & ſic iuri paternæ ceſſit hæreditatis, dicens, hactenus vocaui te patrem in terris, deinceps ſecurè dicam, Pater noſter qui es in cœlis. In

Math. 6.

Sola nuditas non timet fures.

nemore à latronib. interrogatus quis eſſet, reſpondit, Præco ſum magni Regis. Frater eius vterinus tempore magni algoris videns eum pannoſum, & ſqualidum, impulit ſocium, vt peteret à B. Franciſco aliquantulum ſudoris ſibi vendi; qui reſpondit, Sudorẽ meum carius vendam; uolens innuere quicquid pro gloria Chriſti ſuſcipitur, illud totum æterna mercede compenſari. Socios ſuos plura docuit de corporis caſtigatione. Prædixit Ordinis

Corporis paſſiones pro Chriſto ſequendo, negligit.

Spiritu prophetiç præfulſit.

Ociũ omnis mali origo.

ſui propagationem breui futuram. Oſtendit neceſſitati corporis quandoque ſatisfaciendum, cùm ait, Difficile eſt pronitati ſenſuum non parere. Dixit fratres ſuos non debere vti multiplici veſte, ſi flamma cœleſtis deſiderij intus exureret. Dixit conſortia & colloquia mulierum omnino vitanda, excepta cauſa confeſſionis. Ocium ſentinam omnium malorum effugiendum, & carnem laboribus edomandam. Silentium obſeruandum, cauendumque ab omni verbo ocioſo. Abſtinentiam, ſi fiat ſine diſcretione, nihil ualere. Tantum eſſe hominem, quantus eſt in oculis Dei, & non plus. Fugiendam eſſe laudem

Obedientia diſcreta.

humanam, & neminem laudandum, cuius incertus eſt exitus. Obedientiæ colla ſubmittenda, vt potè quia tunc nullum tempus abibit iners, & abſque fructu; ſubditum ratione debere ſubijci, & prælatum conſiderare non debere quis ſit, ſed illum ratione quis, & qualis eſſet, cuius eſt ſubiectus. Fratres ſuos Minores vocari inſtituit, ne maiores fieri præſumerent. Non in curiis prælatorum, ſed in locis Fratrum pauperrimis eſſe Deo ſeruiendum, cùm hoc ſit illi magis acceptum. Paupertatem eſſe viam ſpecialem ſalutis, quæ uirtus religioſum Deo magis reddit amicum. Sacræ religionis ingreſſum ab illo uerbo inchoandum Euangelij, Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia quæ habes.

Math. 19.

Quòd pecunia ſeruis Dei nil aliud eſt, niſi tortuoſus coluber, & Diabolus. Fratri Minori eſſe deforme uidere pauperiorem ſe, & quòd eius intentio in hoc uno erat conſtituta, ut Fratres ſui imitatores nihil aliud haberent, præter ſimplicem tunicam, & femoralia. Nihil Deo acceptius animarum ſalute, quæ exemplo magis quàm verbo acquiruntur. In paupere quolibet Chriſtum videbat. Orationis gratiam à vero religioſo optandam, ſine qua nil à Deo conſequi credebat. Quæ Deus reuelat, non ſunt palàm facienda, niſi prout diuinus ſuggerit ſpiritus, & aliorum ſalus expetit. Dixit Fratri Aegidio eius ſocio, quòd nihil in mundo eſt terribilius & infeſtius Diabolo, cuius aſpectum ne tantillum quidem quiſpiam ſuſtinere poſſit, niſi eſſet diuino præſidio illuſtratus, quod deberet inducere omnes ad dimittenda peccata. Dixit Papæ Innocentio, dum ab eo poſceret confirmationem Regulæ, quæ ei videbatur nimis ardua, Non eſt formidandum, quòd fame pereant æterni Regis filij & hæredes, quia ſuis imitatoribus promiſit Regnum æternum. Dixit Honorio Papæ, cùm ab eo peteret indulgentiam Portiunculæ, nec requiſiuit aliquod breue ſcriptum, oſtendens, quòd verbo Apoſtolico credendum, & ſtandum firmiter eſt in factis animæ. Corpus ſuum fune verberando dicebat: Eia frater, ſic decet te ſubire flagellum; in quo oſtendit corpus noſtrum flagellis edomandum, ne ad rationem ſequendam exorbitet. Medico ſuadente vt abſtineret à lacrymis, ſi corporei viſus cæcitatem vellet euadere, reſpondit: Non eſt frater medice

Cõſulit vt ſi quid ultra proprios uſus poſſideas, in medium pocendũ cures.

Inſigni ſui ipſius exẽplo docet corpus mortificãdũ vt in ſeruitutem redigatur.

ob amo-

ob amorem luminis, quod commune habemus cum muſcis, viſio lucis æternæ vel modica amouenda, quia non ſpiritus propter carnem, ſed caro propter ſpiritum beneficium lucis accipit: quo verbo innuebat hominem Deo deditum malle lumen corporeum amittere, quàm intuitum mentalem offendere, quo Deus Spiritus deuotione videtur. Allocutus eſt ferrum, quo inurendus erat, dum dixit, eſto mihi propitium, precor Deum qui te creauit, vt tuũ mihi calorem temperes, quò ſuauiter vrentem valeam ſuſtinere. Quo oſtendit creaturam creatoris diuino famulari imperio.

Ignẽ alloquitur velut rem animatam, vt remittat naturalem calorem.

Quæ dantur pauperi non ſunt data, ſed mutuata: & cum pauperem veſtias, nudum remanere nõ eſſe verecundũ. Prohibitus ab Epiſcopo Imolenſi, ne prædicaret, iterum redijt his verbis: Domine ſi pater filiũ vno pepulerit oſtio, alio ſibi ingrediendum eſt. Epiſcopus ipſum tunc amplexando ait: Tu, & fratres tui in Epiſcopatu meo ſine licentia prædicabitis, quia hæc humilitas ſancta promeruit.

Imolæ patitur repulſam.

Cuidam volenti intrare ordinem præcepit, vt ſua pauperibus erogaret: ſed cùm cognatis & conſanguineis propria diſtribuiſſet, redijſſetq́ue ad B. Franc. ipſe repulit eum dicens, Vade F. Muſca, nõdũ exiſti de cognatione tua, & de domo patris tui; non eſt dignus iungi pauperibus Chriſti, qui pauperes defraudauit, ruinoſum fundamentum ſpirituali fabricæ collocaſti, vade viam tuam.

Gen 12.

Cuidam fratri nolenti orare, neque eleemoſynam quærere, dixit B. Fran. Muſca vade quia tu vis comedere laborem fratrum tuorum; & ob id eiecit eũ. F. Pacificus ſocius in oratione eleuatus cum vidiſſet in cœlo in conſpectu diuinæ maieſtatis ſedem vnam ornatiſſimè præparatã, ignoraretq; cui parata eſſet, cupiens autem hoc noſſe audiuit vocem in cœlo dicentem: Sedes iſta fuit vnius ex primoribus angelis, qui prolapſi ſunt de cœlo, quæ parata eſt humillimo Franciſco, ſicut priuatus ea fuit ſuperbiſſimus Angelus: poſt viſionem reperiens B. Franc. interrogauit, quid de ſe ſentiret, cùm in tanta mundi veneratione eſſet qui reſpondit: Quid, niſi humillima? Quia ſi fures, & ſicarij haberent gratiam, quam dedit mihi Dominus, feruentius eam expenderent. recolebat enim ſe à crucifixo ſic admonitum, Franciſce amara pro dulcibus ſume, & te ipſum contemne, ſi me uis agnoſcere.

Reuelatio B. Pacifici de glorificatione B. Franc.

Peruenit B. Franc. ad tantam ſimplicitatem, & puritatem, vt omnem creaturam etiam irrationalem appellaret fratrem, vel ſororem ſuam, vt patet in auibus, & agnis, & multis animalibus quæ fraternè incitabat ad laudandũ Deum.

Simplicitas B. Fräciſci.

Dicebat gratiam orationis viro religioſo deſiderandam, neminem dicens ſine ipſa in ſeruitio Dei proſperari poſſe, vt vox concordet mẽti, & mens concordet Deo, ut poſſit per puritatem mentis placere Deo, nec ſtudeat populi aures demulcere. Fratres non litigent inter ſe, non calumnientur aliquem, ſed humiliter reſpondeant dicentes; Inutilis ſeruus ſum; neque iraſcantur: nam qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

Matth. 5.

Beatus ille eſt, qui tam diligit fratrem, quando eſt infirmus, quàm cum eſt ſanus, ſi quis non poteſt diligere fratrem, ſicut ſeipſum, ſaltem ei non inferat malum.

Maximus inimicus hominis caro eſt, nihil recogitare nouit, vt doleat, nihil vt timeat præuidere, ſtudium autem eius eſt abuti præſentibus: ipſa de virtutibus laudem, de vigilijs & orationibus fauorem carpit extrinſecum.

Humanę carnis natura & morbida qualitas.

De corpore noſtro dicebat, quòd ſicut pigrum iumentum calcaribus indiget, ſic corpus noſtrum ſomnolentum ieiunijs, & ſtudijs orationum. De prælato dicebat, quòd raro per obedientiam erat præcipiendum, nec citò manum ad enſem mittendam, nec primò fulminandum iaculum, quod debet eſſe extremum, & qui præcepto obedientiæ feſtinanter non obedit, neque Deum timet, neque hominem reueretur, dum non habet cauſam neceſſariam retardandi. Auctoritas quoque imperandi in temerario præceptore, quid eſt aliud, quàm gladius in manu furioſi? Nil deſperatum magis, quàm religioſus obedientiæ contemptor. Tam vberrimus eſt ſanctæ obediẽtiæ fructus, vt qui colla eius iugo ſubmittit, nil tẽporis ſine lucro trãſeat. Mulierum vana colloquia, & aſpectus earum incautis præbent cauſam ruinę: Ideo euitanda eſſe conſulebat, aſſerens, quod ſpiritus infirmus frangitur, & debilis infirmatur, & vix poteſt quis contagium illarum euitare, niſi ſit probatiſſimus vir; nec tutum eſt introrſus formarum haurire imagines, quæ pudicæ mentis valent maculare nitorẽ; ex nimia enim ſecuritate minus cauetur hoſtis. Dicebat quoq; fratribus, Diligamus Deũ ex toto corde, & totis uiſceribus, totis deſiderijs, nil aliud placeat nobis niſi redemptor, qui eſt plenũ bonũ, omne bonũ, totum bonũ, qui ſolus eſt bonus, pius, mitis; nihil impediat, nihil ſuperet, nihil interpellet.

Pulchra exẽpla

Admonuit fratres, ut religioſos & clericos omnes honorarent in his, quæ ad animę noſtræ ſalutẽ ſpectãt, & à noſtra non deuiant religione. Dicebat parochos eſſe dominos ſuos, ſine quorũ aſsenſu nunquam eſset prædicaturus in eorũ Eccleſiis. Veh illis dicebat, qui eos deſpiciunt, quamuis ſint peccatores propter sãctiſſima myſteria, quę Deo adminiſtrãt. dicebat quod fratres

more pauperum pauperculas domos erigerẽt, quas nõ inhabitarẽt, ut proprias, ſed ut peregrini & aduenæ, legesque peregrinorum eſſe dicebat, ſub alieno colligi tecto. Dixit Fratri Maſſęo: Theſaurus dominę paupertatis eſt tã magnus, ꝙ nos nõ ſumus digni tã magnũ bonũ poſſidere. Seruo Dei nulla res debet diſplicere præter peccatũ. Dixit ſocio ſuo F. Leoni: Nõ eſt perfecta lætitia in corde, vbi nõ eſt vera prouidẽtia, & ſi faceret miracula, ẽt ſi ſciret loqui lingua angelica. Quẽdã Fratrẽ allocutus afflictũ: Nullus (ait) ſe Dei ſeruũ reputare debet, quouſque per probationem & tentationem non tranſierit: victa autem tentatio eſt anulus, quo Deus deſponſat ſibi, animam ſerui ſui. Docuit ꝙ Fratres debent ſupplere, quod in clericis defuerit, nam miſſi ſumus in partem ſortis miniſteriorum Dei, nunquam debemus deſiderare eſſe ſuper alios, ſed potius ſubeſſe. De Concionatoribus dicebat: Obſecro omnes concionatores, vt ſtudeant humilitati: qui enim omne ſtudium ſuũ ponunt in acquirenda ſcientia, dimittentes uocationem ſuam ſanctam, extra viam humilitatis & ſanctę orationis gradiuntur: & ſi viderint aliquem in populo ad verba ſua moueri, & excitari ad Chriſtum, inflãtur, & de ſeipſis glorioſius prædicant, neque perpendunt hoc eſſe alienum lucrum, quia id potius à pauperum fratrum lacrymis, & ſanctis orationibus impetretur. Iſti habitant in locis deſertis ſua & aliorum peccata deflentes, orationi inſtantes, hi portant manipulos ſuos, & merita ſanctæ humilitatis ſuauiſſimis repleti odoribus, quaſi precioſo vnguento liniti. Qui uerò non curauerunt niſi viam ſalutis alijs oſtendere, & peccatorum obuolutis caligine, lucis alienę exempla monſtrare, ſed nihil pro ſe boni operantes, nudi & vacui erunt ante tribunal Chriſti, & confuſione ac verecundia pleni cum ſuis tenebris interioribus in tenebras exteriores cum ſpiritibus immundis demergentur. Quare Fratribus, quos ad prædicandum mittebat, hæc verba proponebat. Ite annunciate hominibus pacem, prædicate pœnitentiam in remiſſionem peccatorum, Eſtote in tribulationibus patientes, in orationibus vigiles, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti, in moribus graues, & in beneficijs grati, quia pro his omnibus Diuina bonitas regnũ præparauit æternũ. Et reſpondens cuidã magiſtro Sacræ Theolog. ſuper verbum Ezech. ſi non annunciaueris impio impietatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram: ſic exponebat. Quod ſeruus Dei debet vita & ſanctitate in ſeipſo ardere, ac fulgere, vt luce exempli & lingua ſanctæ conuerſationis omnes impios reprehendat. ſic inquàm ſplendor eius vitæ, & odor famæ eius annunciabit omnibus iniquitates eorum. Arduum quippè eſt, abſque exemplo res magnas lucidè oſtendere & ſuadere, quia ut plantarum ſemina, ſic hominum vitæ, regionibus ſimiles fiunt. De ſpirituali lætitia dicebat, quòd ei qui habet ſpiritualem lætitiam, quæ prouenit ex munditia cordis, Dęmones non poterunt nocere, ideò nolebat Fratres ſuos interiorem & exteriorem lætitiam habere. Multòplura poſſem adducere exempla B. FRANC. Sed breuitatis cauſſa omitto. Hæc quæ modo dixi, ſummo ſtudio amplexanda ſunt, & memoriæ commendanda, vtpotè ſapienter dicta à viro ſanctitate eximio. Hanc doctrinam non abhorruit F. Bernardus de Quintaualle, qui ad verba B. FRANC. omnia ſua pauperibus erogauit, non Aegidius Aſſiſias, non Angelus miles, non Silueſter ſimplex, non inſignis Ruffinus, qui ſpreto mundo, veſtigijs B. FRANC. adhæſerunt, Hanc doctrinam inſuper Chriſtus miraculorum ſplendoribus illuſtrem reddidit ab omni errore alienam, oraculis diuinis declaratam, & confirmatam, quæ ideo cordibus noſtris fixa eſſe debent,

Theſaurus dominę paupertatis qualis.

Col. 1.

Concionatores quales.

Pſal. 125.

Verba, quæ B. Fr. proponebat prædicatoribus.

Ezech. 18. & 31.

Doctrina & exẽplum B. Fr. quantum profuerũt.



SIGNVM TAV ERAT SIGILLVM, quo Beatus FRANCISCVS Generalis præfectus ſignabat literas.

FVIT B.Franciſcus ſacratiſſimi ſigni Tau feruens amator, quo non ſolùm literas, ſed & frontes, & corda hominum conſignabat, vt virę diſcrimina & mortem ipſam homines euaderent. Nam illud ſignum Tau, quod eſt in vltimis Alphabeti Græci elementis, Crucis figuram gerit, quę eſt tuta aduerſus enſē irę Dei defenſio, proprerea habet neſcio quid latentis myſterij, quod ſymbolizat cum myſterio Crucis. Porrò Beatus Pacificus ſpe- Ezech. 9.
ciali gratia hoc ſignum intuitus eſt in fronte B. Franciſci, quod inſigni quadam Cœlorum varietate diſtinctum, faciem Franciſci miro venuſtabat ornatu. Neque id vacat myſterio: nam & vir ille apud Ezechielem qui ſignabat hoc eodem ſigno Tau ſuper frõtes gementiū, atque dolentium; qua quidem inſinuatione liberos ſignificabat electos à ſæua percuſſione exterminatoris Angeli. Viſitur hoc ſignum hodie quoque Bononiæ ante fores ędiculæ Sāncti Franciſci in Clauſtro ad ſepulchrum profeſſorum; Vincentiæ; & Sarezanæ oppidi in Etruria non procul à Macra fluuio. Hoc ſigno B.Franciſcus benedixit, & cõſignauit Bernardum de Quintaualle ſuum primūgenitū cū ait: BENEDICAT TIBI DOMINVS &c. Cæteri Generales à B. Franciſco, vſi ſunt diuerſis ſigillis. A Leone X. Pont. Max. vſi ſunt ſigillo Sanctorum duodecim Apoſtolorum ſub titulo Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Romæ, vbi habitant Conuentuales Sancti Franciſci.

Deinceps

DEINCEPS RECENSENTVR Generales, qui poſt B. Franciſcum fuerunt.

De Beato Ioanne cognomento Parente, Generali.

Ioannes Parens verè parens.

B. FRANCISCO ex rebus humanis ſublato, ingens mœſtitia, & triſtis omnino luctus vniuerſis fratribus inceſſit. Vnde cogitãtibus de nouo Generali præfecto occurrit Ioannes Parens, vtique pius, parentis officio verè pollens. is fuit de Carmignano Florentinæ ditionis oppido, ciuis Romanus, & iuris vtriuſq; Doctor: qui cùm deinde eſſet Miniſter Hiſpaniæ electus eſt ſumma omnium lætitia, & plauſu incredibili, Generalis apud S. Mariam de Portiũcula, an. 1227. tẽpore Gregorij IX. Pon. & fuit primus Generalis poſt B. Franciſcum, qui annos tres ſumma charitate & pietate rexit ordinem, quamuis de tempore nil certi affirmari poſſit. Nam ob quædam dubia in ipſa Regula ſuborientia à ſummo Pont. declarata, quippe qui animum & conſilia B. Franciſci, quocum erat maxima charitate coniũctus, percepiſſet, Generali præfecturæ ceſſit, quamuis ſummus Pontifex declaraſſet eum non fore abrogatum, & ideo iterũ Reate Generalis fuit electus, an. 1232. pridie quàm Beatus Antonius Spoleti aſcriberetur catalogo Sãctorum. Fuit Ioannes Parens vir iuſtus, incedens ſine querela, ad ſedanda veſtigia patris ſui totus deſiderio ardens. Nam ad puram regulæ obſeruantiam ſermonibus, & operibus omnes trahere conabatur: is nudatis pedibus totum viſitauit Ordinem. Hic tranſtulit corpus B. Franciſci eo loci, vbi nunc conditum eſt, ordinauitque ſacratiſſimum corpus Domini in pixide argentea collocandum eſse, inſtituit quoque nullum fratrem vocari magiſtrum, apoſtatam non reſumi ad ordinem, ſi de fide fuerit ſuſpectus, vel ſi in fornicationem publicam lapſus, ſi litigioſus, vel ſtatutorum Religionis contumax violator, & non ſe corrigat: atque multas conſtitutiones inſtituit, quibus per vniuerſum ordinem nomen ſuum, atque vitæ exempla inclaruerunt. Hoc tempore Alexander Alenſis effectus eſt frater Minor, ab omnibus ſingulari exceptus affectu, tanquàm Religionis maximum decus, & ſingulare ornamẽtum. Hoc tẽpore, an. 1230. Conuenientibus fratribus ad capitulum Generale fuit trãſlatum corpus Beati Franciſci, vt ſuperius adnotauimus, an. 1228. de voluntate S. Ludouici Regis Franciæ fuit per Cardinalem legatum poſita vniuerſitas Theologiæ Tholoſæ, & conducti Magiſtri in grammatica & alijs diſciplinis celebres cum ſalario quarundam marcharum argenti ſoluendarum per Comitem Tholoſanum, quæ fuerunt confirmata per Gregorium IX. Vnde multi Magiſtri Pariſijs Tholoſam venerunt cauſa ſtudij.

Apoſtaſia duplex obedientiæ, & fidei, de hac intelligit, qualis fuit in Iuliano apoſtata.

Ex Vaticano.

QVA OCCASIONE IOANNES PARENS ingreſſus ſit ordinem S. Franc.

INGRESSVS eſt Ioannes Minorum Ordinem hac occaſione: is erat Iudex Ciuitatis Caſtellanę, quam nonnulli Veiorum olim fuiſſe vrbem arbitrantur, & Camillum ingratę patriæ iudicia fugientem, illic exulaſſe. locus eſt in plano ſitus, verùm ita præruptis vndique rupibus, vt inſtar altiſſimi montis propemodùm inexpugnabilis videatur. Subulcus autem porcorumve cuſtos (vti conſuetudo eſt in partibus Sabinorum) poſt porcorum paſtiones cogebat eos in antrum: ibi enim multæ ſunt caulæ gregũ, & lapidoſę quędã cauernæ, vnde leguntur illa carmina.

Sabinorum vulgò gens aſpera ſaxis,
Præruptis caulas mille extruit.

At porcus quidam renitebatur cum porcorũ cuſtode, qui fuſtigationibus & clamoribus tentabat eum intro pellere, ſed inanis erat omnis eius conatus: tandem ira percitus, atq; impatientia victus, vt fuerat edoctus a viro quodam erudito quaſi carmine ad hoc valente ait, intret iſte porcus in antrum, ſicut iudices cauſarum intrant in infernum. Quæ res vt per iocum memorata, peruenit ad aures Ioannis Parẽtis ibi tunc iudicis. Cuius dicti tactus agitatuſq; examinatione, ſtatim ſuſcepit habitũ B. FR. in quo, vt diximus, ſanctè vixit, in ipſoq;

Ordine tantum profecit, vt etiam viuenti concederet Deus ſigna & prodigia facere. Nam inter cætera illud ſingulare de eo narratur, quòd cùm apud Sorinam Regem Legionis (quę Caſtella dicitur) conuocaſſet Fratres ad comitia, & præ nimia ſiccitate populus periclitaretur, cum ingenti fiducia orans cum Fratribus optatam mox aquarum gratiam impetrauit. Illud quoque inſigne narratur, cùm ipſe de pace ageret, Romanos ad obedientiam Sanctæ Rom. Eccleſiæ reduxit, pędixitq; ſpiritu prophetico Tyberis inundationem, vnde Romani ſubito timore compulſi ad pacis fœdera redacti, ſanctitatem viri confeſſi ſunt.

Duo inſignia miracula.

DE F. HELIA GENERALI.

FRATER Helias Cortonenſis (vt ferunt) de villa vulgò Celluli comitatus Cortonæ, vel de villa Oſſaria prope Cortonam, ſic dicta à multitudine oſſium hominum eo in loco tempore Romanorum in bello cęſorum; Cortonenſis tamen dictus eſt, quemadmodum qui eſt ex aliquo loco vicino celebri cuidam vrbi, ſæpe dicimus eum ex nomine illius vrbis. Alij ex Biuillio pago agri Aſſiſienſis. Alij verò eũ Pedemontanum affirmant. Nam eius ortus altercańonis ſpeciem, quæ eſt de Homeri, atque Pythagorę origine, nobis videtur referre. Hoc pro certo habemus, quòd tanta ſapientia humana præditus fuit, vt ad magna negocia peragenda videretur ab ipſamet natura eſſe progenitus, neque in Italia habebat in hoc æquales: vnde ob ſingularem eius prudentiam Principibus charus fuit, & in precio habitus. Natura enim comparatum eſt, vt vbi plus virium eſt, eo & fauor hominum magis ſe inclinet. Sed is tumens faſtu humano, & arrogantia plenus, vt alter Lucifer, ab apice ſublimitatis in miſerandæ ſeruitutis abyſſum lapſus eſt. Primus enim cœpit Religioni laxiores habenas dimittere, multa priuilegia contra Regulæ B. Franc. puritatem, furtim obtinuit, obſtantibus ſibi F. Antonio Patauino, ob eam cauſam à F. Helia iniuria laceſſito, & alapa (vt ferunt) percuſſo, & F. Adamo de Mariſco. Quæ cùm Innocentius IIII. Pont. Max. reſciuiſſet, F. Heliam ab officio generalatus abdicauit, excommunicauit, & habitu Religionis priuauit; qui furens Frederico imperanti adhæſit, tandem Conſtantinopoli in Italiam rediens, Cortonę ægrotans miſit fratrem ſuum germanum ad Innocentium IIII. ſummis precibus exorans, vt ab excommunicationis ſententia abſolueret, quod Pontifex precibus, & lacrymis eius permotus, effecit. Cortonę obijt, ſepultusq; in inferiori eccleſia, vbi viſitur hodie Crux admiranda, quam ipſe Conſtantinopoli detuliſſe fertur cũ quibuſdam characteribus expreſſis, nobis prorſus ignotis. Alij dicunt, quorum ſententiã approbo, in Gallijs obijſſe, quia Bituntij Burgundiæ prouinciæ viſitur quoque ſepulchrum eius ante fores Eccleſiæ Fratrum Minorum. Electus eſt Generalis an. 1230. rexit annos octo. Floruit ſuo tempore Odorigaldus Epiſcopus Rothomagenſis, viuendi regula dictus. Floruerũt quoq; BB. Ioannes & Petrus in Ciuitate Valentię in Catalonia Saracenorũ imperio ſubiecta pro fide Chriſti martyrio coronati ab Azoto Abuzeiti in feſto Decollationis S. Io. Bap. an. 1231. quorũ corpora quieſcunt in Conuentu Turolij prouinciæ Aragonię: de quibus in priori libro.

Vide Vbertinum à Caſali li. 5. c. 7. & Volaterranum in Anthropologia, lib. 21. Item Bernardum de Beſſa in Chronicis Generalium Ordinis.

B. Antonius à F. Helia iniuria prouocatus.

ACERBA CALAMITAS, ET MALORVM VIS, *tempore F. Heliæ Generalis in Religione ſuborta.*

ADMIRANDA ſanè ſacrę huius Franciſcanæ familię initia, quam Deus per merita B. P. Fran. ampliſſimis dignitatibus, & ſummis honoribus exornauit. Verùm non defuit Sathanas, qui parandis dolis, & ſtruendis inſidijs ſemper preſtò eſt, plurima excitare ſcandala. Nam F. Helias, in quo humanæ ſapientiæ plurimum erat, maximam Fratrum copiam ſecum trahebat, qui ita bonis iniurioſi erant, vt omnibus mouerent ſtomachum, & irritarent, iniurias non ſatis æquo animo ſuſtinebant bóni, qui conſtituerunt adire Pontificem Gregorium IX. vt tanto malo conſuleret, & futuro ſcandalo ſua auctoritate obuiaret; ne flam̃ma hæc maius incendium produceret. Quo audito F. Helias (capta ex tempore occaſione) adijt Summum Pontificem, qui Fratrem Heliam obſeruabat, ſiquidem ſciebat eum & forenſi & Chriſtiana ſapientia plurimum præſtare cęteris. dixitq; ei F. Helias, Pater Sancte, Nouit veſtra Sanctitas multitudinem eſſe veluti belluam multorum capitum, inconſtanterq; & ſtultè huc atque illuc ſine fręno impelli. Vnde, quæ minima reputantur in principio, niſi præſentaneum remedium adhibeatur, ne-

F. Heliæ fraus artificio tecta, vt Fratrum turbã in ſuã alliceret ſententiam.

Non cadit in virũ bonum ſtulta ſimulatio.

glecta augentur,& redduntur incorrigibilia. Multi Fratres ex familia noſtra inſurgunt contra me reiecto obedientiæ iugo,& quaſi effrẹnes hinc inde vagantur. Summus Pont. qui planè ei credebat, quamuis poſtea quàm illum probè nouit,& quo animo eſſet egregiè perſpexit, excommunicauit, & ab officio amouit, dixitq́; ei, Vade, tuum eſt, qui ſapiens haberis, eos corrigere. Nec mora, fretus Pontificio mandato, de quo infrà mentionem habemus, ſtatim quoſdam Fratres vitę ſanctitate,& moribus conſpicuos, capit, ligat, flagellat, habitu priuat, multaq́; eis damna infert. Inter quos F. Cæſarium Spirenſem Alemannum, virum vtique inſignem in carcerem trudit,& eum cuidam Fratri laico ſub graui pœna aſſeruandũ tradidit. Sed cùm F. laicus, qui curam carceris gerebat, vidiſſet præfatum F. Cæſarium ante carcerem ambulãtem, timens ne fugam arriperet (niſi hoc compoſitò factum fuit) irruit in eum, & fuſte tam grauiter percuſſit, vt diro fuſtis ictu animam inter verba illa, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, efflauerit. nec ibi conſtitit furor, ſed graſſatur vlterius: duodecim ſiquidem ſocios F. Cæſarij habitu priuat,& multis tormentis affligit. F. Antonium Patauinum à ciuitate Meſſana aduentantem Aſſiſium malè accepit,& flagris percutiendum mandauit, qui patienter ferens ait: Benedictus Deus parcat vobis fratres. Hanc perſecutionem excitauit inuidia illius, qui de cęlo ruit: hanc quoque paſſi ſunt B. Aegidius, & Angelus ſocij quondam B. P. Franc. contra quos inſurrexit multitudo ſequacium F. Heliæ, ſicut contra Seth filios generatio filiorum Lamech, Iſmaelitæ contra filios Iſaac, Aegyptij & Amalachitæ contra filios Iſrael, Scribæ & Phariſæi contra Chriſtum. Semper enim fuerunt perturbationes in Religione, quia nemo tam compoſitæ felicitatis exiſtit, qui non aliqua ex parte cum ſui ſtatus varietate rixetur. Ille felix eſt, quem pauca vrgent incommoda. Sed ſtatuerunt ſancti viri malum in bono vincere,& aures declinare, velut aſelli cùm grauius dorſo onus ſubeunt. nullum enim non mouit lapidem Sathanas, vt florẽtem Franciſcanam ſegetem perderet, vel conſpurcaret, (quod ſuprà oſtendimus ex vaticinijs futurũ, vbi de ſtatua Nabucdonoſor agitur) ſed fruſtra, quia altis humilitatis eſt defixa radicibus.

F. Heliæ ſęua animaduerſio.

Ex manuſcripto.

Hæc narrat F. Cæſarius Spirenſis in libello de ſeptem tribulationib. Ordinis.

Congrua compa ratio.

MANDATVM GREGORII IX. ad F. Heliam Generalem.

Ex Vaticano.

F. Philippus Peruſinus in Epiſtola de protectoribus.

GREGORIVS IX. Pont. Max. nominis & ſanctitatis B. Fran. cultor pręcipuus, videns puſillo gregi ingens diſcrimen imminere, ſcripſit F. Heliæ Generali, ne alicui liceat ſub habitu extra obedientiam euagari, & paupertatis corrumpere puritatẽ, quòd ſi ſecus facere præſumpſerint, liceat contra eos cenſuram Eccleſiaſticam exercere. Nec aliquis audeat ferre habitum S. Franc. præter Fratres ſuos abſque ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, & qui aliter præſumit, per diœceſanos tollatur.

QVOD TEMPORE F. HELIAE GENERALIS quidam inſignes viri in Ordine per merita Beati P. Franciſci claruerunt.

Ex manuſcripto.

RODVLPHVS Anglicus, Epiſcopus Erfordienſis, claruit hoc tempore in Franciſcana familia, qui cùm ſemel ad Deum orans raperetur, habuit viſionem & reuelationem intrandi Ordinem S. Franc. annuente ad hoc Gregorio IX. Pont. Max. Porrò hunc ſecuti ſunt duo alij Rodulphi, viri inſignes in Theologia, quorum alter cùm ſemel ſtudẽs obdormiſſet, apparuit ei Diabolus, qui ei viſum auferre comminabatur, dicens: Ego te ſtercoribus excęcabo: Euigilauit Magiſter,& cùm iterum dormitando tentaretur, ille conſtanti animo Diabolo dixit, Non tu me, ſed ego te excęcabo. poſtridie illius diei cùm in cathedra interpretaretur lectionem, oblatæ ſunt ei literæ cuiuſdam Epiſcopi de Anglia pingues illi redditus offerentes: qui abnuit, interpretans diuitias ſtercora illa, quibus eum Diabolus excęcare pertentauerat. Tunc Ordinem Fratrum Minorum ingreſſus valde profecit; & cum eo ingreſſus fuit alter Rodulphus, vir inſignis, qui Ordini fuerunt magno ornamento & decori.

Extat etiam Epiſtola B. Franciſci ad F. Heliam, cùm eſſet Generalis, quam ſubijcimus, quòd pietatis ſit monitis plena, docentibus Generales Miniſtros.

EPISTOLA

EPISTOLA BEATI FRANCISCI ad F. Heliam Vicarium Generalem.

FRATER, det tibi Dominus ſuam ſanctam benedictionem, in omnibus ſis patiens, & bene diſpoſitus: ſi in aliquo à Fratribus tuis offenderis, accepta referas Deo, in hoc ſolùm cognoſcam ſi es ſeruus Dei, ſi errantem Fratrem miſericordia reduces ad Deum, & ſi grauiter errantem amare non deſieris. Et ſi aliquò timore humano id attentare non audeas, pete ab eo, ſi miſericordiam cupiat: & ſi aliquis (ſuadente Diabolo) ceciderit in aliquod graue peccatum, recurrat ad Guardianum, ille verò tranſmittat ad Prouincialem, qui miſericorditer recipiat, & ſi viderit illum eſſe contritum, dicat illi: Vade, & noli amplius peccare.

Ex quo ſeruus Dei noſcatur.

DE F. ALBERTO PISANO GENERALI.

F. ALBERTVS Piſanus Etruſcus, B. Franciſci imitator, & vir admodum probus, primò miniſter Hungariæ, Bononiæ, Tuſciæ, & vtriuſq; Marchiæ: qui cùm eſſet Miniſter Angliæ, abſens electus eſt Miniſter Generalis Romę & à Gregorio IX. confirmatus anno 1236. rexit annos duos, vt quidam aiunt; alij dicunt, quòd ſpatio trium menſium ſublatus eſt: cuius obitus triſtitiam attulit multis, & præcipuè Gregorio IX. Pont. qui in eius obitu compoſuit illam Antiphonam, *Plange Turba Paupercula*. Fuit autem Frater Albertus is, qui vnà cum tribus alijs conſocijs in Regno Angliæ Religionem Franciſcanam plantauit, & die tertia Maij Fratres Minores in Anglia recepit, cuius fama permotus Rodulphus Epiſcopus Erphordienſis, quem ſuprà memorauimus, & Abbas quidam vnà cum multis alijs Ordinem Minorum intrauerunt: inſtitutumque eſt publicum Gymnaſium in Anglia; rogatuſque Dominus Ropertus de Groſexteſt, tunc Magiſter ſacræ Theologiæ Oxoniæ, vt ſchólas regeret, & moderaretur quouſque in Religione iuuenes coaleſcerent, ita, vt cæteros inſtituere poſſent, id effecit libenter; ſed cùm ſemel diſputaretur, an Deus ſit, Frater Albertus audiens hoc reuocari in dubium, ægrè tulit, dicens: Surgunt indocti, & rapiunt cœlum, & nos falſis doctrinis mergimur in profundum. ob eam cauſam ſtudium illud abdicauit.

DE F. HAYMO GENERALI.

F. HAYMO de Fauereſchino Anglicus, vir doctrina, & morib. conſpicuus, honeſtatiſq; ſpeculum dictus, electus eſt Generalis Romæ anno 1239. exiſtente Gregorio IX. & vota eligentium acceptante, quem idem Pont. confirmauit. Verùm defuncto Pont. F. Helias quaſi de latibulo ſimultatis procedens; (miſſus.n. fuerat Conſtantinopolim, vt inter Federicum & Conſtantinopolitanũ Imperatores pacis fœdera conflaret) præfecturę inhiabat. Orta eſt hinc ingens Ordinis plaga, quia alij Heliam, alij Haymonem ſequebantur. Innocentius IIII. cognita fraude F. Heliæ ipſum excommunicauit, & F. Haymonem complexus eſt: qui eius mandato Breuiarium Romanum correxit, & rubricas adiecit, edidítq; librũ de Miſſæ cęrimoniis, cuius initium eſt, Indutus planeta Sacerdos. pręter egregios Commentarios in 4. lib. Sent. & ſermones nõnullos. Viri huius mandato declarata eſt Regula à quatuor magiſtris in Capitulo Bononiæ celebrato an. 1242. Hoc tempore facta eſt prouinciarum diuiſio, & limitata facultas prouincialium, & Generalis ipſe per Capitulum generale recepit ad Ordinem F. Bonauenturam Fidanzam Balneoreginum, rexitq; annos v. obijt Anagnię an. 1244. cuius Epitaphium hi verſus ſimiliter deſinentibus dictionibus concinnati (vt mos olim fuit) conſtituunt.

Hic iacet Anglorum decus Haymo virorum,
Viuendo Frater, hosq; regendo Pater,
Eximius lector, Generalis in Ordine rector.

EXEMPLVM, QVOD DIVINA PROVIDENTIA electis ſuis nunquàm defuit.

Vide, vt Deus habet curã de ſuis.

HOC tempore apud Portugalliam in villa Stremocenſi hoc mirabile accidit factum: Erat quidam diues nomine Petrus Bonus pauperib. omnibus, ſed præcipuè Minoribus crudelis, & inhoſpes. Cùm ſemel Guardianus conuentus Stremocenſis nil penitus haberet ad ſubleuandas Fratrum neceſſitates, & nocte media ſurgerent Fratres ad horas matutinas, eadem penè hora ſurgens Petrus Bonus vidit ſuper Eccleſiam Fratrum vigintinouem candelas accenſas; narrata viſione vxori, illa attonita ſimul & gaudens rogauit virum ſuum, vt Fratribus eleemoſynam faceret, quod effecit, ex illoque portento vigintinouem candelarum intellexit totidem Fratres in conuentu morari, quos poſtea amanter ſemper complexus eſt.

DE FRATRE CRESCENTIO GENERALI.

FRATER Creſcentius Aeſinus Picens, vir grauis, & ſenio confectus, diſciplinæq; zelo probatus, tempore Innocentij IIII. electus eſt Aſſiſij anno 1245. communi Patrum ſuffragio; rexit annos tres. Qui (vt quidam dicunt) prædeceſſoris ſui F. Heliæ ſectatus eſt affectus, & mores: vbique enim videbatur mira quędam in eo & inſatiabilis habendi cupiditas, mutandi loca ſolitaria, & ædificandi ſumptuoſa, procurandi legata pia, & vltimas voluntates, & ſepulturas, & acquirendi ſcientias ſeculares. creuitque in tantum temporalium rerum deſiderium, & effrænis libido poſſidendi, vt non erubeſcerent Fratres in partibus Italiæ pro ſuis votis implendis palàm pecuniam procurare, & recipere, & litigia in curijs excitare. Quæ vniuerſæ Religioni magnum periculum, & irreparabilem lapſum minabantur. Dolebant viri, qui in Religione tunc temporis ſcientia & ſanctitate florebant, damnantes hunc viuendi modum; ſed fruſtra nitebantur: tandem habito maturo conſilio, conuocatisq; ſocijs quibuſdam Beati FRANCISCI, qui tunc viuebant, dolentes quòd tam notoria tranſgreſſio irrepſiſſet, Summum adire Pontificem conſtituunt, habitu aſſenſu lxxij. Patrum. Quo audito Frater Creſcentius Generalis vnà cum Fratre Bonadie eius ſocio, & iuris perito, præcurrunt ad Pontificem, narrantes falſa pro veris, affirmanteſque in familia quoſdam inobedientes exiſtere, qui totum Ordinem deturbant, & fractis obedientiæ loris ſuperiorum mandatis non obediunt. Quibus auditis mandauit Pont. eiuſmodi Fratres corrigendos eſſe, vt ſcandalorum occaſiones penitus extirparentur. Tunc Frater Creſcentius viſa difficultate regendi, abdicato magiſtratu generalis præfecturæ Epiſcopus fit Aſſiſij. Verùm animaduertens quàm ingentem molem curarum Antiſtites euoluere habeant, approbante Pontifice miſſa ea dignitate, ad Ordinem reuerſus eſt. Præfecit Pontifex illi Eccleſiæ Fratrem Nicolaum familiarem ſuum. Porrò fuit Frater Creſcentius iuris prudentiæ & medicinæ peritus, qui Summam in iure edidit. Præcepitque Fratri Leoni, Fratri Angelo Tancredo, atque Fratri Rufino conſanguineo S. Claræ, ut ſcriberent, ſi qua haberent, de uita & miraculis B. Franciſci: Qui compoſuerunt legendam, quæ dicitur Trium Sociorum. Multa quoq; de mandato huius Generalis ſcripſit de Beato Franciſco F. Thomas de Ceperano. Hoc tempore celebratum eſt uniuerſale Concilium Lugduni, ad quod cum Frater Creſcentius eſſet euocatus à Domino Papa Innocentio, de ſe ipſo humiliter ſentiens, ſe, ut potuit, excuſauit: atque Fratrem Bonauenturam Aeſinum tranſmiſit, uirum planè eruditum, & ſuum familiarem. Hoc tempore obijt Alexander de Ales Pariſiis; & præfatus Papa Innocentius miſit ad Regem Tartarorum Fratrem Ioannem de Plano, & Fratrem Stephanum Boemum, ut ipſum à perſecutione & plagis Chriſtianorum cohiberent, qui primò profecti ſunt ad Regem Boemiæ & Poloniæ, quorum ope ſubſidiaria peruenerunt ad Vuaſilicon Ducem Ruſſiæ, & Bolczlaum nepotem ſuum Ducem Sleſiæ, inde ad Tartaros feria ſexta Cine-

F. Thomas de Ceperano.

Obitus Alexandri Alenſis.

Fratres miſſi ad placandũ Regem Tartarorum.

rum peruenerunt, datiſque de more pellibus Caſtoris, & aliis munuſculis, quæ attulerant, cœperunt prædicare verbum Dei, & baptiſmum. Miſitque eos Rex ad Bazi primatem ſuum iudicem: ſed cùm parum ſe proficere viderent, redierunt in Italiam, eorum mores ſatis vanos experti; tunc etiam Sanctus Ludouicus Francorum Rex promiſit ſe cum Rege illo fœdus inire, eumque in ſuam clientelam recipere, ſi fidem CHRISTI profiteretur. Vide Io.Bapt.Ramnuſium in ſuis Chronicis.

EPISTOLA BB. LEONIS, RVFINI, ET ANGELI, ad Fratrem Creſcentium Generalem.

REVERENDO in Chriſto Patri, Fratri Creſcentio, Dei gratia Generali Miniſtro, F. Leo, F. Rufinus, & F. Angelus, olim ſocij, licèt indigni, Beatiſſimi Patris FRANCISCI, reuerentiam in Domino debitam, & deuotam. Cùm de mandato proximi præteriti Capituli generalis, & veſtro, teneantur Fratres ſigna & prodigia Beatiſſimi Patris Franciſci, quæ ſcire vel reperire poſſunt, veſtræ paternitati dirigere; Viſum eſt nobis, qui ſecum (licet indigni) fuimus diutius conuerſati, pauca de multis geſtis ipſius, quæ per nos vidimus, vel per alios ſcire potuimus, & ſpecialiter per Fratrem Philippum Viſitatorem pauperum dominarum, Fratrem Illuminatum, & Fratrem Maſſæum de Marignano, & F. Ioannem ſocium venerabilis F. Aegidij, qui ab eodem Fratre Aegidio, & S. mem. F. Bernardo plura de eiuſmodi habuit, ſanctitati veſtræ, veritate præuia, intimare, non contenti ſolùm narrare miracula, quæ ſanctitatem non faciunt, ſed oſtendunt. Vnde propterea plerunque affiguntur locis inſignibus, nam ſunt miracula introitus ad fidem, vt ait B. Auguſt. at ſanctæ conuerſationis eius inſignia, & pij beneplaciti voluntatem oſtendere cupientes, ad laudem & gloriam ſummi Dei, & iam dicti Patris ſanctiſſimi, ac ad ædificationem volentium eius veſtigia imitari. Quæ tamen per modum legendæ narramus, cùm dudum de vita ſua, & miraculis, quæ per eum Dominus operatus eſt, ſint confectæ legendæ. ſed velut de magno & ameno prato quoſdam flores arbitrio noſtro pulchriores excerpſimus, continuatam hiſtoriam non ſequentes, ſed multa ſeriò relinquentes, quibus hic pauca, quæ dicimus, & inter ea duntaxat nihil ſupra, poteritis facere inſeri, ſi veſtra diſcretio videbit eſſe iuſtum. credimus, quòd ſi venerabilibus viris, qui dictas confecere legendas, hæc nota fuiſſent, ea minimè præteriiſſent, quin ſaltem ipſa pro parte ſuo decoraſſent eloquio, & poſteris ad memoriam reliquiſſent. Semper integrè valeat veſtra ſancta Paternitas in Domino, Amen. Data Gretię iij. Idus Auguſti, anno 1246.

DE F. IOANNE PARMENSI GENERALI.

FRATER Ioannes Parmenſis vir omni laude dignus, paupertatis amicus, & humilitatis ſtudioſus, lectorq; Pariſiis, cùm eſſet in Gallijs ab Innocentio IIII. Summo Pontifice miſſus eſt Legatus ad Ioannem Imperatorem Græcorum, & Mamelem Patriarcham Conſtantinopolitanum, à quibus Angelus pacis dictus eſt: rediens electus eſt Generalis Aſſiſij anno 1248. qui cùm rexiſſet annos octo, non contemptus gratia, ſed imbecillitatis potius, & infirmæ naturæ, Romæ coram Alexandro IIII. Pont. Max. Generali præfecturæ ceſſit; aſſerebat enim apertè ſe nulla ratione tuta conſcientia tolerare poſſe, quod ſub Ducatus ſui vexillo tot exceſſus fierent. Ipſe enim multos Fratres liberauit, qui falsò damnati erant, gratias agentes Deo, quòd à lupo diſperſi, à Paſtore congregati eſſent. Porrò nullus fuit in Religione angulus, quem Ioannes non viſitaret, & ſua prudentia non moderaretur. Verùm abdicato Generalatu rogauerunt Fratres, vt proponeret idoneum Generalem, qui prudentia, & vigilantia præeſſet, ideo propoſuit Fratrem Bonauenturam vitæ ſanctitate, & literis conſpicuum. Fuit autem Frater Ioannes morum ſinceritate conſpicuus, & ſingulari in pauperes Chriſti charitatis affectu, qui omnes ad ſobrietatem, & continentiam ſuæ ipſius vitæ exemplo trahebat. cui ſemel Beatus Aegidius Diui Franciſci ſocius (de quo ſuprà retulimus) videns paulò viuendi normam laxiorem, explorata viri

huius ſanctitudine dixit; Oportunè quidem, ſed tardè aduenisti, mi pater. Floruit hoc tempore Religio ſanctitate & prudentia Parmenſis, quo duce multa aucta ſunt, & in melius reformata. Prioribus annis tribus viſitauit totum Ordinem, ſola tunica contentus, quod obſeruauit per totum tempus vitæ ſuæ, vt omnibus deſpectus videretur. Cuius ſanctitatem & morum charitatem admirantes B. Aegidius, Leo alter Aegidius, Maſſæus, & Angelus ſocij B. Patris Fr. magna voluptate perfuſi palā acclamabāt Franciſcum in hoc viro reuiuiſcere. Vt ſimplex frater viſitabat loca, nec dignitatem ſuam manifeſtare patiebatur, nec vſu rerum imperitus aliquod prætermittebat ſtudium, quo minus collabenti iam ordini ſuccurrere poſſet. Fuit Ioannes vir maximæ puritatis, & ſingularis charitatis in fratres ſuos. Nam mœſtos conſolabatur, inquietos corripiebat, infirmos ſuſcipiebat, fouebat debiles, ſimplices familiariter & lętè erudiebat, & omnes ad cōtinentiam, & ſobrietatem, ſuaui quadam oratione attrahebat. Dū ſemel Romæ prædicaret, videbatur fluuius igneus egredi de ore eius. dicebat Teſtamentum S. Franciſci habendum in ſumma reuerentia, quia poſt impreſſionem ſacrorum Stigmatum Spiritus ſanctus abundabat in S. Franciſco. Is ob ſingularem ſapientiam, & rerum gerendarū prudentiam, aliquibus legationibus laudabiliter functus eſt, præſertim Conſtantinopolim miſſus (vt diximus) ad componendos Græcos cum ſancta Sede; quod prudenter feciſſet, niſi aliter fuiſſet res ſubſecuta: cū enim Cæſar miſiſſet nuncios magno cum apparatu ad Summum Pontificem, vt exponerēt conſilia Gręcorum, re tamen infecta ad propria rediere. magna tamen lætitia & voluptate perfuſus eſt Summus Pont. cum tota curia, vt ſeipſum capere non poſſet, dixitq́ue multis coram aſtantibus, Dilatatum eſt cor noſtrum præ gaudio vehementi, audito quòd prudens Græcia nouo ſuperioris ſyderis irradiata fulgore, gratanter accepit F. Ioannem. Vnde illud inſigne de quodā eius ſocio narratur. Dum enim eſſet Conſtantinopoli, quidam ſocius eius, cui nomen Gerardus erat, in pretorio publicè prædicando emiſit vocem cum lacrymis dicens: Nunc Aquila capta eſt, orate pro liberatione eius, & omnium qui cum eo erant, intelligens de S. Ludouico Francorum Rege, & ita reipſa compertum eſt à Bondonutio Epiſcopo, qui ſancti viri ſpiritum propheticum agnouit; qui inter cætera prædixit conflictum linguarum, qui poſtea euenit in Prouincia Prouinciæ. Magnam quoq; plagam futuram prædixit inter fratres, quæ vix per Dominum Papam ſublata eſt: cum enim inter Fratrem Gerardum, & alterum diſcipulum F. Ioannis diſputatum eſſet de vita & doctrina Abbatis Ioachim, quorum alter laudabat vitam & doctrinam Abbatis, alter verò improbabat, ſocijs inter ſe altercantibus, inſurgunt diſcipuli contra magiſtrum, ſubditi contra paſtorem, & Ioannem accuſant. In loco Caſtriplebis habito ſeniorum cōſilio cauſa D. Bonauenturæ commiſſa fuit, Ioannes Caietanus Ordinis protector, cui iamdiu perſpecta erat Parmenſis probitas, omnem litem ſua auctoritate diremit. videbat enim Parmenſem conflictatum inter ſcopulos & ſaxa, inter medias Scillæ & Carybdis voragines, propter inuidiam, quæ ex virtutibus, velut vmbra ex lumine oritur. F. Gerardus, quia videbatur velle defendere libellum Abbatis Ioachim, fuit carceribus detentus ipſe verò incredibili patientia decem & octo annos tulit carceris pedorem, inde fuit liberatus.

VISIO QVAEDAM SPIRITVALIS BEATI Iacobi de Maſſa, de Fratre Ioanne Parmenſi Generali.

INTER reliquas virtutes, quibus præfulſit B. Iacobus, dictus de Maſſa, vir ſanctitate vitæ, & miraculis clarus, habuit gratiam raptus. nam ſemel fuit viſus à terra ſubleuari, & ſuſpendi per tres dies, ita vt fratres mortuum crederent: in quo quidem raptu (vt ipſemet dicebat) uidit ſtatuam perſimilem ſtatuæ Nabucdonoſor Regis, viditq́; protenſam arborem, in medio cuius ſtabat Frater Ioannes Parmenſis Generalis; multi hinc inde circunſtabant Fratres, quorum medius erat Beatus Pater FRANCISCVS, & habebat vas aureum in manu plenum ſpiritu vitæ, mox audita eſt vox: Franciſce veni ad uiſitandos tuos fratres; cuius facies erat ſplendens velut Sol. Interim dum hæc ei apparerent, vidit quoq; B. Bonauenturam in loco Ioannis Parmenſis ſuffectum. Hæc omnia vidit B. Iacobus, & retulit, de cuius ſpiritu, & prærogatiuis, quibus inſigniuit eum Altiſſimus, plura ſuperius diximus.

Viſio quędam admiranda.

ALIVD INSIGNE DE EODEM F. Ioanne narratur.

CONSVEVERAT quotidie F. Ioannes miſſam in aurora, deuotè celebrare, cui nouitius quidam deuotus inſeruiebat: cùm ſemel dictus nouitius poſt matutinas horas ſomno pergrauatus profundè dormitaret, ac F. Ioannes expectat nouitium, vt miſsæ inſeruiret, ille verò ſomno opprimeretur, apparuit F. Ioanni Angelus, qui cooperatus eſt in miſsa illius in habitu iuuenis; Miſsa verò abſoluta, viſum eſt iuueni tertiò vocari, qui aſſurgens, & adiens F. Ioannem Generalem, dixit ei, Pater vis ne celebrare miſsam? Quo audito cognouit F. Ioannes Angelum ſub ſpecie illius iuuenis miſsæ inſeruijſſe. Quod non ſine magna prærogatiua diuina, & ſpeciali gratia factum credimus: De quo plura in priori libro diximus.

Apparitio Angeli.

INGENS PERTVRBATIO IN Religione, malo ſuadente ſpiritu orta ab an. 1248. ad annum 1316. quæ multa tulit incommoda.

TEMPORE Ioannis Parmenſis Generalis, an. 1248. magna tribulatio in Ordine ſubſecuta eſt, quæ in dies magis augebatur vſque ad ſacrum Concilium Lugduni celebratum ſub Gregorio X. Pont. Max. exiſtente Generali F. Hieronymo Aſculano, an. 1274. quo quidẽ tẽpore fræmitus in partibus Italiæ increbuit. Nã Põtifex declarauit Minores tuta cõſciẽtia aliquid proprij habere poſſe. Quidã eorũ, quibus mens ſanior viſa eſt, moleſtè ferebant hæc audire, vt potè, quia ab intentione regulæ viderentur lõgè remota, & paupertati, quam profeſſi ſunt, non mediocrem iacturam afferre. Inter cæteros verò F. Sigiſmundus, F. Thomas Tolentinas, & F. Petrus de Macerata, audacter aſſerebant hanc ſententiam, Fratres poſſe penes ſe propria tenere, eſſe damnoſam, regulæ contrariam, & in apertam apoſtaſim deducentem. Quos ſuperiores tanquàm temerarios & ſciſmaticos abſciſſis ad crura tunicis: abdicarunt. & de conſilij patrum ſententia condemnarunt. Qui in ſaltibus & deſertis locis ſe receperunt. Sed (elapſo iam anno) vocati ad prouinciale Capitulum prodeunt, & coram Definitoribus, & patribus diſcretis rationes ſuas adducunt. Aderat ibi quidam frater nomine Beniaminus ſapientia, & moribus clarus, qui vocauit ad ſe fratrem Petrum de Macerata, & dixit ei: Mi frater, neminem habebis, cum res tuæ poſtulabunt, neque præſtantioris animi, neque maioris in te beneuolentię: video te contendere cum maioribus noſtris, ſed hæc altercatio parum ſobria eſt, neq; tibi prodeſt, minusq; facit ad aliorum exẽplũ. Si de cętero fueris requiſitus, an liceat nobis aliquid proprij habere, dicas, ego teneo & ſentio, quod tenet, & ſentit veſtra cõſcientia, & ſic poteris euadere ab eorũ inſidijs, quas tibi iniquè parare cõtendũt. Dũ hæc agerentur, patres habito ſuper hoc maturo conſiliò decreuerunt aduerſùs eos procedere tãquam ſciſmaticos, hæreticæ prauitatis labe corruptos, & impios Ordinis deſtructores. Quare ſacramentis eccleſiæ, & omni librorum vſu priuarunt, atque in vincula coniecerunt, ianitori carceris diſtricte mandantes, vt eos diligẽter cuſtodiret, ne fractis vinculis è carceribus impunes abirent, qui ſuæ arrogantiæ & temeritatis mercedem eſſẽ accepturi, grauiſſimaſq; pœnas iniungunt illis; qui auſi fuerint affirmare hanc ſententiam iniuſtam & iniquam eſſe. Ad hęc F. Thomas de Caſtro Nali, pronunciata contra fratres ſententia, non ex lege, æquo, & bono, ſed omni humanitate poſthabita clamare cœpit fratres illos iniuſtè torqueri; qui ſtatim comprehenſus, habitu priuatus, ferreis compedibus alligatus, in vincula coniectus fuit: vbi carceris pedore incommode paſſus breui poſtea mortuus eſt, inter cordis anguſtias Deo gratias agens: cuius corpus eccleſiaſtica caruit ſepultura, ò mortalium vita ſemper incerta. Talia ſunt humilium vitæ, & Euãgelij pauperum iudicia; benigne IESV, ab his qui immenſæ tuæ pietatis obliti, legi tuæ contumeliam inferunt, & nouam viuendi normã ſibi fabricare conſtituunt. Verùm nunquam deſtituit in ſe confidentes diuina bonitas. Nã Raymundus Gaufredus ſucceſſit Generalis, an. 1289. vir ſanè manſuetus, omnium bonorum ſtudioſus amator, qui viſitans ex induſtria

An tutum ſit, F. Minorem aliquid proprij habere.

F. Beniaminus ſapientia clarus.

Cõſilium patrũ aduerſus affirmãtes, Minores non poſſe quicquam proprij penes ſe retinere.

F. Thomas ex caſtro Nali in vinculis trudit, & quare.

F. Cęſar Spirẽſis in ſuo Tractatu de ſeptem tribulationibus.

F. Raymundus Gaufredus Generalis, modeſtus & temperatus.

Prouinciam

Prouinciam Marchiæ Anconitanæ, vbi hæc magna ex parte acciderant, & congregato de more Prouinciali capitulo prudens diligenter perquirit, qua culpa damnati eſſent tã inhumanè fratres illi, quorum cauſſa tumultus vbiq; diffuſus erat; accepitque à Prouinciali miniſtro illius Prouinciæ, & cuſtodibus, quòd nulla alia de cauſa, niſi quia in obſeruantia regulæ & uitæ nouitate uolebant ſe alijs præferre; quibus indignatus Generalis reſpondit; Vos temere in pauperes fratres ſententiam intuliſtis, & innocentes accuſaſtis; vtinã eiuſmodi iniuria nos quoque digni eſſemus. iuſſitque ſtatim eos è carceribus extrahi, & ad ſe vocatos benignè ſuſcepit, charitatiuèque ad patientiam hortatus eſt. Accidit per id tempus, quòd Aycethon illuſtris Baro, & Armenorum Rex, inter Taurum & Caucaſum mõtes à Capadocia ad Caſpium mare imperans (quã regionẽ Hebræi Arab vocant) Chriſtiano deſiderio ductus cupiebat in regno ſuo Chriſtianorũ formã religionemq; inducere, vt reiectis improbis & perditis moribus ad verã viuẽdi rationem deduceret, propterea per nuncios ſuos perquiſiuit à Generali quoſdam ex ſuis fratribus ſibi adhiberet, quos ſecum haberet, quorumque doctrina, exemplo & vitæ ſanctitate regnum ſuum diuinis inſtitutis (quod vehementer optabat) informaret. Generalis libenter annuens miſit ad eum F. Angelum, & Thomam de Tolentino, F. Matthæum Monteluponum, F. Petrum de Macerata, cum altero Petro Picentes, de quorum ſanctitate & probitate iam periculum fecerat. Quos cum Armeniæ Rex vidiſſet, non velut communes & vulgares homines, ſed tanquam Dei nuncios & viros Apoſtolicos gratanter accepit, egitque gratias immenſas Generali pro tanto ſibi, & ſuis collato beneficio. Aderat tunc præfatus Generalis Pariſij in generali Capitulo ibidem congregato, an. 1292. Non defuit Sathan humani generis hoſtis perpetuus tantum bonum deturbare. Nam magna contentione factum eſt, cum F. Paulus Guardianus Anconę, quondam ſocius Prouincialis Miniſtri, acerbiq; huius tumultus auctor, & quidam alij audiuiſsent, & per literas priuatas Regis Armeniæ, & per Barones ab eodem Rege miſsos in Angliam, & Galliam, illos fratres eſse in tanto pretio apud Regem, non inuidi ſolùm, ſed hoſtes laudum eorum, Prouinciali terræ Sanctæ perſuaſerunt, Regi Armeniæ ſignificaret, fratres, quos ſecum habebat, eſse profugos, Ordinis deſtructores, & ſciſmaticos. (Sed quo tempore id acciderit, aliquo annorũ numero inter ſcriptores noſtros, & exteros diſcrepat.) Audito hoc Rex acciuit ad ſe fratres, & perquiſiuit literas ſuorum ſuperiorum, ſed retectis perſequentium fallacia & inſidijs, vehementius eos dilexit, & opportunis gratijs amplexus fuit. Poſt aliquod tempus vocantur in Italiam Frater Petrus à Macerata Picens, inter Ciliciam & Syriam nauigans, ad inſulam Cypri in Pamphilio marítimam peruenit, vbi aliquot dies manens, iuſsu Prouincialis illius Prouinciæ, dum ſacra agerentur in Eccleſia, ſermonem habuit ad populum, qui frequens & attentus aderat, in quo maxima omnium admiratione oſtendit ſummam doctrinam & charitatem. Inde nauigans in Prouinciam Marchiæ appulit, ſed a F. Monaldo Vicario illius Prouinciæ locum obtinere non potuit, vbi poſt tot perpeſſos labores conquieſceret, niſi prius pręſentaret ſe Generali miniſtro. Interea Petrus de Morone, natione Samnis, ad Pontificatum aſſumptus eſt Peruſij, dictusque Cœleſtinus Quintus, qui F. Petrum familiariter nouerat, certiorq; erat factus de ſancto eius propoſito. Ergo vnà cum F. Conrado Offidano, Petro de Monticulo, Iacobo Tudertino, Thoma Interamnenſi, Conrado Spoletino, & quibuſdam alijs Põtificem Maximum adijt, omnes ſummis precibus inſtãt, vt ſibi pontificio diplomate concedatur aliquis locus priuatus, in quo ſeruare poſſint regulam B. Franc. ad literam, quam ipſe obſeruari iuſſit in ſuo teſtamento. Pontifex qui erat virtute, & ſanctitate celeberrimus, & præcipuus paupertatis amator, in qua poſtea ſpontè abdicato Pontificatu deceſſit, laudauit fratrum propoſitum, & eorum benignè ſuſcepit votum, multò plura facturum, ſi vita fuiſſet lõgior, pollicitus, & cuidam F. Liberato B. Conradi Offidani ſocio facultatem impertiuit abſoluendi ſemel tantum à culpa & pœna, deditque ei negocium recipiendi omnes, qui vellent ſequi hãc vitam arctiorem, cum hoc tamen, vt non Minores, ſed pauperes fratres & Eremitæ S. Franc. vocarentur. Exijt is ſermo inter fratres ſine certo auctore de recenti diſperſus: Commorante adhuc Pont. Aquilæ, vbi adſeuocatis Cardinalibus, conſecrationis, & coronationis inſignia ſuſcepit. Diſplicuit patribus Summi Pontificis decretum, timebant enim Ordinis ſciſſuram; Vnde vix impetum iræ ſuſtinentes, clamabant dolentes coram Pontif. de facultate data fratribus (qui ſe reformatos vocabãt) nõ ſine maximo Ord. detrimento. Inuigilant igitur animi, vt cis nihil improuiſum accidere poſſit, & explorato loco, vbi fratres illi cõmora-

Aycethon Armenorum Rex in Artaxata inſigni Armeniæ Vrbe habitans petit ſibi dari Minores Fratres, pro reformatione, & Chriſtiana inſtitutione regni Armeniæ regionis Aſiæ.

Inſidiæ reformatis parantur.

Inſidiæ Cypri in Pamphilio mariſ[illegible]ta.

F. Petri Maceratẽſis doctrina, & ſingularis ſanctitas.

Petrus Moroneus natione Samnis eligitur Pontifex an. 1294. Cœleſtinus V. dictus.

A Pontifice Cœleſtino admittuntur reformati, ut ſeorſum ab alijs poſſint viuere.

morabantur, ſtipendio ſecum adductis, armata manu inuadunt locum, & comburunt. Vnde coguntur pauperes reformati, improbis rumoribus diſſipati aufugere, vt nec domi, ne foris ſatis tuti eſſent. Hæc uidens F. Conradus, vir ſummæ perfectionis (viro enim ſapienti non eſt operoſum fortunæ telis reſiſtere) adiunctis ſibi duodecim ſocijs, impetrauit à F. Ioanne de Muro Generali facultatem tranſeundi ad infidelium partes, quibus poſſent Sanctum Chriſti Euangelium diſſeminare, qua obtenta itineri ſeſe accingunt, ſed fruſtra. Nam F. Conradus, & F. Liberatus iter aggreſſi, cum alijs remanſerunt in quadam inſula Achaiæ, quæ eſt ampla Græciæ regio, cuius Corinthus ipſa Metropolis eſt; quo autem euentu id factum ſit, latet. Hoc tamē pro certo habeo, quòd pauperum fratrum fama bien nio ibidem commorantium ubique diffuſa eſt, creuitque in tantum, ut pulſaret aures perſequentium. Quamobrem timentes ne nimium eorum fama augeretur & inualeſceret, & in dies maiores vires acquireret, ſignificarūt Epiſcopis, & Baronibus Achaiæ, ne fratres illos ab Ordine tanquàm ſciſmaticos expulſos, permitterent commorari penes ſe. Quæ cū reformatis renunciata eſſent, ad Bonif. Pont. recurrunt, cui magnopere diſplicebat hæc de fratribus audire. Nam inſtabant reformati, vt daretur ſibi locus ſecurus, ubi poſſent tutò in puritate regulæ viuere. reclamabant alij, ne fieret noua conceſſio contra Ord. decorē, & communem concordiam. Pontifex, ut tumultum ſedaret, commiſit cauſſam fratrum examinādam, & componendam, ut præcluderetur ſcandalis aditus: nec poſthac daretur querelæ locus, D. Patriarchæ Conſtantinopolitano, qui tunc temporis Venetijs moram trahebat, & Archiepiſcopo Athenienſi, & Patratenſi, qui re inſpecta exiſtimantes (capta ex tēpore occaſione) tam cupidis petitoribus viam ad lites præcludere, priuatis literis ſignificarūt Thomæ de Sala, cuius erat inſula, vbi fratres morabātur, vt eos pro communi Ord. pace ab inſula remoueret fratres: addentes ei, ſi id facere & parere nollet, excōmunicationis cenſuram, quod factum eſt, Verùm inde orta eſt grauior perturbatio & tumultus ponderis plurimum habens, ex quo maior timor oriri cœpit, eoq; progreſſa eſt, vſque ad Viennenſe Concilium altercatio. Per hæc tempora multa triſtia acciderunt in Eccleſia. Nam Petrus Moroneus, quem ſuprà memorauimus, à priore vita ob Pontificatum nequaquam declinans, viſus eſt rebus agendis parum idoneus, hanc ob rem de abrogatione eius mentio fieri cæpta eſt inter Cardinales. Tandem perſuaſus eſt, vt Pontificatu ſe abdicaret, ne Eccleſia Dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur. Quo facto Cœleſtinus ad priuatam vitam ſe redegit, cui Bonifacius VIII. ſucceſſit, à quo ferunt deceptum Cœleſtinum voce tanquam cœlitus miſſa per cannam ad eum, vt deſereret Pontificatum, & Bonifacium inſtitueret. Qui poſtea ingentia bella in Italia excitauit, excommunicauitque Gallorum Regem Philippum, & titulum regni donauit Alberto Cæſari, vt hac occaſione tandem inter ſe conflictarentur Galli & Germani. Poſtremò captus eſt Bonifacius, & in carcere perijt. Atq; hinc eſt, quod dicitur de eo, Intrauit vt vulpes, regnauit vt lupus, mortuus eſt vt canis. Cùm ergo Eccleſia his calamitatibus iactaretur, litē liti implicabant fratres. Nam in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. diſputatum fuit ſuper declarationem Regulæ, & octoginta dubia incidentia in Regula fuerunt propoſita, & à magiſtris ad hoc electis declarata; quorum declarationem opportunius aliàs promulgādam Pontifex apud ſe retinuit. Multa quoque eo tempore acciderunt, quæ non potuimus cognoſcere, vel quia non extāt integra exemplaria, vel quia ad manus noſtras nondum venerunt. Horum eſt vnum, quid decretum fuerit in hoc Concilio, cuius rei nullam antè mentionem reperi. Clarum eſt tamē, quod infenſi erant fratres nouo habitui, & formæ, ac recenti viuendi inſtituto; citra aliorum conſenſum moleſtè ferebant (mutato habitu) reformationem acclamari. Inter ſpem & metum poſiti reformati conſulunt quid facto opus ſit, D. Martinum Senenſem, virum vtique ſapientem, & in Romana curia notiſſimum (erat iſte ex Ord. Canonic. Regula.) qui auditis rationibus, quas pro ſe reformati adducebant, protulit ſententiam, quam etiam corā ſummo Pont. & Card. defendendam pollicebatur, Quòd ipſi reformati poſſent eligere ſibi Generalem, & alios miniſtros; & quòd electio eſſet canonica. Quo conſilio permoti Reformati, ad pauca reſpicientes facilè enunciabant ſe ab alijs eſſe ſeparatos. Clemens Pont. qui (vt modò diximus) penes ſe ſeruabat declarationem factam in Viennenſi Concilio aliàs opportunius euulgandam, audita Reformatorum tumultuaria & temeraria deliberatione ægre tulit, vnde ex hoc facilè potuit ratione adduci ad ea credēda, quæ aduerſus Reformatos adducebātur. Reformati timentes indignationem ſum. Pon. Auinionem ſe receperūt. Nam hoc tempore tranſlata erat Pontificia ſedes ab Vrbe Roma ad eam Galliæ vrbem

Reformati fortunis omnibus euerſi exitum patiuntur, & perniciem

Reformati facultatem conſequūtur tranſeundi ad infideles, ſed medio ſiſtūt itinere.

Decretum Bonifacij VIII. Pont. pro concordia reformatorū cum alijs fratribus.

Cæleſtinus V. Pōtificatu ſponte ſe abdicat; & ad priuatam vitā redit.

Platina.

Grauis Bonifacij VIII. in carcere obitus

Octoginta dubia in regula B. Fran. ſuborientia in Cōcilio Viennēſi diſputanda proponuntur.

Auinium Galliæ vrbem trāſfertur Romana ſedes.

Auinium dictam, vbi ad ſeptuaginta & quatuor annos remanſit, nō ſine magno Chriſtianorū incommodo. Illi pauperes habitabant extra vrbem in quadam ædicula, ſed adueniente hyeme ob aeris rigorem in vrbem ſe receperūt in loco S. Lazari. Mandauit Sum. Pont. omnibus ſeruare regulam ſuam, iniungens miniſtris, vt benignè & charitatiuè ſuſcipiant, & ad officia promoueant reformatos, qui humiliter prælatis ſuis obediant. Timuit F. Vbertinus ſibi, & ſocijs ſuis; periculū enim fecerat de alijs, qui eos malè acceperant, ideò alta voce clamauit ad Pont. Retribue ſeruo tuo, viuifica me ſecundum verbum tuum. Sed dum Pont. cogitat de auxilio, vt reformatos ęrumna extraheret, morte intercipitur. Poſt cuius obitum grauiores calamitates inſurgunt, quia pauperes reformati hinc inde exagitati vix tuti erant in Narbonēſi & Biturigenſi oris. ſunt autem Bituriges populi Galliæ Aquitanicæ, vt ſcribit Plin. lib. 4. cap. 19. Narbonenſi Prouinciæ contermini, hodie Bourges dicti;

Reformati Narbonę à ciuib. gaudenter excepti.

in his duobus locis habitabant reformati, in quibus erant centum & viginti in obſeruantia & puritate regulæ viuentes, qui ab omnibus erant perhumaniter excepti, tū ob ſingularem fratrum probitatem, tum etiam ob illuſtrem memoriam F. Petri Ioannis, qui apud eos viuens inſigni vitæ & doctrinæ exemplo eos inſtituerat, quamuis poſtea in multis errauerit, & graui cēſura dānatus fuerit. Agebāt cū Philippo Galliæ Rege Fratres, & cū protectore Ordinis aduerſus reformatos. Sed paulò poſt Iacobus de Caturco nūciatus eſt Pontifex dictus Ioannes xxij. an. 1316.

Ioānes XXII. Pontifex electus an. 1316.

cui percognita iandiu erat in ordine perturbatio, qui vt fratres conciliaret, ordinauit vt omnes eſſent in communi vita, & habitu conformes, nam illa habitus inſueta nouitas ſummam confuſionem, & ſcandalum pepererat. declarauit deinde F. Angleum excommunicatum, & quòd ad congregationem Petri de Morone tranſiret, in qua fuerat prius acceptatus. Sed circa feſtum Reſurrectionis Domini fluctuantibus patrum animis, 64. Fratres de Narbonenſi & Biturigenſi locis venerunt ad Sum. Pont. Auinione cōmorantem, neque declinauerunt ad loca fratrum, ſed recta intrantes Auinionem ad Sum. Pont. palatium adeunt, & pro foribus palatij illa nocte ſteterunt, nec inde receſſerunt priuſquàm Summum Pont. eſſent allocuti.

Temerarius reformatorum tumultus coram Ioan. XXII. Pont.

Quidam Frater Bernardus Lemouicenſis Aquitanus, vir magnæ modeſtiæ, & præclaræ ſcientiæ, & eloquentiæ, multa propoſuit corā Sum. Pont. & collegio Cardinalium, tam prudenter, & modeſtè, ſed cum tanta efficacia, vt nullus aduerſariorum auderet quicquam dicere ad ea, quæ proponebat: Quidam tamen, cuius nomen ignoro, ſurrexit contra præfatum Bernardum, & dixit: Pater Sancte, hic frater non meretur audiri, eſt enim peſtilens in religione, & maledicus: quidam alij crebris & diuturnis certaminibus victi, inſurrexerunt: prodigia ſanè magnos aliquos rerum euentus indicantia. Sed Summus Pont. volens ſuper his maturius agere dimiſit eos, in conuentuque detineri mandauit; ex quibus quatuor fuerunt combuſti, qui aſſerebant regulām Sancti FRANCISCI eſſe idem, quod Euangelium Chriſti, & quòd ſolenniter promiſſum cedit in præceptum, quia tale votū habet vim præcepti, præcipuè in his, quæ præceptoriè vel inhibitoriè mandat, & talia (dicebant) non cadunt ſub diſpenſatione alicuius. Aſſerebant etiam quòd Sum. Pont. non poterat fratribus Minor. qui vouerunt ſolenniter paupertatem, concedere cellaria & olearia. Et quòd Papa peccauerat concedendo, & ipſi recipiendo. ſed ij, qui cognouerunt faſſique ſunt errorem ſuum, coacti fuerunt abiurare.

F. Bernardi Lemouicenſis Aquitani obitus.

F. vero Bernardus præfatus multis tormentis excruciatus intra paucos dies deceſſit, ſumma patientia & charitate, aſſumens pro obſequio mortem. Sed iſta iam miſſa faciam, nec prolixiori ſermone perſequar, ne propoſiti oblitus eſse videar, dum hæc πάρεργα adijcio.

DE S. BONAVENTVRA Fidanza Generali.

F. Pereg. de Bonona in ſuis Chronicis.

D. Bonauentura vij. Generalis à B. Fran.

SANCTVS Bonauentura Fidāza Balncoreginus, an. 13. ab ingreſſu ſuo ad ordinem, tempore Alexandri Quarti Pont. electus eſt Generalis Romæ, an. 1256. in feſto Purificationis B. Mariæ, Domino Papa preſente: rexit annos xviij. Quamuis F. Peregrinus de Bononia in ſuis Chronicis affirmauerit eū tantū annos 16. rexiſſe, ipſemet fatetur ſe fuiſſe ſeptimum Generalem poſt B. Franciſcum, ex quo clarè patet Fratrem Heliam non fuiſse Generalem, quippè cum ad hunc gradum fraudulenter fuerit aſsumptus;

formam

formam viuendi præſcripſit in primo eius capitulo Narbonæ celebrato an. 1260. conſtitutiones inſtituit, Ordinem auxit: fertur quoque inſtituiſſe habitum, & caputium, quo nos vtimur, à Ioanne XXII. Pont. approbatum, veluti diſtinctiuum à quibuſdam fratribus, qui à communi aliorum vita ſe ſubduxerant, quorum habitum colore figuraque differentem eſſe voluit à noſtro, vt confuſione ſublata, poſset Deo liberius famulari, de quo patet per Bullam auream Alexandri IIII. quam nunc ſubijciam. Inſtituit quoque Romę an. 1268. Confraternitatem Confalonis, cui præſcripſit quandam formam orandi ob reuerentiam Beatę Virginis.

Cauſa inſtituendi Caputiū & habitum, quo nunc Conuentuales vtuntur.

BVLLA ALEXANDRI PAPÆ IIII.

In cauſa Venerab. Religioſorum Fratrum Minorum & Eremitarum: extracta de verbo ad verbum fideliter ex autentica quadam alia Bulla in Archiuo Papien. Epiſcopatus repoſita, quæ etiam plumbea reperitur Bononiæ in monaſterio S. Franc. in valida forma.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus vniuerſis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Lōbardiam & Romādiolam conſtitutis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Recordamur, & liquidò memoria retinemus, quòd dudum apparuit religio in partibus Lombardię, cuius profeſſores vocati Eremitæ ordinis. S. Auguſtini, nunc ſuccincti tunicis cum corigijs baculos geſtātes in manibus, nūc verò dimiſſis baculis incedebant pecuniam pro eleemoſynis, alijſque depoſcentes ſubſidijs: & adeo variantes interdum habitus ſui formam; vt dilectis filijs fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem ipſorum ordinis crederentur, eiſdem propter hoc minorem apud fideles ſentientibus in ſuis opportunitatibus caritatem. Sanè cum per nos tunc in minori officio conſtitutos & bonæ memoriæ ... Tituli ſanctę Sabinę presbyterum Cardinalem tunc in partibus illis legatione fungentes huiuſmodi variationis præſumptio ad felicis recordationis. G. Papæ prædeceſſoris noſtri audientiam perueniſset; ipſe ne indemnitas veſtium in ordinibus ipſis confuſionem pareret, ac inde ſcandala grauiora conſurgerent ad vtrorumque quietem ſtatuendum prouidit: vt Priores & vniuerſi ac ſinguli Fratres prædicti ordinis ſancti Auguſtini in exterioribus veſtimentis, quæ nigri vel albi debebāt eſse coloris, quorū altero, videlicet nigro iam electo ab eis ipſos idem prædeceſsor voluit manere contentos, largas & protenſas manicas quaſi ad inſtar cucullarum & deſuper ipſa deferrent peramplas corigias & patentes omnibus apparentes, ita quòd omnes cincti de foris eas veſtibus nequaquam contegerent, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium: ac expreſsè in eleemoſinarum petitione cuius ſint ordinis. Declarantes vt adeò ſuarum veſtium longitudinem temperarent, quòd à quibuſque ipſorum calciamenta liberè videntur, vt ſic habitus confuſione ſemota, & ſublata materia ſcandali, à prædictorum ordinum fratribus poſset virtutum domino liberius & gratius deſeruiri. Cum autem dilectus filius noſter Reueren. ſancti Angeli Diaconus Cardinalis vniuerſas domos & congregationes Eremitarum prædictorum (quarum quædam ſancti Auguſtini, quædam ſancti Gulielmi, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni: aliquæ de Fabali, aliæ uero de Britinis cenſebantur) in vnam ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini profeſſionem, & regularem obſeruantiam perpetuò de mandato noſtro duxerit vniendas: Et nos dicti Cardinalis proceſsum conuenientem cum voluntatis noſtræ propoſito approbantes, præmiſsa omnia duxerimus confirmanda; Statuentes vt vniuerſi Priores & Fratres in profeſſione prædicti ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini taliter counititi nigris duntaxat & nullis alijs alterius coloris cucullis aliquatenus vterentur: Nos volentes vt præmiſſa, quæ de veſtimentis exterioribus à ſæpe dicto prędeceſſore noſtro circa pręfatos Eremitanos ſtatuta fuerint ſalubriter, & ab ipſis vt recolimus acceptata, vbique & ab omnibus Eremitis unitis taliter, & alijs uniuerſis inuiolabiliter obſeruari, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in uirtute S. obedientiæ diſtrictè præcipiēdo mandamus, quatenus prædictos Priores & Eremitas: ac alios, qui nigras

Contra Eremitas vagantes in habitu S.F.

Nota electio ab eis facta.

S. Auguſt. S. Gul. Io. Boni de Fabali & de Britinis.

gras

gras penitus ſeu albas cucullas non portant, quod uſque ad feſtum omnium Sãctorum proximè uenturum nigri prorſus coloris cucullas aſſumant, abiectis alijs deferendas, & firmiter prædictum ſtatum de cætero ſtudeant obſeruare ſinguli ueſtrum per ſuas ciuitates & Diœce. ſublato cuiuslibet appellationis, & cõtradictionis obſtaculo, & literis Apoſtolicis impetratis, vel etiam impetrandis per eos nequaquã obſtantibus, monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam diſtrictius compellatis, & in eos qui cõtrauenerint etiam excommunicationis ſententiam promulgetis, quam per noſtras ciuitates, & Diœce. diebus dominicis feſtiuis publicari ſolenniter: Et eoſdem tanquam excommunicatos vſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, euitari arctius ab omnibus faciatis. Dat. Anagniæ. X V. Kalen. Iulij Pontificatus noſtri, anno ſecundo.

ADDITIO.

HIC Diligenter aduerte Lector optime, ex hiſce verbis non poſſe aliud neceſſariò concludi, niſi quòd hic ſummus Pontifex Alexander conceſsit, & ſub cenſuris pœna aſtrinxit: eremitis iſtis habitum nigrum eo modo ab illis deferri, ſicùt ex tenore præſentis bullæ continetur, & vſque in præſens tempus obſeruari videmus, non ob id quòd talis habitus vnquam fuerit diui Aurelij Auguſtini (vt ſalſo creditur) ſed quoniam ipſimet eremitæ hunc ſibi habitum ſponte elegerunt, cum eoſdem varij coloris, & figuræ habitum pridem geſtaſſe ex iſta bulla clarum habeatur. Qui quidem eremitæ, ideo vulgo nuncupantur ordinis ſancti Auguſtini, non quòd eos Auguſt. inſtituiſſet: ſed quia Innocentius Pontifex huius nominis. iiij. præfati Alexandri. iiij. immediate prædeceſſor, ipſis eremitis piè indulſit vt viuere ac militare valerent ſub Regula Sancti Auguſtini, & diuinum officium ſecundum ordinem Romanæ curiæ celebrarent, cum antea (vt luce clarius conſtat) ipſi Eremitæ, vagi, incertique habitus fuiſſent. Et Gregorius. X. ipſos ſupradictos eremitas confirmauit, donec de eis aliter ordinaret, vt expreſſe habetur in. vj. de religioſis domibus. in capitu. religionum, & gloſſa ibi ſuper verbo, ſolido. Vale.

EPISTOLA D. BONAVENTVRAE
Generalis ad vniuerſos Miniſtros, & Cuſtodes Ordinis.

IN CHRISTO ſibi chariſſimis miniſtris & cuſtodibus Ord. Mino. Frater Bonauentura, eiuſdem Ordinis Generalis Miniſter, ſalutem & pacem in Domino. Licet inſufficientiam meam ad ferendum onus impoſitum cognoſcerem manifeſtè propter debilitatem, & imperfectionem mentis, & inexperientiam actionis, & propter repugnantiam voluntatis: quia tamẽ durum eſt tãtæ congregationis, ac ſupremi Pontificis, ac per hoc altiſſimi

Vera confidẽtia in Deo collocanda.

Dei voluntati pertinaciter reſiſtere ſarcinę graui, & quaſi importatili humeros ſuppoſui imbecillos, ſperans de adiutorio virtutis omnipotẽtis Dei, & cõfidẽs de adminiculo veſtræ ſolicitudinis, etiã ſi ſit homini importabilis, quantumcunque induſtrio, & experto tãti ordinis ſarcina eãq; ſuis humeris baiulare, ſi tamẽ diuiſa in partes humeris impoſita, diuerſorũ viriliter à quolibet cõportetur, non eſt quantumcunque debili capiti horerre. Quoniã igitur de ueſtra præſumo induſtria, & ſollicitudine ad extirpanda mala, & promouẽda bona, refouẽda debilia, & fortia confortanda; videns me ſpeculatorem domui Iſrael, ne ſanguis animarũ manu de mea requiratur, cogitaui vobis quædã ſcribere, quę ſi in Generali Capitulo fuiſſem, libentius annotaſſem. Nunc autem quia temporum pericula vigent, & læſiones cõſcientiarum ac ſcandala mundanorum, dum Ordo deberet eſſe ſanctitatis ſpeculum, in diuerſis locis in tædium vertitur & contemptum, quæ mihi de diuerſorum cõſilio viſa ſunt corrigenda, nec penitus tacens, nec omninò exprimens, nec noua ſtatuens, nec vincula ſuperinducens, nec onera grauia imponens, ſed veritatem annuncians breuiter expono, videns illa, non reticenda. Sanè perquirenti mihi cauſas, cur ſplendor noſtri ordinis quodammodo offuſcatur, & exterius inficitur, & nitor conſcientiarum intus fędatur, occurrit negociorũ multiplicitas, pecunia noſtri ordinis paupertati ſuper omnia inimica incautè recipitur, & incautius contrectatur: occurrit fratrumocioſitas, qua plurimi conſopiti monſtruoſum ſtatum inter contemplatiuam & actiuam vitam erigentes carnaliter & crudeliter comedũnt ſanguinem animarum: Occurrit euagatio plurimorum, qui propter ſolatium corporum grauando eos, per quos trãſeunt, poſt ſe ſcandala relinquunt; occurit importunapetitio,

Ezech. 3.

Miniſtros hortatur ad tollendos ordinis abuſus.

Cauſæ cur ſplendor Ordinis deciderit.

na petitio, propter quam omnes adeò abhorrent Fratrum occurſum, vt exiſtiment quaſi Prædonibus obuiare: occurrit ædificiorum conſtructio curioſa, quæ pacem Fratrum inquietat, amicos grauat, & hominum peruerſis iudicijs nos exponit: occurrit multiplicatio familiaritatum, ex quo ſuſpiciones, informationes, & ſcandala plurima oriuntur. Occurrit improuida commiſſio officiorum, quoniam Fratribus nondum vſquequaque probatis, nec ſpiritu roboratis imponuntur officia vix portanda &c. ex quibus facile eſt agnoſcere quomodo Religionis decor deciderit.

QVOMODO GREGORIVS X. PONT. MAX. quatuor Fratres mittit ad Græcorum Imperatorem, ad componenda vnitatis fœdera cum Rom. Eccleſia.

EODEM tempore dum hæc agerentur, Gregorius X. Pont. Max. in Concilio Lugdunenſi VIII. Kal. Nouembris deſtinauit quatuor præcipuos Patres Religionis Nuncios Sedis Apoſtolicę ad Michaelem Paleologum Græcorum Imperatorem, vt mittat ſuos apocriſarios ad Concilium generale Lugduni cum profeſſione fidei & confeſſione Primatus. Hi fuerunt Frater Hieronymus de Eſculo, Frater Raymundus Beringarij, Frater Bonagratia de S. Ioanne in Perſeceto, & Frater Bonauentura. Tenor literarum Apoſtolicarum talis eſt, datarum apud Vrbem veterem. Ex Vaticano aſſumpta.

CVM vos ad Magnificum virum Paleologum Imperatorem Græcorum illuſtrē cum noſtris ſub certa forma literis deſtinauerimus, in quibus inter cætera continetur, vt ſi velit, ad proſecutionem illorum, de quibus in eiſdem literis agitur, ante inditum à nobis generale Concilium, vel in ipſo Concilio ſolennes apocriſarios ad nos mittat, ne forſan idem Imperator ſe huiuſmodi apocriſarios, ſecuritate non habita, commodè mittere non poſſe cauſetur: vobis omnibus, vel tribus, aut duobus ex vobis, ſi reliquos impediri contingat, concedendi eiſdem apocriſarijs ſecuritatem veniendi ad Sedem Apoſtolicam, ibi morandi, & exinde ad propria redeundi, prout videbitis expedire, plenam & liberam præſentium auctoritate concedimus facultatem, ſecuritate huiuſmodi tantummodò vſque ad dictum Concilium duratura. Extunc enim ſi apocriſarios ipſos ad eandem Sedem venire contigerit, eis ſuper hoc Sedes eadem plenius prouidebit. Datum apud Vrbem veterem Nonis Nouemb. Pont. noſtri anno I. Mandat apocriſarios accedere.

RESPONSIO PALEOLOGI.

SANCTISSIMO ac Beatiſſimo Gregorio vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici & ſucceſſori Apoſtolicæ Sedis Reuerēdiſſimo Patri ſuo, Michael in Chriſto Deo fidelis Imperator & moderator Romanorum Paleologus ſemper Auguſtus, ſuæ Sanctitatis obediens filius, debitam paternitati ſuæ reuerentiam, & orationum petitionem, qualiter & quantum prouidentia ſumma Dei, qui ſeruorum ſuorum corda fidelia exhortatur ad bonum continuis monitis & exemplis, ſuper accepto Deo negocio Sanctæ Dei Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis, vnionis, & pacis proceſſerit noſtrum Imperium. Per literas noſtras & Fratres nunc accedentes cum literis ipſis ad veſtræ præſentiam Sanctitatis, poteritis, ſi dignemini, plenè ſcire (in quorum comitiua latores præſentium videlicet Theodorum Curiæ noſtræ Valerium, & de interpretibus Curiæ noſtræ Goffridum ad benignitatem Sanctitatis veſtræ duximus tranſmittendos) vt per quem locum ſuum ſequentes Nuncij noſtri ſpeciales, & Fratres reliqui tranſire valeant, ſecundum noſtræ voluntatis prouiſionem veſtræ Sanctitati debeant nunciare, ad hoc vt per eundem tam per literas, quàm Nuncios veſtræ Apoſtolicæ Sanctitatis, ſecuritatis, & receptionis tranſitus concedatur. Quędam alia ſequuntur parum ad rem noſtram, aut nihil facientia. Nuncios tranſmittit ad Summū Pontificem.

RESPONSIO GREGORII SVMMI PONTIFICIS AD PALEOLOGVM.

GREGORIVS ETC.

Chariſsimo in Chriſto filio Michaeli Paleologo, Imperatori Græcorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

EXVLTAT Mater Eccleſia renaſcentis prolis fœcunditate iocunda, exultat & iubilat, gaudens, & attendens ſe drachmam deperditam inueniſſe; immenſæ lætitiæ rore perfunditur, dum ruinas, quas in ea ſciſma multiplicarat antiquum, impleri per tuum, aliorumque reditum ad ipſius Eccleſiæ vnitatem, ſine ſtragis cuiuſquam periculo, ſolo pacis auctore peruio, intuetur, Exultamus & Nos Paſtoris, prout Domino placuit, vices gerentes in ea. Exultamus proculdubio in illo vero Paſtore, qui animam ſuam pro ſuis ouibus ponere non expauit. Ipſi vitulum labiorum exſoluimus, de cuius non eſt dubium munere proceſſiſſe, vt ouis quæ perierat ſit inuenta, & reuixerit filius, quem mors animæ, mors vtique grauior occuparat. Occurrentes itaque tibi de regione diſſimilitudinis redeunti, collo tuo brachijs paternæ affectionis accumbimus, & te ſolidæ charitatis oſculo preſſius oſculamur. O vtinam fili, tibi pateret ad plenum cum quanto in his occurrit tripudio eadem Eccleſia nuper in Lugdunenſi Concilio congregata. O ſi voces pſallentium inibi, Deumque flexis genibus, & nudatis capitibus laudantium, præcipuè Prælatorum, in tuis ſonuiſſent auribus, & reuelata facie ipſorum oculos deducentes, quaſi aquarum exitus inſpexiſſes, profectò prudenter aduerteres, quòd erant eorum lacrymæ tam excuſſi doloris indices quàm adeptæ lætitiæ proditrices. Nec minus intelligeres, quàm grati tui aduenerint Nuntij, quàm fuerint gratanter accepti, cum quanto etiam iubilo tua profeſſio acceptata. Exulta igitur & tu fili, exulta, & lætare in eo, qui eſt ſplendor lucis æternæ, diuinæ quædam emanatio claritatis, qui tuum ſic animum ſuo lumine illuſtrauit, vt lumen veritatis intelligens non ſolum redires ad illam, ſed ad redeundum alijs Dux, & preuius effici mereris. Exulta, & gaude talem; ac tantum iam datum laboribus tuis effectum; vt & de tuo ad ſinum vnitatis Eccleſiaſticæ reditu indubitatum expectare valeas premium, & de alijs per te redeuntibus tibi plenioris debeatur retributionis augmentum. Perſta ergo, & quod cœpiſti, ſolicitè cum omni diligentia & ſolicitudine proſequaris, efficacem pro poſſe daturus operam, vt nec in aliquibus eiuſdem ſciſmatis reliquię qualeſcunque ſuperſint. Dei quidem perfecta ſunt opera, & tu creatura illius Creatorem tuum in tam placidi conſummatione operis pro viribus imitare, vt ſpei conceptę de pręmio res ſuccedat, & promiſſum debitum exhibitio realis exſoluat. Super his autem & alijs habitis circa pręmiſſa proceſſibus, pręfati tuę Celſitudinis Nuntij, quorum tibi notior eſt virtus & probitas, ad te plenius remittuntur inſtructi, quibus te non dubitamus fidem indubiam adhibere. Datum Lugduni v. Kal. Auguſti, Anno tertio.

Gaudet de reditu eius ad gremiũ Eccleſiæ Romanæ.

Gen. 2.

IDEM GREGORIVS

Andronico Primogenito Chariſsimi in CHRISTO filij noſtri Michaelis Paleologi Imperatoris Græcorum illuſtris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

HABES fili, vnde Domino Deo tuo in vocem exultationis & confeſſionis erumpas. Exultes in eo, & fatearis humiliter tibi de immenſo ipſius dono conceſſum verę fidei agnoſcere veritatem, illam amplecti pijs affectibus, & deuotis nobis miſſis affatibus confiteri. Hęc ſi corde contrito, & humiliato ſpiritu recognoſcens, à cœptorũ proſecutione ſolicita non deſiſtas, plura tibi ſalutarib. inhærenti ſtudijs,

pro cul

procul dubio ipſe bonorum omnium dator adijciet, perfectæ tandem retributionis præmium largiturus. Ideoq; magnitudinem tuam monemus, & hortamur in Domino IESV Chriſto, quatenus in præmiſſis, ſicuti diſcretè ſcripſiſti, tui genitoris inclyti laudabili propoſito, nobis per eius, & tuas expreſſo litteras, conſtanter adhærens, totis viribus ſatagas, vt antiquati ſciſmatis aboleantur omnino reliquiæ, ſitque Latinorum & Græcorum vnitas perpetuis temporibus inconcuſſa. Datum Lugduni 5. Kal. Auguſti, Anno tertio.

EXITVS SVPRADICTORVM LAETVS.

ITAQVE reductio Paleologi Græcorum Imperatoris, & Andronici filij (Deo operante) per præfatos Minores facta eſt, quorum conſilio & opera ad vnitatis fœdera illi accedentes, & Vicarium Chriſti confitentur, & venerantur. Quod ſanè factum eius generis fuit, cuius auctores Religionis ſemper cupidi fuerunt.

DE FRATRE HIERONYMO
Aſculano Generali.

FRATER Hieronymus Aſculanus Picens, Lugduni electus eſt Generalis tempore Gregorij X. Pont. Max. anno 1274. dum fungeretur officio legationis in partibus Orientis, vt Græcos ſuo conſilio adduceret in obedientiam Summi Pont. & Romanæ Eccleſiæ. Fuit autem electus in Comitijs generalibus tempore D. Bonauenturæ Generalis, qui Lugduni pro eligendo nouo Generali Miniſtro Fratres conuocauerat. Hic fuit in generali præfectura manſuetus, tardus ad iram, & ad pœnas inferendas, & ſi viſus eſt fuiſſe aliquantulum remiſſus in bonorum promotione. Scripſit ad Patres congregatos in generalibus Comitijs Paduæ per Fratrem Bonamgratiam commiſſarium ſuum, & rogauit ab officio abſolui, quamuis fuerit confirmatus: & Cardinalis creatus Ordinem rexit, in quo humilitatis gloriam, quæ prius in eo relucebat, tam prudenter ſeruauit, vt honorem dignitatis honeſta maturitate retineret, conſueuitque dicere, Malle inter Fratres ſimpliciter viuere, quàm Cardinalatus faſtigio prominere. Hoc tempore F. Petrus Ioannis malè inſimulatus Oliui aſſumpto hoc Themate: Spiritu oris ſui interficiet impium; coram Generali, & ſuis æmulis, tanto ſpiritus feruore latè proſecutus eſt, vt omnes in ſui admirationem conuerterit; nam mira eloquentia retia æmulorum ſuorum, quaſi aranearum fila diſrupit; quia ſicut rubigo ferrum, ſic inuidia inuidos conſumit: Vnde cognouerunt omnes eum maximo ſpiritu, & ingenij facilitate pollere: & ſic euaſit magna ſui cum laude, & virtutum præconio, è manibus æmulorum ſuorum. Generalis verò hac occaſione ingeniũ & eruditionem tanti viri cognouit. Rexit autem Ordinem annos quinque, deinde Cardinalis, mox Pont. Nicolaus IIII. effectus vt infrà ſuo loco dicemus. Poſtquam autem ad Pontificatum fuit aſſumptus, non deſiuerunt æmuli Petri Ioannis eum calumniari, vt Pontifex damnaret eum, ſed is prudens ait: Abſit à nobis, vt tantum lumen ordinis abſcondamus; quod aliàs à nobis factum eſt, non ad iniuriam fecimus, ſed vt magis ingenij eius excellentia cunctis pateferet.

Mores mites Fratris Hieronymi.

Inuidiam nõ probo, dicit Euripides, velim tamen propter bona ab aliis inuideri.

DE FRATRE BONAGRATIA
à Sancto Ioanne Generali.

FRATER Bonagratia à S. Ioanne in Perſeceto, diœceſis Bononienſis, vir vtiq; iuxta nomen ſuum gratia inſignitus, licèt nonnullis litigioſus viſus ſit, quòd quauis de cauſa litem moueret, ſed hominibus ſæpe aduerſa ſunt nomina. Hic tamen ob ſingularem doctrinam, & prudentiam electus eſt Generalis Aſſiſij anno 1279. vbi Nicolaus Quartus, tunc Cardinalis & Ordinis Minorum zelator præcipuus pręfuit auctoritate Apoſtolica, & præ nimia dilectione in Fratres, & ingenti pietate in Beatum Patrem FRANCISCVM, voluit Matthæum Rubeum nepotem ſuum vniuerſi huius Ordinis eſſe protectorem. Rexit autem Ordinem Frater Bonagratia ſumma

cum laude annos ſex. Pariſijs dum eſſet, omnia ſcripta Petri Ioannis collegit, & ex examinanda dedit Fratri Draconi miniſtro Franciæ, Simoni Dolenſi, Arlotto de Prato, ſacræ Theologiæ magiſtris; necnon Magiſtro Richardo Mediauillano, Aegidio de Beſſa Aquitano, Ioanni de Muro Baccalaureis Pariſijs, qui quoſdam articulos reprobarunt, & ſcriptum conſignarunt ſeptem ſigillis, & dicebatur litera ſeptem ſigillorum. Verùm cum Bonagratia Auinione graui morbo laboraret, ordinauit Fratri Gerardo de Prato ſuo ſocio, vt ſi eum mori contingeret, non permitteret quicquam innouandum circa factam determinationem de ſcriptis Petri Ioannis. obijt itaque Auinione. Sunt qui velint in eius obitu campanam maiorem inſonuiſſe nullo trahente. Sub hoc tempus noſtra familia multa perpeſſa eſt tempore Bonifacij VIII. Pont. Max. qui multa edidit aduerſus Ordinem, ſed fuit ab Illuſtriſſimis Dominis Columnenſibus defenſa, quibus plurimum vniuerſa hæc noſtra familia receptum referre debet, præſertim verò noſtra ætate Marco Antonio Columnæ, Siciliæ Proregi, qui tempore Pij V. Pont. Max. apud quem erat in pretio, gratijs & fauoribus opportunis hunc Ordinem maiorum ſuorum exemplo liberaliter proſecutus eſt, vt mihi Romæ retulit & Panormi anno 1583. dum ibi ſacras haberem conciones. ſed ab humanis ſublatus eſt, cuius mors multis attulit mœrorem.

DE F. ARLOTTO GENERALI.

F. ARLOTTVS Etruſcus, Prato inſigni oppido oriundus, Miniſter prouinciæ Tuſciæ, electus fuit Generalis Mediolani anno 1285. ſuadente ad hoc Fratre Gulielmo de Falcario Tholoſano Miniſtro prouinciæ Aquitaniæ, in eodem Capitulo præſidente; rexit annum vnum, & habuit in Ordine patrem venerabilem militem, & tres germanos, dialecticæ diſciplinæ ſtudioſus erat, fuitq́; in ea doctiſſimus, qui omnes ſui tẽporis ſuperauit; maximus quoque Theologus fuit, multa ſcripſit, inter quæ edidit Concordantias Bibliæ, quæ hodie quoque ſine auctoris titulo circunferuntur, non ſine ingenti labore, & varios ſermones compoſuit. obiit Lutetiæ, vt fertur, cui ſucceſſit præfatus F. Gulielmus de Falcario Vicarius vſque ad nouam electionem Capituli, vir ſanè doctus, qui librum Sententiarum D. Bonauenturæ correxit, & in epitomen redegit. Hic Generalis damnauit opera Ioannis Petri, & eius doctrinam improbauit, Bonagratiam prǽceſſorem ſuum imitatus. Claruit temporibus Adulphi Imperatoris anno 1290.

Philip. Bergom. in ſupplemento.

DE FRATRE MATTHAEO *Aquaſpartano Generali.*

F. MATTHAEVS Aquaſpartanus, diœceſis Tudertinæ, electus eſt Generalis in conuentu Montis Peſſulani anno 1287. ſede vacante, Honorio Quarto in Cœna Domini Romę vita functo, primò lector Sacri Palatii, deinde Generalis, rexit anno vno; & cùm poſtea eſſet Cardinalis mandato Domini Papę vſque ad electionem futuri Generalis pręfuit; claruit tempore Rodulphi Imperatoris electi anno 1290. deinde Cardinalis. vt infrà. Scripſit ſuper Sent. libros, in Paulum, Sermones & tabulas in Euangelia, quę Pinaca dicuntur.

DE FRATRE RAYMVNDO *Gaufredo Generali.*

FRATER Raymundus Gaufredus Maſſilienſis ex prouincia Prouinciæ genere nobilis, vir admodum manſuetus, pius, atque omnium bonorum amator, qui electus eſt Generalis Reate anno 1289. ſedente in ſacratiſſima Sede Nicolao Quarto Pontifice, & ibidem aſſiſtente cum duobus Cardinalibus Matthęo Rubeo protectore, & Matthæo Epiſcopo Portuenſi; vbi eximia lætitia coram Summo Pontifice celebrata ſunt Comitia generalia, & electus Generalis præfatus Raymundus, qui cùm annis ſex rexiſſet Ordinem ſumma prudentia, à Bonifacio VIII. creatus eſt Epiſcopus

Hic viſus eſt fauere Vbertino de Caſali, qui nouas ſeparationes obtinuit ſub ſpecie reformationis à Clemẽte V. Pont. qui auditis ſuperioribus religionis, præſertim Alexandro de Alexandria, reuocatus & edidit ſup. Clementinam, Exiui de Paradiſo,

copus Paduæ, ſed pertinacius renuit, ſe imparem oneri dictitans. Ille verò in malam accipiens partem: At (inquit) multò magis impar videris officio iſti tuo. quare eo deiectus eſt, cùm vtilis tamen maximè videretur: tametſi alij aliter narrant, qui manens in ſua ſimplicitate paulò poſt Pariſijs obijt. Volaterra.lib.21. Anthropologiæ.

DE F. IOANNE A MVRO GENERALI.

FRATER Ioannes à Muro Picens, electus eſt Generalis Anagniæ anno 1296. tempore Bonifacij VIII. qui in eodem Capitulo præfuit, & eodem tempore B. Ludouicum, de quo in priori lib. dictum eſt, ad Ordinẽ Franciſcanum ſuſcepit, ſumma cum omnium lætitia atque admiratione. nam Romæ in monaſterio Fratrum ad Aram Cœli togam ſanctæ conuerſationis induit; & quam velatam prius deuotionis cauſſa detulerat, tunc cunctis cernentibus ab Ara Cœli ad S. Petrum cum duobus Cardinalibus D. Matthęo Aquaſpartano, & D. Iacobo Anagnino cum habitu profectus eſt. Porrò hic Generalis vti erat pius, & rerum gerendarum prudens, ſecum duxit Aſſiſium Giottum Florentinum Pictorem ſui æui clarum, qui inter cętera manus & ingenij ſui monumenta xxxij. hiſtorias eleganti pennicillo, & coloribus elaboratas in Aede ſuperiori Aſſiſij expreſſit. Floruit hoc tẽpore Ioannes Scotus, Doctor ſubtilis, & B. Conradus Offidanus, qui vnà cum quibuſdã alijs paupertatis amatoribus incuſatus fuit, de qua re ſupra egimus pluribus in generalatu Ioannis Parmenſis. Giottus Florentinus Pictor ſui æui clarus.

DE FRATRE GONDISALVO vel Gonſaluo Generali.

F. GONDISALVVS vel Gonſaluus (nomen apud Hiſpanos vſitatum) Vlyſſipponenſis, Luſitanus, prouincię S. Iacobi, primò Miniſter prouincię Caſtellæ, Aſſiſij electus eſt Generalis an. 1304. tempore Benedicti X. vir ſanè pius, qui viſitando Ordinem veſtes ſuperfluas à Fratribus auferebat, & ædificia ſumptuoſa dirui faciebat. Ioannem Scotum in Capitulo Tholoſæ anno 1307. celebrato inſtituit Regentem Pariſiis. Fuit doctrina pollens, & moribus inſignis, qui compilauit tractatum de præceptis eminentibus Regulæ, de æquipollentibus, & de habentibus vim præcepti: cuius initium eſt, Regula noſtra, Fratres chariſſimi, non videatur vobis confuſa. rexit annis 9. Hoc tempore diſputatio orta eſt de Regulæ obſeruantia inter F. Vbertinum de Caſali, qui poſtea apud Monachos (vt ferunt) vixit, & F. Alexandrum ab Alexandria. Floruit ſub hoc tempus Aluarus Pelagius Hiſpanus, vir quidem genere nobilis, ſed moribus nobilior, iuris canonici prudens, & Euangelicæ paupertatis zelator ardentiſſimus, qui Bononiæ exiſtens Aſſiſium profectus eſt, vbi tunc Generalis aderat, ibidem aſſumpto habitu, Ordinem intrauit, in quo ſanctè vixit, & multum literis & vitę ſanctitate profecit. Tempore huius Generalis, Ioannes Imperator Tartarorum, qui cum matre ſua antea fuerat ad Catholicam fidem per Fratres Minores adductus, ab humanis ereptus eſt, & in loco Fratrum conditus. cuius corpus per annos xxx. tumulatum ad Sarrai ciuitatem tranſlatum fuit, incorruptũ cũ repertum eſſet cum veſtibus, non ſine aſtantium admiratione. Obijt F. Gondiſaluus Pariſijs apud Minores conditus. Vir iſte præcipuam curam habuit in generali præfectura, ne ſumptuoſa monaſteria conderentur: multa quoque deſtruxit viſitando Ordinem, quippe quæ viderentur eſſe contra Regulæ paupertatem fabricata, quam B. Franciſcus eius inſtitutor & fundator ſuam ſponſam vocabat.

Diſceptatio orta de Regulæ obſeruantia.

Imperator Tartarorum Chriſtianus à Minoribus factus moritur, & trãſfertur corpus incorruptum inuentum.

DE FRATRE ALEXANDRO ab Alexandria Generali.

FRATER Alexander ab Alexandria, Inſuber prouinciæ Genuæ Cuſtodię Montiſferrati, vir eruditione ſingularis, delectus eſt ad Præfecturam Generalem Barchinone anno 1313. die xii. menſis Iunij, tempore Clementis V. Pontificis Maximi, ad quem vnà cum multis prouincialibus Miniſtris ſe contulit, petens in protectorem

Ordinis D. Arnaldum de Plelagure. Edidit multa opuſcula, quæ eius ingenij felicitatem oſtendunt: ſcripſit enim in 4. ſent. lib. ſuper Eccleſ. in Tob. in Eſaiam, Quæſt. Quolibet. in Euang. S. Ioan. & in Epiſt. Pauli. edidit quoque ſcripta aurea in Metaphy. Ariſto. quæ ſub nomine Alex. Alenſis ementito titulo impreſsa ſunt. Vocatus eſt Alexander minor, quamuis ei multum diſſimilis. Rexit Ordi. anno vno & menſibus ſeptem. Romæ in conuentu ad Aram Cœli ſpiritum efflauit, ibique tumulatus, eius ſepulchro hæc affixa verba leguntur. Hic iacet R.P. Frater Alexander ſacræ Theolog. Doctor, & Generalis Miniſter, qui obijt an. Domini 1314. menſis Octobris die craſtino B. Franciſci.

Huius ſcripta in Metaphyſ. Alenſi falsò attributa.

DE FRATRE MICHAELE *Cæſenate Generali.*

FRATER Michael Cæſenas, electus eſt Generalis Neapoli tempore Ioãnis XXII. Põt. an. 1315. qui notatũ de hæreſi magiſtratu depoſuit eo q Fraticellorũ ſententiæ viſus ſit fauiſſe, quorum caput & Dux fuit F. Iacobus de Ceua Prouinciæ Genuæ in Vrbe Nauarię; Dulcinus autem & Margarita fuerunt primi inſtitutores ſenſum magis quam rationem ſequentes. qui ideo à Clemente V. fuerunt combuſti, & diſſipati. Hæc ſecta eo tempore exſuſcitata in Italia omnia turbauerat, propterea à præfectura Generali abdicatus. difficile eſt enim principatum malis artibus acquiſitum bonis moribus gubernari: ille tamen ſe calamo vltus eſt, volens oſtendere innocentiam ſuam; ſed aduerſus mare intumeſcens, non proficit vnius hominis quamuis validiſſimus clamor, quò temerè poſt abdicationem per annos xij. Generalis nomen retinere nixus eſt, ſed fruſtra: nam is qui prudens & ſciens pedem laqueo inſeruit, officio deiectus fuit congregato Bononię Generali capitulo an. 1328. D. Bertandus Cardinalis Ordinis Vicarius inſtitutus fuit, qui pro eligendo nouo Generali ſequenti anno Pariſijs celebrandum Generale capitulum indixit. Quo audito, Michael furore ſuccẽſus contra Summum Pontif. multa moliebatur: ſcripſit enim ſeditiosè ad Regem Romanorum, & ad Principes Alemaniæ, & atra bile debacchatus à Sedis Apoſtolicæ obedičtia deſciuit: quare ipſum Ioãnes Pont. Maxi. excommunicauit, cuius vidi Bullam plumbeam Venetijs in Bibliotheca Dominici Grimani C. S. Marci, cuius initiũ eſt, Quia vir reprobus Michael de Cæſena, &c. Sed vt ſua inſania pluribus eſſet nota, libellos ſuos cõtinentes impugnationes ad diuerſas mundi artes & ſtudia deſtinauit in portisq; eccleſiarum affigi attentauit. quare hæreticus (exigente iuſtitia) declaratus fuit, velut qui contra legem ex lege arma ſumebat, & Euangeliũ impugnabat ex Euangelio, ac de veris fingens mendacia prouocabat ad mendacium. Vir ſanè mali exempli, qui deſijt in candelæ morem, quæ exuritur, dum alijs affert lucem. Vtinam à tanta inſania reſipuiſset, quia Eccleſia pia mater negãti debitum nunquàm remittit, fatenti nunquàm retinet. Sed tandem profugus exulque factus in conuentu Monaci in Bauaria vita functus eſt an. 1350. Hoc tempore Ordo noſter multa paſſus eſt ob Ludouicum Bauarum ſciſmate infectum, & Petrum Corbarienſem, qui ſe in Pontificatum intruſerat. Scripſit F. Michael egregios & lucidos Commentarios in 4. ſen. lib. ſuper Ezech. lib. vnũ, ſermones de tẽpore, & de Sanctis: & quædam alia improbatę lectionis. Floruit hoc tẽpore Petrus Aureoli, qui licet in electione F. Michaeli ſe oppoſuiſſet, ab eo tamen factus eſt lector Pariſijs: & cùm quidam vellent eum ab hoc conſilio retrahere, reſpondiſse fertur, Abſit, vt ob quamlibet in me collatã iniuriã, tantũ Ordinis lumen abſcondatur. Hęc ſunt quę mihi de hoc uiro dicenda occurrunt. libet quoq; hanc Gerardi Odonis Epiſtolam ſubijcere, ex qua ſtatim apparebit, quis & quãtus fuerit perditiſſimus iſte nebulo, iure damnatus ab Eccleſia, & quantum patribus Religionis diſplicuerit egregia eius temeritas.

Sectam Fraticellorum vulgò de opinione vocabant.

EPISTOLA FRATRIS GERARDI ODONIS ad F. Michaelem Generalem, qua ipſum coarguit, & accuſat quòd ſe temere opponit Romano Pontifici.

QVID niteris bonam oſtendere viam tuam, ad quęrendũ dilectionem? quò inſuper malitias docuiſti apoſtaticas, ſciſmaticas, & hęreticas? Harum itaque literarum tenore cũctis legentibus patenter apparet, te toto conamine niti bonam & iuſtam oſtẽdere tuam confuſibilem apoſtaſiam, tuam rebellionem, & hęreticam

hæreticam prauitatem, quoniam & apoſtaſiam ſub vano perſuaſionis vmbraculo, & rebellionẽ ſub fatuo appellationis pallio, & errores tuos ſub falſiſſimæ fidei zelo, & inaniter niteris excuſare: Quòd huiuſmodi nixus ad quærendam dilectionem non ſolùm Dei, verùm etiam hominum inefficax ſit, & vanus, cunctis eſt fidelibus, rationabiliter cogitantibus manifeſtum. In primis enim tuam tibi, & nobis, confuſibilem apoſtaſiam iuſtificare conaris, contrarijs quidem exemplis, fictione timoris, & vaniſſimis argumentis. Dicis enim Apoſtoli Pauli, & Sanctorum quorundam Epiſcoporum exempla ſecutum. Primò nanque aſſeris, quod ſicut Paulus Petro, ita & tu in faciem reſtitiſti: quod quidem exẽplum pro te inductum, dupliciter deficit. Primò te ſuperbiſſimum ſuperbiſſimè comparas humillimo Apoſtolo, qui dicebat, Non audemus nos inſerere, aut comparare quibuſdam, qui ſe ipſos commendant. Tu autem, & complices tui vos ipſos, & veſtra vitioſa opera, immo ſacrilega crimina impudentiſſimè commendatis, quamuis ſæpe legeritis, quòd non qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat: comparas igitur vaſi electionis & gratiæ vas reprobationis, & iræ. Secundò deficis, quia tu, nõ Dominus Papa, reprehenſibilis multipliciter extitiſti. Tu nãq; de paupertate Chriſti, & Apoſtolorũ eius, in diſcuſſione Sedis Apoſtolicæ, tũc tẽporis actu pẽdẽte, determinare auſu nimis temerario præſũpſiſti: De qua temeritate (nullo quidẽ ſanæ mẽtis dubitãte) dignus reprehẽſione, & cõfuſione fuiſti. Commiſſum enim tibi ordinem graui expoſuiſti periculo, Eccleſiam vniuerſalem repleuiſti ſcandalo, & decretum Sedis Apoſtolicæ contempſiſti: dicit enim Dominus Nicolaus IIII. in Decretali, Exijt qui ſeminat. ſiquid ambiguitatis penes aliquem inhis emerſerit, hoc ad culmen Sedis Apoſtolicæ deducatur, vt ex auctoritate Apoſtolica ſua in hoc manifeſtetur intentio, cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta condere, & condita declarare. Tu verò ambiguitatem, quam noueras in materia dictę Decretalis ad culmen Sedis Apoſtolicæ iam eſſe deductam, præoccupare, & vniuerſis Chriſti fidelibus tuam audaciam notam facere voluiſti: nec quòd in hoc manifeſtaretur intẽtio Sedis Apoſtolicæ, expectaſti. Quapropter & præſumptionem aduerſus animi tui cõſilium dediſti, & perfidę opinionis ſpeciem prætendiſti. In hoc enim opinari, & credere videbaris, quòd Sedes Apoſtolica tuam, nõ tu ſuam ſequi deberet. Vel quòd ei omnino repugnarẽt. Vnde mirari non debuiſti, ſi Dominus Papa literam tuam, ſeu determinationem, pro quanto erat tua, dixit hæreticam; non quidem definiendo, pronunciando, vel ſententiando; vel etiam pro Tribunali ſedendo; ſed ad partem coram ordinis noſtri fratribus obiurgando, reprę hendendo, & tuam temeritatem præſumptuosè increpando. Tunc enim ex veriſimilibus coniecturis te fore ſuſpicabatur hæreticũ, ſicut in ſequenti tempore rectè declarauit: cernebat enim quòd in prænominata determinatione, ſeu verius interminatione tua ſpeciem malam (vt prædictum eſt) prætendiſti, quæ grauem, & periculoſam hæreſim ſapiebat. Quare non mirum ſi ad cauſam, & ad ſpeciem dictæ literę, ſeu determinationis, vel potius (vt dictum eſt) interminationis dixit eſſe hæreticam, modo, & forma, & circunſtantijs ſupradictis: Nec ex huius dicto ſequitur inconuenientia, quæ tua falſa calliditas excogitauit, ſcilicet quòd Dominus Papa ideo hæreticam, & ſciſmaticam faciat, vt deſtruat, & confundat determinationem Eccleſiaſticam, regulam B. Frãciſci, & Religionem noſtram; determinatio enim Eccleſiæ non eſt ſimpliciter eadem cum determinatione, ſeu indeterminatione tua, vt de ſe patet intuenti: ita determinatio Eccleſiæ fuit à cauſa legitima; determinatio autem tua à cauſa illegitima, & prohibita, vt oſtenſum eſt ſupra. Item determinatio Eccleſiæ ſpeciem habuit fideliſſimam, puta quia non eſt vltimata, ſed remittit ambiguitates emergentes ad culmen Sedis Apoſtolicæ per eandem Sedem Apoſtoli eam decidendas: determinatio autem tua plena eſt ſpecie mala, & eſt vltimata, ac ſi vniuerſi Chiſti fideles tuæ teneantur determinationi, & ſententiæ generaliter adhęrere. Quare determinatio tua, vt tua, eſt hæretica: poteſt tamen eſſe catholica, ſi maneat in determinatione Sedis Apoſtolicæ. In Regula verò B. Franciſci determinatio tua, nec uerbaliter, nec ſententialiter continetur. Vnde igitur habes niſi à patre mendacij, quòd ſi opus tuum ſit hæreticum, etiam opus B. Franciſci eſt hæreticum? opus ſanè Sedis Apoſtolicæ, uel potius opus Dei, eſt Regula noſtra. fuit enim B. Franciſco diuinitus inſpirata. Vnde ergo hoc trahis, niſi ab illo, qui in Inferno te trahit poſt ſe? Quòd ſi facta tua ſint hæretica, & confuſa, quòd ideo Religio noſtra ſit hæretica, deſtructa, & confuſa? Nonne vides quomodo hæc Religio noſtra facta tuæ vitæ condemnat? Nonne cogitas fili incredulitatis exemplum, quòd frater Helias meus, & tuus in officio, ſed tuus in ſcandalo præceſſor, apoſtata fuit ſciſmaticus, & hære-

ticus,

Accuſat eum qui falſo prætextu volebat errorem ſuũ inſimulare.

Prima ratio cui innititur Michelinus, ſed temere.

Redarguitur rõ. 2. Cor. 10.

Vbi Apoſtolus ponit laudem veram non in opinione & ſententia aliorum, ſed in virtutibus. Ibi.

Secundò redarguitur ratio.

Ideo iuſtiſſimè fuit reprobatus & hæreticus declaratus a Ioãne xxii. ſummo Ponti. Habetur in extrauag. Ioan. titu. de relig. domi.

In hac cõſtitutione ampliſſima Nicolai Pont. Max. declarantur cunctę hęſitationes, quæ circa D. Frã regulam contingere poſſunt, & verum aliquid ꝓprij habere liceat Minoribus.

Stulta deceptio. Ita Ioannes xxii. Pont. in originali quæ ad manus meas peruenit vbicũq; Michelinũ nominare cõtingit, eũ appellat hæreticum.

Determinatio Eccleſiæ quæ eſt mater & magiſtra veritatis, quæ errare non poteſt, ſemper eſt a cauſſa legitima.

Paralogizat, & eius ratio eſt valde oneroſa.

Pulchra ſuaſio.

ticus, qui ſub Domino Innocentio Papa Quarto, cum Friderico à dignitate imperatoria depoſito, & ſententialiter ab Eccleſia condemnato ſe ſubtraxit ab obedientia Domini Papæ, & ab Eccleſię vnitate? His tamen non obſtantibus, noſtra Religio (præſtante Domino) non ſuper ipſo Helia hæretico, nec ſuper te imitatore ſuo, ſed ſuper ſolidiſſima petra Chriſto, mediante B. Franc. fundata in fide, & deuotione, in obedientia, & reuerentia, ac vnitate ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ inconcuſſa permanſit: ſicut hodie te errante, & à catholicæ fidei tramite cum hominibus deuijs deuiante, noſtra Religio per Dei gratiam in communi, & gratia Sedis Apoſtolicę perſeuerat. Non igitur tu Dominum Papam, ſed Dominus Papa te verè reprehenſibilem reprehendit. Quare miſer homo nō vides, vel non intelligis, quàm inaniter, & quàm mendaciter de reſiſtentia gloriaris? Cæterū cùm inducis exemplum Cleri Romani dicens, ſic ab ipſius Domini Ioannis obedientia, & communione Anaſtaſij Papæ deuiantis à veritate fidei, quam Eccleſia determinauerat, receſſerūt prout in canone 29. diſtinct. cap. Anaſtaſius, legitur & habetur. Iſtud exemplum contra te militat, quia tu vias Anaſtaſij Papæ, non catholicorum virorum ſecutum fuiſse probaris, quia Tu, nō Dominus Papa, in duas incidiſti culpas, propter quas aliqui de Clero Romano à communione Anaſtaſij diſceſserunt. Prima quidem fuit, quia ſine conſilio Eccleſiæ communicauit Fotino diacono Theſsalonicenſis Eccceleſiæ, qui Acatio de hæreſi condemnato in hæreſi communicaſse refertur. Secunda verò fuit, quia illum Acatium cōdēnatum voluit occultè ad gradus eccleſiaſticos reuocare, quod ne faceret, morte fuit confuſibili præpeditus. Tu autem (ſicut nouit tota Eccleſia) manifeſtis hæreticis, puta Petro de Corbaria dudum ſacrilego, & hæretico Antipapæ, Marſilio de Padua, & quàmpluribus alijs, & in criminibus, & ſacrilegijs communicaſti, communicas, & communicare non ceſsas. Item ſuggrederis, & occultè conaris per falſas ſuggeſtiones, ſcripturas, & ſuaſiones, fratres olim commiſſi tibi ordinis non modò ad gradus eccleſiaſticos promouere, ſed etiam ab obedientia, cultu, & reuerentia Eccleſiæ reuocare tentas. Quare ſicut aliqui de Clero Romano propter duas præmiſsas culpas ſe à cōmunione Anaſtaſij abegerunt, ita communitas Ordinis noſtri propter eaſdem cauſas à tua communione & reuerētia ſe abegit; tamē Domino Papæ fideliter & verè fidelis adhęſit, quia ipſe ordo nō communicat, nec cōmunicauit hæreticis, nec etiam occultè operatus eſt quicquàm, quinimmo in reuocatione damnatorum redire cum pęnitentia volentium, & in editione ſuarum conſtitutionum, exempla nequaquàm ſequens Anaſtaſij de conſilio Dominorū Cardinalium, Epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum (multiplici deliberatione præmiſſa) proceſſit. Quare ſolùm propter hoc exemplum, ſi benè cogitaſses, te à tanta inſania retrahere debuiſses. Exempla quoque de Liberio, & Leone multum te deberent ad pœnitentiam prouocare, ſi tamen ea quæ ſcribis, & loqueris, attendere voluiſses. Leo iſte dictus Tertius, vt ſcire deberes, nón fuit verus Papa, ſed per Romanum Patritium in Antipapam intruſus. Vnde nec in chronicis Romanorū Pont. nec in cathalogo Summorum Pontif. ponitur: immo Leo ſequens natione Romanus Azzupij filius dicitur Leo Tertius. Quod non faceret, ſi verus Papa fuiſset. Liberius poſtquam partim ſpontè, partim inuitè papatui ceſserat, volens Arrianæ hæreſi conſentire, ad quam per Imperatorem Conſtantium cogebatur: & poſtquàm ei Felix catholicus ſucceſserat, qui conſtanter Conſtantium Conſtantini filium eſse hæreticum declarauit, & propter hoc ſub ipſo Conſtantino martyrium capitis detruncatione compleuit. ipſe quidem Liberius ad ſuggeſtionem Meſarchi, & Valentini hæreticorum hæreſi Arrianę conſenſit, & per præfatum Conſtantium hæreticum eſt de conſilio dictorum hęreticorum intruſus. & ſic annis quinque Sedem Apoſtolicam occupauit. Ab his ergo duobus intruſis quicunque catholici ſe ſubtrahere, & abigere debuerant: Sed temporibus noſtris à communione & obedientia Petri de Corbario in Antipapam tyrannicè & diabolicè per hominem laicum ſecularem & excommunicatum intruſi quicunque fideles ſe ſubtrahere tenebantur. Videas igitur, ſi tamen oculos habes, & uidere vales, ſi fuiſti æqualiter excęcatus tam in facto, quàm in iſto dicto. Quomodo enim, & qua fronte iſta exempla pro te inducere potuiſti? Nonne vides, nonne legis, quòd illi catholici, qui à Leone, & Liberio receſserunt, recedebant vtique ab intruſis? Tu autem in tuo receſsu acceſſiſti ad intruſum, & receſſiſti ab illo, qui canonicè fuerat (nullo dubitāte) ingreſsus; receſſiſti à Vicario Chriſti, acceſſiſti ad Vicarium Antichriſti; acceſſiſti ad eum qui aliunde aſcēdebat vt latro, & receſſiſti ab eo qui per oſtium intrauit ut paſtor; acceſſiſti ad eum qui in nomine proprio veniebat, & receſſiſti ab eo qui venerat

Arguté increpat eius fatuitatem.

Diſt. 19. cap. Anaſtaſius.

Non eſt hic Fotinus, cuius meminit B. Augu. to. 6. de hæreſibus, qui Pauli Samoſateni hæreſim cōfirmare conatus eſt.

Communitas familiæ Franciſcanæ ſemper fidelis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Exempla de Liberio, & Leone Pōt.

Leo III. Ponti.

Non eſt hic Liberius primus, vir ſanctus, qui a S. Syluestro Papa creatus eſt Diaconus Cardinalis.

Pulchra antitheſi, & numero quodam oratorio oſtendit perdiriſſimi hominis fallaciam.

nerat in nomine Chriſtiano;acceſſiſti(vt tu met dicis)ad ciuitatem Piſarum,vbi tunc ſedes erat Sathanæ,& ibi fratres,quorum animas in cura te habere iactabas,faciebas ab Antipapa officia,& dignitates eccleſiaſticas accipere. Quorum conſecrationi, vel potius execrationi, inunctioni,vel verius fœdationi, ſicut impudicus lęno fornicationum, & fœditatum ſpiritualium adſiſtebas.Ergo non fuiſti iſtorum fidelium, & ſanctorum virorum exempla ſecutus,qui homines intruſos abhorrent, & fideli deuotione paſtoribus in ouile dominicum canonice ingreſſis adhęrent: os tuum contra te locutum eſt, dum pro te exempla induxiſti.Sed vtinam pro te faciant ſic,quòd ad pœnitentiam te conuertant. Cum autem pro fictione timoris allegas, quòd ex his quę ſępe ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus,Dominus Papa dixerat, etiã fecerat, ac ex aliis quàmplurimis cõiecturis manifeſtè perpẽdiſti, quòd ipſe Dominus intendebat te cõpellere ad abnegãdã dictã determinationẽ Capituli generalis;nõne recordaris ꝙ propter huius rei fictionẽ Capitulum, quod Pariſijs cõſtituerat celebrare, ad ciuitatẽ Lugduni ſubitò forſan trãſtuliſti,dicẽs,quòd Dominus Papa per nũciũ Regis Franciæ intendebat ad reuocationem dictæ determinationis cogere Capitulum generale; ſperabas enim,vt dicebas,ſi hoc fieri debebat, quòd fratres citius de Lugduno,quàm de Pariſijs fugerent, vt hanc coactionem declinare valerẽt; poſt hęc tu miſer homo vidiſti,quòd nec in cor Domini Papæ,nec in cor Domini Caroli tunc Regis Franciæ etiam modicus ſuper hoc aſcenderat cogitatus. Iterum ſuper eodem ante Bononienſe Capitulum te timere vehementer dixiſti,& hac de cauſa,vt tuis complicibus iudicaſti, ad impediendum,ne teneretur dictum Capitulũ,totis conatibus,& quibus potuiſti machinationibus intendebas: tamen ſicut rei declarauit euentus,Dominus Papa, qui affectu paterno illi ſcripſit Capitulo, nullam fecit;ſicut nec facere determinauerat,mentionem: Similimodo ante Capitulum per me Pariſijs celebratum,& ante Capitulum Parpiniani nouiſſime celebratum, tu & tuorum mandatorum complices laboraſtis, falſas per Ordinem ſcriptitando literas,ſeminare,quòd in illis capitulis ſtatus noſter per Regulam noſtram mutari;vel illa tua determinatio ſæpius cũ mala memoria repetita reuocari debebat,& per talia perniciosa mendacia tu, & tui complices præmemorata capitula perturbare (ſed inaniter) attentaſtis,ſed per Dei gratiam tuis tuorumq́ue fallacibus machinamentis non obſtantibus,præmemorata capitula ſunt ad honorem Dei, & vtilitatem ordinis celebrata. Vnde ergo in cor tuum tales fallaciæ, ac timoroſæ ſuſpiciones aſcendunt,niſi quia charitas, quæ foras mittit timorem,tuum animum non ſubintrat? & ideò in te,& in tuis complicibus vaticinium illud impletur,Timuerũt timore, vbi non erat timor.timuiſtis mẽdaciter,vbi nec apparẽter, nec exiſtẽter fuit cauſa timoris. Quòd argumentis vaniſſimis innitaris, luculẽter apparet, cùm etiã vis tuam apoſtaticam fugã Chriſti cõſilio colorare;dicis quòd propterea quòd te tuoſq́ue ſequaces perſequebantur ad mortem,ideo iuxta Chriſti conſilium dicentis, ſi vos perſecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam, ad ciuitatem Piſarum te tranſtuliſti.ſed verecundari deberes tu,qui confidis te ipſum ducem eſſe cœcorum, & lumen eorum, qui ſunt in tenebris, eruditorem inſipiẽtium,magiſtrum infantium,habentem formam ſcientię qui Doctor cognominaris Theologiæ,quòd ita ſcripturam accipias, quòd aliter arguas. Igitur conſidera,quòd ex apoſtaſia inexcuſabilis factus es: Apoſtata vir inutilis, qui graditur ore peruerſo,qui prauo corde machinatur malum,& in omni tempore iurgia ſeminat. Quòd autem appellationis tuæ pallium,ſub quo tuam rebellionem ſciſmaticam velare conaris,ſit inane, & patenter vacuum,apparet conſideranti cuilibet,eum qui appellat,& eum contra quem appellat,& iudicem ad quem appellat. Tu autem appellaſti realiter non vt perſona publica,quia Ordo appellationem tuam non admittit,non approbat, nec commẽdat,ſed potius improbat,& condemnat,ſed vt perſona priuata attentaſti facere,quod feciſti:hoc autem modo geſſiſti perſonam hæreticam,quia conſtat per tuas literas, vt in proceſſibus contra te habitis in nouiſſimo noſtri Ordinis generali Capitulo declaratur. Perſona autem hæretica,ſecundum canonicas ſanctiones,appellare non poteſt,nec admitti appellatio eius debet.Tu autem qui frequenter decreta,& decretales allegas,iſta melius noſſe deberes.Sed audi iam,quare hominis hæretici appellatio admitti non debet, quia (vt Paulus ait) ſubuerſus eſt,qui hæreticus eſt,& deliquit proprio (ait) iudicio condemnandus.Perſona verò contra quam appellaſti eſt ille, qui non habet ſuperiorem in terris,propter quod ab ipſo de iure appellari non poteſt.exemplum habetur ſuper hoc, quia Paulus a Feſto præſidente volente cum Iudæis tradere,ſed non à Nerone imperatore volenti cum morti tradere appellauit;quia nullus Nerone, ſed Nero Feſto tunc temporis temporaliter ſuperior apparebat.

Nemo mirari dẽt ab improbo homine eſſe deceptum, magis mirãdum eſt non eſſe deceptum, quia nequior eſt qui decipit, quam q decipitur.

Anno 1329. cũ F. Gerardus fuit electus Generalis.

Nulla res ſic exterminat bonum ſicut ſimulatio; nam malum ſub ſpecie boni celatum,dum non cognoſcitur,nõ cauetur.

Pſal. 13.

Matth. 10.

Rom. 2.

Non abs re exci dicuntur, & errare in tenebris, q ea præcepta non habent, quæ illuminant.

Prouerb. 6.

Appellari nõ poteſt ab excõmunicatione, quia vt quidam dicũt, excõicatio ſeçũ trahit executionem.

Ad Titum 3.

Actuũ 25. & 26.

Zelus ſed non ſecundum ſcientiā.

apparebat. Appellaſti quoque ad illam Eccleſiam, quam tu in tuis literis ad diuerſas partes Ordinis directis pronunciaſti, aſſeruiſti, & denunciaſti eſſe hæreticam, & per conſequens omni poteſtate iudiciaria deſtitutam, quare appellatio tua nullum potuit, nec debuit habere vigorem. Zelum autem tuæ fictæ fidei ad tuorum excuſationem errorum fore falſiſſimum euidenter declaratur, tum quia verus fidei veręzelus in cauſa fidei non facit fugere, ſed potius pro defenſione fidei expectare. Vnde zelus tuus qui te ad fugiendum induxit, demonſtrat apertè quòd opinionem tuam Euangelicam eſse ſententiam minimè reputaſti, tum quia zelus fidei non quærit ſuper adinuentione falſa fundari, ſicut tu viā tuam ſuper multis mēdacijs & adinuentionibus fictis ſæpe fundaſse probaris, tum quia temeritate aliàs inaudita de libello per Dominum Papam contra dicta tua, & ſectam edito, te dicis per horas duodecim collegiſſe, inter quas enumeras nonnullas Euāgelicas, & propheticas ſētentias, ſicut in illo libello in plerisque paſſibus demonſtratur expreſsè. Sed quia tu ad rationes, & allegationes, & auctoritates contra tuam inſaniam per Dominum Papam inductas non reſpondes, nec reſpondere potes, nec contra tuarum ſophiſticarum rationum reſpōſiones iuridicas replicas nec replicare attentas, nō oportet, quòd nos amplius laboremus, qui videmus, ſicut tu videre videris tibi, fore manifeſtè concluſum contra rationes, & reſponſiones eiuſmodi: ſi tamen rationem aliquam pro tua opinione proferes, vel rationum & auctoritatum contra tuas inſanias inductarum ſolutionem, vel apparentem reſponſionem, parati ſumus (iuxta B. Petri conſilium) ad ſatisfactionem faciendam tibi, & omni poſcenti nos in cauſa fidei rationem; ſicut ergo nec fidei, ita neque religionis, nec regulæ zelum habuiſſe probaris. Quomodo ergo zelaſti pro regula enormiter veniens contra primaria regulæ fundamenta? Tu nanque iugum Obedientiæ ſicut bos indomitus impudentiſſimè reieiſti, cùm tamen ſanctiſſimus inſtitutor ordinis noſtri B. Fr. dicat in principio Regulæ, F. Franciſcus premittit obedientiam, & reuerentiam Domi. Papæ Honorio, & ſucceſſoribus eius, &c. & in fine, ſubditi & ſubiecti pedibus S. Roma. Eccl. conſtat omnibus Sanctiſſimum dominum canonicè ingreſsum, & præeſse Eccleſiæ Domino diſponente. Tu verò infelix infeliciter cōtra regulam, quam profeſsus fueras, ab eius obedientia receſſiſti, & vocem Eccleſiaſticam, atque Euangelicam obedientiam audire minimè voluiſti: Item contra votum paupertatis proprietatius fuiſti, & alios proprietarios pleroſque feciſti Aliqui enim eorum, qui dudum tui fuerunt complices, teſtantur te tenere in tua camera apud Monacū pecuniā, et qui pecuniā exhibes fratribus pro tuis negocijs, non obſtante quòd Regula noſtra clamat, Præcipio firmiter fratribus, quòd nullo modo denarios uel pecuniam, &c. Vnde Franciſcus de Eſculo tuæ iniquitatis complex pergēs de Cumis verſus Monacum inuētus eſt ſuper ſe immediate portare 200. florenos, ſed quia nequaquam de bono iure fuerunt, prædones eos diuino iudicio rapuerunt, vt expropriationem quam non ſeruabat voluntariè, ſeruaret inuitus. Contra caſtitatem quoque, cum iuuenes qui per te decepti tuis erroribus adhæſerunt, ſæpe mittis per mundū ſine habitu, ſine ſocio, cum pecunia & gladio, argumentum certiſſimum, quòd nihil curas caſtitatem eorum. Dicas ergo inſenſate, nunquid non erubeſcis, nonne confunderis dicens, Te pro noſtri Ordinis perfectione ac puritate zelare, qui notoriè contra obedientiam, paupertatem, & caſtitatem, quas in profeſſione vouiſti, iugiter cum tuorum ſcelerum complicibus operaris? Cùm autem dicis te inuitum Generalis miniſterij officium exercere, vanum eſt de re tam falſa & notoria diſputare: manifeſtum eſt enim oculis hominū, quòd tu Generale miniſterium nō exerces, quia nec generalis communitas tibi paret, nec tu capitula celebras, nec miniſtros inſtituis, vel confirmas, nec cætera facis, quæ ad curā Generalis miniſtri pertinere noſcuntur. Quod autem exercere impudenter attentas, certum eſt quòd ſummè voluntarius, & nequaquam inuitus vſurpas. Cumque dicis quòd Pariſienſe capitulum te ab officio deponere non potuit, tum quia plurium miniſtrorum ibidem congregatorum, Inſtitutio legitima non fuit, tum quia idem capitulum te depoſitum eſse ſuppoſuit, tum quia in deponendo, te non eſse ſufficientem ad communem vtilitatem fratrum non pronunciauit. Ad hoc reſpondere debet conſcientia tua tibi, quòd miniſtri per Reuerendiſs. in Chriſto D. Bertandum Cardinalem Epiſcopum Tuſculanum, tunc Generalem auctoritate Apoſtolica Ordinis noſtri Vicarium, inſtituti fuerunt, atque per ſuas prouincias acceptati, & per communitatem ordinis ad vniuerſos miniſtrales actus admiſſi. Si verò vis negare quod per vniuerſam Eccleſiam, & per vniuerſum Ordinem affirmatur, vade ad primum Periherm. vbi dicitur, quòd, Quicquid conuenit affirmare,

Dedit libellū, vnde ſubarrogantia & temeritate fuit notatus.

I. Petri 3.

In Bauariæ partibus ubi īfeliciter obijt ipſe Michelinus.

Frater Michelini cōplex penes ſe pecuniam retentam deferens iudicio diuino ſpoliatur à prædonibus.

In uirum bonum non cadit mentiri emolumēti ſui cauſa.

Conſcientia, quæ vt mille teſtes valet non ſinit falſa moliri.

mare, conuenit & negare. vide deinde ſi Miniſtri & Cuſtodes iudicauerunt te eſſe ſufficientem ad vtilitatem Ordinis, cùm te iudicauerint eſſe malitioſum, & inhabilem ad omnem gradum eccleſiaſticum, & officium. Hæc autem in inſtrumento depoſitionis tuæ habētur. Quòd autē cōditionaliter offers te videlicet appellationibus & officio renunciaturum, ſi tibi oſtendemus Dominum Papam concorditer loqui euangelicæ veritati, & te ab eo in aliquo deuiare putamus, & certi ſumus ꝙ ſufficiēter tibi oſtēdimus te multipliciter deuiaſſe, & quòd D. Papa ſufficiēter demōſtrauerit ſe veritatē euāgelicā tenuiſſe. Hoc aūt tibi dicitur in verbo Domini, ꝙ multo plus operaremur, vt renūciares vitijs, quàm officio, peruerſitatibus, quàm appellationibus, quòd ſpōte redires ad pœnitētiā, quàm violēter ad pœnam. de illis autē nihil aut parum curamus, hoc cordialiter exoptamus. cuius rei gratiá per præmiſſa te non ſimpliciter contriſtari, ſed ſalubriter ad pœnitentiam volumus contriſtari. Vnde nunc quem paſtorem, prælatum, & patrem charū habuimus, fideli charitatē offerimus, ſi ad obedientiā noſtri ſummi Pontificis, Eccleſiæ, & noſtri Ordinis, pœnitenter & humiliter redire volueris, quod nos pro impetranda gratia fideliter intendimus. ſpe namque firma tenemus, quod ſupradictus Dominus, ſi ad eius miſericordiam fideli animo, corde cōtrito redieris, maiorem tibi gratiam faciet, quàm tu met credere, vel exiſtimare valeres. Ad hoc enim ex ipſius dictis, & factis colligimus certiſſimè. Quare nullo modo de ipſius miſericordia, & benignitate diffidas. Poſtremò cùm rogas, quòd te tuoſque complices perſequi deſiſtamus, allegans quòd tu, & tui murum opponitis pro domo Iſrael. Ad hoc dicimus, quòd non pro domo Iſrael, ſed Iſmael. de vobis ſicut de lapidibus, & in idola facitis vilem murum. Ideò perſequi deſiſtemus, ſi vos peruersè agere deſiſtatis. ſed quandiu ad Ordinis ſubuerſionē laboratis, quandiu ſimplicis magnifici viri, Domini Ludouici de Bauaria cui ad eius damnum aſſiſtitis, aures decipere, & ab Eccleſiæ vnitate auertere non ceſſabitis, nos à veſtra perſecutione intendimus non ceſſare: tamen ſi ceſſaueritis, & rectum ſalutareque obedientiæ iugum reaſſumere volueritis, nos quidem promptos adiutores veſtros habebitis, & amicos. Deus autem, qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat, vos à finali & obſtinata impœnitentia reſeruare dignetur, Amen. Dat. Parpiniani, &c.

Pia & chriſtiana exhortatio.

2. Cor. 7.

Ezech. 13.

Ezech. 18.

DE FRATRE GERARDO
Odone Generali.

F. Gerardus Odo Ruthenenſis, de Caſtro Rodulphi, Gallus, Doctor apertus, moribus & virtutibus clarus, electus eſt Generalis Lutetiæ Pariſiorum, an. 1329. die 10. menſis Iunij tempore Ioannis XXII. Pontif. Max. cui erat domeſticus; rexit autem ſingulari conſilio & prudentia ordinem annos 14. deinde a Clemente VI. Pontifi. Patriarcha Antiochenus, & Eccleſiæ Catanenſis in Sicilia perpetuus adminiſtrator creatus eſt, vbi etiam obijt, edidit ſuper 4. ſent. lib. inſigne opus, cuius initium eſt, Vobis. Quæſtionum variarum lib. vnum, in Logicam lib. vnum, in naturali philoſophia lib. unum Commentarios in X. lib. Ethicorum. edidit librum de figuris ſuper Biblia. contexuit etiam Officium ſtigmatum Beati Franciſci; quod hodie quoque canitur in Eccleſia. Porrô hic Generalis tranſiens in prouinciam Vngariæ per Boſnam hæreticis ſcatentem, zelo fidei ſucceenſus ad Principem illius Prouinciæ acceſſit, & ipſum ad fidem CHRISTI IESV adduxit. Deinde fratres ex diuerſis partibus deſtinauit ad prædicandum, qui multos ad fidem conuerterunt, & multas Eccleſias erexerunt, & facta eſt ibi Vicaria, quæ dicitur Vicaria Boſnæ. Miſit quoque multos fratres Aquitanos in Prouinciam Armeniæ ad prædicandum Chriſti Euangelium, requirente hoc & precibus inſtante D. Zacharia Armenorum Antiſtite, uirtutibus, & ſanctitate præclaro. Quo tempore Rugerius Guarrini Aquitanus à Sultano Aegypti obtinuit locum Syon S. Sepulchri, ubi hodie quoque manent fratres de Familia. Ibi reperitur cœnaculum illud celeberrimū, in quo Dominus celebrauit paſcha cū diſcipulis ſuis; & illud in quo Spiritus ſanctus deſcendit ſuper Apoſtolos igneis linguis,

Citatur à Petro Tartareto li. 2. Sē. diſt. 3. Quæſt. 4.

Cœnaculum Chriſti apud fratres Minores.

EPI-

EPISTOLA D. SANCTIAE HIERVSALEM, & Siciliæ Reginæ, Fratri Gerardo Odono Generali, & Fratribus vniuerſis delata à venerabilibus Fratribus venientibus ad Sanctã Mariam de Antiquitate, modò de Portiuncula. Quo loco communis Pater Beatus Franciſcus tam præſentibus, quàm futuris benedixit, eosq; commendatos fecit Virgini glorioſæ.

In loco S. Mariæ de Antiquitate cõmendat B. F. Fratres ſuos.

EGO Sãctia per gratiam Dei Regina Hieruſalem, & Siciliæ, humilis filia B. Franciſci, ſalutem in Ieſu Chriſto crucifixo. Noueritis fratres quòd Deus me fecit naſci in hoc ſeculo: Iacobusque Maioricarum Rex chariſſimus pater meus eſt & B. Patris Franciſci amantiſſimus; & fecit me eſſe de genere Eliſabeth ſororis germanæ Dominæ matris patris mei Domini Iacobi Regis Maioricarum Beat. M. & fecit me habere pro viro Illuſtriſſimum Dominum meum, D. Robertum Hieruſalem & Siciliæ Regem: ex quibus poſtea prodijt B. Ludouicus omni ſanctitate clarus, & maximus defenſor huius Ordinis: ita ego ſum mater veſtra, vt illud dicere auſim. Iam nõ dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia quæ audiui, nota feci vobis. Nos interim Regnum noſtrum quantum poſſumus, vtilitati, honori, & defenſioni Ordinis veſtri offerimus. Data in Caſtro Neapolitano, x. Iulij 14. indictione. 1230

Ioan. 15.

DE F. FORTANERIO GENERALI.

FORTANERIVS Vaſellus, ex Conuentu Gordomenſi Aquitanus, Maſſiliæ electus eſt Generalis tempore Clementis Sexti, Ponti. anno 1343. primò Regens Auinione, deinde Vicarius Generalis à Gerardo inſtitutus rexit annos quinque, poſtea electus eſt Archiepiſcopus Rauennæ, edidit quædam ſuper librum de ciuitate Dei B. Auguſtini, cætera de eo paulo inferius inter Cardinales legito.

DE FRATRE GVLIELMO Farinerio Generali.

FRATER Gulielmus Farinerius Aquitanus, electus eſt Generalis Veronæ, anno 1349. præſente D. Fortanerio præſidente Capituli: rexit annos ix. plus minusuè, qui præcepit conſtitutiones, & ſtatuta fratris Bonauen. Generalis ab omnibus inuiolabiliter obſeruanda fore, poſtea ad Cardinalatus dignitatẽ eſt promotus. Hoc tempore fuit tanta peſtis calamitas, vt vix tertia pars Fratrum remanſerit. Nam alij ſanguinẽ expuebant, alij dolores inguinis patiebantur, alij ſacro igne & febre acuta laborabant, alij denique phreneſi quadam furebant. Hoc tempore 1352. F. Gentilis Fulginas, Paulutius Trincius nuncupatus, cum quibuſdam alijs, ſupplicauerunt D. Clementi Sexto, vt eis quædam loca concederentur, in quibus poſſent Regulam obſeruare ad literam & ſine gloſſa. Ita quatuor loca conceſſit in Prouincia Sancti Franciſci, locum Carceris, Montis Lucis, & duo alia, in quibus duodecim fratres in ſingulo quoque loco habitare poſſent, quamuis poſtea per Innocentium VI. priuilegium illud abolitum fuerit.

DE F. IOANNE BVCCHIO GENERALI.

FRATER Ioãnes Bucchius Aquitanus, electus eſt Generalis Barchinone tẽpore Innocentij VI. ann. 1357. rexit annum vnum, obijtque in conuentu Beluæ in Burgundia, dum Ordinem viſitaret. D. Gulielmus Farinerius Cardinalis fuit Vicarius vſque ad Generale Capitulum. Hoc tempore Armachanus Archiepiſcopus & primas Hiberniæ acerrimus mendicãtium oppugnator, Auinione in publico

Armachanus primas Hiberniæ hoſtis mendicantiũ

Conciſtorio

Conciſtorio multa propoſuit contra Minorum priuilegia: & quòd audire confeſſiones erat contra mendicantium ſtatum, neque priuilegijs ad hoc conceſſis vti poſſent. Quod Chriſtus non mendicauit, nec mendicare conſuluit, ex quo D. Papa conſtituit quatuor Cardinales ad hæc cognoſcenda, ſed fratres opponebant Primatem illum eſſe ſuſpectum & multa erronea adduxiſſe. A fratribus dictis Cardinalibus datur libellus, atque ita hoc negocium protractum fuit. tandem obijt Armachanus, anno 1360. Hoc tempore D. Petrus Aragonius filius quondam Regis Aragoniæ, & D. Reginæ ſororis S. Ludouici Epiſcopi, diuina reuelatione præmonitus Ordinis habitum deuotè, non ſine multorum admiratione, ſuſcepit; Qui repoſitus eſt inter Reges. Petrus Aragonius fit frater Minor.

DE F. MARCO VITERBIENSI GENERALI.

F. MARCVS Viterbienſis, Concionator inſignis, electus eſt Generalis Genuæ anno 1359. rexit annos ſex; deinde Cardinalis, vt infra, ab Vrbano VI. Pontif. creatus eſt, cùm eſſet legatus ſum. Pont. in Italia ad Comitem & Marchionem Montisferrati; atque iterum ad Florentinos, Piſanos, & Genuenſes, ex quorum diſſidētia multa damna ſuborta ſunt: quos tamen non ſine magno labore & diſcrimine præter ſpem ad Chriſtianam concordiam perduxit. Hoc tempore ſciſma in Eccleſia ortum eſt. Nam Cardinales Anagniæ congregati Vrbanum intruſum appellabant ſub protectione Honorati Caietani Comitis Fundorum, pro Romana Eccleſia Campaniæ Gubernatore, & ſic ab anno 1378. durauit ſciſma annos continuos vnum, & quinquaginta. eodem tempore facta eſt hæreticorum multorum ad fidem Chriſti conuerſio per Minores fratres, & baptizati in Bulgaria contigua Regno Hungariæ. Nam in Ciuitate Bidini paſſi ſunt pro fide Chirſti B. Antonius Saxo, vir magni eloquij, B. Gregorius de Tragurio, B. Nicolaus Hungarus, qui per xvj. annos non comedit niſi ſemel in die poſt Veſperas panem tantum, & aquam. B. Thomas de Fulgineo, & alij pro fide Chriſti capite damnati.

DE F. THOMA FRIGNANO GENERALI.

F. THOMAS Frignanus Mutinenſis, vel (vt alijs placet) Bononienſis, primo Magiſter almæ Vniuerſitatis Bononiæ, deinde Prouincialis eiuſdem Prouinciæ Bononiæ ſub Gulielmo Farinerio, ac demum gradatim electus eſt Generalis præfectus Aſſiſij, an. 1365. qui ſumma prudentia, & dexteritate rexit annis 7. & in Capitulo Strigonij celebrato inſtitui curauit F. Martinum Hungarum Vicarium Generalem, ſed munere Generalis præfecturę bene functo, ſumma cū laude ad Patriarchatus Gradenſis honorem, & Cardinalatus apicem magnis ſuis meritis aſſumptus eſt. Hoc tempore accidit, quòd Generalis iſte ad ſummum Pōt. delatus, falſiſq; calumnijs incuſatus fuit à Prouinciali Prouinciæ S. Franciſci, & à quodam Epiſcopo ex Ordine Minorum apud D. Vrbanum V. Pont. Max. qui eum à munere Generalis præfecturæ abrogauit, ſed poſtea explorata viri probitate, & malo aduerſantium conſilio, non modò eum Generali præfectura, ſed maioribus quoq; (vt modò dictum eſt,) gradibus exornauit. Accidit quoque hoc tempore obitus D. Aegidij Albernotij Cardinalis Hiſpani, Epiſcopi Sabinenſis, & D. Papæ Legati, Tyranuorum Italiæ oppugnatoris acerrimi, ſed Minorum Ordinis protectoris feruentiſſimi, qui ob ſingularem in D. Franciſcum pietatem, & ſummam religionem, tumulatus eſt Aſſiſii in Aede inferiori, pro cuius anima celebratæ ſunt exequiæ in toto Ordine. Obitus Domini Aegidii Albernotii.
Hoc tempore à Greg. XI. Pont. Max. Frater Arnaldus Montanerius damnatus fuit in Villa Podij Ceretani, diœceſis Vrgelē. quia cū pertinacia prædicauit an. x ix. quatuor hæreſes, quas abiurare noluit: videlicet, quod Chriſtus & eius Apoſtoli nihil in proprio, nec in communi habuerunt. Secunda, quòd nullus poteſt damnari qui deferat habitum S. Franc. Tertia, quòd B. Franc. ſemel in anno deſcendit ad Purgatorium, & extrahit animas illorum, qui in hac vita fuerunt de Ordine ſuo, & ducat ad Paradiſum. Quarta, quòd Ordo B. Franc. in perpetuum duraret. Nicolaus Eymericus in Directorio par. 2. q. 11.

DE FRATRE LEONARDO Giſonenſi Generali.

FRATER Leonardus Giſonenſis,ſiue ex Iouis Fano Apulus, cui magna eloquentiæ laus tribuitur, electus eſt Generalis Tholoſæ anno 1373. cùm eſſet Prouincialis illius prouinciæ tempore Gregorij XI. qui in eodem Capitulo præfuit, cum eſſet præcipuus zelator, & Ordinis noſtri ſtudioſus: multasque bullas miſit per ordinem fauorabiles. ſub iſto Generali cœpit numerus Fratrum multiplicari, ſcribit ad Fratrem Paulutiũ his verbis: In Chriſto ſibi chariſſimis Fratri Paulutio Vagnotij de Fulgineo, & Guardianis Eremitoriorum;ſeu locorum dicto F.Paulutio commiſſorum, videlicet Carceris Beati Franciſci, Piſtiæ ſiue Burliani, Iani, Montis Luci, & Stronconij. Frater Leonardus Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter ſalutem & pacem in Domino ſempiternam. Pro vtilitate præfatorum locorum vos, & quilibet veſtrum veſtriq; Vicarij,ire & mittere poſſitis Fratres tibi commiſſos ad quæcunque loca prouinciæ Sancti Franciſci, & in prouincijs conuicinis, quotieſcunque tuæ diſcretioni, ſeu alicuius veſtrum videbitur expedire. Vale & ora pro me. Peruſij 8. die Iulij, anno 1374. At verò quia Leonardus ſuſceperat Cardinalatum à D. Papa Clemente VI. ſciſmatico, per eius depoſitionem vacauit Generalatus in partibus vltramontanis annos tres. Nam mortuo Gregorio XI. factum eſt ſciſma
Sciſma in Dei Ecclesia. in Eccleſia Dei, vſque ad Concilium Conſtantienſe, vbi electus Martinus V. Romani vi armorum, & militari impetu elegerunt Vrbanum VI. Sed quia Cardinales id metu fecerunt, fugientes ad ciuitatem Fundorum elegerunt Robertum de Gebenis, qui dictus eſt Clemens VI. durauit ſciſma annos ferè xl. compoſuit iſte Leonardus ingens volumen ſu-
B. Antoninus li.3. tit.24. cap.9. per Cantica Canticorum, per modum lectionum, diſtinctum in capita, in quibus multa copioſè & diſertè declarantur, quod teſtatur D. Antoninus ſe vidiſſe.

DE FRATRE LVDOVICO Donato Generali.

F. LVDOVICVS Donatus, Venetus, primò Doctor ſacri Collegij Bononiæ, deinde Procurator Ordinis in Vrbe, in quo munere ita ſe geſſit, vt à Patribus congregatis in Comitijs generalibus Strigonij Prouinciæ Pannoniæ in Generalem Præfectum ſingulari affectu delectus fuerit, an. 1380. tempore Sereniſſimi Ludouici Regis ab Vrbano VI. Pont. Max. Cardinalicio pileo donatus, de quo inferius ſuo loco dicemus.

DE F. PETRO DE CONZANO GENERALI.

FRATER Petrus de Conzano, oppido diœceſis Sulmonenſis, Prouinciæ Pennenſis, vel Sancti Bernardini, electus eſt Generalis Ferrariæ anno 1382. obijt Piſtorij in Etruria. rexit annis duobus Ordinem.

DE FRATRE MARTINO Sangeorgio Generali.

FRATER Martinus Sangeorgius à Riparolo, electus eſt Generalis Paduæ anno 1384. rexit annum vnum. obijt in Caſtro nouo prouinciæ Genuæ. quo tempore F. Petrus de Candia aſſumptus eſt ad faſtigium ſummi Pontificatus.

DE FRATRE HENRICO Alſero Generali.

FRATER Henricus Alferus Aſteſanus, Ligur, electus eſt Generalis Florentiæ anno 1387. tempore Vrbani VI. quo deſtructum eſt ſciſma in Concilio Piſano, ab eodem Pontifice factus eſt Vicarius Apoſtolicus, & rexit annos 18. Obijt Rauennæ, & in Aede Diui Franciſci conditus eſt, vt patet ex tumulo eius marmoreo in pauimento Eccleſiæ eleganter inſculpto (cùm antea commiſerit curam nouæ Familię F. Paulutio, vt patet per ſuas literas, quibus quindecim loca nominauit,

videlicet

videlicet Carceris B. Franciſci, S. Damiani, Roccheʒʒolæ, Forneti, Montis Peruſij, Montis Iouis cuſtodiæ Peruſinæ, Eremitæ cuſtodiæ Tudertinę, Stronchonij, Iani, Montis Luci, Piſtiæ, Forani, Montis Falconij, & Maſſæ, cum facultate inſtituendi, & deſtituendi Fratres de locis ſibi pro ſancta reformatione commiſſis,vbi hoc carmen pius quidam Vates affixit.

Qui ſequeris Sancti pedibus veſtigia nudis
Franciſci, ſi pulchra iuuant exempla tuorum,
Hunc quoque qui iacet hic, ſupplex venerare parentem,
Quem tulit Aſtenſi proles inſignis in Vrbe
Alſera, vir ſancta grauitate colendus, & omni
Eximia virtute nitens, cenſórque ſeuerus,
Propter honeſtatis, & Religionis amorem;
Sic tamen vt pietas cordis in pectore ſemper
Firma foret, fideique pugil, contemptor honorum,
Ambitioſa quibus mortalia corda tumeſcunt;
Iam bis nouenos Generalis rexerat annos,
Vixerat & nouieſdenos Henricus in Orbe
Clarus, in aſtriferi cum ſede receptus Olympi
Liquit humi longè confectum ætate cadauer.

DE F. ANTONIO ANGELO GENERALI, poſt quem interrumpitur ſeries, certusq́ ordo Generalium vitio temporum.

FRATER Antonius Angelus à Pireto, Græcus, prouinciæ Romaniæ in Capitulo Argentinæ electus eſt Generalis anno 1405. vel (vt dicunt quidam) Monaci in Bauaria, inobedientia Vrbani & Clementis VI. ſublato ſciſmate, rexit annos 16. Interfuit in Concilio Piſano vnà cum M. Franciſco Creppa Prouinciali Mediolani, M. Ioanne de Bononia Miniſtro Bononiæ, qui obijt anno 1421.

APPENDIX.

NESCIO Scriptorum ne penuria, an ignauia magis multa ſint deperdita; qua ratione factum eſt, vt multorum Generalium Præfectorum ſint nobis nomina incomperta & ignota, tantum abeſt, vt eorum acta præclara poſſimus exponere. Nam hoc tempore agitábatur Chriſtiana Reſpublica diro ſciſmate, cùm tres Pontifices Maximi vno tempore extarent, Benedictus XIII. Gregorius XII. & Ioannes XXII. quæ res ingentem Eccleſiæ rebus perturbationem afferebat, atque perniciem. Nam orta ſunt bella hincinde, ſeditiones, victoriæ, clades, ſicut Italia ab initio & primo eius ortu paſſa eſt varias perturbationes. Nam Regnum Italiæ quod primùm inſtitutum fuit à Longobardis, inde exceptum à Francis, dum vindicatur ab Italis, diu agitatum eſt inter eos bellū euentu vario. demum tranſlatum ad Germanos eſt, ideo non mirum ſi in omni ætate multa triſtia acciderunt, ex quo effectum eſt, vt ignoremus ordinem & ſeriem Generalium, ægreq́ue poſſimus hæc vetuſtiora aſſerere. Quare Chriſtiani Principes non eſſe ferendum diutius, & iam conſulendum Petri nauiculæ ſtatuentes Concilium ſalubritèr ad Conſtantiam præclaram Germaniæ vrbem indixerunt; vbi quidem communi Patrum conſenſu ſe ſe abdicare Pontificatu iuſſi ſunt, quicunque id faſtigium vſurpabant. Cùm itaque Martinum Quintum, Pontificem Maximum, ibi promouiſſent, Gregorius, & Ioannes non difficulter paruerunt, ſolus Benedictus, qui ſe putabat legitimè promotum, aliquantulum pertinaciter reſiſtebat. Qua Pontificum colluſione factum eſt. vt iđ

Apoſtolicæ Sedis ꝑturbatione perturbaẗ ſeries Generalium.

B. Antoninus in ſuis Chronicis li.

. Hoc Conſtanẗ. Conciliū ſeparauit ſalubriter Obſeruantes à Conuentualibus.

Religione noſtra quoque fuerint plures Generales præfecti. Vnde memini me vidiſſe in ſacro Conuentu Aſſiſij Breue Gregorij XII. Pont. pro confirmatione in generali præfectura pro quodam Magiſtro Antonio è Caſſia Prouinciæ Sancti Franciſci ſub anno 1406. quod tamen minimè conſtat, cùm eo tempore eſſet Generalis Frater Antonius Angelus prænominatus: erat autem Breue datum Arimini Pontificatus ſui anno 8. quò Gregorius Pontifex, vt quietius viueret, ſe contulerat. Gregorius enim iſte XII. retinens inſignia Pontificatus, timensq; ex Synodi decreto, locis tutis apud amicos ſe continebat. Vnde manſit Arimini aliquod tempus apud Malateſtas. Sed Cardinales, Proceres, & Legati aduerſus hæreticos, & ſciſmaticos Pontifices, pro ſanctę Eccleſiæ vnione ſententiam protulerunt. Nam aliter conſuli rebus concuſſis, neque aliter ſedari tanta tempeſtas potuit vnquam. Sub hoc tempus (vt opinor) electus fuit Generalis Frater Gulielmus de Ianettis ex Subereto, vnde illi origo fuit, prouinciæ Tuſciæ, ſed quo tempore, & quo loco nuſquam comperire potui, niſi ex eius tumulo Subereti, vbi ille tumulatus eſt in Aede Diui Franciſci prope Capellam (vt vocant) Sancti Gulielmi, quam ipſe Generalis extruxerat, in quo leguntur quædam verba, quæ indicant fuiſſe Generalem Miniſtrum totius Ordinis.

Gulielmus de Ianettis Generalis.

DE FRATRE ANGELO Saluetto Generali.

FRATER Angelus Saluettus Senenſis, primò Magiſter ſacri Collegij Bononiæ, plurimum enim eloquentiæ & doctrinæ habuit, electus eſt Generalis Mantuæ anno 1418. rexit annos duos cum dimidio, ſcripſit quendam tractatum de Iudicio,& Antichriſto, cuius initium eſt, Tribus modis homines docentur, exemplo, magiſterio, & flagello. Obijt Senis, ſepultus in Eccleſia S. Franciſci anno 1423. die vj. Octobris. Ad hunc ſcripſit Martinus V. Pont. vt mitteret F. Franciſcum Spinulam Genuenſem cum ſocijs ad inſulam Chium in Aegeo, Peram,& Caffam, & ad montes Caſpios ad propagandam fidem Catholicam. Beatũ Bernardinum Senenſem ſuffecit in prouincia Etruriæ ſuper Fratres nouæ familiæ, quæ nonnullis impedimentis retardari videbatur. Hoc tempore quidam auſi ſunt nobis in dubium vertere loca Hieroſolymitana, videlicet Montis Syon, S. Sepulchri, Beatiſſimæ Dominæ in Valle Ioſaphat, & locum Bethleemiticum à Franciſcanis diu pacificè poſſeſſa, & cauſa commiſſa fuit Ioanni Hieroſolymitano, & Gradenſi Patriarchæ, & lata eſt ſententia in fauorem Fratrum Minorum.

DE FRATRE ANTONIO à Maſſa Generali.

FRATER Antonius à Maſſa, prouinciæ Tuſciæ Miniſter, Theologus, & Concionator eximius, Græcis & Latinis literis eruditus, vitæ integerrimus, electus eſt Generalis Foriliuij anno 1421. in die Pentecoſtes, tempore Martini Quinti Pontificis, à quo multa obtinuit pro ſtatu proſpero ſuę Religionis: deinde Epiſcopus Maſſanus effectus. ſed cum Ordo ſub eius diſciplina & regimine plus æquo relaxaretur, fuit priuatus munere Generalatus. Quo tempore Fratres de familia obtinuerunt à Summo Pontifice, vt poſſent à Conuentibus & cura Miniſtrorum recedere, atque ſeorſum arctiorem vitam ducere. Cum is ſemel de paupertate ſermonem haberet, ait: Nemo quot mala & incommoda afferat paupertas dicere poteſt, niſi qui eam expertus eſt vt ego, qui diu fruſta panis comedi, ſed nunc ago Deo gratias, qui me ad integrum panem reduxit. Hunc Gregorius XI. Pontifex Maximus vnà cum Fratre Franciſco Borillo antea miſerat nuncium ſuum Viennam, & ad alias partes, ad tollenda quædam ſcandala, quæ cum magno Chriſtianorum detrimento irrepſerant, cum facultate Apoſtolica puniendi iuxta Canonicas ſanctiones, omni appellatione poſtpoſita. Extant literæ datę apud Villam nouam Auinione.

Sylu. de viris illuſt. ſui tẽporis.

DE

DE FRATRE GVILELMO à Caſali Generali.

FRATER Guilelmus à Caſali Montisferrati primò Ordinis procurator in vrbe, & Vicarius generalis Magiſtri Antonij à Maſſa, deinde electus eſt Generalis anno 1425. vel an. 1426. Nam apud ſcriptores eſt aliqua diuerſitas temporis ob eas rationes, quas ſuperius diximus. Rexit annos xij. ſub Martino V. & Eugenio IIII. qui interfuit Florētię in celeberrimo gentium omnium Concilio, vbi diſputantibus Græcis, & Latinis, Chriſtiani dogmatis fides communis conſenſus auctoritate firmata eſt. Fuit F. Guilelmus ſanctę reformationis percupidus: nam ipſe iurauit eo tempore reformare Ordinem collabentem vnà cum F. Ioanne à Capiſtrano. Et Fratres ad bene, beateq; viuendum verbo ſimul, & exēplo inducebat, ob eamq; cauſam B. Bernardinum Senenſem Vicarium ſuum inſtituit. Inde miſſus fuit F. Guilelmus ad diuerſos Principes, vt ſuo conſilio, & prudentia ad vnionem, & concordiam Sedis Apoſtolicæ deduceret, ſed multis ſeſſus laboribus, & ætate grauis Florentiæ obijt, honorificeq; tumulatus eſt in Aede S. Crucis apud Minores.

DE F. ANTONIO RVSCONIO GENERALI.

FRATER Antonius Ruſconius è Nouocomo Inſubrium vrbe Galliæ Ciſalpinę, originem traxit. Nam Ruſconiorum familia nobilis Nouicomi, & defuncto Mediolanenſium Duce ſub id tempus facti ſunt Principes eius ciuitatis, electus eſt Generalis Paduæ, an. 1443. de menſe Aprilis, die 13. ſub Eugenio IIII. Pont. conſilio & ope S. Bernardini Senenſis, quem nouerat omnis honeſtatis, & obſeruantiæ zelatorem. Ipſe verò inſtituit F. Ioannem de Capiſtrano in omnibus monaſterijs de familia, ſcribit Senis an. 1443. 8. Auguſti. Quo tempore ſuborta eſt maxima diſcordia. Nam aliqui F. Albertum à Sartiano de familia eligere volebant, ſed iuſſu & mādato D. Papę Eugenij Albertus datus eſt Vicarius obſeruantibus, vt patet ex eius Bulla, quæ Eugeniana dicitur. Quare ſubortus eſt maximus tumultus: vulgata enim deliberatio quaſi tonitruum magnum excuſſit ſomnum. Scripſit Eugenius ad eum Calendis Auguſti, vt inſtitueret F. Ioannem de Mauberto ſuum Commiſſarium ſuper Fratres de familia. Extatq; de Conſtitutione Senis facta Pontificis ipſius talis Epiſtola.

Quidam verò Miniſtri & cuſtodes Bernæ congregati F. Matthiā Doringum Saxonem elegerunt, qui rexit annos ſex.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto filio Fratri Antonio de Ruſconibus ſacræ paginæ profeſſori, Ordinis Minorum Generali Miniſtro, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

CVM omnia à nobis geſta cupimus conſeruari, tum illa maxime perpetuam habere firmitatem & optamus, & operam adhibemus, quæ pro diuini cultus augmento, & Religionis conſeruatione à nobis matura & digeſta deliberatione contingit ordinari: non dubitamus tuam deuotionem eſſe memorem eorum, quæ in ciuitate Senarum concluſa fuerunt à te de Vicarijs inſtitutis à te citra & vltra montes, pro regimine Fratrum tui Ordinis, qui de Obſeruantia nuncupantur. Quam diſpoſitionem & ordinationem noſtram litteris Apoſtolicis confirmauimus, Deoq; noſtro cooperante non pœnituit nos huiuſmodi ordinationis, quandoquidem omnia inter vos Fratres dicti Ordinis poſtmodum pacificè ſucceſſerunt, nec diſſidia, clamores, aut aliæ contentiones, ſicut aliquando aliàs cum Chriſti fidelium ſcandalo contingit, interuenerunt, & quod tuo Ordini non parum decus affert, ipſorum de Obſeruantia dicti Ordinis Fratrum Minorum creuit, & reputatio eorum vitę inter populos eſt adaucta. Quibus attentis, & alijs rationibus animum noſtrum mouentibus, volumus & tuæ deuotioni ſtrictè mandamus, vt in generali Capitulo proximè celebrando, aut alibi, nihil prorſus facias, aut intentes quod prædictæ ordinationi noſtræ aliqualiter contradicat, niſi ſorte aliter nos duxerimus mandandum. Ideoque Miniſtris Prouincialibus mandabis, vt de dictorum Fratrum de Obſeruantia regimine nullatenus ſe intromittant, niſi eo modo, quo fuit Senis concorditer ordinatum. Datum Romę apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1446. pridie Nonas Maij, Pontificatus noſtri anno xvi.

Obſeruantium Fratrū incrementum.

Abſoluit obſeruantes à regimine conuentualiū.

Et præfatus Frater Antonius electus Generalis rexit annos 9. menſes duos. Obijtque Prati in Etruria, ſepultusque in Eccle. Sancti Franciſci, cuius epitaphium cernitur his verbis.

Qui contempto Ruſconę domus ſplendore, & quicquid humana gloria afferre poteſt, ad paupertatem in Ordine Minorum colendam ſe contulit, & ob eius probitatem prudentiamque an. xxxv. Generalis optatus eſt Antonius ſacræ Theologiæ doctiſſimus, Florentiæ celebrata frequenti ac Generali Synodo, paulo poſt III. Idus Auguſti Prati ad ſuperos euolauit, an. 1449.

DE FRATRE ANGELO *Serpetri Generali.*

F. ANGELVS Serpetri Peruſinus, electus eſt Generalis Romæ, an. 1450. die 24. Maij, primò Prouincialis deinde Generalis, electus ſub Nicolao V. Pont. Max. qui in Capitulo præfuit, atque ibidem patres Ordinis ab ipſis locorum ordinarijs, à quibus graui moleſtia afficiebantur exemit: cuius bullæ initium eſt: Et ſi cunctorum fidelium &c. rexit Ordinem maxima cum prudentia, deinde ab humanis ſublatus eſt Peruſij anno 1454. die xix. Auguſti. Vidi Bononiæ in Archiuo quaſdam literas conſcriptas ab vniuerſitate Magiſtrorum, & patrum Cõuentus Pariſiorum ad hunc Generalem directas, pro canonica Baccalaurei Conuentus electione habenda; ex quibus facilè conieci, & nõ ſine temporum noſtrorum ſorte deploranda, electionem illam cum ſolennitate celebratam, & maturo patrum conſilio exhibitam olim fuiſſe. Erat hoc tempore Vicarius Generalis Fratrum de Familia, F. Marcus Bononienſis, electus in loco Sancti Iuliani, non longè ab Aquila: ſucceſſitq; Frater Ioan. a Capiſtrano, cuius ipſe imitator fuit, ſequebaturq; eius inſtituta tanquam prophetæ cælitus miſſi.

DE FRATRE IACOBO *Buſolino Generali.*

F. IACOBVS Buſolinus à Mozanica Mediolanẽſis, primò Prouincialis Prouinciæ Mediolani, poſtea, an. 1454. Vicarius Generalis Apoſt. à Nicolao V. Pontifi. Max. electus, ac demum a Calixto 3. Pont. cuius legatus fuit Bononiæ. eodem an. 1454. die vero ix. Iunij Bononiæ in Comitijs Generalibus communi patrum conſenſu Generalis præfectus totius Ordinis ſumma cum laude & expectatione delectus eſt. Statim poſt electionem dedit literas ad Fratrẽ Ioãnem de Capiſtrano, qui tunc in partibus Alemaniæ laborabat pro fide Chriſti, vt ſuis literis hortaretur ſuos fratres de familia, vt præſtarent obedientiam non ſibi Iacobo, ſed Beato patri Franciſco. literæ ſcriptæ fuerũt Romæ, in Ara Cœli, die 22. an. 1454. petij quoque Calixtus tertius, Pont. Max. vt mitteret aliquot cõcionatores per vniuerſum orbem ad prædicandam Cruciatam, qui miſit Fratrẽ Iacobum de Marchia, Fratrẽ Marcum de Bononia, Fratrẽ Antonium de Bitonto, Fratrẽ Ioannem de Prato, & Fratrẽ Ludouicum Vicentinum, & Fratrem Ioannem de Capiſtrano: qui an. 1451. de licentia Nicolai V. de Italia egreſſus in æſtate ad Olomũcz peruenit, poſitaque cathedra in Circulo Olomoncenſi quotidie diligentiſſimè verbum Dei per duos interpretes prædicauit, vnum Boemum, & alterum Alemanum, & rationibus ſæpe confutans non eſſe de neceſſitate ſalutis, vt populus laicus ſub vtraqueſpecie communicaret, & ſermones ſuos prodigijs, ac ſtupendis curationibus infirmorum confirmans. Hic in prætorio Vvratislauienſi feria ſecunda poſt Aſſumptionis feſtum B. Mariæ, diſertam fecit orationem, cuius thema erat, Hæc dies, quam fecit Dominus, in matrimonio Kazimiri, & Elizabethæ filiæ Alberti olim Hungariæ, Boemiæ, & Romanorum Regis. Hoc tempore cautum eſt à Caliſto, ne Fratres de Familia ſurriperent Conuentualium loca, cuius Bullæ tenorem ſubijciam.

Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, diſponente Domino, præſidentes iuxta paſtoralis officij debitum, cura reddimur indefeſſa ſoliciti, vt regulares ordines, præſertim dilectorum

filiorum

filiorum fratrum Minorum, quorum Religio vniuerſum compleuit orbem, in quorum vtique tranquillitate quieſcimus, iurgiorum & litium reſecatis anfractibus, in concordiæ dulcedine, & pacis, vbique famulentur Altiſſimo. Vnde ad ipſorum dirimendas lites, & quæcunque ſubmouenda ſcandala, quę in ipſo Ordine, ambitione quorundam faciente, ac inimico humani generis ſuperſeminante zizania, pullulare conſpicimus, & Apoſtolicę ſolicitudinis ſtudio propenſius occurrimus, quo illorũ diſſentio diſpendio maiori fore cenſetur & periculoſius alijs cedit in exemplum; illa etiam Apoſtolica munimina roborãtes, quæ propterea ſalubribus remedijs nouimus proceſſiſse. Sanè dudum felicis recordationis Nicolaus Papa V. prędeceſsor noſter, attentè conſiderans, quòd ex captionibus domorum, locorum, & demum fratrum huiuſmodi, ac Monaſteriorum monialium S. Claræ ſub eorundem Fratrum cura & adminiſtratione degentium, quæ per nonnullos alios fratres prædicti Ordinis de Obſeruantia nuncupatos crebrò fiebant, atque per plurima ſcandala in diuerſis mundi religionibus, & prouinciis exorta erant, & maioribus exinde (niſi deſuper opportunè prouideretur) aditus pateſcebat; ad præcludẽdam viam ſcandalis eiuſmodi, nonnullas inhibitiones, & mandata eiſdem fratribus de Obſeruantia nuncupatis, ſub varijs cenſuris, & pœnis fecit, prout in ipſis prædeceſſoris literis, quarũ tenorem præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, plenius cõtinetur. tenor autem earundem literarum talis eſt. Pontificum mandata ut tollantur lites & iurgia inter Obſeruantes & Conuẽtuales.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Cęſarauguſtano, & Epiſcopo Oxonienſi, ac dilecto filio Abbati monaſterij de Veruela Tiraſonenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm ad ſacrum fratrum Minorum Ordinem, quem meritò viſceribus amplectimur charitatis, intuitum dirigimus mentis noſtræ, illum profectò in Eccleſia militãti, velut ſtellam matutinam, multis coruſcare percepimus inſignijs meritorũ, cũ illius profeſſores votiua pacis dulcedine potiuntur. Nos vtique in eorum quiete quieſcimus, & quando aliquid ſiniſtri inter eos veriſimiliter emerſurũ fore dubitatur, tantò ei accuratius celeriuſque obuiamus, quantò id proſpicimus in Domino ſalubrius expedire. Tranſmiſſa nobis dilecti filij Iacobi Sarzuela Miniſtri Prouincialis Prouincię Aragoniæ, ſecundum morem dicti Ordinis, petitio continebat, Quòd licèt olim ſuper diuerſis quæſtionibus, controuerſijs, & diſſenſionibus, quæ inter Conuentuales, & de Obſeruantia nuncupatos eiuſdem Ordinis fratres, tam ſuper captionem domorum dictorum fatrum Conuentualium, quàm etiam monaſteriorum, & aliorum religioſorum locorum ordinis San. Claræ, quorum moniales ſub ipſorum fratrum Conuentualium cura viuere conſueuerunt, per dictos fratres de Obſeruantia facta ſecurius attentata in plerisque mundi partibus, retrò fluxis temporibus, pluribusque vicibus ſucceſſiuè, ſubortæ fuere, earum occaſione ſuper ſimilibus in anteà non attẽtandis varia, & diuerſa, ſalubria, rationabilia, & honeſta etiam ſub magnis formidabilibusque pœnis inhibitiones, & mandata, ac aliæ ad id, vt credebatur, ſufficientes prouiſiones à Sede Apoſt. emanaſſe noſcãtur; tamẽ ex cõiecturis veriſimilibus dubitatur, ne inhibitionibus, mãdatis, & alijs prouiſionib. minimè obſeruatis, ſimili occaſione ſimiles queſtiones, cõtrouerſiæ, & diſſenſiones de nouo oriantur, ſeu iã ſopitæ ſuſcitẽtur in prouincia attedicta, niſi eiſdem fratribus Conuentualibus de vlteriori nouoque Apoſtolico deſuper adminiculo prouideatur opportuno. Nos igitur illius veſtigijs inhærentes, qui pacem ſuis reliquit diſcipulis, in diſceſſu, ſcandalis quę exinde (quod abſit) ſuboriri poſſent, viam pręcludere, ac quæſtionibus, controuerſijs, & diſſenſionibus inter Cõuentuales & de Obſeruantia fratres, obuiare vbilibet cupiẽtes, omnibus, & ſingulis de Obſeruantia fratrum, huiuſmodi etiam in quibuſcunque gradibus, officijs, & adminiſtrationibus, ac tam in prædicta, quàm in quibusuis mundi prouincijs conſtitutis, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia diſtrictius inhibemus, ne per ſe, vel alium, ſeu alios quouis quæſito colore, vel ingenio, de cætero aliquid, ſiue aliquam domum, monaſterium, ſiue locum fratrum Conuentualium, aut monialium, prędictorum, de nouo accipere, nec recipere, ſeu de illa vel illo ſe intromittere quoquomodo præſumant; alioquin contrafacientes, aut inhibitionis noſtræ huiuſmodi tranſgreſſores, eisque in præmiſſis quomodolibet dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè, aut cuiuſcunque etiam dignitatis fuerint, etiam ſi Pontificali, vel quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant, excommunicationis, & in domos fratrum trãſgreſſorum huiuſmodi interdicti eccleſiaſtici ſententias tenore præſentium fecimus, & etiam promulgamus. Determinatio. Inhibitio.

gamus.obijt autẽ F.Iacobus in munere Generalatus Mediolani,acutiſſimo morbo correp
tus,anno ſuæ ætatis 50.nondum explcto, cuius epitaphium conſpicitur his verbis. Iacobo
Mozanica Minorum Generali Theologo, liberalium diſciplinarũ peritiſſimo, fratres hoc
monumentum fecerunt,vixit an.quinquaginta,obijt an. 1457.die 9.Iulij.

Hac Iacobus humo tegitur MoZanica Frater
Ingenio Salomon, integritate Cato;
Hic Fratrum princeps,hic gloria ſumma Minorum,
Hic fuerat ſanctæ relligionis honos.

DE FRATRE IACOBO *SarZuela Generali.*

Verba F. Iacobi Sarzuelæ,ſponte cedentis officio.

F. IACOBVS Sarzuela natione Hiſpanus prouinciæ Aragoniæ, primò Mi
niſter prouincialis,deinde electus eſt Generalis Romę,an. 1458. rexit an-
nos ſex, dies xxj. Maij.Vir iſte animaduertens ſub hoc honore latitare ve
nenum ſua ſponte ceſſit officio generalatus his verbis: Dilectiſſimi fra-
tres,poſt charam ſalutem in Chriſto Ieſu,breuiſſimam excuſationem inten
do præmittere,ne communitati Ordinis videar contraire: in Mediolanẽſi Generali Capi-
tulo à Reuerendiſs.tunc Generali magiſtro Iacobo de Mozanica gratiam pro me obtinue
rat magiſter Ioãnes de Segna,quòd poſſem miniſteriatus officium reſignare, quo funge-
bar tunc in Aragonia, vt prouinciam meam relinquerem in ſtatu pacifico, & quieto.Vn-
de inferri poſſe videtur,quòd non tantùm prælationem, & honores ambirem, ſed nouit
Deus quomodo & vnde proceſſit;ſtatim vocatus fui à Calixto tunc Põt.ſummo cum man
dato,& accepi literas, vt ſtatim me præſentarem ſuæ Sanctitati,vt feci, reperi Ordinem in
exterminio propter bullam deſtruentẽ nobis Regulam,ſi illi, qui Generali ordinis nõ obe
diunt,haberent eligere, & corrigere Generalem: iniungebat Pontifex, quòd Romæ
generale Capitulum celebraretur, cogitate quanto dolore vexabar, volebat Pontif.
me eſſe Generalem, & ego volebam electionem iuxta morem Regulæ noſtræ, cui
petitioni contradicebat Pontif.per Bullam illam excogitatam à Fratre Iacobo de Mar-
chia,quem velut alterum Paulum Pont. reputabat:ſcit bene Magiſter Segnia quot noctes
inſomnes tranſegimus diſputantes de meo infortunio:tandem miſertus eſt Deus, & reuo
cauit Bullam contrariam Regulæ,inſpiciens lacrymas meas, volens tamẽ modis omnibus
me habere Generalem miniſtrum:recognoſco me clarius non laboraſſe,quàm debui, ſed
tamen feci vſque hodie minus malè quò potui,nunc me premunt ægritudines, & imbecil
litas labentis meæ ætatis,vnde obijci mihi poſſet Euangelicum illud: Serue nequam, qua-
re non dediſti talentum, quod ferre non poteras? Dum enim tu ignarus negociator
talentum retines, alterius locum, qui ipſum duplicare poterat, occupaſti. Quibus
verbis permaximè commotus ſum ad ea, quæ inferius ſcripta ſunt propria manu mea.

Generalis præfectura per electionem, & non per inſtitutionẽ eſt.

Matth. 25.

Ex manuſcripto Venetijs in Archiuo.

Ego Frater Iacobus Sarzuela Ord. Minorum Generalis miniſter,& ſeruus,meam recogno-
ſcens iam inualidam ſenectutem vobis honorandis miniſtris, venerandiſque cuſtodibus,
diſcretis,cæteriſque magiſtris & fratribus Peruſij, vel vbicunque fueritis per celebrationẽ
Generalis Capituli congregati,gratis.liberè & ex propria voluntate renũtio meũ Genera
latus officium in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti, Amen: Et vbi iam à tali honore,
& onere liberatus ſim,humiliter ſupplico Reuerẽdis Patribus,quòd cum pace,& bona cha
ritate eligant, & dent ordini validiſſimum virum in Generalem, ita fiat, Amen.

Nicolaus Eymericus par. 2. Directorij.

Hoc tempore quatuor Generales,videlicet frater Martialis de Auinione,Magiſter Ge
neralis Ordinis prædicatorum, Magiſter Alexander de Saxoferrato ordinis Eremitarum
Sancti Auguſtini Vicarius Generalis,F.Paulus Panormitanus Generalis Vicarius & procu
rator Carmelitarum, conuenerunt ad conſeruandum decorem, & ornamentum ſuarum
Religionum,quæ licet pulchra diuerſitate variæ videantur, ab vnico tamen diuinæ gratiæ
fonte profluxere atque eadem charitatis via vnum finem ac terminum petunt; quæ con-
uentio facta fuit in Concilio Baſilienſi, & confirmata ſub Guilelmo de Caſali Generali,
anno 1435.

Conuentio facta inter Religiones Mendicantiũ, & alias.

anno 1435. maturo acta conſilio multorum prouincialium, & Doctorum, qui ad Baſilienſe Concilium conuenerant.

Cautum fuit ne aliquis ſentiret de meritis ſui Sancti, cuius Regulam profitetur ſupra cęteros ſanctos auctores aliarum religionum, vnde cauſa litium contrahitur derogando alijs, alioqui caſtigetur, & recantare compellatur.

Ne turpi dicto pręſumant Doctores aliarum Religionum calumniari.

Ne pręſumant prædicare contra confirmationem Religionum, vel aliquid diſſeminare.

Habetur originale Bononiæ Archiuo S. Franc.

Parem laudem alijs exhibeant, quam ipſi deſiderant.

Quòd procuratores Ordinis cuiusque, alterius negocia non aliter, quàm propria ſui Ordinis procurent, atque ſubſtineant, nec querelas admittant.

Si inter duos procuratores contentio oriatur, alij duo procuratores terminare procurent, nec aliquis faciat, & conſtituat ex ſeipſo aliquid &c. Datum Baſileæ anno 1435. die ij. Aprilis.

DE FRATRE FRANCISCO à Ruuere Generali.

FRATER Franciſcus à Ruuere, Sauonenſis Ligur, primò Vicarius Generalis in tota Italia, & poſt ceſſionem magiſtri Iacobi Sarzuela electus eſt Generalis Peruſiæ anno 1464. die xx. Maij, die Pentecoſtes ſumma omnium pace & gratulatione. Nam ingens proceſſio quadringentorũ Fratrum à loco Sanctæ Mariæ Angelorum Peruſiam acceſſit, vt hoc honore patefacerent proprias voluntates ad obedientiam & reuerentiam tanti capitis. Frater Michael Mediolan. vir doctus, medio foro habuit ſermonem egregium, aderat quoque Beatus Iacobus de Marchia, quem Generalis honoris gratia ad dextrum ſuum latus poſuit in proceſſione; Vir ſanè fuit eo munere dignus, quippe qui ad regendum fratres videretur ab ipſa natura progenitus; tanta illi comitas, tanta facilitas, tanta erga omnes beneuolentia fuit, vt omnes tanquàm pater filios admitteret, tanta in eo reuerentia, vt timeretur à malis, & coleretur à bonis: apud doctos eruditus, ſimplicioribus non moroſus, apud magnates honorabilis, apud minores humilis. Delicta rationibus, non conuitijs, neque cõtumelijs arguebat. Efficax in dicendo, promptus & argutus in reſpondendo, in decernendo ſolidus, aſpectu iucundo, vt omnes ad ſe cõuerteret, modico & modeſto cibo vtens, naturali vigens prudentia, qua ex proprijs ſingulos moribus diſcernebat, ſua cuique tribuens, & impendens, & (vt vno verbo dicã) vir omnibus numeris abſolutus: cuius maieſtate & dignitate cognita dignus habitus eſt, vt ad Cardinalatus, atque demùm ad Pontificatus apicem deueheretur. Scripſit quædam egregia opuſcula, de quibus iſta feruntur. De futuris contingentibus, de ſanguine CHRISTI. cuius initium, Cùm de ſanguine CHRISTI. de potentia Dei, de Conceptione Beatę Virginis. Rexit annos tres, & menſes aliquot, qui etiam Cardinalis regebat Ordinem. Vidi in Conuentu Aquipendij atque Trij in Campania quaſdam patentes manu eius ita ſubſcriptas, Frater FRANCISCVS Generalis & Cardinalis. Habuit ſecum Fratrem Benedictum Gentilem ſocium ſibi charum atque pręditectum, qui obijit Romæ & conditus eſt in Baſilica SS. xij. Apoſt.

Mirum Fratrum ſtudium in hunc Generalem.

Singulares virtutes Fran. de Ruuere.

DE FRATRE IOANNE, VEL ZANETTO Vtinenſi Generali.

F. ZANETTVS, ſiue Zanettinus, Vtinẽſis, electus eſt Generalis Venetijs anno 1468. die xxx. Maij, cùm eſſet Miniſter prouinciæ Sancti Antonij, & habuit in electione eligentium vota 63. rexit annos ſex, deinde Archipręſul Eccleſiæ Spalatenſis, & Epiſcopus Taruiſij fuit electus, ibique ſepultus ad aræ maioris leuam tumulo tanto viro digno cum epitaphio, cuius verba hæc ſunt in teſtimonium egregiæ ſuæ virtutis: Optimo Maximo Deo B. Virginis Conceptioni dicatum ſacellum hoc, quod rimaris lector vetuſto funditus euerſo erectum

Zanettus Archiepiſcopus Spalatẽſis, & Epiſcopus Taruiſinus, ſummis laudibus honoratus.

ctum ornatu m ſcias pij ære Ioannis Archiepiſcopi Thebanenſis Pont. Taruiſini, qui trien-nio, necdum peracto, D. Franciſci Religioni fato accitus breui ad ſummam doctrina-rum prouectus grauis Maroniſta, vnicum Religionis decus euaſit. Theologiæ inſignibus 27. anno acri Patauij certamine vno patrum conſenſu reportatis ad vrbem procurator, Inde Diui Antonij prouinciæ Magiſter, poſt vicarius vniuerſus à ſummo Pont. Paulo tum Venetijs cunctis patrum ſuffragijs Generalis creatus ſex annos integrè ſic prȩfuit, & Sixto Chriſti Vicario ſacri collegij ad Ferdinandũ Regem orator compos ad vota regreſſus, Spalatrenſiſque Archiepiſcopus deſignatus, ac bina ad ſenatum Venetum Legatione probè acta, Taruiſij præſul, & Archiepiſcopus Thebanenſis pronunciatus, Taruiſij reſidens palatium, & hoc quod aſpicis templum grandi pecunia inſtaurauit, Epiſcopatus bona redemit, ſicque tanta munificentia Reipublicæ ac populo gratus, piè extollitur Anno M. CCCCLXXXIII.

VERA F. FRANCISCI SANSONIS GENERALIS EFFIGIES.



Cum Sanſone auſit num quis conſerrter? alti
Omnibus ingenij claruit ille bonis.

DE F. FRANCISCO SANSONO.

F. FRAN. Sanſon, Nanis Brixianus, primò magiſter Sacri Collegij Bononiæ, deinde Miniſter Terræ ſanctæ an. 1469. die xxvij. Maij: anno verò 1470. Miniſter Prouinciæ Thuſſiæ, qui adoptatus in conuentu Senarum renunciauit omnē iuriſdictionē Prouinciæ Mediolani, ac demùm electus eſt Generalis Vrbini, an. 1475. tēpore Iubilei: rexit annos 25. edidit quæſtiones quaſdam in 8. li. de phyſico auditu, quarum initium, Incipiūt Recollectæ in forma quæſtionum. Obijt Florentiæ anno ſuæ ætatis 85. die 27. Octobris, anno 1499.

Vidi Senis in libro Conſiliorum Patrum.

DE F. AEGIDIO DELPHINO GENERALI.

F. Delphinus Aegidius Amerinus, primò Ordinis Procurator, & miniſter Oriētis, deinde electus eſt Generalis Interamnæ, an. 1500. die xiiij. Octobris, tēpore Alex. VI. Pōt. Max. Hic in Generali Præfectura viſitauit Prouinciā Luſitaniæ, Daciæ, & partē Galliarū, qui ſtudebat de Cōuentualiū fama vehementer detrahere, multaq; in eos molitus eſt, & præſertim deſtruxit Gymnaſiū Pariſienſe toto terrarū orbe celeberrimū. Dicebant fratres virū hunc nulli eſſe fidum, atq; ita inſtabilē, ut nihil ad firmitatē rerum & quietem adeſſet. Paruæ fuit ſtaturæ, corpore gracili, tortuoſo inceſſu, quaſi in circuitu ambulans, oculis ſuis inficere videbatur in eum aſpicientes, colore liuido, facie plūbea, tenuis vocis, nec viſus eſt vnquā ridere, amphibologicisq; verbis vtens. vnde alijs quærebat maculas inſpergere, quibus ille inſigniter oblitus erat, & quod deterius eſt, alienumq; à Sāctiſs. B. Fr. inſtituto, à fratribus ſuis quaſi à mancipibus vectigalia exigebat. Quāobrem cū ipſe valde infenſus eſſet inſtantib. fratrib. Religionis, præſertim Magiſtro Mauritio Hibernico Prouinciali, viro doctiſſimo, & nonnullis alijs, munere Generalatus abdicatus fuit, in capitulo Romæ celebrato anno 1506. Præſidente Dominico Grimano protectore. Tandem dolore confectus Neapoli à Gondiſaluo Fernandez exceptus in Conuentu S. Mariæ Nouæ apud fratres de familia obijt.

Malus hic ſibi demum malo fuit.

ALEXANDER VI. F. AEGIDIO GENERALI,
& Præſidenti Capituli, ac toti Capitulo congregato Interamnæ, pro correctione Conuentualium Fratrum.

DILECTI filij ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem. Ex diuerſis mundi partibus, & à multis Principibus magnæ ad nos afferūtur querelæ de inhoneſta, infamiq; vita fratrū Conuentualium Ordinis Min. ita quod niſi illā in melius commutent, cogamur pro paſtoralis officij miniſterio deſuper opportunè prouidere, & eorū domos, ipſis expulſis, fratrib eiuſdem Ordinis de Obſeruantia nuncupatis tradere. Quapropter ne id eum magno veſtro dedecore, & iactura fiat, Vos in Domino hortamur, ac paternè monemus, vt domus earū Prouinciarū, maxmè pro quibus Reges, & cōitates inſtant, omni diligētia reformētur p̄cipuè aūt Domus S. F. de Aſſiſio, tollāturq; diſcurſus Fratrū, & oīa alia, iuxta vera ipſius ordinis regularia Inſtituta, & ſecūdū priuilegia ipſis Cōuētualibus cōceſſa, maximè ea, quæ de procuratorib dicuntur, & ſecūdū cōſtitutiones S. memoriæ Siſti IIII. prædeceſſoris noſtri, & aliorum Summorū Pont. retractetur. Quod ſi feceritis, quemadmodū ſperamus, conſuletis vobis ipſis, & apud Deum meritum, & apud nos, & Chriſtianos principes laudem, & cōmendationem reportabitis. Praterea hortamur vos, q̄ in capitulo cum ſumma modeſtia, concordia, & maturitate procedatur. Etſi in eo (quod abſit) aliqua diſſenſio, vel dubitatio oriretur, volumus q̄ venerabilis frater Epiſcopus Interamnenſis, & in eius abſentia ipſe in ſpiritualibus Generalis Vicarius vnà cum dilecto filio Vicario Generali ueſtri Ordinis Apoſtolica auctoritate illā terminet, & componat. Quem Epiſcopum, & Vicarium in hoc caſu Commiſſarium noſtrum in præfato Capitulo, vſque ad eius complementum cum ea auctoritate, quam eidem Vicario Ordinis attribuimus, & conceſſimus. harum ſerie deputamus, contrarijs non obſtantibusq; quibuſcun que. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 15. Septembris 1500. Pontificatus noſtri anno ix.

VERA F. RAYNALDI GRATIANI
EFFIGIES.



Quod, Rinalde, colant te Galli, Epidaurus hono-
Gratia, quæ tibi dat nomina rara, facit. (res

DE FRATRE RAYNALDO *Gratiano, Generali.*

FRATER Raynaldus Gratianus de Cotignola: eſt autem Cotignola oppidum Romandiolę, humili loco ſitum, ac foſſis latioribus aqua plenis defenſum. Hic à teneris annis Spiritu ſanto præuentus paternos lares relinquens, poſtquàm liberales artes apprimè adeptus eſt, ſe Pariſium contulit, vt ſolidioribus literis vacaret; quibus comparatis Bononiæ, & Venetijs Theologiã profeſſus eſt, inde gradatim procedens à Iulio Secundo Pont. Max. habitus fuit in precio, miſſusq; eſt legatus in Hiſpaniã, & inde ſub eodẽ Põtifice Romæ electus eſt Generalis anno 1506. Rexit annos quatuor, quo tempore viſitauit Prouincias Franciæ, vbi plures Conuentus recuperauit, & ad frugalitatem, & obediẽtiam reduxit, viſitauit quoq; Hiſpaniã. Fuit autem ab eodem Iulio etiam Raguſinæ Eccleſiæ præfectus ſuffraganeus, Bononiæ exiſtente Epiſcopo, & Cardinale Achille de Craſſis. Porrò habuit Vir iſte in agẽdo induſtriã, in prouidendo conſilium, vt omnes eius ingeniũ laudarẽt, & admirarentur: ipſe aliorum animos ſingulari amore ad ſe trahebat. obijt Cotignolę, 1529. cuius epitaphiũ his verbis cõſpicitur in Eccleſia S. Stephani ad arã maiorẽ.

Eruditio ſapientiaq; philippi huius admirabilis

Raynaldo Gratiano Theologorum vltimo, quem natura elaborarat, totius Ordinis Minorum Generali Miniſtro, inde ob egregia eius in vtraque Hiſpania pro Religione facinora, à Iulio II. Pont. Max. in Raguſinum Archiepiſcopum delecto Fratres pientiſſimè aere proprio MDXXXII.

DE F. PHILIPPO PORCATIO GENERALI.

F. Philippus Porcatius Bagnacauallenſis, Stephani Brulifer anditor, Philoſophus & Theologus eximius, qui per omnem ætatis ſuæ curſum, ita ſe geſſit, vt functis omnibus dignitatibus ad Generalis præfecturæ titulum ſummo honore aſſumptus, demùm à Iulio II. Pont. Max. ad ardua pro fide Ortodoxa euocatus fuit: vir ſanè admirandæ eruditionis, qui omnem penè philoſophiam in Pariſienſi Gymnaſio, magna cum Italici nominis gloria nõ ſolùm didicit, verùm etiã docuit, vt ad hãc diem nõ modò Galliæ, ſed & Auſoniæ Vrbes & quæq. loca tanti Viri nomen innumerabiliũ laudum preconijs ad ſydera vsque glorioſè extollere non deſinant; Seraphicam Religionem per omnes Italiæ Vrbes illuſtrauit lectionibus, diſputationibus, & prædicationibus. Cathedram in alma Venetiarum Vrbe magiſtralem rexit, necnon Bononiæ, tum inter Clauſtra Ordinis, tum etiam in publica academia: vbi ære Pontificio Methaph. & Theolog. profeſſus, multus religioni & ſeculo admirabilis ſuæ doctrinæ alũnos, vrbe & orbe teſte, poſt ſe reliquit. Miniſteria Prouinciæ Bononiæ bis geſſit tanta dexteritate & diligentia, vt in Generalem Miniſtrum totius Ordinis Minorum Romæ electus ſit omnium patrum ſuffragijs, an. 1510. Secundo poſt ſuſceptas Ordinis habenas anno mortis inuidia præuentus eſt, non ſine magno Religionis diſpendio, & Romanæ Curiæ triſtitia, quippe exortum ſciſma, & ſummus Pont. & Cardinalium Senatus arbitrabantur tanti viri diligentia ſapientiaq; ſedatum iri. Fato itaque tunc ceſſit Romæ, an. 1511. die verò 10. Septembris, conditus in Baſilica Sanctorum xij. Apoſt. ante maiorem aram, cuius Epitaphium hodie quoque viſitur his verbis.

Epitaphium.

Philippus Bagnacauallus Minorum Ordinis Philoſophus ac Theologus eximius, qui per omnem ætatis ſuæ curſum ità ſe geſſit, vt functus omnibus dignitatibus ad Generalatus honorem aſſumptus ſit à Iulio II. Pont. Max. ad ardua pro fide orthodoxa vocatus, Romæ diem clauſit extremum.

DE

DE F. BERNARDINO PRATO GENERALI.

FRATER Bernardinus Prato, à Cherio Ligur, Magiſter ſacri Collegij Bononienſis, Pœnitentiarius in Eccleſia Sancti Petri Romæ, poſtea Generalis electus Aſſiſij anno 1513. rexit annos tres, vir morum honeſtate præclarus. Hoc tempore F. Gilbertus Prouinciæ Germaniæ inferioris in Capitulo Generali Lugduni electus eſt Vicarius Generalis, & rexit annos v.

DE F. ANTONIO MARCELLO GENERALI.

FRATER Antonius Marcello Cherinus, Dalmata, electus eſt Romę Generalis tempore Leonis X. Pont. Max. anno 1517. à quo cœpit vocari Generalis Magiſter, mutato titulo Miniſtri; deinde Epiſcopus fuit Patrenſis in Græcia. Hoc tempore ſecuta eſt Ordinis diuiſio ſub Chriſtophoro Numaio Foroliuienſi, qui à Leone confirmatus, & declaratus eſt Miniſter Generalis Romę in Capitulo celebrato in Ara cœli, anno 1517. Tentauit Leo Pontifex vt vnio fieret ſub vno capite reformato, nonnullis eblandientibus, qui liuore inuidiæ Conuentuales tranſuerberabant. Quidam enim ſunt, qui apud Reges panegyricis mendacibus adulantur, quorum lenitas inſtructa dicendi facultate, & copia, incredibile eſt quantas mendaciorum bullas excitauerit. Fauit huic Decreto Pontificis Albertus Pius, Carporum Princeps, vir omnium literarum doctiſſimus, ſed homo vafer, & callidus, qui Carpis oppido circumpadano electus, quod hæreditario iure ad ſe ſpectare dicebat, ea ratione venit ad Leonem Pont. & eo tempore fauit Fratribus de Familia contra Conuentuales. Sed dum hæc agerentur Maomethes Turcarum Imperator furebat in Chriſtianos, & eius ſecta mira proſperitate augebatur. Quamobrem Frater Bonauentura Curcureus Dalmata, profeſſione Franciſcanus, cohortatus eſt pulcherrima oratione Leonem Pont. ad capienda arma aduerſus Turcicam ſectam, velut Leo de Tribu Iuda, ad cuius rugitum cætera trepidant animalia.

Leo Pont. tentat facere Ordinis unionem ſub uno capite reformato.

Leo idem cohortatur contra Maomethem Turcam aggredientẽ Chriſtianos.

DE F. ANTONIO SASCOLINO GENERALI.

FRATER Saſcolinus Florentinus, electus Generalis Bononię 1519. in die S. Trinitatis, ſed à Clemente VII. creatus eſt Epiſcopus Minerbinæ in Calabria, poſtquàm rexiſſet Ordinem annos quatuor, edidit tractatum, cui titulus eſt, Conſcientiæ illuminacula, ſtylo vernaculo, ſed rudi. obijt Florentiæ.

DE F. IOANNE VIGERIO GENERALI.

FRATER Ioannes Vigerius Genuenſis, Ligur, primò Vicarius generalis Apoſtolicus electus eſt, poſtea Generalis Spoleti anno 1529. rexit annos 7. deinde Epiſcopus Chius, edidit lucidam lecturam in primum lib. Sent. Scoti. Fuit vir probus, & in Religione apud omnes bonæ conditionis, qui an. 1526. factus fuit procurator Cæſaris ad componenda pacis fœdera.

DE F. IACOBO ANCONITANO GENERALI.

FR. Iacobus Anconitanus primò Ordinis procurator in Vrbe, deinde Vicarius generalis, ac demum electus eſt Generalis Mediolani an. 1534. rexit annos 7. viſitauit Galliæ partes, Maſſiliam vſque profectus, poſtea Epiſcopus Martirani, ibidemq; ſepultus. Hoc tempore prouincia Prouinciæ à Conuentualibus defecit, quia cùm per plures annos non fuiſſet viſitata, voluit illam nouis conſtitutionibus reformare, & graue iugum imponere, nam conuitijs prouocabat omnes talibus dictis hiſce verſibus comprehenſis.

Prouincia prouinciæ deficit à Cõuentualib. ter rita reformationis iugo.

Proh dolor, ignariq; boni, ignariq; malorum
Quo ruitis? quin præcipites laxata quadrigis
Infanis, quò lora trahit, modò cernitis, ah mox

Supprimite audaciq; manu reflectite habe-
Blãda voluptatis captiuo vincula collo (nas:
Excutite, & lætas mentes attollite cœlo.

idcirco impatientes Fratres ab obedientia Conuentualium ſe ſubduxerũt. Huic laborũ impiger & rerum gerendarum fidelis ſocius, & gratiſſimus itinerum comes, fuit magiſter Franciſcus Riuerius è Toſſiniano, conterraneus meus, qui non multò poſt obijt Bononiæ, an. 1537. Guardianus & Commiſſarius Generalis. Obijt autem F. Iacobus Martirani, cuius Eccleſiam an. xxij. rexit, cultumq; diuinũ auxit, & opes. Qui ſenio cõfectus dum celebraret officium Completorij, cum perueniſſet ad eũ locũ, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, expirauit: ſepultus eſt in cathedrali, cuius epitaphium eſt. Iacobus Anconitanus, Generalis Ord. Min. à Paulo Tertio, Pont. Maxi. electus Epiſcopus Martirani, domum hanc ſibi viuens poſuit, an. agens 72.

DE FRATRE LAVRENTIO
Spatha, Generali.

FRATER Laurentius Spatha Bononienſis, Magiſtri ſacri Collegij Bononiæ, electus eſt Generalis Romæ an. 1537. rexit annos vj. deinde Epiſpopus Caluenſis factus ſepultusq; eſt Neapoli in Eccleſia S. Claræ Monialium, fuit autem magiſter Laurẽtius vir literis, & moribus ornatus, plurimumq; valens in doctrina Scoti fuit camera eius Bononiæ, quoad vixit officina bonarum artium: ſemper aliquit legebat, vel ſcribebat, aut contemplabatur.

DE F. BONAVENTVRA PIO GENERALI.

FRATER Bonauentura Pius, à Coſtaciario, vir eruditus, eloquẽs, & ſacri verbi Orator clariſſimus, electus eſt Generalis Anconæ, an. 1543. Eccleſiaſtes facundiſſimus, & ita acris diſputator, vt non haberet ęquale. vir intrepidus ad omnia agenda neminem verebatur, vbi iuſtitia exigebat. Floruit in vtroque modo dicendi, tum in concionibus habendis ad populum, tum etiam in diſputationibus, præſertim in doctrina Scotica: ſed quod inſigne fuit in eo, in rebus gerendis facili & prudenti ingenio fuit; rexit annos vj. deinde Epiſcopus Aquenſis factus. Obijt Eugubij, ibiq; extruxit in Conuentu cameram inſignem cum omnibus officinis, & inſtrumentis annexis, quę pro vitæ huius commodo faciunt.

DE FRATRE IACOBO
Montiſalchio Generali.

FRATER Iacobus Montifalchius Vmber, electus eſt Generalis Aſſiſij anno 1549. rexit Ordinem annos duos. Obijt Vrbini menſe Septembri, anno 1551. Generalatus ſui anno iij. vir ſanè probatæ vitæ, ſed (vt ferunt) imbecillis regiminis.

DE FRATRE IVLIO
Magnano Generali.

F. Iulius Magnanus Placẽtinus. primò Vicarius Generalis Apoſtolicus, deinde Generalis Genuæ electus, an. 1553. poſtea à Iulio III. Epiſcopus Caluẽſis, vir mitis fuit. Nemo ad eum tribulatus vel triſtis acceſſit, qui non ab eo conſolatus receſſerit: habebat quandam in vultu & verbis gratam venuſtatem, innatam humanitatẽ, ut omnes ad ſui amorem & reuerentiam extitaret; nulli crudelem, aut immitẽ ſe præbebat, ſed omnes paterna charitate ſuſcipiẽs, quantum in ſe erat, conſolabatur, & à ſe benè ſatisfactos emittebat; rexit an. vij. deinde fato ſublatus eſt Theani in Cãpania, & ſepultus in Aede S. Fr. ad aram maiorem. ſepulchrũ eius viſitur hodie emblemate quodam, & teſſerulis conſtructũ. Hoc tempore Paulus IIII. Pont. Max. commiſit Cardinali de Carpo, vt moneret Miniſtros Ordinis, ut procedant cõtra apoſtata., & vagantes extra Ordinem.

De Fratre Ioanne Antonio Ceruienſi, Generali.

FRATER Ioannes Antonius Ceruienſis, lectus eſt Generalis Aſſiſij, anno 1559. rexit menſes iiij. nam obijt Romæ malo corpore confectus, et animo excruciatus.

DE F. IOANNE ANTONIO *Delphino Generali.*

FRATER Ioannes Antonius Delphinus ex oppido Rompeani, Caſalis maioris ditionis, electus Vicarius generalis Apoſtolicus à Pio IIII. Pont. Max. anno 1559. die 18. Auguſti, non ſine ope Rodulphij Pij Cardinalis, & totius Ordinis Protectoris eximij. rexit Ordinem annum vnum & menſes aliquot: vir ſanè facili animo, atque eleganti ingenio, qui lenitate potius, quàm conuitiis, aut contumeliis ad ſe omnium ora & animos conuertebat; ſtudiis bonarum literarum vſque adeo addictus fuit, vt minimam temporis iacturam perpendens nullam ſibi horam præter naturæ neceſſitatem ſubtrahi pateretur, de quo plura dicemus in 3. Hiſt. lib. Obiit Bononiæ, anno 1560.

DE FRATRE ANTONIO *à Sapientibus, Generali.*

FRATER Antonius à Sapientibus, ab Auguſta Prætoria, primò Vicarius Apoſtolicus, deinde Generalis electus eſt Mediolani, anno 1562. confirmatus Florentiæ, anno 1565. nihil negligebat, minimaquęque curabat vt diligentiſſimus œconomus, ſed tanta dexteritate, vt cum omnia faceret, nihil tamen anxiè facere videretur. In Concilio Tridentino floruit, quod eo viuente conſummatum eſt ſub Pio Quarto Pontifice Maximo, anno 1463. die 4. Decembris, in quo iurauerunt Patres ibidem congregati pro ſancta Eccleſiæ Catholicæ reformatione, & pro pace inter Principes Chriſtianos reformanda. Porrò hic Generalis & reipſa & cognomine ſapiens, ab Epiſcopis Hiſpaniæ magno habitus fuit in pretio: qui paratus adire in Hiſpaniam cauſa viſitandi partes illas, Mediolani in morbum incidit; vbi poſtquam errata ſuæ vitæ expiauit, vocatoque conuentu, omnibus ſacramentis præmunitus, veniam ab omnibus incredibili humilitate poſtulauit, ſi quem vel minima offenſa vnquam affeciſſet, omnibusque bene ſua benedictione precatus, ad extremum, gratulabundus carnis nexibus eſt ſolutus. rexit annos ſex, plus minusve: obijt verò Mediolani, anno 1566. die 6. Ianuarij.

DE FRATRE FELICE PERETTO *Generali Vicario Apoſtolico.*

F. FELIX Perettus, de Montealto, primùm huic loco fuerat deſtinatus, quòd à Pio V. electus fuit Vicarius Apoſtolicus, anno 1564. die 15. Ianuarii, vſque ad Capitulum generale Romæ celebratum, qui vniuerſum Ordinem ſumma grauitate & pietate tres circiter annos moderatus fuit, Eccleſiæ quoque Agathenſi in Campania fuit ab eodem præfectus; ſed quoniam deinde ad Cardinalatus dignitatem, & tandem ad celſiſſimam Pontificatus Sedem meruit aſſumi prius, quàm hoc ederetur opus, idcirco quæ de eo dicenda fuerunt, in ſuum de Pontificibus honeſtiorem locum tranſtulimus.

DE FRATRE IOANNE *Tancredo Generali.*

F. IOANNES Tancredus à Colle, Hetruſcus, electus eſt Generalis Romę anno 1568. tempore Pii V. Pont. cuius edicto congregatum eſt Capitulum generale. Cùm enim vidiſſet Religionem noſtram aliquantulum deciſſe à perfectione, multa decreuit, ac præſertim reducere tentauit prudenter Conuentuales ad obedientiã Obſeruantium, vt Eccleſiæ ſanctæ vinea nouis quotidie eximiis colonis illuſtraretur. Non defuerunt quoque viri grauiſſ[illegible] quos

zelus domus Domini comedebat, qui varijs ſermonibus vltrò citròque habitis, varijs argumentis, & rationibus illud ſuadere nixi ſunt, ne fieret talis vnio; quæ profectò fuiſſet ſubſecuta vrgente impigrè ad hoc Summo Pontifice, niſi multis rationibus perſuaſiſſent, quòd antiqua hæc religio Conuentualium, quæ perpetuam ſtationem ſemper obtinuit, multum in dies acciperet detrimenti, periculumque imminere videretur, vt hæc Franciſcana Familia toto orbe celeberrima, ſenſim euaneſceret. Horum hortatu ſummus Pontifex à propoſito deſtitit. Inter fautores noſtræ Religionis fuit Martinus Nauarrus, omnium Doctorum ſuffragijs eruditiſſimus: & ita imminenti periculo ſubuentum eſt, & communi conſenſu fœdera vnionis irrita declarata ſunt. Obijt autem Magiſter Ioannes Florentiæ inter tot turbines dolore confectus, in vigilia Beatiſſimi Patris FRANCISCI, durauit uerò menſes quatuor in generali præfectura.

Cogitatio de vniendis Conuentualibus cum Obſeruantibus uiſa importuna abijcitur.

VERA

VERA F. IOANNIS PICI EFFIGIES.



Picus auis Pico præſens protendit honorem,
Inter mille etiam quem tulit ille, Patres.

propterea NIHIL ſit tam deforme quàm ad poteſtatem pietatis & religionis cauſa datam etiam acerbitatem naturæ adiungere. Quicquid fuerit & hac de re ſit, ille tribus annis ordinem rexit vſque ad Capitulum Generale, ante cuius inchoationem ab eodem Gregorio creatus eſt Epiſcopus Marſicanus in Lucania.

DE FRATRE CLEMENTE Bontadoſio Generali.

FRATER Clemẽs Bontadoſius Montifalchius, Vmber, liberalium artiũ, & ſacræ Theologiæ profeſſor, vir iuxta nomẽ ſuũ clemens, & mitis. Nemo enim ad eum acceſſit, qui non bona affectus cogitatione receſſerit: ſuſcipiebat enim eum adeuntes benignè atq; diſcretè, primo fuit in præclaris ciuitatibus Italiæ Regẽs, & Cõcionator inſignis: deinde Prouincialis Prouinciæ S. Franciſci, in qua perhumaniter, & egregiè ſe habuit, deinde an. 1584. in Capitulo Generali Bononiæ celebrato cum illi præeſſet, in eodẽ electus eſt Generalis, tanta cum lætitia, vt omnes eã vultu toto exprimerent. Demum à Sixto V. Pont. Max. à munere Generalatus euocatus fit epiſcopus Neocaſtrenſis, die 23. Iunij an. 1586.

DE F. EVANGELISTA FORCIANO, Generali Vicario.

F. Euangeliſta . . . . Forcianus Picens, Vicarius Generalis Apoſtolicus à Sixto V. Ponti. Max. electus motu proprio, die: Iulij MDLXXXVI. dũ noſtrũ opus hoc imprimeretur.

GENERALES FRATRVM DE FAMILIA.

F. Chriſtophorus Numaius Forliuienſis, Vicarius Generalis vltimus à Concilio Conſtantienſi, primus Generalis Miniſter fratrũ de Familia tempore Leonis X. Pont. ac demum Cardinalis (vt infrà) electus eſt Generalis Romæ, an. 1517. rexit annos duos ſub eodem Leone Pont.

F. Franciſcus Lychetus Brixianus, electus eſt Generalis in conuentu Lugduni, an. 1519. rexit annos tres ſub eodem Leone Pont. Multa ſcripſit, de quo in 3. lib.

F. Franciſcus Quignonius, nobili genere de Angelis, Hiſpanus, electus eſt Generalis Barchinone, an. 1522. rexit annos ſex ſub Adriano VI. ac Clemẽte VII. Põt. à quo poſteà ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis creatus eſt.

F. Paulus Piſtorus honeſtis parentibus, patria Parmenſis, electus eſt Generalis Parmæ anno 1530. rexit annos 4. ſub Clemente VII.

F. Vincentius Lunelus vir doctus, & induſtrius nobiliſq; Hiſpanus, electus, eſt Generalis in conuentu Tholoſano Prouinciæ Aquitaniæ Nicęæ, anno 1534. rexit annos VI. ſub Paulo III. Pont.

F. Ioannes Caluus, vir rerum gerendarum prudens, electus eſt Generalis Mantuæ, anno 1540. rexit annos V. ſub Paulo III. Pont.

F. Andreas Inſulanus electus eſt Generalis Aſſiſij, anno 1547. rexit annos VI. ſub Paulo III. & Iulio III. Pont.

F. Clemens Monclianus, Ligur electus eſt Generalis Salmanticæ in Hiſpania an. 1553. rexit annos VI. ſub Iulio III. ac Paulo IIII. à quo poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis creatus eſt.

F. Franciſcus Zamora, Hiſpanus, electus eſt Generalis Aquilæ, anno 1559. rexit, annos VI. ſub Paulo IIII. & Pio IIII. Pont. Obijt in itinere, anno 1571.

F. Aloyſius Puteus, à Burgo, electus eſt Generalis in Capitulo Vallisolletano in Hiſpania an. 1563. rexit annos VI. ſub Pio IIII. & Pio V. Obijt Bononiæ an. 1580. paralyticus.

F. Chriſtophorus (cognomento non addito) à Capite fontium Britannus electus, eſt Generalis Romæ, an. 1571. rexit Ordinem, an. octo ſub Pio V. Grego. XIII. à quo Epiſcopus Cæſarienſis creatus eſt.

VERA F. FRANCISCI GONZAGAE EFFIGIES.



Non ſat erat te, ni cœtum ad meliora moueres:
Sydera Tu macte hac Religione petes.

DE FRATRE FRANCISCO Gonzaga, Generali.

FRATER Franciſcus Gonzaga Mantuanus, ſummo genere natus, moribusq; & vitę probitate clarus; ſpretis labentis huius vitę cõcupiſcentijs, ſponte, nulloque cogente in Religione D. Franciſci ſub regulari Obſeruantia ſe incluſit, tantum ea motus & ſuaſus cogitatione ſua & ratione, cui ſimilis ſententia expreſſa eſt apud D. Gregorium Nazianzenum Gręcis verſiculis, quos Latinè factos propter rei pulcherrimum cõceptum ſubiiciendos putaui; ſic enim & ille ſe per ſe dicitur animatus & chortatus fuiſſe:

Cælum Anima affecta, terrena & deſpice cuncta,
Nec ſubeas aliquod corpore victa neſas:
Vana breuiſq; hac vita, alios, vt ſomnia, captat
Delicijs, alios ſorte, aliaq; premit.
Vita vni intem erata eſt ſtatus liber, & auo
Longus, quam magnum eſt viuere cuique bonum.

In ea autem Religione breui ita profecit, vt iuuenis Prouinciæ Sancti Antonij Miniſter Prouincialis delectus ſit ſumma omniũ expectatione, atque pari cõſenſu. In quo munere tantam de ſeipſo in vniuerſa Franciſcana Familia conceptam opinionem excitauit, vt Lutetiæ, vbi celebratũ eſt Generale Capitulũ, an. 1579. Generalis Miniſter electus ſit die vj. Iunij. Qui collabentẽ Ordinẽ ad priſtinam illã viuendi normã inſigni quadam rerũ gerẽdarũ prudentia deducere volens, non modicas paſſus eſt difficultates, videns quãtũ ditiſſima paupertas, quã profeſſi ſumus, periclitetur. Præſertim verò in Prouincia Frãciæ, dum Pariſijs ſincero cordis affectu monita ſalutaria dabat, fratres ad Regulę obſeruantiam excitabat, atque frugalitatem, & iuxta Maiorum inſtituta Regulam viuendi pręſcribebat, illi voluntate pro lege vtẽtes audire noluerunt, eius mandata paruipendentes, quinimmo neglectui penè habentes & deriſioni. Is tamen ſuperata omni difficultate, ſublatoque acerbiſsimo illorum odio, diuino frętus auxilio eorum impetum fregit: ceu peritus nauta, qui vult ſalua naui in portum peruenire, & ſi fuerit tempeſtate abreptus, dummodò clauum rectum teneat, facilẽ omnia patitur. Necdum autem eius vitæ, factorumq; & honorum decurſus confectus eſt. De quo illud, quod cecinit de Cæſare Auguſto Horatius, rectè poſſumus ad hunc rem transferre dicentes:

-- Ordinem
Rectum, & vaganti fræna licentiæ
Iniecit, amouitq; culpas,
Et veteres reuocauit artes

VICARII GENERALES DE FAMILIA ab ipſis Generalibus inſtituti.

PRIMVS Vicarius Generalis fuit Sanctus Bernardinus, electus anno 1438. a magiſtro Gulielmo de Caſali in tota Familia Ciſmontana, quem confirmauit Eugenius Quartus, multas fecit ordinationes, & decreta ad frugalitatem & obſeruantiam conducentia.

F. Ioannes à Capiſtrano inſtitutus fuit Vicarius in tota Italia ſuper Fratres de Familia à Magiſtro Gulielmo de Caſali, anno 1441. & à Magiſtro Antonio de Ruſconibus anno 1443.

F. Albertus de Sartiano ab eodem Gulielmo inſtitutus, & ab Eugenio Quarto, Generalis Miniſter creatus. quamuis non exercuerit officium, omnibus pręter paucos reclamãtibus. Quare electus fuit Magiſter Antonius de Ruſconibus, qui inſtituit Fratrem Ioannem de Capiſtrano Familiæ Ciſmontanæ. Quo tempore Frater Ioannes [illegible]to

Vicarius Generalis Vltramontanus, qui Odomaropoli, quę Galliæ Belgicæ ciuitas eſt, electus eſt Vicarius Generalis.

F. Iacobus de Primatitijs de Bononia, electus eſt Vicarius anno 1446.

F. Marcus de Bononia, anno 1451. poſtquàm F. Ioannes à Capiſtrano profectus eſt in Germaniam.

F. Baptiſta à Leuanto, electus fuit Vicarius anno 1455. Bononiæ gubernauit annos 2.

F. Antonius de Montefalcono Mediolani an. 1457. rexit an. 1.

F. Ioannesbaptiſta de Leuanto electus eſt Mediolani anno 1458.

F. Ludouicus de Vincentia electus in Capitulo Auximi die 6. Maij, ann. 1461. qui breuiores commodioresque reduxit conſtitutiones familiæ, deſcripſit quoque vitam Diui Bernardini.

F. Angelus de Clauaſio, qui ſcripſit Angelicam, electus fuit Vicarius Generalis Aquilæ tempore Tranſlationis Sancti Bernardini: & perſeuerauit per triennium, & factæ fuerunt multę Ordinationes. Quater fuit electus Vicarius, primò Aquilæ, ſecundò Papię, tertiò in ſacro Aluernę monte, quartò Vrbini.

F. Petrus Parthenopęius, electus fuit Vicarius in Capitulo Neapoli celebrato, an. 1475. ipſe quoque quaſdam conſtitutiones ordinauit.

F. Ioannes de Sigeſtro in Capitulo S. Mariæ de Angelis, an. 1477.

F. Euangeliſta Peruſinus in Capitulo Florentię an. 1493. feria vj. ante Pentecoſtem: eodem anno obijt Raguſij, dum viſitaret Prouincias.

F. Hieronymus Tornellius de Nouaria, electus fuit Aquilæ an. 1495. qui cum eſſet morte correptus, loco eius ſuffectus F. Seraphinus, qui erat Vicarius Prouinciæ Raguſij.

Quanta fuerit Vicariorum Generalium auctoritas.

QVIA Incidit mentio de Vicarijs Generalibus, breui videamus, quæ & quãta fuerit illorũ auctoritas, ne vnico corpori videamur duo capita attribuere, qđ eſſet mõſtro ſimile. Eugenius itaq; IIII. vt omnem dirimeret quæſtionem, tres Cardinales inſtituit, Morinenſem Tarentinum, & Cumanum, qui re diligenter inſpecta ſubortas difficultates è medio tollerent.

Eugenius IIII. inſtituit tres Cardinales ad cõſtituẽdam Vicarij Generalis poteſtatẽ.

Vnde ſedentes pro tribunali decreuerunt, ut Generales Vicarij eandẽ prorſus auctoritatem atq; poteſtatem in ſibi ſubditos fratres haberent, quam & Generales miniſtri ex officio, in totum Ordinem obtinerent.

Vt Generalis Miniſter neq; ex literis, neque ex priuilegio quocunque prædictorum Vicariorum Generalium officium impedire poſſet.

Tum demum, vt quicunq; fratrum de Obſeruantia cõtra Vicariorum Generaliũ voluntatẽ, ad patres Conuentuales tranſiret, ipſo facto excommunicationis pęnam incurreret.

Quam vtiq; ſententiam ſummus ipſe Põt. lata bulla comprobauit, ratamq́; habuit. & an. 1447. poſtquam ſua ſpõte motuq; proprio plura priuilegia pluresq́; gratias fratribus de familia conceſſit, cauitne Prouinciales Vicarij vltra triennium eo munere fungerentur.

Vt in Ara cęli conuentu aliquot fratres doctrina, ſcientia atq; morib. inſignes, qui inter cæteros ſeligi deberent, perpetuò commorarentur: quorum duo Hiſpani, duo Galli, atq; duo Germani futuri eſſent.

Vt tandem inſignes duo religioſi, vnus Vltramontanus, & alter Citramontanus deligerentur, quorum quilibet commiſſariatus officio pro ſua familia in Romana curia fungeretur; A quo etiam tępore huiuſcemodi mos inoleuit.

GENERALES PATRVM CAPVCINORVM.

FRATER Matthęus Baſchius, de quo præfati ſumus, fuit primus Generalis electus an. 1528. vt notat Felicianus, Epiſcopus Scalenſis, illi ſucceſſit F. Ludouicus Tenalia Foroſemproníenſis, & ſi nulla ſeruata ſolennitate, aut vocaliũ electione, Romæ verò in loco S. Eufemiæ an. 1536. electus eſt venerabilis F. Bernardinus de Aſta, optimæ inter fratres ſuos conditionis, F. Ludouicus ſuperbia tumens volens[illegible] in præfectura perſeuerare non æquo animo tulit, cępitq; inde aduerſus Congregationem patrum, & puſillum gregẽ multa pertinaciter moliri: pauperculi fratres ſæuis ventis [illegible]inde iactati Romæ apud S. Laurentium extra muros aliquantũ tempus commorati [illegible] in [illegible] agalijs habitabant cum vitæ auſteritate, præſertim in Villa Aluacinæ nõ lõgè

Felicianus Epiſcopus Scalẽſis in Enchiridio de Cẽſuris & irregularitatibus & priuilegiatis, cap. 8.

à Foro. cm-

à Foroſempronij. Itaque F. Matthæus Generalis fuit quindecim Fratrum, ſed eligens in ſua ſimplicitate viuere, ſponte ceſſit officio.

F. Ludouicus Tenalia à Foroſempronij, nulla ſeruata ſolennitate, quia non per ſuffragia Fratrum, ſed viuæ vocis oraculo Clementis VII. Pont. Max. creatus eſt Generalis. Quo quidem tempore tercentum Fratres fuerunt in Congregatione, qui vniti ſunt Romæ in Capitulo generali celebrato in loco S. Euſemiæ, ſub Paulo III. Pont. Max.

F. Bernardinus de Aſta, natione Inſuber, vir eruditus & probus, Romę electus, vt dictum eſt, anno 1536. die 24. Maij, vir aſſiduæ contemplationis, à quo Religio Capuccinorum accepit formam, & rationem viuendi; decreta ordinauit, quamuis Tenalia oppoſuerit electioni per ſubornationem, aſſiſtente Cardinali de Trano præſidente, ſed tandem ſedato vento perturbationum F. Bernardinus perſeuerauit in officio nouem annos.

F. Bernardinus Ochinus, electus eſt Generalis Florentiæ an. 1539. die 24. Maij, quamuis (malo ſuggerente ſpiritu) ſuperbia intumeſcens, non ſolùm à Capuccinorum pio inſtituto, ſed ab ipſamet Chriſtiana Religione hęreticus factus deſciuit, quamuis pluries fuerit pręmonitus, & pręcipuè Neapoli à quodã Doctore Hiſpano, vt rediret ad ſinũ matris Eccleſię, quę nunquàm redeuntib. ad ſe filiis ſinũ pietatis occludit, ſed ad veniã prona adeò miſericordiã diligit, vt eã pręferat iuſtitię. Miſericordia. n. Dei ſuperexaltat iudiciũ: ita excepiſſet illũ ſi rediјſſet, ſed ille arrogãtia plenus, morę impatiẽs, ad hæreticos conuolauit, inter quos infelicẽ vitã & mortẽ ducens hereſiarca inter hæreticos & apoſtatas infeliciter obiit. Iac. 2.

F. Franciſcus Aeſinus Picens, Romæ fuit electus in S. Nicolao anno 1544. die 29. Maſſ. rexit annos tres, vir ſanè magnæ contemplationis, & probatæ vitę.

F. Thomas Tipheruas Vmber, vir deuotus præcipua & propẽſa pietate in B. Virginem, electus eſt Neapoli an. 1559. die 13. Maij. rexit Congregationem annos ſex: primo triennio multum abſtinuit a recipiendis & admittendis Fratribus ad Ordinem.

F. Euangeliſta de Canobio electus eſt Foroliuij anno 1565. die 6. Iunij, vir ſanctitate vitæ, & moribus clarus, rexit annos tres.

F. Vincentius Vlmenſis, Picens, electus eſt Anconæ anno 1568. die 3. Iunij, obiitq́; in Sicilia, dum prouincias viſitaret. Prouincia Pariſiorum ſuo tempore addita fuit.

F. Marius à Mercato Saracino, electus eſt Romæ an. 1569. die 3. Iunij. rexit annos ſex: vir iſte fuit mediocriter doctus, natus potius ad cantãdos hymnos, quàm ad regimẽ. Hic quædam loca dimiſit ob incommoda Fratrum, vtpote ab vrbibus nimium remota. vnde viſus eſt à priori vita aliquantulum declinare, & laxiores remittere habenas.

F. Hieronymus à Monte Florum Ferretrinus, Vmber, electus Romę anno 1575. die 17. Maii. vir doctus, & probitate vitæ conſpicuus, qui cùm videretur in omnibus vel nimis rebus hæſitaſſe, multas paſſus eſt tribulationes, præſertim in Sicilia; ille verò magna animi conſtantia, & æquo animo, omnia tulit, reuerſus in Marchiam Anconitanã ad quietiorẽ vitã emigrauit. In Capitulo generali cautũ fuit à Patribus diſcretis, vt mitterẽtur Fratres in Hiſpaniã, & occupatus fuit primus locus Barchinone: ſed Regio mãdato prohibitũ fuit, ne vlterius progrederẽtur Fratres Capuccini, vnde in Regno Catalonię ſolũ habitant.

F. Ioannes Maria de Tuſa, Siculus, electus Romæ anno 1581. die 10. Maij, vir eruditus, Pontificij iuris non ignarus, vitę exemplo præſtans, ieiunijs deditus, ſolo pane & aqua contentus; ſuo tempore addita eſt prouincia S. Ludouici in Gallia, rexit annos tres; obijt Romæ, ob cuius mortem omnes ingemuere, qui eum familiariter nouerant.

F. Iacobus à Mercato Saracino, ex quo loco (veluti ex equo Troiano) ſolent prodire uiri ornati, & uirtutibus clari, electus fuit Romæ anno 1584. die 20. Maij. uir ſanè eruditus, & eccleſiaſtes hoc tempore acceptus, uiuit hodie anno 1586.

TRANSVMPTVM BVLLAE S. D. N. PII IIII. Confirmationis priuilegiorum Fratribus Ordinis Minorum, Capuccinis nuncupatis, per fœ. re. Paulum III. & alios Rom. Pont. conceſſorum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amẽ. NOVERINT vniuerſi & ſinguli hoc pręſens publicum Tranſumpti Inſtrumentum inſpecturi, uiſuri, lecturi, pariter & audituri, quòd nos Alphonſus, Carafa miſeratione diuina SS. Ioannis & Pauli, Sacroſanctæ R. E. Diaconus Cardinalis Neapolitanus vulgariter nuncupatus, Cameræ Apoſt. Regens, Romanæque Curiæ

Obſerua, quòd etiã Clemẽ. VII. Pont.Max. confirmauit Bullã Fratrum Capuccinorũ an.1528 die 3. Iulij, ſub obediẽtia Generalis Cõuentualiũ ad preces Fr. Ludouici Tenaliẹ de Foroſempronij, & F. Raphaelis ei⁹ germani.

Iudex ordinarius, ſententiarum quoq; & cenſurarum in eadem Rom. Curia, & extra latarũ, ac quarumcunq; literarum Apoſt. vniuerſalis & merus exequutor. Ad inſtantiam venerabilis Vicarij generalis Fratrum & Religionis Ord. Minorum S. Franciſci, Capuccinorum nuncupatorum principalium, omnes & ſingulos ſua cõmuniter vel diuiſim intereſſe putantes, eorumq; procuratores, ſi qui tunc erant in Rom. Curia pro eiſdem, ad dicendum contra literas Apoſt. Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. confirmationis priuilegiorum dictis Vicario, Conuentui, & Fratribus per fœ. record. Clementem Papam VII. & Paulum III. ac Iulium III. Rom. Pont. & ipſius D. Pij prædeceſſores gratioſè factas, & conceſſas, cum filis ſericis rubei, croceiq; colorum, vera Bulla plumbea ipſius D.N. Papæ more Rom. Curiæ impendentis bullatam, ſanam, & integram, & aliàs (vt moris eſt) expeditam ſub dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M D L X. quarto nonas Aprilis, Pontif. eiuſdem S.D.N. anno primo. Necnon ad videndum iurare teſtes ſuper illorum recognitione, quatenus opus ſit, videndumq; illas tranſumptari, & in publicã & authenticã Tranſumpti formam redigi, mandari: & poſtquã tranſumptatẹ fuerint, videndũ illas reſtitui mandari, auctoritatemq; & decretũ deſuper interponi, vel dicendũ cauſam ſi quam haberent rationabilẽ, quare pręmiſſa minimè fieri debeãt, & allegandũ per audientiã publicam literarũ contradictarũ dicti D.N. Papæ; citari fecimus, & mandauimus ad certũ peremptorium terminũ competentẽ, videlicet ad diẽ & horã infraſcriptos: Quibus aduenientib. cõparuit in iudicio legitimè corã nobis religioſus F. Antonius Pellicer Tarraconenſis diœceſis vnus ex dicti Ordinis Fratribus, & procurator aſſertus dictorũ Fratrũ & Ordinis Capuccinorũ, pro quibus nihilominus de rato & ratihabitione in forma iuris valida promiſit, & certas literas citatorias in dicta audientia noſtro de mãdato exequutas reportauit, citatorũq; in eadẽ contentorũ non comparentiũ contumaciã accuſauit, ipſosq; pro contumacib. reputauit, & in eorũ contumaciã ſupradictas literas Apoſtolicas ſanas & illæſas, ac omni prorſus vitio & ſuſpicione carẽtes, facto realiter & in ſcriptis exhibuit atque produxit, quas tranſumi & exemplari, ac in publicam formam redigi, mandari, authoritatemq; & decretũ noſtrũ deſuper interponi, per nos inſtanter poſtulauit.

Nos tunc Alphonſus Carafa Card. & regens præfatus, dictos citatos non cõparentes, reputauimus meritò, prout erãt, quo ad actũ huiuſmodi id exigente iuſtitia contumaces, & in eorũ contumaciã dictas literas Apoſt. ad manus noſtras recepimus, illasq; vidimus, tenuimus, legimus, & diligenter inſpeximus, ſanasq;, integras & illæſas, ac omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes reperimus, ipſasq; vlterius ad dicti F. Antonij procuratoris aſſerti vlteriorem inſtantiam, per diſcretũ virum D. Deſiderium Bona auenam dictę Curiæ noſtrę Notarium publicum tranſumi, & exemplari, ac in publicam formam redigi fecimus, & mandauimus, volentes & auctoritate dictæ Curiæ decernentes, ꝙ præſenti noſtro Tranſumpto de cætero in antea in Rom. Curia, & extra in iudicio, & extra iudicium, vbiq; locorum detur, & adhibeatur talis & tanta fides, qualis & quanta ipſis originalib. literis daretur, & adhiberetur, ſi forent in medium exhibitę, vel oſtenſæ, quarum literarũ tenor talis eſt, videlicet:

Bona auena Notarius.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoralis officij cura, meritis licet imparib. nobis ex alto cõmiſſa, nos excitat & inducit, vt circa piorũ locorum quorũlibet, ac perſonarũ in eis diuinis obſequijs vacantiũ ſtatũ proſperè dirigendũ, & feliciter conſeruandũ, & manutenendũ, noſtræ vigilãtię partes ſolertius impẽdamus: ac ijs, quę propterea proceſſiſſe cõperimus, vt illibata perſiſtãt, Apoſtolici muniminis præſidiũ impartiamur: dudũ ſiquidem fe. recor. Paulo III. Papæ prædeceſſori noſtro pro parte tũc Vicarij, & dilectorũ filiorum Fratrũ Ord. Min. Capuccinorũ nuncupatorũ, expoſito, ꝙ poſtquàm pię me. Clementis Papæ VII. & prædeceſſori noſtro pro parte nonnullorũ tunc expreſſorũ Fratrum Ord. Min. expoſitũ fuerat, ſe deſiderare pro animarũ ſuarũ ſalute, ac Dei gloria, eremiticam vitã ducere, & quantũ humana patiebatur fragilitas Regulã B. FRAN. obſeruare: & cũ Mag. Prouincialis prouinciæ Marchię Anconitanę Ord. Min. Con. nuncupatorũ ad Rom. Curiã accedẽdi, & ab ipſo Clemẽte prędeceſſore, ac Sede Apoſt. quæcũq; ad animarũ ſuarũ ſalutẽ, ac Dei gloriã petendi, & impetrãdi licentiã eis cõceſſerat, ac bonæ me. Andreas tt. S. Priſcę dũ viueret presbyter Card. & dicti Ord. protector tũc in humanis agẽs eis, vt ſimilẽ impetrationẽ facerent; ita tamẽ quod vnũ ex eorũ conſortio omniũ ipſorũ noĩe Magiſtro prouinciali, ſeu Capitulo prouinciæ dictorũ Fratrum Con. nũcupatorũ, in qua habitarẽt, ſingulis annis in ſignũ ſubiectionis p̃ſentare tenerẽtur, & ipſe Mag. ſi ſibi videret ſemel in anno, & nõ vltra eos viſitare, & ſi ipſos inueniret Regulã p̃dictã

Andreas Cardinalis.

non

non obſeruare, ad eam plenius obſeruandam eos monere ac debitis modis compellere poſſet: præter id autem nec eos de loco ad locum transferre, nec aliquid aliud eis iniungere, aut ab eis exigere valeret, ſed potius eos tueri, & defendere conaretur, vt in pace poſsēt Altiſſimo famulari, prout in protectoris & Magiſtri Prouincialis prædictorum patentibus literis deſuper confectis plenius dicebatur contineri. Idem Clemens prædeceſſor literas prædictas, & in eis contenta quæcunque pro expreſſis habens, ipſorum Fratrum in ea parte ſupplicationibus inclinatus eis, vt ſecundum regulam prædictam vitam eremiticam ducere, & habitum cum caputio quadrato geſtare, necnon omnes tam clericos ſeculares, & presbyteros, quàm laicos ad eorum conſortium recipere, ac tam ipſi quàm alij ſic recipiendi barbam deferre, & ad eremitoria ſeu loca alia quæcunque cum conſenſu Dominorum eorundem locorum ſe conferre, & in eis habitare, vitamque auſteram & eremiticam inibi agere, & in quibuſcunque locis mēdicare, necnon omnibus, & ſingulis priuilegijs, indultis, & gratijs Ordini Fratrum Minorum prædictorum ac eremo Camaldulenſium Beati Romoaldi, illiusque Eremitis in genere, vel in ſpecie eatenus conceſſis & in poſterum concedendis æquè principaliter, vti, potiri, & gaudere liberè & licitè valerēt, per ſuas tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis literas facultatem conceſſerat, prout in illis plenius continentur, & in eadē expoſitione eidem Paulo prædeceſſori facta, ſubiuncto quòd literarum prædictarum vigore nonnulli clerici ſeculares, regulares ac laici ab ipſis Fratribus, vt præfertur nominatis, vel vno ex eis ac ab alijs de ipſorum commiſſione recepti, congregationē fratrum Ordi. Minorum Capuccinorum nuncupatorum conſtituerant, ipſique fratres cupiebant literas prædictas quo ad infraſcripta confirmari, & extendi; & propterea eidem Paulo prædeceſſori humiliter ſupplicari fecerant, vt huiuſmodi eorum votis annuere de benignitate Apoſtolica dignaretur, idem prædeceſſor attendens vberes fructus, quos Ordo ipſe Minorum in agro militantis Eccleſiæ eatenus produxerat, & in poſterum producturū ſpe firma ſperabat, ac dignum cenſens, ut circa ea quæ ipſius Ordinis incrementum concernebant benignos fauores impenderet, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus literas Clementis prędeceſſoris huiuſmodi, quarum tenores haberi voluit pro exprēſſis, auctoritate Apoſt. ex certa ſua ſcientia approbās & confirmans illas, tunc & pro tempore exiſtenti Vicario Generali Congregationis capuccinorum huiuſmodi, ac ipſius Congregationis fratribus perinde ac ſi illæ eiſdem congregationi, & fratribus directæ fuiſſent, quò ad omnia & ſingula in ipſis literis contenta ſuffragari debere decreuit, & nihilominus auctoritate & ſcientia ſimilibus per ſuas ſub plumbo confectas literas ſtatuit, & ordinauit, quòd ex tunc deinceps Vicarius Generalis ipſorum fratrum Capucinorum circa finem triēnij, ex quo ad officium Vicariatus huiuſmodi electus foret, vel etiam prius aut poſterius, iuxta præfatæ regulæ tenorem, ac ipſorū Fratrum laudabiles conſtitutiones, Vicarios, Diſcretos, & Cuſtodes vocem cōgregationis habentes quarumlibet Prouinciarum, & cuſtodiarum ſibi ſubditarum in loco per ipſum Vicarium Generalem deputando ad capitulum conuocare poſset, quorum ſi qui legitimo impedimento detenti ipſi capitulo intereſse non poſsent, per nuncios ab eis deputatos, vel ſuppletis votis eorum iuxta ipſorum conſuetudinem præſentia ſuppleretur; qui ſic cōgregati omnia & ſingula, quę alii fratres dicti Ord. in eorum generali capitulo de iure, vel conſuetudine, & ex priuilegijs poſſent, faciendi, ordinandi, & diſponendi, & potiſſimè eligendi vnum Religioſum eiuſdem Ordinis ac congregationis, in eorum ſimilem Vicarium Generalem, facultatem haberent, & ipſius Vicarij electionē ſi à maiori parte eligentium celebraretur, quamprimum cōmodè fieri poſset, Generali Magiſtro dictorū Fratrū Conuentualium nuncupatorum, ſicut eatenus ſeruatum fuerat, donec aliud deſuper ordinatū à ſede Apoſt. fuiſset, præſentarent, ſeu prēſentari facerent, ipſeq; Generalis magiſter intra triduum à prēſentatione ſibi facta ipſum electū Vicarium confirmare teneretur, concedendo ei, & cōmittendo plenariè, vices ſuas tribuendo, videlicet liberam poteſtatem, & auctoritatē, ac omnimodā facultatem ſuam ſuper omnes, & ſingulos fratres eiuſdē Ordinis Capucinos nūcupatos, ēt ſi alio quouis nomine nuncuparētur tā in capitib. quā in mēbris publicè, & priuatim viſitādi cōgregationes in prouincijs, & cuſtodijs omnibus eis ſubiectis, ſiue pro electione Vicariorū, Diſcretorū, Cuſtodū, & Guardianorū, ſiue pro alijs vtilibus negocijs faciendi, ſiue fieri faciendi noua loca, conuentus, ſeu eremitoria recipiendi fratres, ſubditos corrigendi, & puniendi, excommunicandi, & abſoluendi, incarcerandi, & à carceribus liberandi, contradictores & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris

De caputio quadrato uide quę ſuperius diximus.

Ordo Seraphicus frugifer in Eccleſia.

Statuitur Vicario Generali Capuccinorum facultas conuocādi ad capitulum Vicarios & cuſtodes quarumlibet Prouinciarum.

Decretum de pręſentando Vicariū Capuccinorū Generali Cōuentualium.

Vicarij Capuccinorum cōfirmatio intra triduum facienda à Generali Conuentualium.

& dicti ordinis remedia, etiam per inuocationem brachii ſecularis, vel eccleſiaſtici, ſi opus foret, compeſcendi ſpecialiterque omnia & ſingula circa fratres, conuentus, domos, loca, & eremitoria huiuſmodi faciendi, exercendi, & diſponendi, ordinandi, adminiſtrandi, & ſtatuendi, quæ generalis Magiſter dicti Ordinis circa fratres, domos, loca, conuentus, & eremitoria fratrum Conuentualium nũcupatorum facere poſſet, ſi perſonaliter adeſſet, vel intereſſet, ac eaſdem auctoritatem, poteſtatem, gratias, & facultates per ipſum magiſtrum generalem eidem vicario Generali conceſſas, vel earum partem alijs fratribus, quos ad hæc iudicaret idoneos, committendi, & concedendi, necnon per ipſos prædicti Vicarij Commiſſarios committi, & concedi faciendi, & triduo elapſo, & electo non confirmato, idem electus pro confirmato ſedis Apoſtolicæ auctoritate cum plenaria poteſtate huiuſmodi vſque ad ſucceſſoris electionem haberetur, & intra hoc tempus officio ſuo ſine ſcitu omnium Vicariorum & Diſcretorum prouincialium, aut maioris partis eorũdem renunciare nequiret, poſſet tamen conuocare omnes Vicarios, & diſcretos ſibi ſubiectos, infra tempus officij ſui in loco per ipſum deputando, quotiens ſibi opus viſum foret. ſi verò Generalis Vicarius infra officij ſui tempus ex hac luce migraret, ſeu alias ab officio amotus foret Vicarius, in cuius prouincia mori, vel amoueri cõtingeret, nũciaret quàm citius poſſet omnibus diffinitoribus Capituli Generalis, immediate præcedentis, & omnibus Vicarijs prouincialibus, & de conſilio atq; conſenſu duorum Vicariorum proximorum determinaret locum, & tempus, niſi fuiſſent per generale capitulum, vel per præfatum vicariũ ante obitum ipſius & amotionẽm deputata, & conuocaret qui forent euocandi pro ſucceſſoris Vicarij electione celebrãda, quo vacationis tempore authoritate ſedis prædictæ exerceret officium Vicariatus huiuſmodi primus diffinitorum prædictorum, vel ipſo deficiente ſecundus, & ſic de alijs ſucceſſiuè cum plenaria poteſtate præmiſſa; & hoc idem cenſeretur de Vicarijs prouincialibus, cum eos mori, vel amoueri cõtingeret, ac prouincias regi, & gubernari per primum, & alios diffinitores ſucceſſiue Capituli prouincialis immediate præcedentis, prout ſupra de Vicario generali ſtatutum exiſteret, ſalua ſemper, & reſeruata prædicti Vicarij Generalis (vt præmittitur) poteſtate. Generalis vero, ac tam magiſter prædictus, quàm Miniſter Ordinis Minorum huiuſmodi, aut quiſquam miniſtrorum ſeu magiſtrorum prouincialium, ſeu aliorum fratrum dicti Ordinis tam Conuentualium quàm de Familia, ſiue de obſeruantia nuncupatorum, donec aliter per ſedem prædictam ordinatum foret prædicto Vicario Generali, ſeu cęteris vicarijs, vel cuipiam fratri eiuſdem congregationis de Capuccinis nuncupatæ, moleſtiam ſeu impedimentum aliquod inferre non auderet, nec præſumeret ſub pęna excõ. latę ſentẽ. priuationis officij, omniũq; actuũ legitimorum, niſi quod præfatus magiſter Generalis, donec aliter per ipſam ſedem ordinatum foret, per ſe duntaxat perſonaliter viſitare & corrigere poſſet, & valeret prædictum Vicarium Generalem, ſeu fratres, domum, locum & eremitorium eorundem fratrum Capuccinorum nuncupatorũ, piè, benignè, & charitatiuè ad meliorem frugem prouocando. Et ſi quenquam reperiret crimìnoſum ipſum vicarium de conſilio, & aſſenſu maioris partis Vicariorum præmiſſorum: cæteros verò de conſilio, & aſſenſu maioris, & ſanioris partis fratrum domus, eremitorij, loci, vel conuentus viſitatorum in eodem loco, & non extra, corrigere valeret, & punire, pęnitentiare, & emendare, ſecundum quod delicti qualitas exigeret faciendum. De regimine verò & cura prædictorum fratrum Capuccinorum nuncupatorũ ſe aliter non intromitteret, diſtrictius inhibens quibuſcuq; perſonis cuiuſcunq; conditionis exiſterent ſub excom. latæ ſenten. pœna eo ipſo incurrenda, ne habitum per eos deferri ſolitum, niſi ſub præfati Vicarij Generalis pro tempore exiſtentis obedientia, & cura permanerent, geſtare quoquomodo præſumerent. Inſuper idem Paulus prædeceſſor veſtigijs recolẽdæ memoriæ Pij Papæ II. ſimiliter prædeceſſoris noſtri in ea parte inhærendo, qui aliàs ex certis cauſis, authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia in fauorem familiæ de obſeruantia interpretatus erat, & declarauerat, quòd cum Apoſtolica ſedes generalem totius Ordinis Minorum miniſtrum generalẽ, & prouinciales Vicarios miniſtrorum loco certis pijs, & sãctis reſpectibus eſſe voluiſſet, & decreuiſſet; vicarij ipſi qui illis præeſſent, & quibus ipſi ex debito eorũ profeſſionis obedirẽt, veri & indubitati ipſorum miniſtri, cùm tales B. Franc. dicti Ordinis Inſtitutor eos eſſe intendiſset; quoadusq; præfata ſedes, in cuius arbitrio conſiſtebat, aliud alio reſpectu ordinare ſtatuiſset, eſsent & perpetuò forent differentes à prædictis miniſtris ſolo nomine, eosq;, qui dictis Vicarijs obedirent ſecundum dictæ ſedis determinationem, eorum regulæ, & præcipuè in ea parte vbi erat, Pręcipio

De facultate eis data a Generali Conuentualium.

Præcipitur cæteris fratribus ne Capuccinos moleſtare pſumant.

Generalis Conuẽtualiũ poteſt Vicariũ Capuccinorum viſitare.

Quomodo Generalis Conuentualiũ nõ ſe debeat intromittere in cauſis Capuccinorũ.

firmiter

firmiter Fratribus vniuerſis, vt obedirent ſuis miniſtris: plenè, & integrè ſatisfacere au-
thoritate & ſcientia prædictis declarauerat, & decreuerat, quòd donec aliter ſuper præ-
miſſis per præfatam Sedem ordinatum foret, Fratres Capuccini prædicti, eorumque Vi-
carijs, prout de Vicariis Familiæ per dictum Pium prædeceſſorem (vt præfertur) ſtatu-
tum fuerat, obediendo plenè & integrè præfatæ regulæ ſatisfacerent, prout in literis di-
cti Pauli prædeceſſoris prædictis plenius continetur, pro parte eorundem Fratrum Ca-
puccinorum nuncupatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas Pauli prædeceſ-
ſoris huiuſmodi, & in eis contenta quæcunque approbare & confirmare, ac aliàs in præ-
miſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. NOS igitur, qui
perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet, præſertim vitam eremiticam degentium pro-
fectui & felici ſucceſſui (prout poſſumus) libenter conſulimus, ſingularum literarum pre-
dictarum, ac quarumcunque aliarum ſcripturarum occaſione præmiſſorum forſan con-
fectarum, tenores præſentiũ pro expreſſis habentes, necnon per felicis memorię Iulium
Papam III. pariter prædeceſſorem noſtrum dilectis filijs Fratribus Hieronymo Lançe Iulius III. Pont.
Siculo, & eius ſocijs, aſſerentibus ſe Capuccinos exiſtere, conſimilemque modo præ- Max.
miſſo habitum deferre in non modicum ſcandalum & deformitatem Ordinis & Congre-
gationis huiuſmodi, etiam in forma Breuis, & quaſcunque alias literas quibuſuis alijs in
quibuſcunque mundi partibus & locis commorantibus dictum habitum, vel præfato mo-
do conſimilem extra obedientiam ſuperiorum eiuſdem Congregationis, & nulla habita
licentia earundem literarum vigore geſtantibus & deferentibus conceſſas reuocantes,
huiuſmodi ſupplicationibus inclinati literas Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, ac omnia,
& ſingula in eis contenta, ita quòd nullus cuiuſcunque conditionis exiſtat, non ſolùm
eorum habitum iuxta literarum Pauli prædeceſſoris huiuſmodi tenorem, verùm etiam
nec ita conſimilem, quòd propter eum poſſit credi Frater eorum Congregationis, niſi
ſub præfati Vicarij Generalis pro tempore exiſtentis obedientia, & cura permaneat,
ſub ſimili pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quoquo modo geſtare præſumant,
Apoſtolica authoritate prædicta tenore præſentium confirmamus & approbamus, ac
omnia & ſingula in eiſdem literis dicti Pauli prædeceſſoris contenta prædicta de nouo
concedimus. Quocirca vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis,
Archiepiſcopis, & Epiſcopis; necnon dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs perſo-
nis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus
ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis con-
tenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Fratrum Capuccino-
rum prædictorum, ſiue alicuius eorum, fuerint deſuper requiſiti, ſolenniter publicantes,
eisque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra
præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos illæ
concernunt, eis pacificè gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcunque contra
præſentium tenorem quomodolibet indebitè inquietari, ſeu perturbari, contradictores
quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia (appel-
latione poſtpoſita) compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas (iteratis vicibus) aggra-
uando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus
prçmiſſis ac pię memorię Bonifacij Papę VIII. etiam prędeceſſoris noſtri de vna & dua-
bus, non tamen tribus dictis in alijs Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon quibuſuis priui-
legijs & indultis Apoſtolicis, ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clau-
ſulis & decretis, quę aduerſus prçmiſſa nullatenus ſuffragari volumus, cçteriſq; contrarijs
quibuſcunq;, aut ſi Hieronymo & alijs eius ſociis prçſatis, vel quibuſuis alijs communiter,
vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non
poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum
de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd prçſentium Tranſumptis manu
publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ
munitis eadem fides in iudicio & extra adhibeatur, quę prçſentib. adhiberetur, ſi eſſent ex-
hibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmatio Corroboratio ha
nis, approbationis, conceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. rum literarum.
Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri
& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę apud S. Petrum, anno Incar-
nat. Dominicę MDLX. quarto nonas Aprilis, Pontif. noſtri anno primo. C. Miruenna.

QVIBVS omnibus, & ſingulis, tanquam ritè & legitimè factis authoritatem & decretum dictæ curiæ, atq; noſtrum duximus interponendum, & interpoſuimus, prout interponimus præſentium tenore. IN Quorum omnium, & ſingulorum fidem præſentes literas ſiue præſens publicum Tranſumpti Inſtrumentum exinde fieri, & per Notarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, ſigilliq́ue noſtri, quo in ſimilibus vtimur, iuſſimus & fecimus appenſione, ſiue impreſſione communiri Datum Romæ, in ędibus noſtris, in quibus iura reddi ſolent, de ſero hora veſperorum, & audientia cauſarum ſolita & conſueta ad iura reddendum, & cauſas audiendum, pro tribunali ſedentes, ſub anno à Natiu. Domini Noſtri IESV CHRISTI Milleſimo Quingenteſimo ſexageſimo, Indictione tertia, Die verò 28. menſis Iunij, Pontif. autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Domini Pij, Diuina prouidentia Papæ quarti, an. eius primo, præſentibus ibidem diſcretis viris, D. Andrea Gerardo, & Ioanne Bargino, Clericis Lugdunē. & Gebenę, reſpectiuè Diac. dictæ curiæ noſtræ Notarijs, & coram noſtris Scribis, teſtibus ad præmiſſa omnia & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis.

VITAE SVMMORVM PONTIFICVM, ET CARDINALIVM,

QVI EX SERAPHICO ORDINE ASSVMPTI,

OB SINGVLAREM SANCTITATIS, ET PRVDENTIAE OPINIONEM,

ad tantæ dignitatis faſtigium euecti ſunt.

Auctore F. Petro Rodulphio Toſsinianenſi Conuentuali Franciſcano,

In Gymnaſio Magnæ Domus Venetiarum Prælectore.



M D LXXXVI.

PRAEFATIO.

DE VITIS ET REBVS GESTIS Summorum Pont. & Cardinalium, qui ex Ordine Seraphico aſſumpti fuerunt.

QVANTIS laudibus, quantisq; preconijs digni ſint Pontifices Max. non eſt qui poſſit referre, vel maximè cùm à Deo in ſacra hac poteſtate, maximarum rerum, quæ ad ſacra, & religionem pertinent, fuerint Iudices inſtituti. Nam Pont. etiam apud antiquiores qualiumcũque tum ſacrorum ius dicebat. Scæuolamq; I. C. à poſse & facere deduxiſſe ferunt. qui etiam, vt Beatus Ignatius dicit, omnium poteſtatem habet. Id quod & maximum inter mortalium opera, & ſanctiſſimum cenſeri debet. Ego itaque publicę vtilitati conſulens non ſum paſſus (quantum in me eſt) ſancta eorum nomina, & facta obliterari, qui è religione noſtra emicuerunt, non ob ipſam dignitatem modò & Pontificales honores, ſed ob eruditionem peritiamq; maximam, & ſingularem vitæ probitatem, denique ob ſanctitudinem, quam prætulere, qui ſuo ſudore, & ſtudio Chriſtianam hanc Rempubl. purgatam, defenſam, præclaramq; nobis reliquere, vt poſteri eorum habeant, quo ad bene, & beatè viuendum, gubernandumq; moneantur & incitentur: quia legendo eorum facta diſcent, quid imitari, & quid fugere oporteat. Vnde illi quaſi ſuo iure ad tantæ dignitatis verticem vocati & electi ſunt.

VERA NICOLAI IIII. PONT. MAX. EFFIGIES.

Illumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum.



DE NICOLAO QVARTO Pontifice Maximo.

NICOLAVS IIII. antea dictus Hieronymus Picens, ex Liſano villa ciuitatis Aſculi, ex Maſſio de Maſſis natus, Philoſophus, & Theologus inſignis, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, nec minus vitæ probitate quàm moribus cõſpicuus, & cunctis admirandus, fuit primò Dalmatię prouincialis. Quo tempore miſſus eſt Legatus Rom. Eccle. ad Græcos, quos ad obediẽtiam redegit, in quo quadraginta Primates Græcorũ ſubſcripſiſſe dicũtur sũmi Põtificis deinde Miniſter Generalis ob ſummã eius in rebus agẽdis prudẽtiã, à Patribus toti Ordini præficitur: à Nicolao III. Pont. Max. presbyter Card. titulo S. Pudẽtianæ, & ſub Martino IIII. Pont. Cardinalis. Prænestinus creatus, atque demùm, an. 1288. 6. Kalen. Martij in die Cathedræ Sãcti Petri, Reate ſummus Pontifex declaratus eſt, Rodulpho & Adolpho ad imperium electis. Homo prout triſtia illa Italiæ tempora poſtularunt, eximia pietate ornatus qui omnium ferè ordinum Cardinales cooptauit, ſex præſertim delegit ſcientia & moribus ornatiſſimos; omneſque ſingulari affectu pariter diligebat, nec plus ſe debere affinibus, & cognatis, quàm cuiuis bono arbitrabatur: ſola virtus, & vitia in cauſa erant, vt in hunc magis, quàm in illum inclinaret propenſuſque eſſet. Habitare conſueuit apud Sanctam Mariam Maiorem, quam baſilicam vnà cum Iacobo Columnà reſtituiſſe ferunt, vt in fornice maiori hodie quoque imago eius cernitur: Anteriorem & poſteriorem partem baſilicæ Lateranenſis reſtituit. Sedit poſt Honorium IIII. in ſacratiſſima ſede annos quatuor, menſem vnum, & dies 14. eoque loci ſepultus iacuit. Vacauit poſt eius mortem Sedes annos duos, menſes tres, dies duos. Paucis ab hinc annis Felix Perettus Cardinalis qui poſtea Sixtus V. dictus eſt, grati animi ſui monumentum, eius tumulum extruxit ad arã maiorem dictæ baſilicæ marmoreis & porphyreticis lapidibus, opere vermiculato, & eleganti emblemate, & panagyrico exornatum. Fato itaque ſublatus eſt Nicolaus Quartus anno Domini 1292. pridie Nonas Aprilis, vt ſubiecta verba in eius epitaphio inſcripta declarant.

Platina.

Nicolaus Papa IIII. & Iacobus Colũna reſtituerunt eccleſiam S. Mariæ Maioris.

Nicolao IIII. Aſculano Piceno Põt. Max. cum in neglecto diu ſepulcro ferè latuiſſet, F. Felix Perettus Cardinalis de Montealto in ordinem, & patriam pietate poſuit 1574.

Epitaphium Nicolai IIII. in ſepulchro eius per Felicem Perettũ Card. inſtaurato.

NICOLAVS IIII. Ordinẽ Minorũ profeſſus, Philoſophus & Theologus egregius, Cõſtantinopolim à Gregorio X. miſſus, Gręcos ad R. E. cõmunionẽ, Tartaros ad fidẽ reduxit. Poſt S. Bonauenturam Generalis ſanctitate & doctrina Ordinẽ propagauit. Nicolai III. Nuncius inter Francorum, & Caſtellæ Reges pacem conciliauit, S. Potentianæ Cardinalis Legatus Honorij IIII. in Galliam, ſenatoriam P. R. dignitatem ſedi Apoſtolicæ reſtituit. Factus Pontifex Rempub. ſublatis diſcordijs compoſuit. Chriſtianos Principes ſacto fœdere iunxit. Ptolemaidem copijs adiuuit: Flaminiam in Pontificis iterum ditionem redegit. Publicum in Monte Peſſulano gymnaſium inſtituit. Probos, & eruditos in cognatorum loco tantum habuit. Lateranenſem, & hanc Baſilicam ſtructuris, & opibus auxit. Tandem iuſtitia & religione orbem terræ moderatus, magna ſanctitatis opinione obijt prid. Non. Aprilis. 1292. Pontificatus ſui an. V.

DE NICOLAO V. ANTIPAPA

NICOLAVS V. Antipapa antea frater Petrus Reynalutij vel Raynaldutij ex Corbario, Reatinæ diœceſis oppido; hic prius vxorem habuit Ioannam Matthæi filiam de Corbario, mox ea quinquennio relicta ordinem fratrum Minorum profeſſus in eo diu non ſine ſanctitatis opinione vixit, qui Pontifex in ſciſmate electus tempore Ioannis XXII. Pont. Max. an. 1327. die 12. Maij in die Aſcenſionis Domini vixit in ſciſmate annos 3, menſes 3, dies 14. ſeque coactus reuocauit 8. Kal. Septembris. Cùm enim Ioannes

Pontifex

Pontifex Ludouicum Bauariæ Ducem ad imperium iampridem delectum Eccleſiæ communione interdixiſſet, & varijs cenſuris publicè condemnauiſſet, ira concitatus Ludouicus Petrum de Corbario in Papatum nulla ſolita ſolennitate ſeruata, ſine canonica Cardinalium electione, ſed militari tumultu intruſit, à quo iterum imponi ſibi coronam iuſſit, & ita inuicem falſi ſuæ dignitatis auctores fiunt, vnde maximum ſciſma in populo Chriſtiano ſubortum eſt. nam falſus Pontifex, vt apoſtaticus, & inuaſor, die xv. Maij, creauerat ſeptem Cardinales, Epiſcopum Venetiarum depoſitū à Ioanne Pont. Max. Fratrem Ioannem Vicecomitem Mediolanenſem, Abbatem S. Ambroſij Mediolani, Fuldenſem Abbatem Alemaniæ, qui legerat ſententiam contra Ioannem, F. Nicolaum Fabrianenſem Eremitanæ Familiæ, qui habuerat orationem contra Ioannem Pont. Petrum Oringham, & Ioannem Arlotum ciues Romanos, ac demum Archiepiſcopum Mbdonenſem. Quare Piſani falſum Pontificem, quem Imperator Ludouicus in Germaniam tranſiens Piſis reliquerat, cum Bonifacio Piſano ad Ioannem Pontificem Auinione degentem vinctum duxerunt: apud quem ſuum errorē confeſſus vitam ſuppliciter exorauit, donec triennio poſt honeſto carcere aſſeruatus, per carcerem tamen incommoda paſſus interijt, & ſic Deo & hominibus inuiſus procul ab Eccleſia reiectus, hiatu terræ cum Dathan & Abiron abſorptus eſt.

Vide Panuinium, & Vide Aluarum in procem. de plā ctu Eccl eſiæ, quē Coruinum crocitantem appellat.

Sub hoc tempus D. Sāctia erga Seraphicam Relig. pio affectu aīata dedit literas ad fratres congregatos i Generali capitulo, vt meminerint paupertatis, quam profeſſi ſunt.

Iacobus ſupp. li. 13.

VERA

VERA ALEXANDRI V. PONT. MAX. EFFIGIES.

Signum Alexandri V. * * *



Pacis amãs Deus eſt; pacis dum munera curas.
Tu pote Alexander proximus eſſe Deo.

DE ALEXANDRO QVINTO Pontifice Maximo.

ALEXANDER V. antea Petrus Philaretus, vel Philagi Cretenſis, cuſtodiæ Getenſis prouinciæ Romaniæ; quamuis in exitu vitæ ipſe Bononienſem fuiſſe teſtatus ſit, natum in Saragotia, licèt de vili progenie; qui edoctus eſt à quodam magno viro Veneto, qui duxit eum Venetias, deinde Pariſios, deinde in Candiam, vbi diu moratus eſt, ex quo dicebatur de Candia; in omni vita & ætate fuit præſtans, præſertim verò virtute liberalitatis præditus, vnde ob inſignem animi ſui munificentiam in pauperes, egenteſque, meritò Alexander appellatus, id eſt vir auxilians: fuit enim tam pronus ad largiendum, vt breui non haberet, quæ denuò daret; ideo grandęuus deplorans ſortem ſuam, dicere per iocum conſueuerat: Diues Epiſcopus, pauper Cardinalis, mendicus Pontifex. Vir egregiè doctus, cuius extant elegantiſſimi Commentarij ſuper iiij. lib. Sententiarum, & Sermones varij, & quædam alia. Hic à Galeatio Vicecomite, Mediolanenſium Duce, in magno pretio habitus fuit, quem poſtea ad Vinciſlaum Imperatorem Nuncium miſit, à quo obtinuit dignitatem Ducalem, licèt magno auri pondere. Primò Epiſcopus Nouarienſis, deinde (mutato loco) Epiſcopus Vincentinus, & Archiepiſcopus Mediolanenſis, quam Eccleſiam rexit annos ſex, ac Patriarcha Gradenſis. demum ab Innocentio VII. creatus eſt presbyter Cardinalis Baſilicæ Sanctorum duodecim Apoſtolorum, qui priuatis Papatu in Concilio Piſano ex Synodi ſententia Gregorio XII. & Benedicto XIII. ob mutuam eorum colluſionem, ſexto Kalendas Iunij, Summus Pontifex, & vniuerſalis Papa, ſumma omnium lætitia creatus eſt, & nonis Iulij coronatus anno MCCCCIX. Ruperto Imperatore electo. ille in Sanctiſſima Petri Sede ſedit menſes decem, & dies octo: ſi tamen ſediſſe dici potuit, qui tot agitationibus affectus, & afflictus fuit. Namque Pontificia dignitate accepta, mox ad Italiam pacandam, ad tollenda diſſidia, ad rectam & Catholicam fidem tuendam, ad educandam pacem, denique ad concordiam publicam conſeruandam Chriſtianæ Reipublicæ, quam inteſtinis odijs maximè agitatam cognouerat, animum adiecit: &, vt verè Alexander cùm diu laboraſſet ad pacis fędera deducendam Eccleſiam, Ladiſlaumq; regno priuaſſet, eo quòd moleſtaret Eccleſiam, iuraq; illius violaret, miſerias Italię poſtremò lugens, fato ereptus eſt. De cuius obitu decet pauca dicere. Cùm enim grauiter ægrotare cœpiſſet, noſſetque mortem prope inſtare, Cardinales ad ſe profectos ad concordiam, ad pacem, ad tuendam Eccleſiæ dignitatem adhortatur, vt omnes velut vnum corpus in commune conſentirent, Eccleſiæ (inquiens) capiti Pontifex erit, Vos membrorum vicem præſtetis. quod ſi in vnum conſulatis, religio & fides quotidie magis coaleſcet, nec aduerſus vos, Eccleſiamque, ſi inuicem conſpiretis, vllus impetus ſatis erit validus. Has velut parentis voces cùm audirent, manarunt omnibus mœrore lacrymæ. Teſtatus præterea eſt per eam, quæ ante oculos ſe continuò cernere mortem dicebat, nec reformidare bene actæ conſcientiæ motus, ſed exiſtimabat & credebat, quæ in Concilio Piſano decreta fuerant, rectè atque integrè facta fuiſſe omnia, ſine dolo, fraudeve. Cùm hæc dixiſſet, collacrymantibus omnibus qui aderant, illud Saluatoris verbum ægrè proferens, Pacem relinquo vobis, ait: Nihil filij & fratres dilectiſſimi, hoc tempore opportunius vobis relinquere poſſum, quàm vt pacis & fidei ſemper iura ſeruetis, & mei memoriam veſtris orationibus inſeratis. quæ cum dixiſſet extenſa dextera Pontificali eos benedictione conſolatus eſt, & ad cœlum erectis oculis, cogitationeque ad Deum intenta, ſpiritum reddidit Creatori. Hic Pontifex nullos Cardinales creauit, ſed tantum quibuſdam Epiſcopatus titulos, & Diaconias mutauit: nam

Iacob. Suppl. lib. 13.

Ioan. 14.

ob ſciſma contigerat, vt plerunque duo eſſent in eodem Sacerdotio titulares; quæ conſuetudo mutandorum titulorum in Romana Eccleſia inaudita fuerat vſque ad illud tempus. Fato itaque ceſſit Bononiæ, ibique conditus eſt in Aede Diui Franciſci ad leuam maioris Aræ, ſepulcro lateritio aliquantulum à terra elato, ijſque verbis inciſo:

Epitaphium Alexandri V.

Summus Alexander Paſtorum Quintus, & omnis
Scripturæ lumen, ſanctiſſimus Ordo Minorum
Quem dedit, & proprio Cretenſis nomine Petrus,
Migrauit ſuperum ad lumen ſedesq; beatas.

MCCCCX.

VERA

VERA SIXTI. IIII. PONT. MAX. EFFIGIES.

Auxilium meum a' Domino, qui fecit cœlum, & terram.



DE SIXTO QVARTO Pontifice Maximo.

SIXTVS IIII. F. Franciſcus antea dictus, natione Ligur, Ruuereæ familiç gentilitijs inſignibus donatus. extant enim adhuc Leonardi, & patris, auiq; ſui eum elogijs in Eccleſia Cathedrali Sauonenſi ſepulchra, ante omnem Sixti fortunam condita, iſtæc referētia. Natus itaq; eſt Sixtus XII. Kal. Auguſti, an. MCDXIIII. Cellis, qui eſt pagus maritimus, ab vrbe Sauona quinque millib. paſſuum diſtans: eò nāq; parētes eius Leonardus, vir inter vrbis ſuæ ciues honoratus, & Luchina Muſliona honeſto loco Sauonæ nata, confugerant vitandæ peſtis cauſa, quæ tum maximè Ligures vexabat. Videre per ſomnium viſa eſt mater, ante partum editum, infantem à Beatis Franciſco, & Antonio cucullam & cingulum, piè ac ſanctè indui, quo habitu ipſorum diuorum Minores vtuntur. At verò dum obſtetrix puerum, cui propterea Franciſci nomen inditum fuit, accuratè in balneo lauaret, ipſumque in vndis penè mortuum ad matrem detuliſſet, illa ſomnij memor vouit ſe induturam filium Sancti Franciſci habitu, facturamque, vt eundem ſex menſibus ferret: quo ſemeſtri termino tranſacto, amoto habitu, puer iterum in grauem infirmitatem incidit, annum iam natus, & eo amplius; Cæterum voto repetito, mater ſtatim filium incolumem recepit, & cum parumper creuiſſet, nonum agens annum, cœnobio adiectus eſt Sancti Franciſci. Cuius pueri curam ſuſcepit Frater Ioannes Pinarolus, vir optimus, à quo Ordinis moribus, vitaque Fratrum Minorum inſtructus grammaticam tanto ſtudio perdidicit, vt breui Ciceronis volumina partim ab alijs audierit, partim verò ingenij acumine, nulla alterius opera intellexerit. Cherium deinde vbi adoleuiſſet, profectus, Dialecticæ & Logicæ Doctores eius loci audiuit, ita diligenter & accuratè, vt poſtea facultatem eandem ipſe alijs legerit. Papiæ deinde & Bononiæ in celeberrimis Gymnaſijs Philoſophiam, & Theologiam didicit, præceptoribus vſus Iacobo Textore, & Andrea Nolano, doctiſſimis viris. Vigeſimo ætatis ſuæ anno, in Capitulo generali Genuæ celebrato, ita copioſè, diſertè, & eleganter diſputauit, vt vnus omnium doctiſſimus exiſtimatus ſit, vnde à Guilelmo de Caſali Miniſtro Generali maximis laudibus ornatus fuit. Patauij demùm magiſterij gradu ſuſcepto primùm Philoſophiam & Theologiam interpretatus, deinde Bononiæ, Papiæ, Senis, Florentiæ, & Peruſij publicè profeſſus eſt. Beſſario Cardinalis Nicænus, vir Latina & Græca doctrina inſignis, frequenter eum audiuit; cuius familiaritate ita delectatus eſt, vt eodem perſæpe vſi ſint contubernio. Sacras conciones annuæ Quadrageſimæ diebus, in omnibus ferè Italiæ vrbibus, magna cum hominum gratia habuit. Iacobi Sarzuelæ Generalis ſocius fuit, non multo poſt Liguriæ Prouincialis, deinde Ordinis Procurator in Romana Curia, & totius Italiæ generalis Vicarius, Peruſij demùm Generalis electus fuit, in quo munere ſummum ingenium, ſummam item bonitatem oſtendit. Quibus in magiſtratibus, officijſque tantum gratia valuit apud omnes, vt nihil quamuis arduum tentarit, quod non facilè fuerit conſecutus. Papiæ dum eſſet Venetias iturus, Cardinalis annunciatus eſt: Romam ingreſſus, ab omnibusque comiter ſuſceptus, & quorundam Cardinalium benignitate adiutus ædes Sancti Petri ad Vincula rimoſas, & ruinæ proximas, ita reſtituit, vt ab ſe, & familia percommodè incoli poſſent. Nec tamen eum aut parta dignitas, aut grauiſſimarum rerum cura à ſtudiis literarum auocauit. Nam in Cardinalatu librum de Sanguine Chriſti, & de futuris contingentibus edidit; ſcripſit etiam Commentarios de Potentia Dei, de Conceptione Virginis, & contra errores cuiuſdam Carmelitæ Bononienſis, qui affirmabat Deum ſua omnipotentia, damnatum hominem ſaluare non poſſe. Aggreſſus eſt & aliud opus, in quo validis rationibus oſtendere nitebatur, D. Thomam Aquinatem, & Scotum in ſententiis conuenire, quanquàm verbis differrent ad tollendas diſcordias & altercationes inter Prædicatores, & Minores. Tantę enim doctrinæ habebatur, vt huic vni ex cętu Cardinalium ad fidem pertinentia potiſſimùm cōmitterentur; quibus reb. dum ſtudioſius operam daret, Summus Pontifex denunciatus eſt. At verò 8. Kal. Septemb. in coronationis ſuæ ſolemnibus, dum in magna populi frequentia lectica portaretur, apud Baſilicam Lateranenſem tantus repente tumultus exortus eſt, vt maximum vitę periculum adierit. Coronatione celebrata, ad rem eccleſiaſticā, Chriſtianamq; componendam animū adiecit.

Miranda viſio.

Omē futuræ profeſſionis.

Beſſario Card. Nicænus vir doctiſſimus ſocius fuit contubernalis.

Curſum munerū, officiorumq; ſuorum feliciter, & ſapienter abſoluit.

Contra quēdam Carmelitam Bononienſem ſcripſit.

In Pontificatu geſta eius magnanima.

adiecit. magni animi vir Pontificiam dignitatem auxit,tyrannos tumultuantes ex Vmbriæ partibus abegit,in Tudertinos,& Spoletinos tumultuantes impreſſionem immiſit,in Nicolaum Vitellium Tifernatẽ Regulũ,ferocis ingenij hominem,arma mouit. Venetos iuuit contra Turcas,qui Scodram,quod Scutarum vocant,oppugnabant, ne munitiſſima recepta arce ad occupandum Epirum & Illyrium prodirẽt. Venetos vt à Ferrarieñſi agro abſtinerent,ſacris interdixit. Scripſit ad Regem Aragonum,cum quo ſe excuſat, quòd noluit nepotẽ ſuũ præficere Eccleſiæ Auguſtanę. Nemo ad eam diem Põtificum,nec animo ad munificentiam liberalitatẽq́;propenſior,nec in dãdo hilarior,nec in promerendis hominibus promptior fuiſſe memoratur. Andream Palæologũ Peleponneſi, & Leonardũ Toccũ Epiri Deſpotas honeſtis ſumptibus aluit. Carolettã Cypri regno,& fortunis omnibus ſpoliatam ad ſe confugientem beniguè ſuſcepit,& ſua magnificentia ſubleuauit. Chriſtophorum Daciæ,Noruegię,Valachię,annis grauem Regem (ad quem eius epiſtolam omni officio ac humanitatis plenam infrà adijciemus) Alphonſumq́; Calabriæ Ducem voti cauſa ad limina Apoſtolorum,& ad ſe ſalutandum, mira cum deuotione venientes magnificentiſſimis ſumptibus in Palatinis ædibus excepit. Ferdinãdo Aragonio Neapolitanorum Regi ad Iubileum cum magno comitatu profecto,regio apparatu officia omnia prſtitit, & annuum cenſum,quem Eccleſiæ debitum pendebat,equo tantum falerato tributi nomine retento, eidem remiſit. Eius filiã Leonoram per Vrbem ad maritum Ferrarię Ducem tranſeuntem pompa & donis regijs proſecutus eſt. S. Bonauenturam miraculis clarum inter Diuos retulit,priuilegia mendicantium confirmauit. Vrbem ante omnia à ſitu & cæno vindicauit, ex luteã lateritiã fecit. Vijs Vrbis primùm munitis & lateribus ſtratis, Vicorum magiſtros,ac curatores a ſe inſtitutos præfecit. Annum Iubilei ex quinquageſimo ad annum xxv. contraxit,primus anno ſalutis CDLXXV. celebrauit. Religioſa loca inſtituit ad recipiendam peregrinam multitudinem. Pontem veterem Ianiculenſem iandiu antè diſiectũ,quem ruptum meritò ciues appellabant,publicę commoditati & decori à fundamentis magna cura & impenſa ex Tyburtino lapide reſtituit, ſuoq́; de nomine Sixtum vocari iuſſit. Xenodochium S. Spiritus vetuſtate penè collapſum pulcherrimis ædificijs ampliauit,Expoſitis locum habitandi confecit,mandauitq́ue puellas nubiles maritis cum honeſta dote locari. Nobilem ædem cum amplo monaſterio S. Mariæ de Populo extruxit. Templum S. Marię de Pace cum Monaſterij parte extruxit. Baſilicam D. Petri in Vaticano ante repurgatã marmoreis additis lateritijs repagulis confirmauit. Baſilicæ Conſtantinianæ in anguſtiorẽ formã latera ſtrauit. Eccleſiã Sãctorũ Apoſtolorum,S. Petri ad Vincula,S. Suſannę,S. Vitalis, SS. Nerei,& Archilei,S. Balbinæ,SS. Quirici & Iulitę,S. Viti in Macello,S. Saluatoris trans Tyberim,& alias multas ſua impenſa refecit. Muros Vrbis in multis partibus temporũ iniuria collapſos inſtaurauit. Ductus aquæ Virginis penè confractos, elimatos perpetuo fornice à mõte Picio ad Triuij fontem cũ aqua perduxit. Cloacas Vrbis,quibus ſordes in Tyberim vehũtur,repurgatas firmauit. ædes Põtificias in Vaticano,ampliſſimis porticibus deductis renouauit. Bibliothecã Palatinã toto terrarũ Orbe celebrẽ,Platina præfecto,aduectisq́; ex omni Europa libris cõſtruxit: cuſtodibus,& librarijs Græcis,Latinis,& Hebraicis mẽſtrua ſalaria conſtituit, opus omniũ præclariſſimũ tanto Põtifice dignum. Armatæ militiæ Imperatores publicè decorauit,vt Paduæ Gattamelatæ, Venetijs Bartholomæi Bergomenſis,Roberti Malateſtæ in Vrbe Roma, quẽ ab hoſtiũ fuſione redeuntẽ etiã triũphare iuſſit, ſtatuę equeſtres demonſtrant. Sub hoc tempus deſtinauit F. Marinũ de Catharo Dalmatam,virum rerum gerendarum prudentem ad Perſidis partes Florentini eccleſiaſticę libertatis violatores,qui Vicarium Chriſti agnoſcere nolebant (Deo auſpice) ſcriptis armisq́; fracti miſſi ſub iugo ſunt. Indi ex vltimo Orbe miſerunt Oratores ad Sixtum, vt Chriſti Vicarium viderent,vt fidei mandata ſuſciperent,vt cognoſcerent. Meritò igitur verſus hi ſimulacro eius in Palatina Bibliotheca aſcripti ſunt.

Bonauenturam refert in diuorum.

Sacras ædes plures extruit & refecit.

Imperatores exercituũ decorat ſtatuis publicis.

Templa,domum expoſitis,vicos,fora,mœnia,pontes,
Virgineam Triuij quòd reparaŕis aquam,
Priſca licet nautis ſtatuas dare,commoda portus,
Et Vaticanum cingere Sixte iugum:
Plus tamen Vrbs debet,nam quæ ſquallore latebat
Cernitur in celebri Bibliotheca loco.

VERA SIXTI V. PONT. MAX. EFFIGIES.



Altè gradum retines altū Mons, inclyta virtus
Namque tua, & pietas, relligioq; dedit.

D E

DE SIXTO V. PONT. MAX.

Quib. titulis ante Pontificatum inſignitus fuit.

A Pio V. fit Cardinalis.

SIXTVS V. PONT. MAX. antea vocatus Frater Felix Perettus, ex oppido Monte Alto, quod in ea Piceni parte ſitum eſt, quæ Præſidatus dicitur, ab ineunte ætate Religionem Ordinis Minorum Conuentualium ſuſcepit, naturæq; bonitate, & plurimo doctrinæ ſtudio Theologus, & Verbi Dei inſignis Concionator euaſit. Venetijs hæreticæ prauitatis Inquiſitor, Romæ noſtri Ordinis Procurator Generalis fuit. Quo tempore à Pio Papa IIII. in Hiſpaniam cum Cardinale Sancti Sixti Apoſtolico Legato eſt miſſus: à cuius ſucceſſore Pio V. Vicarius Generalis Religionis, deinde Epiſcopus Sanctæ Agathæ, tum presbyter Card. tt. Sancti Hieronymi Illyricorum factus, Eccleſiæ item Firmanæ pręfectus eſt. Nicolao Papæ IIII. Piceno, & ex eodem Minorum Ordine, marmoreum ſepulcrum cum ſtatua, & elogio, in Baſilica Sanctę Mariæ Maioris magnificè extruxit. Opera Sancti Ambroſij magno labore, & diligentia à ſe emendata, & erudito ordine diſtributa, accurateq; impreſſa edidit. An. ſalutis MDLXXXV. viij. Cal. Maij, in locum Gregorij XIII. demortui Summus Pontifex creatus. In ipſo Pontificatus ingreſſu, anno primo, multa fortiter, prudenter, magnificeq; geſſit. Exulum facinoroſorumq; hominum infinita licentia ſeueriſſimis edictis compreſſa, & iuſtitiæ auctoritate ad ſuum munus reuocata publicam tranquillitatem reſtituit. Magnam annonæ inopiam paterna cura ſubleuauit. Primùm creauit Diaconum Cardinalem vnum Alexandrum Perettum Romanum, ex ſororis filia pronepotem, eximia indole adoleſcentem, in nomen & familiam adſcitum. Iterum menſe Decembri presbyteros Cardinales octo lectos viros in ſacrũ Collegium cooptauit. Hęreticos duos Borbonios, Regem Nauarræ, & Principem Condenſem ob pertinacis hæreſis impœnitentiam damnauit, omnique dignitate, & ipſo ſpeciatim in Regno Franciæ ſuccedendi iure, ipſos, poſterosq; eorum priuauit. Multa piè, & ſalutariter ad Dei cultum propagandum inſtituit, tum in primis ad Apoſtolicæ ſedis maieſtatem, & totius catholicæ Eccleſiæ vnitatem conſeruandam, & ſingularum Eccleſiarum ſpiritales neceſſitates recognoſcẽdas: veterem Conſtitutionem, de viſitandis ab Epiſcopis cæteriſque præſulibus Apoſtolicis liminibus, quæ iam penè exoleuerat, noua ſanctione, prouincijs intra extraque Italiam, tranſmarinis etiam, ac noui terrarum Orbis, præfinito annorum ſpatio, forma tradita, pœnis propoſitis, ad vſum reuocauit: Miſeris hominibus, qui religioni quam profeſſi fuerant habitu reiecto, vagi deerant, Pontificiæ clementiæ, & ſalutis aditum aperuit, eorumque cauſis cognoſcendis grauiſſimos Cardinales præfecit. Vetuſtiſſimam Romanorum Pontificum conſuetudinem, Pontificales capellas, in ſeptem primarijs Vrbis Baſilicis intra & extra mœnia poſitis, certis Dominicis, feſtiſque anniuerſarijs diebus, ſolemni ritu celebrandi, reſtituit. eaſdemque capellas ſtatis temporibus diligenter, religioſeque obiuit. Vias latas, & directas, ad eas ipſas Baſilicas patefecit, quas item inſtaurabat, & reficiebat. Apud Lateranum Apoſtolicum Palatium Pontificum commoditati ædificabat. Sacellum in Baſilica Sanctæ Mariæ Maioris, quo ſacrum pręſepe contineatur, cuiusque fundamenta Cardinalis iecerat, opere magnifico extruebat. Ob ſingularem erga eandem Dei genitricem deuotionem, ad Dei gloriam, fideliumq; erga illam pietatem adaugendam, cum feſtum diem ſacrę eiuſdem pręſentationis in Templum, cęteris eius celebritatibus adiungi, perpetuòque obſeruari voluit, tum etiam oppidum Lauretum in Piceno, religioſiſſimę Aediculę, templique veneratione toto terrarum Orbe celeberrimum, Eccleſia Cathedrali conſtituta, Epiſcopo dato, perpetuo Ciuitatis iure donauit, Sanctorum quorundam feſtos dies, vt S. Antonij Vliſſiponenſis Ord. Min. S. FRANC. Minimorum inſtitutoris, & Sancti Petri Martyris Ord. Pręedicatorum, duplicis officij ritu celebrari iuſſit. Eccleſias totius Seraphicę Religionis, vbiuis locorum, in feſto Beatiſſimi Patris FRANCISCI die viſitantibus, ampliſſimas peccatorum indulgentias

Quæ præclarè geſſit anno primo Pontificatus.

Hoc tempore Italia talium hominum genere ſcatebat.

Alexander Perettus pnepos Cardinalis.

Regem Nauarræ & Principẽ Condenſẽ hæreſis dãnat, & iure ſuccedendi in Regnum Francię priuat.

Quæ parauit ſuæ cauſa deuotionis in B. Virg. matrẽ.

in

in perpetuum conceſſit. Ad fidei integritatem ab omni erroris, & impietatis labe inuiolatam, in Chriſtiano populo conſeruandam, Aſtrologiæ iudiciariæ temeritatem, aliasq; vaniſſimas diuinationes, & ſacrilegas cum dęmonibus pactiones, noua conſtitutione, & facultate Inquiſitoribus tradita, diligētius coercuit. Aerarium Apoſtolicum præcipuum, & magis recōditum decies centenum millium aureorum nummum, quæ ſumma ſemper intacta & illibata, ad certos tantùm præfinitos reipub, & Apoſt. ſedis caſus depromenda aſſeruetur, in Arce S. Angeli magna Pontificali prouidentia, & ſedulitate repoſuit. Obeliſcum admirandæ magnitudinis, Auguſto, & Tiberio Cæſs. ſub quorum altero Saluator natus, ſub altero paſſus eſt, Gentilium ſuperſtitione ſacrum, ex infrequenti loco, in aream Vaticanam ante gradus Baſilicæ Principis Apoſtolorum, operoſo labore transferebat, vt ſalutaris Crucis vexillo in eius apice collocato ad indicandam de proſtrata Idolatria victoriam, trophęi inſtar Chiſto Domino felicius dedicetur. Aquam copioſam, & ſalubrem ex lacu Regillo, partim per ſubterraneos ductus, partim per ſublimes fornices, opere antiquitati comparando, publicę vtilitati, & ornamento, in Exquilias, & Quirinalem, locaq; Vrbis accliuia inducebat. Sanctorum Patrum operibus purè, emendatè, diligenterq; imprimendis, Typographiam in ipſo Vaticano Palatio, tanquam armamentarium propugnandæ veritatis Catholicæ, magna impenſa præparabat. Viros doctrina, & probitate prę ſtantes, pręmijs, honoribusq; augebat, & ad virtutis ſtudium impenſius excitabat. Hæc à Sixto V. anno primo Pontificatus, magno animo, & geſta, & præclatè inchoata ſunt, cui diuturnam vitam, & fauſta feliciaque omnia ad ea perficiēda, quę ad Dei gloriam, & Eccleſię ſanctæ vtilitatem animo concepit, exorare boni omnes meritò debent.

Ad cultum fidei religionisque co honeſtandū quæ fecit.

DE REGIBVS, IMPERATORIBVS ATQVE Principibus, qui proprys regnis, & inſigni gemmis corona habitum S. Fr. præferentes eius religionem excoluerunt.

NON cogito hunc librum varijs hincinde locis congeſtum multis verbis extollere: quem manifeſta commoda inſigniter iam vbique videntur commendare. Nam hæc Seraphica noſtra Religio vberes, & copioſos fructus ſemper in Dei Eccleſia produxit, nec deſinit in dies diuina cooperante prouidentia longè vberiores producere. Vnde (Deo diſponente) factum eſt, vt nullus gradus, nulla dignitas fuerit vnquàm, quæ ſodalitium, & inſtitutum hoc non fuerit libenter amplexata, ſingulari amore proſecuta & ſtudijs excoluerit. Acceſſionem autē dignitatis plurimā attulere tot Reges, qui regnis proprijs deſtitutis, & inſigni gemmis corona poſthabita, in altiſſimā paupertate aſperam vitam ducentes, quaſi matris huius mammatum vbertate ſaturati ſunt. Multi relicto ſeculo poſt Frācīſci veſtigia velut per callem tutiſſimum, & Sancti Viri ſemitam incedentes, ad apicem omnis ſanctitatis aſpirauerunt. Multos præclaros viros prætereo, ne nimis redundans, vel ſuperfluens quadam dicendi impunitate, & licentia quaſi extra ripas defluens, propoſitę rei terminos egredi uidear. Tu interim veniam dabis, ſi quid fortè omiſſum fuerit, vel minus aptè dictum diſtinctumue. Nam quid multis opus eſt, vbi res compendiaria paucis exprimi poteſt? Plurimi (vt vno verbo dicam) dimiſſis dignitatibus, & diuitijs, Ordinem ingreſſi ſunt. Quid? Nonne Vicecomes Card. Prænestinus Rodulphus Epiſcopus Erfordienſis Anglicus, cum vidiſſet ſe à terra ſubleuari: Nonne Goncerus monachus Benedictinus, quidam canonicus, meritis, & interceſſione B. Eufemiæ, cui ipſe addictus erat, repetens verba illa, Oſtende mihi viam in qua ambulem, ingreſſus eſt religionem Sancti FRANCISCI?

S. Anton. In Chronicis.

DE

DE IOANNE BRENNA REGE.



Bernardus de Beſſa prouinciæ Aqtaniæ.

IOANNES Brenna, Eques ſtrenuus, Viēnę Comes, ex genere Gotofredi Boglioni primi Regis Hieruſalem, Regia corona inſignitus apud Tyrum an. 1210. et Imperator Conſtantinopolis: qui cùm à Deo precibus efflagitaret, vt ſibi monſtraretur poſt tot triumphos, & glorioſa certamina, in quibus ſtrenuè ſe geſſit, mortis ſuę caſus & diſcrimen, confeſtim ſingulari quadam reuelatione accepit (meritis B. patris Franciſci) fratris ſui minoris futurum obitum; inde concepta in B. Franciſcum pietate tunicam ſanctę conuerſationis à B. Benedicto Aretino ſuſcepit, atq; in Religione multum profecit, cui poſt multas, & diuturnas orationes, apparuit B. Franciſcus deferens habitum in manu, dixitque ei, Ioannes ne paueas, in hoc habitu morieris. Quo audito territus, ad ſe ſtatim vocari fecit F. Angelum Confeſſarium ſuum, & B. Franciſci diſcipulum, cui cùm narraſſet, quæ per viſionem non ſemel, ſed iteratò in ſomnis acciderant, hortatu ſancti huius viri habitum S. Franciſci, ingenti gaudio, & magna voluptate perfuſus, ſuſcepit. ſed non multo poſt tertiana febre correptus ab humanis ſublatus eſt, præmiſſa ad Deum hac prece: Domine libenter, & toto corde habitum hunc ſuſcipio; In quo etiam libentiſſimè morior, vt poſt multa patrata ſcelera luam pœnas de tot vanitatibus, quas viuens miſerè incurri, & ſic diem clauſit extremum, ſepultusque eſt Aſiſij in Aede inferiori.

Apparitio B. Frã.

Pia precatio in morte.

DE HENRICO CYPRI REGE.




HENRICVS ſummo loco Regum genere ortus, ſed moribus, & vitæ exemplo præſtantiſſimus Inclytus Rex Cypri. eſt autem Cyprus inſula in Pamphilio mari in ſinu maximo, qui & Iſſicus dicitur inter Ciliciam, & Syriam, diues, & miræ fertilitatis. vnde & Macharia, ideſt beata olim vocata. Cuius ambitus trium millium quadringentorum, ac viginti ſtadiorum dicitur. Henricus itaque tanti regni Rex, omnis puritatis amator, neglecto mundano faſtu, atque dimiſſis ſeculi huius illecebris, quæ vt plurimùm ſunt homini fomenta peccati, aſſumpto Beati FRANCISCI habitu, in eo plures annos vixit religiosè, atque non ſine opinione Sanctitatis. Obijt in Inſula Naxos, tumulatusque apud Fratres, vbi miraculis inclaruit.

Cypri Inſulę præconium.

Latitudo Inſulæ Cypri.

DE IOANNE ARMENIAE REGE.



Armeniã Hebræi Arab appellant.

IOANNES Armenorum Rex, Deum ſolum animo ſpectans, & pietate concepta in B. Franciſcum, cuius ſanctitatis feruens amator fuit, abiectiſque ſecularibus omnibus commodis & voluptatibus, diuino quodam fulgore illuſtratus Leoni nepoti Regnum Armeniæ reliquit. eſt autem Armenia, regio Aſiæ inter Taurum & Caucaſum montes ſita, à Cappadocia ad Caſpium vſq; mare protenſa. Dimiſſo itaque tanto Regno & B. Franciſci aſſumpto habitu, in eo religioſè atque ſumma humilitate, non ſine omnium admiratione vixit. Habuit autem Ioannes Rex Liberium filium, qui aſſumpto ſacro Cruciferorum habitu, in eo ſanctè vixit. Cuius corpus apud Anconam Piceni Vrbem conditum eſt in Cathedrali Eccleſia. Narratur de hoc Ioanne Rege, quòd multitudinem Saracenorum ſibi crudeliter aduerſantium ſtrenuè ſuperauit. Erant in Armenia XXIIII. Reges diadematibus & coronis ornati, quos ſuo regebat imperio: quanquam ipſam Armeniam Saraceni quatuor partibus circundabant, erantque Chriſtianis ferro, & inſidijs infeſti, ab Oriente erat prouincia Hus ab occidente Arachia, inſurgebat à meridie Hauſtrul, decertabat, à ſeptentrione Heſimoth. Ioannes Rex inter Arabiam, & Hauſtruletã iuxta ciuitatẽ Saracenorum ingens mouit bellum, qui ſuperatus fuit à Saracenorum exercitu cum ſtrage 26. millium hominum, qui vna die ceciderunt, ipſeque in caſtris miles pro fide Chriſti inclytus glorioſè occubuit. Hic Liberius ſuperato patre à Saracenis ſanctũ Chriſti ſepulchrũ viſitare diſpoſuit, in qua peregrinatione multa edidit miracula, & verſus Anconam nauigans, & accumulato ſibi honore & merito obijt, & cum ad tumulandum corpus eius ſepulchrum perquirerent, diuinitus inuenerunt à quatuor coronatis conſtructum.

DE IACOBO REGE MAIORICARVM.



IACOBVS primogenitus Regis Maioricarum, pater Reginæ Sanctiæ eques ſtrenuus, & diues, cui multum fortuna largita eſt. nam Baleares inſulæ ante Hiſpaniam 30000 paſſuum interuallo à ſe inuicem diſtant, quarum maior quæ Orientem ſpectat 100000 paſſuum longitudinem habet, circuitum autem paſſuum 480000. Relicto igitur hoc Regno, Ordinem Minoritanum intrauit, atque vulgò appellabatur Frater Iacobus de Maioricis: in Ordine ſanctè vixit, & verbo, ac vitæ exemplo multum profecit: tempore Gonſalui Generalis.

Profectus in Ordine Domini Iacobi Maioricarum.

DE PETRO IACOBI *Aragoniæ Regis filio.*



PETRVS Iacobi Aragoniæ Regis filius, qui euitatis mundi huius illecebris, effectus eſt Frater Minor, atque in Familia Franciſcana annos viginti, plus minusve non ſine laude vixit. Dum antea verò oraret in
Apparitio. nocte, apparuit F. Bernardus Brunus, Miniſter Prouinciæ Aragoniæ, qui cum eo loquutus eſt de Sancto Ludouico Epiſcopo Ordinis Minorum, qui erat auunculus præfati Domini Petri Infantis, qui hoc exemplo & ſancta inſpiratione commotus, Barchinone ſuſcepit habitum S. Franciſci, & tranſacto anno probationis profeſſus eſt regulam eius coram Fratre Bernardo Bruno Prouinciali. euaſit prædicator probatus. Nam Romæ in die Pentecoſtes prædicauit coram Summo Pontifice & Curia, cum omnium comprobatione, vbi interfuit etiam Imperator, & multi inſignes viri, qui eius ſanctitatem & excellentiam admirati fuerunt. Tunc miſſum fuit ab Vrbano Quinto anno 1365. ad Conuentum Montiſpeſſulani brachium S. Ludouici argento elaboratum.

DE ROBERTO HIERVSALEM & Siciliæ Rege.



ROBERTVS Hieruſalem, & Siciliæ Rex, Neapoli moriens ſe habitu Fratrum Minorum ſepeliri mandauit, itaque cum eſſet vita functus, tumulatus eſt in Aede D. Virginis Claræ, quam ipſe ingenti auri pondere, & multis ſtructoribus erexerat, de qua Franciſcus Petrarcha ſcripſit ad Ioannem Columnam ſic: At Claræ Virginis præclarum, quamuis à littore parumper abſceſſerit, videto Regis, Reginæque ſenioris ampliſſimum opus. Ibi itaque conditus eſt Robertus Rex tumulo vermiculato, multiſque figuris ornato, tantoque Rege digno, ad aram maiorem, cui hoc carmen affixum eſt:

Cernite Robertum Regem virtute refertum.

DE ADVLPHO COMITE AC REGE HOLSATIAE.



Albert⁹ Crantzii in hiſt.Sax. lib.8, pag.562.

TEMPORE Henrici & Innocentij IIII. Pont. Max. Adulphus Comes de Holſatia ac Schouuenborgio ſe tradidit Fratribus Minoribus in Hamborgio die Sancti Hippolyti relinquens poſt ſe filios Ioannem, Gerardum, & Ludeium, quibus tutorem dedit Abel ſuum generum, Ducem Sleuicenſem: cuius F. Henricus Rex Daniæ duxit vxorem filiam Alberti Ducis Saxoniæ. Ille ergo anno 1244. Sedem adijt Apoſtolicam pro diſpenſatione, quia ſacros ordines ardentiſſimo deſiderio efflagitabat, & rediens diſpenſationem largam tali forma reportauit,

VNIVERSIS PRAESENTES LITERAS INSPECTVRIS F. Raynerius & F. Gerardus D. Papæ Pœnitentiarij ſalutem in Domino.

NOVERITIS quòd nos audita confeſſione F. Adulphi Ordinis Minorum Fratrum, præſentium exhibitoris eidem ſuper omnibus articulis, ſuper quibus duxerat ad Sedem Apoſtolicam laborandum, & de ſimilibus ſiue minoribus, ſi quos in obliuionem deduxit, de ſpeciali mandato venerabilis Patris noſtri Othonis S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, cui D. Papa plenariam ſuper hoc conceſſit poteſtatem, beneficium abſolutionis impendimus, & vt ad omnes ſacros ordines promoueri valeat, diſpenſauimus cum eodem iniuncta ſibi pœnitentia ſalutari. Dat. Laterani x. Kal. Maij, Innocentio IIII. Pontifice, Pont. ſui an. 1.

Cantauit autem F. Adulphus in Hamborg primam Miſſam in Zuuentina loco valde ſolitario, & ferè Fratrum Minorum eremitario. vixit in Religione annos 14. ſitus eſt in oppido Kiil ſub lapide quadro, in choro Fratrum, quo in loco ibat oſtiatim eleemoſynam pro Fratribus quæritans. ij viri omnes Franciſcanum habitum induerunt, & eiuſdem Ordinis amplificationi, & dignitati conſulentes ſummis omnibus gratijs & priuilegijs honeſtauere, eundemq; Ordinem in tutelam, & patrocinium ſuum ſuſcepere, tanto quidem ſtudio & fauore, quantum omnibus exinde manifeſtum eſſe potuit. Vnde non ſine Dei conſilio, tot viri alioqui præclariſſimi, tam breui ad tam arduum viuendi modum redacti ſunt, non tam hominum multitudine moti, quàm ſpectatæ ſanctitatis B. Patris FRANCISCI, atque eius ſociorum exemplo.

DE

DE MIRA EIVS HVMILITATE.

CVM ſemel Frater Adolphus lac mendicaret in hydriam, vt haberent operarij, & fratres, qui ædificabant monaſterium in oppido Kijl, quo inter laborandum per æſtum reficerentur per mediam plateam aqua declinare iter non poterat, ibat hydriam baiulans lacte plenam, & cum obuios habuiſſet filios ſublimes in equis Comitum, more ſecularium, paſſus eſt humani aliquid in animo, vt rubore cæperit perfundi; ſed ille ſe excutiens confortatur, & robur mentis aduocans, cum adhuc in conſpectu eſſet filij hydriam leuatam ſuper caput euertit, ſeque totum à vertice lacte perfudit, dixitque ſibi: Infelix erubuiſti Chriſti pauperię baiulare lac in manibus, nunc vel in capite oſtende quid portaueris. Quis non iure miretur tantam in tanto viro humilitatē, patientiam, fortitudinem? Vixit in Religione annos 14. peruenit ad annum Chriſti ſexageſimum primum. Præclarum humilitatis argumentum Adulphi Comitis.

DE SINGVLARI ANIMI *eius liberalitate.*

INTER cætera illuſtria opera, quæ abſoluit Adolphus, inſtaurauit in Eccleſia Lubecenſi nouam dignitatem cantoriam, ſtatuens vt certis feſtiuitatibus cum argenteo baculo, cum ſocio gerente baculum eiuſdem formæ, incedat, aſſignando ei certos redditus, oppidum quoque manſionis ſuæ Vthin iuri ſubdidit Lubecenſi quæ magna cenſetur liberatio, vt cauſſas appellationum deuoluant ad iudicium, quod habent velut imperiales, in vrbem Lubecenſem. fecit etiam plures milites & militares ſuæ Diœceſis pro ſuis exceſſibus nudatos in proceſſione reconciliari: multa vtilia priuilegia pro Eccleſia impetrauit, tandem rediens ad Romanorum Regem obijt circa partes Rheni in Eſſendia, & ſepultus eſt in Huſſia; cum præfuiſſet Eccleſiæ ſuæ Lubecenſi ſolum per annos ſex.

Papiſacris.

DE HIS, QVI DEVOTIONIS *cauſſa habitum Sancti* FRANCISCI *detulerunt*.

PRAETER hos, quos modo recitauimus, quàmplures alij habitu aſſumpto D. FR. in eo ſanctè vixerūt, & mortui ſunt. Nonnulli etiā deuotionis cauſſa detulerunt, inter quos præcipuus fuit D. Gregorius IX. primus Ordinis noſtri protector, quem B. Franciſcus vniuerſæ Eccleſiæ futurum paſtorem prædixit, & ante adeptum titulum patrem totius Orbis appellauit. Hic Pont. glorioſus ob deuotionem præcipuam in die cœnę Domini habitum Ordinis aſſumebat, & cum eodem habitu fratrum & pauperum pedes lauabat, & viſitando ſanctuaria Vrbis cum fratribus deferebat habitum. Martinus quoque Pontif. IIII. in ſuo obitu mādauit ſepeliri cū habitu D. Franciſci, obijt an. 1284. ſepul. in Aede eius Aſſiſij; & multi alij vti Vicedominus Placentinus, Rodulphus Epiſcopus Erphodienſis, Abbas Ambidonēſis in Anglia, dimiſſa Abbatia, B. Frāciſco iunctus eſt. B. Stephanus Inquiſitor Tholoſanus, martyr, primò Abbas Aquitanus, ij omnes dimiſſis amplis prædijs, & neglectis mundi huius voluptatibus Chriſto B. Franciſci veſtigia imitantes adhæſerunt. Multi etiam noſtris temporibus ſepeliri voluerunt cum habitu S. Fran. vt Albertus Pius Carporum Princeps, Chriſtophorus Lōgolius, & alij viri ſumma eruditione clari, quos impius reprehendit Sleidanus nouus dogmatiſta & hæreticus, quòd pio quodam affectu animi in eo habitu mori voluerunt, non quòd eum ſolum ſufficere ad ſalutem putarint, ſed vt ſuę ſatisfacerent deuotioni.

Magna Gregorij IX. deuotio & pietas.

Surius in Commentarium geſtarum.

EPISTOLA CLEMENTIS IIII PONT. MAX.

In qua pulchra exponitur diſcrepantia Ordinum Minorum & Prædicatorum.

Hic fuit quidam miles, qui relicto ſeculo voluit intrare quãdam religionem.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio. N. militi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quæris à nobis conſilium, quod apud te rectius poteris inuenire. ſi enim Dominus inſpirauit, relicto ſeculo, vitæ frugem appetere melioris, Dei ſpiritum ſicut nec poſſumus, ſic nec volumus prohibere, præſertim cùm filium habeas bene diſciplinatum, vt credimus, qui tuę domui ſciet prouidere. Quod ſi propoſito non mutato ſciſcitaris vlterius, quem tibi ex Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinibus præeligendum credimus, id præcipuè conſcientiæ tuæ relinquimus. Magis enim tu ſcire poteris huius Ordinis obſeruantias, quæ non ſunt pares in omnibus, & in diuerſis articulis excedentes, & exceſſæ. Alterius quidem iſtorum Ordinum lectus eſt durior, nuditas grauior, & (vt nonnulli iudicant) paupertas profundior; & alterius cibus parcior, lòngiora ieiunia, &(vt quàmplures autumant) ſanctior diſciplina. Neutrum ergo neutri præficimus, ſed in vna & arctiſſima paupertate fundatos, ad vnum tendere credimus, ſalutem ſcilicet animarum, & ideo ſiue hunc, ſiue illum elegeris, arctam viam aggrederis, & per portam intrabis anguſtam ad terram mellifluam, & pręcæteris ſpatioſam. Vnde hoc apud te pondera, hoc diligenter aduerte, quis magis animo tuo placeat, quemque ſperes melius portaturũ: & ſic vni conuerſationi adhæreas, vt amore ab altero non diſcedas. Frater enim Prædicator, qui Minores non diligit, eſt execrabilis. Frater Minor, qui vel odit Prædicatorum Ordinem, vel contemnit, eſt execrabilis, & damnandus. Datum Peruſij xiij. Kal. Maij Pont. noſtri anno ſecundo.

Forma inſtitutorũ Minorum & Prædicatorum.

Mutua iter duos Ordines charitas, & neceſſitudo.

CARDINALES EX ORDINE BEATI *Patris Franciſci aſſumpti.*

Vide Frãciſcum Zabarellum, & Martinum Ciſtercienſem Hiſtoricos. Vide Aluarũ de planctu Eccleſiæ.

CARDINALES cæperunt, vt quidam affirmant, an. ccxxxi. ſedente Pontiano Pont. Max. erant tunc Romæ Card. ccxxxvi. An. 267. Marcellus Papa titulos presbyteris diuiſit, & conſtituit Cardinales xv. qui mortuos ſepelirent, & infantes baptizarent. Dicti ſunt Cardinales à cardine, ſuper quo quieſcit oſtium circunuoluiturque dum aperitur, & clauditur. Et dicuntur Cardinales, qui Papæ, ſicut Apoſtoli Chriſto, aſſiſtunt: in quorum collegio manet poteſtas Papæ, eo mortuo; vel quò ad radicem proximam, inquantum eligunt, & conſtituunt Papam; Vel quia per electionem perſonam determinant. Ab Innocentio IIII. poteſtatem acceperunt equo, & galero rubro vtendi, in illud argumentum quòd oporteat eos eſſe paratos pro religionis defenſione ſanguinem etiam ſuum effundere, ſi ita res poſtulet. Paulus II. addidit veſtem coccineam, diuiſitque Ordinem Cardinalium in tria genera, Epiſcoporum, qui ſunt ſex. Oſtienſis, Sabinenſis, Portuenſis, Tuſculanus, Præneſtinus, Albanenſis: tum presbyterorum: præterea Diaconorum: neutrorum tamen certo definito numero.

Cap. Sacroſanta. ad finem.

DE S. BONAVENTVRA CARDINALE.



SIGNVM ad aperiendum nobis aditum ipſo ſtatim initio ſe ab alto proſperum offert. Solaris enim orbis circumplexus nomen centro inhærens, quod eſt ſupra omne nomen, deſuper coruſcat radijs vndique iaculantibus ſoli Deo lumen honoris, & gloriæ: Tum iam ingredientibus nobis ſimiliter bonum omen ſecum afferens fit obuiam primus Bonauẽtura Fidanza Hetruſcus ille, de quo plura antea ſunt dicta. A Te Pater optime, clariſſimum exordium ſumimus. Te nanque ob inſignẽ & eximiam diuinarum rerum eruditionem Gregorius X. Pont. Max. vir in omni vita clarus, & prudentia rerũ gerẽdarũ, ac animi fortitudine præſtãtiſſimus, ad Cõciliũ Lugdunẽſe cõuocauit, cũ perplexis difficultatibus Romana ſedes laboraret. Tu Epiſcopus Albanẽſis iure optimo proclamatus, & in collegiũ Cardinalium (quamuis renueres) in Vigilia Pentecoſtes, an. 1274. vno omnium conſenſu aſſumptus fuiſti. Hęrebas tamẽ Tu Pater optime, Pontificis ne voluntati pareres, & tale munus ſubires, an non: Tandem victus, animo ſuſpenſo obtemperaſti. Tu ſuſcepto pileo in loco Corbarij, in nemore prope Burgum S. Laurentij, profectus ad Lugdunenſe Concilium, cum Rothomagenſe, & Tripolitano Epiſcopis, ad res arduas pertractandas ſtatim deſtinaris. A Te ibi adeò prudenter Græcorum hæreſes compoſitę fuerũt, vt omnes, præſente tunc Palæologo eorum Imperatore, liberè ſe deinceps Romanæ ſedi velle parere profiterentur. Ex eo tempore cœpiſti ſuſcepti digniſſimi muneris premi põderibus, quibus tua fama celebrior euaſit. Tuo nomini inter Sãctorũ numerum adſcripſit locum SIXTVS IIII. Tuis pręclariſſimis ſcriptis nouum ſplẽdorem, nouamq; vitæ tutelam apparat SIXTVS V. Illi Tu propterea ad præclariſſima facta (ſic enim credere dignum eſt) ſuggeſtor adiutorq; fuiſti. Huic Tu ęquè ad paris gloriæ curſum cõficiẽdũ te præbe auctorem, fautorẽ & comitẽ. In illis agnoſcis cõmune tecũ ſymbolũ, habitũ zelũq; Seraphicũ. Hoc tẽpore in Ordine Minorũ plurimæ fulſerũt ſtellę, tã vitæ ſanctitate, quàm doctrinæ amplitudine: Inter quas ipſe D. Bonauẽtura fulgentis ſyderis venerãda facie enituiſſe prædicatur, vt ſupraſcripta eius commoſtrant inſignia; Ex quo Ioannes Gerſon Cãcellarius Pariſienſis mirabatur tantũ virũ ſuo tẽpore non eſſe canonizatũ, quippe cũ & morũ, & vitæ integerrimus quaſi verus Iſraelita eſſet, de quo legũtur illa carmina.


Ille hominum plauſu nequicquàm excitus inani:
Sed cura maiore actus, melioraq; verſans
Pectore conſilia, inſani præconia Vulgi
Deſpicit, & vanos vltrò auerſatur honores.

Quo in loco D. Bonauentura accepit pileum.

Sic in pari ſanctitate, & operum fructu proficiens, ex humanis ſublatus eſt, anno Domini 1274. ætatis ſuæ anno 53. Imperio vacante, ſub Gregorio X. ſepultusque in templo Minorum Lugduni, Domino Papa, & Cardinalibus ſacras exequias celebrantibus, & Græcis vnà acclamantibus, Perijt columna Chriſtianitatis,

DE VICEDOMINO DE Vicedominis Cardinale.





FRATER Vicedominus de Vicedominis Placentinus, fuit nepos ex ſorore Theobaldi, qui poſtea fuit Gregorius X. Pont. Max. ex nobili Vicedominorum genere, à quo cognomen accepit: erant enim Vicedomini Romæ Maiores domus à Pontifice Romano ex ordine cleri, viri prudentes, & rerum gerendarum peritia inſignes, quibus Epiſcopij, vel Patriarchij Lateranenſis cura & adminiſtratio committebatur, in gubernanda domo hoſpitibus ſuſcipiendis, & domeſticorum Pontificis cauſis cognoſcendis: Hic magna animi fortitudine pecunias, & res humanas contemnens, humanitateque, & eximia in pauperes Chriſti benignitate vtens, ex clerico ſeculari tunica ſanctæ conuerſationis Beati FRANCISCI aſſumpta, à Gregorio X. Pontifi. Maxi. eius auunculo, ad Cardinalatus apicem electus eſt, & Epiſcopus Præneſtinus vocatus Lugduni an. 1277. Obijt Viterbij apud Minores tumulatus.

DE BENTIVEGNA DE *Bentiuegnis Cardinale*.



FRATER Bentiuegna de Bentiuegnis Aquaſpartanus in Tudertina ditione honeſta familia natus; primo Cõfeſſarius Nicolai III. Pont. Maximi, qui antea Ioannes Caetanus dicebatur, quique ordinis noſtri protector tempore D. Bonauenturæ Generalis Miniſtri, Seraphicam Religionem ſumma dilectione proſecutus fuit, vti erat cultor præcipuus bonorum, doctorumque virorum, & eorum maximè, qui doctrinam cum pari religione coniunctam habebant: adeoq; moribus & vita integer fuit, vt paſſim compoſitus diceretur. Hic ergo Pontifex F. Bentiuegnam ex Tudertinenſiũ Epiſcopo, Cardinalem Albanum, & Penitentiarium maiorem creauit. Qui obijt Tuderti, an. 1289. ſepultusq; in Aede D. Fortunati apud Minores.

DE

VERA F. MATTHAEI A QVASPARTANI CARDINALIS EFFIGIES.



Virtutem ſparſiſti vt aquã Matthae docendo
Mox ea Cardineo murice te decorat.

DE MATTHAEO AQVASPARTANO

Cardinale



FRATER Matthæus Aquaſpartanus Doctor inſignis, primò poſt Fratrem Ioannem Pechanum ſacri Lector palatij, & ſummus Pœnitentiarius, quod amplum Romæ, & perhonorificum eſt munus; deinde totius Ordinis Generalis Miniſter, vt ſuperius diximus; poſtremò à Nicolao IIII. Pont. Max. presbyter Card. tit. Sancti Laurentij in Damaſo, poſtea Epiſcopus Portuenſis, tt. S. Rufinæ. Obijt Romæ, & reliquit poſt ſe clariſſima ingenij ſui monumenta, de quibus iſta feruntur. Quolibetales Quæſtiones, quarum exordium eſt, Quæritur vtrum ad cognitionem rei. Item ſuper quatuor ſent. lib. Intraui in domum figuli. Pinaca, ſiue Index ſententiarum, in Epiſtolam ad Romanos ſermones varij; Quæſtiones diſputatæ. An ſcriba doctus, ſuper librum Iob. Hæc omnia liber vitæ. Poſtilla in pſalmos, Nolite inebriari vino. Claruit ſub Rodulpho Imperatore electo an. 1290. obijt autem ſub Bonifacio VIII. Pont. Max. anno 1302. ſepultus in Aede S. Mariæ de Ara Cœli.

Quæ volumina ſcripſit.

DE

DE IACOBO CAIETANO CARDINALE.



FRATER Iacobus Caietanus Anagninus, Bonifacij VIII. nepos, vir ſanè in rebus agendis præſtanti ingenio, ab eodem Bonifacio presbyter Cardinalis tt. S. Clementis creatus fuit. Qui clarus felicis ingenij merito, obijt anno Domini 1304. ſub Benedicto IX. vel eo mortuo Sede vacante.

DE ANDREA SIGNIO ANAGNINO CARDINALE.



FR. Andreas ex familiá Comitum Signiæ, Anagninus, Alexandri IIII. Pont. pronepos, à Bonifacio VIII. presbyter factus Cardinalis, apud quem fuit in tanto precio habitus, vt ſæpe diceret, ſi ſua ætate mori eum contingeret, quòd Sanctorum Catalogo aſcripſiſſet. Ergo vir iſte modeſtiæ plenus animaduertens mundi

QQ ricula,

pericula, caſſes, & inſidias, quibus continuè homines irrodari videntur, excelſo animo Cardinalatum abnuit. Obijt in Caſtro Pilei in Campania, non ſine opinione ſanctitatis, conditus eſt apud Minores, vbi miraculis claret. de quo ſuprà plura diximus.

DE GENTILE A MONTEFLORVM Cardinale.



FRATER Gentilis à Monteflorum in Piceno, aſſumpto habitu D. Franciſci, ad ea, quæ religionis & litteraturæ erant, animum appulit, & breui admodum, vt erat ingenij acris, adeò in ijs profecit, vt ad alios edocendos à Patribus præficeretur, ideo euaſit Theologus eximius. Fuit Gentilis re & nomine, honeſtæ conuerſationis, affabilis, & compoſitus. Vnde ex Lectore Sacri Palatij à Bonifacio VIII. Pont. Max. creatus eſt presbyter Card. tt. S. Martini in Montibus, an. 1299. Quo tempore Lugduni celebrabatur Capitulum generale. obijt Auinione anno 1312. relatus in Italiam, Aſſiſij in Aede S. Franciſci conditus eſt.

DE REGI-

DE REGINALDO CARDINALE PORTVENSI.



FRATER Reginaldus Archiepiſcopus Rothomagenſis, Lector Sacri Palatij, à Bonifacio VIII. Epiſcopus Card. Portuenſis, & S. Rufinæ, ſcripſit ſuper 4. Senten. poſt dignitatem acceptam non diu ſuperuixit.

DE LEONARDO PATRASSO CARDINALE.



F. Leonardus Patraſſus de Guercino Alatrinas, auunculus Bonifacij VIII. ab eodem Epiſcopus Cardinalis Albanus creatus, anno 1300. obiit Auinione.

DE IOANNE MINIO CARDINALE.



FRATER Ioannes Minius à Muro Vallis Picens, de quo ſuprà, Lector Sacri Palatij à Bonifacio VIII. anno 1302. deinde Ordinis Protector Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & Sanctæ Rufinæ eligitur. Obijt autem Auinione 1312. ibidem ad Minores ſepultus.

DE VITALE A FVRNO CARDINALE.



Clemens V. genere Vaſco, qui ad ſe cöuocauit Cardinales ex Italia, & primus tenuit Sedem beatiſſimã Auinione.

FR. Vitalis à Furno Baſatenſis Vaſco, ſiue Aquitanus, primò Miniſter Prouincialis prouinciæ Aquitaniæ, à Clemente V. Pont.Max. qui primus beatiſſimam Sedem tenuit Auinione, quòd Franciam magis quàm Italiam propter innumeros tumultus honoraret, an. 1312. presbyter Card. tt. S. Martini in Montibus, deinde mutato titulo,

to titulo, à Ioanne X X II. Epiſcopus Card. Albanus declaratus eſt. Fuit Vitalis multæ eruditionis, vt eius clariſſima monumenta teſtantur. edidit enim Poſtillam in Apoc. cuius exordium eſt, Præmittitur autem huic libro prologus; habetur hic liber manuſcriptus Venetijs in Bibliot. magnæ domus: edidit quoque Speculum morale, & Tractatum pro tuenda ſanitate, & ſermones plurimos: edidit quoque Quęſtionem de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, cuius initium, Quæſtio propoſita eſt. Obijt Auinione ſepultus apud Minores.

DE BERTANDO AGERIO CARDINALE.



F. Bertandus, vel Beltrandus, Agerius à Turre ex Cambolico Caturcenſis Aquitanus; vel (vt alijs placet) Mediolanenſis, nobili genere natus, & in diuinis ſcripturis egregiè doctus, atque in declarandis ad populum Homilijs excellentis ingenij, qui vulgò dicebatur Strabo de Baiona, primò Miniſter Aquitaniæ, deinde Archiepiſcopus Salernitanus, à Ioanne X X II. presbiter Cardinalis tt. Sancti Martini in Montibus effectus, poſtea Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus. edidit elegantes Commentarios in 4. ſenten. lib. Sermones Euangeliorum, Sermones de Sanctis lib. 1. Sermones de Epiſtolis lib. 1. & collationes quaſdam. Obijt Auinione anno 1326.

DE PASTORE DE ALBERNACO CARDINALE.



F. Paſtor de Albernaco ex Prouincia Prouinciæ, quam Galliam Narbonenſem appellant, vir multæ doctrinæ, & compoſitæ eloquentiæ, Archiepiſcopus Ebredunenſis à Clemente VI. Pont. 1350. creatus presbyter Cardinalis tt. Sancti Martini in Montibus, obijt Auinione.

DE HELIA DE ANNIBALDIS CARDINALE,



F. Helias de Annibaldis à S. Herodio Aquitanus, Patriarca Hieroſolymitanus, & Epiſcopus Vticenſis, ab Innocen. VI. Pont. Max. Lemonicenſi 1356. Cardinalis tt. Sancti Stephani in Montecœlio; ab Vrbano V. Epiſcopus Cardinalis Oſtiēſis electus eſt: ſcripſit poſtillam in Apoc. obijt Auinione, ſub Vrbano V. anno 1367. iiij. Nonas Octobris.

DE

DE GVILIELMO FARINERIO CARDINALE.



F Guilielmus Farinerius Aquitanus ab Innocentio VI. factus presbyter Cardinalis. titu. SS. Marcellini & Petri. obijt Auinione, ſub Innocentio Papa VI. menſe Septembrio eiuſdem anni 1353. ſepultusq́ue ad Minores, de quo etiam ſupra inter Generales præfectos.

DE FORTANERIO VASELLO CARDINALE.



F Fortanerius Vaſellus Valueniſue Aquitanus primò Generalis miniſter, deinde Epiſcopus Maſſilienſis, ac demũ mutato loco Archiepiſcopus Rauennas, à Clemẽte VI. & Patriarcha Gradenſis nominatus, qui titulus in Eccleſia hac occaſione introduci cœpit. Nam (vt D.

D. Gregorius in Dialogo.

(vt D. Gregorius refert in Dialogo) cùm populi Gētiū more victimas cęderēt, quos carnes immolatitias ſecū edere nolle cōperiebāt, fędiſſimè trucidabāt. Alij cùm caput capreę immolaſſent, idq. poſt ſolēnes circūcurſationes, & nefandi carminis dedicationes, ſummiſſis capitibus adoraſſent, quos à tā barbara ſuperſtitione refugiētes videbant miſere occidebāt. His de rebus Aelias Archiepiſcopus Aquilçiēſis, cū Gradū prædeceſſorū ſuorū exēplo incoleret, decretū à Pelagio Pōt. Max. elicuit, vt ipſius Eccleſiæ ſedes ex Aquileia Gradū trāsferretur, eaque Metropolis omnium Eccleſiarum Venetiæ & Iſtriæ eſſet. Atque Epiſcopis ſuis in Aedem. S. Euphemiæ ad Conuentum vocatis decretū recitauit, & ita Aquileia ſedes Epiſcopi in Grado repoſita, vt ſecuriore à Longobardorum impetu loco ſtatueretur. Ergo frater Fortanerius ex Patriarcha Gradenſi ab Innocentio 6. Cardinalis creatus eſt, an. 1361. lqui ante adeptum titulum, obiit Padue, ſepultus in Aede D. Antonij, cætera eius ſuperius egito in Generalibus Miniſtris,

DE MARCO VITERBIENSI CARDINALE.



Quàm tibi plus Marcus longè huic Vetulonia debet:
Nam tu illi eſſe, dedit ille bene eſſe tibi:

F. Marcus Viterbienſis Theologus inſignis, ab Vrbano V. anno 1366. Auenione præsbyter Cardinalis, titu. S. anctæ Praxædis eligitur, Obijt Viterbij apud Minores, anno 1369. in menſe Auguſti.


DE

DE BERTANDO LAGERIO Cardinale Protectore.



F Bertãdus Lagerij Fagiacus Aquitanus, primo Epiſcopus Salernitanus à Gregorio XI. presbyter Cardinalis, titu. S. Priſcæ, deinde mutato titulo ab Vrbano VI. Pont. Max. Epiſcopus Cardinalis Oſtiẽſis edicitur. Obijt Auenione, an. 1392. ſepultus apud Minores.

DE THOMA FRIGNANO CARDINALE.



F Thomas Frignanus Mutinẽſis, Patriarcha Gradẽſis, ab Vrbano VI. Põt. creatur presbyter Cardinalis titu. S. Laurentij in Damaſo, deinde Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus. Obijt Romæ in Aracœli.

De Ludouico

DE LVDOVICO DONATO VENETO Cardinale Protectore.



FRATER Ludouicus Donatus Patricius Venetus, Venetijs primo hæreticę Inquiſitor prauitatis, genere quidem nobilis, ſed doctrina, & moribus illuſtriſſimus: à multis ſummis Pontificibus in pretio habitus eſt, præſertim verò à Gregorio XI. Pontif. Max. Cuius legatus fuit in partibus Venetiarum, & Romandiolæ, ad tollenda diſſidia & componenda fœdera inter Galeotum Malateſtam, & Guidonem de Polenta, ab Vrbanoq; VI. Pont. Maxi. an. 1378. pręsbyter Card. ti. S. Marci creatus. Obijt Genuæ. 1386.

DE BARTHOLOMAEO A COTVRNO CARDINALE.



F. Bartholomęus à Coturno de Clauari, ciuis & Archiepiſcopus Genuenſis ab Vrbano vi. 1381. præsbyter efficitur Cardinalis, ti. S. Laurentij in Damaſo. Obijt Genuę.

De Leonardo

DE LEONARDO GIFONENSI CARDINALE.



FRATER Leonardus Giſonenſis vel de Fano Iouis Prouinciæ Terræ laboris, de quo ſupra, ab Vrbano VI. an. 1382. fuit presbyter Cardinalis tt. S. Martini in Montibus, vel (vt notat Panuinius) tt. Equitij, qui inter eos Cardinales refertur incerto tempore mortuos ſub Benedicto Papa XI. ante primam eius in Concilio Piſano abrogationem. Obijt autem Auinione 4. Nonas Maij 1406.

DE BARTHOLOMAEO VLIARIO CARDINALE.



F. Bartholomæus Vliarius Patauinus Epiſcopus Florẽtinus à Bonifacio IX. presbyter Cardinalis tt. S. Pudentianæ electus, obijt Caietæ legatus Regni an. 1396. ſepultus ad Minores, xvj. Cal. Maij, cuius Epitaphium eximias eius virtutes indicat.

Vnica

Vnica Cardinei fueras qui gloria cœtus,
Hæc te petra tegit Patauinis mœnibus ortum.
Almas inter nunc animas lætaris Olimpo.
Miſſus eras partes demum Legatus ad iſtas,
Quum tibi viuaces mors inuida ſuſtulit annos.
Vnanimis quicquid condignum munere famæ
Scire datur ſtudijs ſublimi mente locaſti,
Longa tuum meritis clarum per ſecula nomen
Non adimet ſuprema dies, tua uiuida virtus
Nunquàm morte cadens, omni memorabitur æuo.

DE PETRO PHILARETO CARDINALE.



FRATER Petrus Philaretus Cretenſis, ex villa Alcares, vel (vt alijs placet) Bononienſis, de quo plura dixi, ab Innocentio VII. Cardinalis Baſilicæ SS. xij. Apoſtolorum factus ann. 1405. deinde Pont. Alexander V. vt ſupra. Platina diligentiſſimus temporum calculator, multa de eo lectu digna retulit. Hoc autem de illo etiam narratur, cùm enim eſſet in vltimis conſtitutus vitæ, aiebat parentes ſuos ignorare, neque alicuius affinis notitiam habuiſſe: cum enim puer victum mendicaret, quidam clariſſimus Venetus, ſeu (vt alijs placet) Frater Minor eum pietate commotus ſecum duxit in Cretã, & humanioribus literis imbuendum curauit, quibus ætas illa informari ſolet, quibus adeptis deinde Oxoniam Angliæ ſe contulit ad ſolidiora ſtudia, poſtea Pariſium migrauit vbi breui euaſit Theologus ſolennis, quem cum Ioannes Galeatius Mediolanenſium Dux in negocijs gerendis prouidum nouiſſet, eum in pretio habuit.

DE

DE PETRO COMITE DE FVXO CARDINALE.



FRATER Petrus Comes de Fuxo, Gallus, Epiſcopus Laſcurienſis & Commendarum, Presbyter Cardinalis tt. S. Stephani in Monteçelio, electus à Bonifacio XIII. anno 1409. & ab Eugenio IIII. Epiſcopus Cardinalis Albanus. obijt Legatus Auinione, ſepultus ad Minores.

DE FRANCISCO DE RVVERE CARDINALE.



FRATER Franciſcus de Ruuere Sauonenſis, à Paulo II. presbyter Cardinalis tt. S. Petri ad Vincula, deinde Pont. Sixtus IIII. vt ſupra. accepit autem pileum Cardinalitium dum eſſet Papiæ adhuc Generalis Ordinis.

RR VERA

VERA PETRI RIARIJ SAVONENSIS CARDINALIS EFFIGIES.



Heu, Sixti magni magnum genus impia nobis
Virtutiq; tuæ mors tulit ante diem.

DE PETRO RIARIO SAVONENSI CARDINALE.



F. Petrus Riarius Sauonẽſis, Riaria Nobili familia Sauonæ natus, nepos ex ſorore Sixti IIII. Iuuenis facilis ingenij fuit, primò Venetijs lector Philoſophię in Cõuẽtu S. Nicolai, magnæ domus, deinde miniſter Prouinciæ Romanię & Cõmiſſarius. Aſsũpto verò ad Põtificatũ Sixto IIII. eius auunculo, creatus eſt Epiſcopus Taruiſinus, tum mutato titulo Epiſcopus Senogalliæ, in Gallia quoq; adminiſtrator Eccleſiæ Mes in Loreno, demum Cardinalis S. Sixti fuit: qui ampliſſimis ſacerdotiorum redditibus auctus ita ſplendidus erat, nec dicam prodigum, vt pecunię perdendæ natus eſſe videretur; nam eo biennio, quo ſuperuixit, ducenta aureorum millia in victu abſumpſit; ſexaginta verò millia æris alieni, argenti autem cælati ccc. põdo reliquiſſe traditur; decurſa Italia, in qua legatus erat, Mediolani præſertim, Venetijs, & Patauij honorificentiſsimè ſuſceptus eſt. Magnificentiſſimus ipſe fuit, qui cum omnibus beneficijs certans magnitudinẽ animi ſui oſtendebat: maximo apparatu, & ſumptu ſuſcepit nuncios Galliæ magno populorũ applauſu: Vulgus .n. indoctum pompis inanibus gaudet. Sed maiori benignitate, & rerũ copia recepit Eleonoram Regis Neapolis filiam, Herculi primo Ferrarienſium Duci nuptã: ſolennius aliquid fortè vetuſtas tota, nec gentilitas quidem audiuit vnquam, rerum pretia appoſitis ſpeculatoribus adnotata ſunt literis, deſcripta verſibus, hec per Vrbem modo vulgata paſſim, ſed per Italiam quoque & trans Alpes, munera demum adeunti ſponſę adiecta. obijt Romæ, & in morte multa oſtendit contritionis ſigna an. 1474. 3. Nonas Ianuarij. corpus eius conditum eſt in Capella Riaria, cuius Epitaphium eſt.

Liberalitatis huius viri meminit Nicolaus epiſcopus Modruſiẽſis in ſua oratione funebri.

Epitaphium Petri Riarii.

Petro Sauonenſi è gente Riaria nobili ac vetuſta, ex Ordine Minorum Card. S. Sixti, Patriarchæ Conſtantinopolitano, Archiepiſcopo Florentino, Peruſii, Vmbriaq; legato, Sixtus IIII. Pont. Max. nepoti benemerenti poſuit, vixit an. 28. menſ. 8. dies ſex; gratia, liberalitate ac animi magnitudine inſignis, totius Italiæ legatione functus moritur magno de ſe in tam florenti ætate deſiderio relicto, quippe qui maiora mente conceperat, & pollicebatur, vt ædes apud Apoſtolos miro ſumptu inchoatæ oſtendunt, anno 1474.

DE PETRO DE COMITIBVS de Fuxo, Cardinale.



FRATER Petrus de Comitibus de Fuxo iunior, Gallus, Epiſcopus Venetenſis, Cardinalis Diaconus SS. Coſmæ & Damiani, à Sixto IIII. efficitur anno 1476. obijt Romæ 1490. quarto Idus Auguſti.

DE GABRIELE RANGONO MVTINENSI CARD.



FRATER Gabriel Rangonus Mutinenſis, nobili genere natus ex Rangonum illuſtri familia, ſed (vt dicitur) adulterino partu ex Comite Guido, & quadam muliercula Veronenſi ruſtica. Qui ætate ſimul & virtutibus creſcens cùm adeptus liberales artes fuiſſet, quibus adoleſcentum ætas imbui ſolet, defuncto

defuncto patre, cum matertera in Hungariam profectus eſt, vbi Religionem S. Franciſci ingreſſus eſt ſponte, ſub diſciplina Ioannis Capiſtrani Concionatoris celeberrimi: eiusq; fama cùm ad aures Hungarorum perueniſſet, & præcipuè Matthię Regis, miſit eum nuncium ad diuerſos Principes, & ad Sixtum Quartum Pont. Max. qui eum præfecit Eccleſiæ Albenſi, deinde mutato titulo Eccleſiæ Agrienſi. Demum ad preces Matthiæ Regis ornauit eum galero Cardinalicio, quem præfatus Pontifex miſit ad Hungaros, & Neapolitanos pro grauiſſimis rebus fidei, & ad Regem Poloniæ, & Hungariæ, qui de Regno Boemię contendebant, & rebus bene geſtis profectus Romam fuit habitus in maiori precio: ſed Bononiæ cùm eſſet apud Io. Bentiuolum, qui erat ſocer Nicolai Comitis fratris illius ſe ipſum quis eſſet patefecit. Vir iſte fuit facilis ingenij, qui affirmare ſolebat ſe annos 30. nulli mortalium ſuccenſuiſſe. obijt Romæ anno 1486. ſepultus in Aracœli.

DE HELIA GALLO CARDINALE.



FRATER Helias Gallus, Theologus eximius, Archiepiſcopus Turonenſis, à Sixto Quarto, ſeptima creatione v. Cardinalium electus eſt presbyter Cardinalis Eccleſiæ S. Luciæ in Silice. Fuit Theologus inſignis, qui accepto galero, nullum oſtendit lætitiæ ſignum, eo tempore erat in multa veneratione. Obijt in Gallijs anno 1484.

DE CLEMENTE GROSSO DE RVVERE Sauonenſi, Cardinale.



Clementi omne decus tribuit clementia bonorum,
Purpureum hic potis eſt emeruiſſe gradum.

FRATER Clemens Groſſus de Ruuere Sauonenſis Sixti Quarti nepos ex ſorore, primo Epiſcopus Minatenſis, deinde Mēdenſis, à Iulio verò II. presbyter Cardinalis tt. Sancti Clementis anno 1503. factus eſt. Obijt Romæ anno 1505. ibiq; ſepultus.

DE MAR-

DE MARCO VIGERIO SAVONENSI.



F.Marcus Vigerius Sauonēſis Ligur, Vir vndequaq; eruditus, cuius initia hęc fuerūt. nā Marcus Sauonēſis Epiſcopus Nolanus Sixti quarti præceptor fuit, cuius nepos Emanuel Franciſco de Ruuere Generali adhæſit, qui eum nomine Emanuelis in Marcū mutato, ob reuerenti præceptoris ſui regentem collocauit Paduæ vnà cū magiſtro Antonio Tubeta Patauino. Vbi verò Franciſcus de Ruuere ad celſiſſimā Petri Sedem aſſumptus fuiſſet, venit ille Romā delatus ab æmulis apud Sixtū, ꝙ operam conſumpſiſſet, & oleum: cuius rei cùm Pontifex periculum feciſſet, cognita æmulorum fraude fratrem Marcum magiſtrali corona donauit, atq; in Romana Sapientia lectorem inſtituit cum ſtipendio 300. ducatorum. Paulò poſt Senogallienſi Eccleſiæ præfecit, Vrbis præfectum nomine Ioānis de Ruuere inſtituit, à Iulio ſecundo Suffraganeus Bononiæ inſtitutus, & paulò poſt cuſtos arcis S. Angeli Romæ, & Cardinalis legatus exercitus Pontificij aduerſus Alphonſum Ducem Ferrariæ, & aduerſus oppidum Mirandulæ. Quem Iulius ſecundus in grauiſſimis rebus Concilij Lateranenſis adhibuit, qua occaſione Marcus compoſuit Apologiam contra Conciliabulum Piſanum, quę imperfecta remāſit. compoſuit quoque Decachordum, & de dignitate ferri lanceæ Chriſti, & veſtimentorum eius. Obijt ſub Leone decimo Pontifice, Pontificatus eius anno 4. Incarnationis. 1516. 15. Cal. Iulij, ſepultus ad Sanctam Mariam Transtyberim, cuius ipſe Cardinalis Præsbyter erat, ibiq; reliquit memoriam ſui nominis in ſtructuris Eccleſiæ, & domus, & hortulis, quos ipſe eleganter conſtruxerat.

De Franciſco

DE FRANCISCO XIMENIO CARDINALE.



FRATER Franciſcus Ximenius ex oppido Ciſneris Diœceſis Palentinæ, ex Alphonſo patre, & Maria Turrilacunenſi, nobili quidē genere fuit. Cuius inſignia ſunt quindecim tetragoni. Adoleſcens poſtquā adeptus eſt humaniores literas, Romā venit, vt vtriq; iuri vacaret, ſed iter faciens viatico, veſte, & equo, quo vehebatur, deſpoliatus fuit. tamē Bruneti ope eius cōtubernalis Salmaticæ Romam peruenit, vbi cæpit ſeſe, cauſis actitandis exercere; ſed audita ex tempore morte patris domum redijt, vbi paulo pòſt cum Archipresbyteratū Vzedæ nobilis oppidi obtinuiſſet, ob grauiſſimam Antiſtitis offenſionē captus cuſtodiæ traditus fuit, dimiſsoq; Archipresbyteratu Capellaniā maiorem (vt dicunt) adeptus eſt. Interim Alphōſus Ciſontanus Comes ad Granatenſem expeditionem profectus, dum egregiè pugnat, à Mauris eſt captus, & ditioni ſuæ Ximeniū præfecit. Qui tandem domeſticis rebus vtcunq; compoſitis, S.F. inſtituto non ſine omnium admiratione ſe mancipauit, Toletiq; habitum ſuſcepit, vbi expleto tyrocinio ſiue anno probationis, tam præclara veræ pietatis documenta dare cæpit, vt breui maximam de ſe ſanctiſſimi viri opinionē excitauerit Salzedam ſe recepit, vbi herbis veſcebatur aqua elixis vinoque abſtinuit: Factus Guardianus illius loci, minus nihil inſecutus eſt, vt inſtituerat, viuere. Quo quidē in loco monachos exemplo potius, quā imperio in officio continebat. Nam infima quæq; miniſteria ſibi vltro aſsūmebat. Vnde magnopere creuit fama eius apud omnes Hiſpanos ob eius vitæ integritatē, & ſanctimoniā, & proinde in magna erat auctoritate apud Reginam Iſabellam Ferdinādi Regis vxorem, Poſt obitum Ferdinandi Carolus Rex Catholicus commiſit illi regimen regni Hiſpaniarum, quod quidem adminiſtrauit tanta auctoritate & pace, quanta à grauiſſimo viro deſiderari poterat. Cum eſſet Prouincialis ad Toletanum Archiepiſcopatum totius Hiſpaniæ ampliſſimum, & opulentiſſimū Sacerdotium euectus eſt. Factus Archiepiſcopus, quod ad rem priuatam attinet, nullā ſanè ſumptuoſi aut magnifici apparatus rationem per id tēpus habere videbatur. Vel enim aſello vehebatur, vel ibat pedibus, egenorum neceſſitatibus ſuccurrebat. Qua re audita Alexander V. Pont. Max. hortatus eſt eum, vt ea ſeruaret, quæ ad dignitatis decorem ſpectare videntur. Paulo poſt à Iulio II. Pont. Maxi. presbyter Card. tt. S. Balbinæ creatus eſt. Obijt autem Arandæ in Hiſpanijs v. Idus Ianuarij. Vir ſanè in omni diſciplinarum genere eruditus. Illud inſigne fertur, Oranum munitiſſimam Mauritaniæ vrbē Chriſtianorum imperio reſtituit, & ex prouētibus ſuæ Eccleſiæ aduerſus Mauros claſſem parauit. De rebus ab eo præclarè geſtis ſcripſit abundè Aluarus Gometius.

Aluarus Gometius vitam eius & res geſtas octo libris proſecutus eſt.

DE FRAN-

VERA CHRISTOPHORI NVMAII FOROLIVIENSIS CARDINALIS EFFIGIES.



Principibus vixit Forolui gloria gratus
Chriſtophorus ſummo à cardine Pontifici.

DE CHRISTOPHORO NVMAIO Foroliuienſe Cardinale.



Si pia non nouit te quis per facta, Leonem
Murice qui texit membra; Numaie roget.

FRATER Chriſtophorus Numaius Foroliuienſis, Vir præſtantiſſimus fuit, quià teneris annis ingenio pollẽs humanioribus literis imbutus eſt: Bononiæq; ſolidioribus ſtudijs operam dedit, deinde aſſumpto B. Frã. habitu, cum poſt aliquot annos multum profeciſſet, miſſus eſt in Galliã, vbi ob ſingularem eius virtutem, & vitę probitatem, quibus naturalem ſuam nobilitatem auxit, Regi, Reginæq; in precio fuit, & à Regina aſcitus in ſuum Confeſſarium: deinde creatus eſt Cardinalis à Leone X. Pont. Max. anno 1517. die primo Iulij, ſub titulo Sancti Bartholomæi in inſula, deinde mutato titulo Sãctæ Marię de Ara cœli. Vixit ſub Leone X. & Clemente VII. vſque ad depopulationẽ Vrbis, vbi podagra præpeditus remanſit extra arcem Sancti Angeli. Verùm irruentibus Teutonicis, Lutheranis, & barbaris nationibus in Vrbẽ, ab eis captus fuit, & multis opprobrijs, iniurijsq; laceſſitus; qui pro amore Chriſti conſtanter omnia ſuſtinuit, illud certo ſciens, quòd dignitates labentis huius mundi nihil habent commune cum dignitatibus alterius vitæ, cum quibus comparari non valent. Poſt liberationem ſcripſit ad eum Clemens Septimus ex Vrbe veteri quò militari impetu pulſus cõfugerat, & Franciſcus Frãcorũ Rex atq; Henricus Rex Angliæ dolẽtes de miſerrima Vrbis clade, in qua etiam ab illis in Deum Opt. Max. ſæuitũ eſt, ſacris Sanctorũ direptis donarijs, proiectiſq; per ludibrium reliquijs. Inter tot, & tãtas calamitates diuino planè iudicio fuit hic vir aſſeruatus, quaſi arreptis naufragij tabulis. obijt Romæ, vel Anconæ, vt alijs placet, dolore podagræ Anno 1529 10. Cal. Aprilis.

DE FRAN-

DE FRANCISCO QVIGNONE CARDINALE.



FRATER Franciſcus Quignones, filius Comitis de Luna, à Clemente Septimo presbyter Cardinalis, tt. Sanctæ Crucis in Hieruſalem, & Ordinis protector, anno 1540. electus fuit.

DE CLEMENTE DOLERA CARDINALE.



FRATER Clemens Dolera Monelianus Ligur à Paulo IIII. anno 1557. factus eſt presbyter Cardinalis tt. Sanctæ Mariæ in Aracœli, poſtquàm rexit Ordinem annos ſex, edidit Compendium Inſtitutionum catholicarum. Item de cælibatu: & de Decem præceptis Decalogi, & quædam alia.

DE PETRO

DE PETRO PAETO CARDINALE.



Anglia, gte, tibi exortum, pia Roma galerum,
Franciſcana togam norma, polumq; dedit.

F. Petrus Anglicus Legatus Angliæ à Paulo IIII. Cardinalis Epiſcopus Saresbilienſis creatus eſt. Obijt in Anglia.

DE FELICE PERETTO CARDINALE.



Mons felix, felixq; pirus, leo, ſtellaq; felix:
Qui genuit, nutrit, ſeruit, & illa regit.

F. FELIX Perettus a Montealto Picẽs, primò factus eſt Epiſcopus S. Agathæ à Pio V. Pont. Max. cùi ob ſingularem eius præſtantiã gratus erat, à quo etiam ad Cardinalatus dignitatẽ promotus fuit ſub ti. S. Hieronymi Illiricorũ, & Epiſcopus Firmanus dictus, qui ſuæ profeſſionis non immemor ſimplicitatem victus, veſtitusq;, & motuum, quam in Ordine ſemel imbibit, etiam Cardinalis, & ſummus Pontifex retinuit, retinetq;. de Cuius ſumma eruditione, & rerum gerendarum ſingulari præſtantia plura ſuperius diximus ſuo loco.

MANDAT B. F. DARI PROTECTORES in patrocinium ſui Ordinis.

PRAECEPIT B. Pater Franciſcus in ſua Regula, vt Religio habeat vnum Cardinalem S.R.E. qui ſit gubernator, protector, & corrector huius fraternitatis: corrector quidē ne ab inſtitutis ſuę Regulę deflectat, gubernator autem vt ad bonum promoueat; tū protector vt a malis defendat, & curet; vti eſt proprium eius officium, ac S. Franciſci, & Apoſtolicę Sedis intentio, ipſum Ordinem in tranquillo ſtatu conſeruare, ab oppugnatoribus defendere, & tueri. Religio enim ſine protectore eſt ſicut nauis abſq; remige, vētorum impetui ſubiecta: eſt autē protector ordinarius & legitimus, legatus Apoſtolicus. Dicebat enim B. Franciſcus, volo vt mea Religio ſubijciatur ſemper S. Romanæ Eccleſię, cuius potēti virga terreātur, & corripiātur improbi, filij autem Dei in æternæ ſalutis augumēto vbiq; plena gaudeant libertate. Cum itaque vidiſſet quaſi in nocte per viſum nouam propaginem continuata ſerie in dies incrementum ſuſcipere; ſed cōtra puſillum gregem quàm plures lupos ſæuire, mox petijt ſummum Pont. atque ab eo inſtanter obtinuit, vt daretur in protectorem ſui Ordinis Dominus Hugolinus, Epiſcopus Oſtienſis, ad quem fratres vrgēte neceſſitate recurrerēt. Et proinde ſuſcepta hac fauorabili & tam pia occaſione, effectus eſt pauperis Franciſci gregis nutritius vſque ad beatum exitum; qui, vt fuit ſemper omniū humaniſſimus, ita amicè & liberaliter cum fratribus cōuerſabatur, cum quibus perpetuum charitatis fædus iniuit, atque in ſignum amoris, & conceptæ pietatis in B. Franciſcū, & eius Ordinem, habitum Minorum aliquoties tulit, & cum eo ſepeliri mandauit. Scripſit quoq; Magiſter Philippus ad Gonſaluum Generalem, quòd ratio, quæ mouit B. Franciſcum ad petendum protectorem fuit, vt ad Papam facilis daretur ingreſſus, tum etiam vt eſſet Religio capax temporalium rerum. Protector tamen Ordinis ex Decreto Gregorij XI. de Ordine non habet ſe intromittere, niſi in tribus caſibus in Regula expreſſis.

Religio ſine protectore quid ſit.

Dominus Hugolinus protector ordinis.

Lr̃a magiſtri phylippi de Peruſio ad Gonſaluū Generalem.

Primò ſi communitas Ordinis pedibus S.R.Eccle. non eſſet ſubiecta.

Secundò ſi non eſſet ſtabilis in fide catholica.

Tertiò ſi regula ſundata in Euangelio Chriſti non ſeruaretur à nobis.

In quib. ſe Protector debet ingerere.

QVA AVCTORITATE PRAEFVLGEAT Ordinis Protector.

NON eſt mea intentio loqui de Protectoribus aliarum religionum, quia cæteræ religiones non habent ex ipſarum ordine & inſtituto Cardinalem protectorem, ſed ex quibuſdam fortaſſe conſtitutionibus. Noſtra verò religio hoc vult, vt habeat Cardinalem protectorem, cuius auctoritas magna eſt: eſtq́ue ordinarius prçlatus, eiusq́ue prælatio eſt in genere legationis, vt oſtendit Frater Galganus in ſuo tractatu. Itaq; tanta eſt auctoritas protectorum, quanta eis à Regula Sancti Franciſci illis conceditur, & declarant duo ſummi Pont. videlicet Gregorius XI. Pont. Max. & Sixtus IIII. quorum Decreta ſubijciam.

F. Galganus primo li. de auctoritate protectoris.

DECRETVM GREGORII XI. PONT. MAX.

De officio, & poteſtate Cardinalis Protectoris.

CVNCTOS Chriſti fideles. & infra. Sanè cum in Beati Franciſci Regula cuius idem fratres profeſſores, &c. & poſt multa ait: Nos igitur vt idem ordo in ſua primœua quiete remaneat, & de virtute in virtutem eat aſſiduè, quod quilibet amotis eradicatisq́ue ſpinis, & tribulis, fructum non ſolum conſuetum, ſed etiam vberiorem afferent, ad radicalem ſummotionem, turbationem, & ſcandalorum huiuſmodi iam, exortorum extirpationem, & ne oriantur in poſterum prouidere, & eiuſdem protectoribus, qui erunt pro

SS tempore

tempore, cum nullus ſit ad præſens Ordinis præfati protector, tranſgreſſionis ſuæ poteſtatis occaſionem tollere efficaci remedio cupientes, auctoritate Apoſtolica eiſdem protectoribus diſtrictius inhibemus, ne præſumãt quæcunque ordinata ſtatuta ſiue diſpoſita, ac ordinanda, ſtatuenda, & diſponenda per Generalia, vel Prouincialia, aut cuſtodialia capitula, infringere, reprobare, corrigere, ſuſpendere, aut diſpenſare ſuper ipſa, ſeu contra ea, vel eorum aliquod quodlibet, niſi contra præmiſſos articulos in præfata Regula, vt præfertur poſitos, vel aliquem ipſorum exiſteret manifeſtè; aut quemcumque prælatum aut officiales dicti Ordinis ſeu alicuius loci eiuſdem quocunque nomine nuncupetur ponere, ſeu inſtituere, aut diſponere, reſtituere ſeu priuare à ſuo officio ſuſpendere, ſeu impedire ſuper eius libero exercitio quouis modo, aut aliquem Fratrem Ordinis antedicti ad lectoriatum, aut quamcunq; lecturam, ſeu ſtudium, vel gradum promouere, aut promotos ab eis remouere, ſeu etiã reuocare, aut de loco ad locũ mittere, vel mutare, ſiue alicui Fratri eorundem eundi ad quodcunque monaſterium, vel locum alium, aut Clericum, vel aliam perſonam licentiam impartiri. Et ne inſuper quemuis ſingularem Fratrem Ordinis memorati de quocunque crimine, vel debito punire, vel à pœna ſeu ſententia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare, aut etiam alicui Fratri locum, Cameram, Cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel eius vſui deputare, aut quæcunque per Prælatos eiuſdẽ Ordinis, aut alios deputata quomodolibet amouere, nec etiam de rebus aut de correctione Fratrum dicti Ordinis in præmiſſis caſibus in præfata Regula, ſeu eorum aliquo aliquatenus intromittere ſe quouis modo. Itaque dictus Ordo ſeu Fratres eiuſdem in vllo ſubſint futuris protectoribus, niſi dumtaxat in caſu in quo ipſorum Fratrum communitas, vel Generale Capitulum (quod abſit) à præfatis articulis, vel eorum aliquo deuiarent. Alioquin ſi ſecus fecerint, id decernimus irritum, & inane; & nihilominus Fratres, qui contra huiuſmodi noſtram inhibitionem quicquam impetrabunt, ſeu poſt inhibitionem huiuſmodi vtentur etiam per alios impetratis, puniantur illis pœnis, quibus eſſent pro grauibus culpis ſecundum ſtatuta dicti Ordinis puniendi, & ſint nihilominus actibus priuati legitimis, & à ſuis, ſi quæ habent, ſuſpenſi ipſo facto. Cæterum nos eoſdem futuros protectores hortamur attentius, quòd per facti efficaciam ſic nominis ſui effectum procurent, quòd Ordo ipſe per eos non lædatur in aliquo, ſed potius ab aduerſis (ſi quando forſitan incumbunt) ſuo opportuno defenſionis clypeo protegant, & à noxijs præſeruent, ſic aptari prouide, & æquitatis, ac modeſtiæ limites ſeruaturi, vt non trahatur ad noxam, quod prouiſum extitit ad ſalutem: Sed ex charitatiuis geſtis eorum, ordo præfatus quietem, & conſolationem percipiat, & ipſi protectores magnum apud Deum præmium ſortiantur, & ſuper contrario non oporteat dictæ Sedis prouidentiam aliud remedium adhibere. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum apud Pontem Sorgiæ Auinionenſis Diœceſis ſexto Cal. Iunij Pontificatus noſtri anno tertio.

In quibus ſe debet protector ingerere.

Pia cohortatio ad protectores Ordinis.

ALTERVM DECRETVM SIXTI QVARTI *Pontificis Maximi.*

NOS autem, cum in minoribus conſtituti, & infra. Ea, quæ pro ipſius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & proſperitate à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris prouide ſtatuta, & ordinata ſunt, vt illibata perdurent noſtræ approbationis munimine roboramus, interpretamur, & declaramus, prout ipſius Ordinis tranquillitati conſpicimus ſalubriter expedire, & infra, præfatiq́ue Ordinis, & Fratrum eiuſdem negocia, & cauſæ non alibi, neque per alios quàm in ipſo Ordine, & ipſius prælatos tractentur, agitentur, iudicentur, & determinentur; Dilecti filij Zanetti de Vtino Generalis dicti Ordinis Miniſtri, & totius Generalis Capituli in hac parte ſupplicationibus inclinati, inhibitionem, & literas præfatas prædeceſſoris præfati auctoritate Apoſtolica præſentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & per eas protectori pſato, qui in tẽpore erit, niſi in illis caſibus, & articulis in regula dictorũ Fratrũ expreſſis, & præfati pdeceſſoris litteris declaratis.

Nec

Nec in illum dum non vniuerſi, ſed aliqui ipſius Ordinis profeſſores, in quouis numero, à fidei vnitate, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia deuiarent, vel regulam præfatam non ſeruarent, ſede eorundem deuiantium, & non obſeruantium regulam correctione, aut deductione, ac alijs quibuſlibet cauſis, & negotiis dicti Ordinis ſe impediat inhibitum fore dicta auctoritate decernimus, & declaramus. Hortamur autem illos, qui ad officium protectionis huiuſmodi, quod in præſentiarum per obitum bo. me. Beſſarionis Epiſcopi Sabinenſis dicti Ordinis olim protectoris, nuperque vita defuncti, vacat, aſſumi, & deputari contigerit, & ipſius ſucceſſoris dicti Ordinis Protectoris; ac eis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè inhibendo præcipimus, ne extra præfatos articulos, & caſus in Regula prædicta contentos, & expreſſos, nec etiam in illis, cùm non vniuerſus Ordo, ſed aliqua ipſius pars, vel ſpeciales perſonæ errarent, ipſorum Fratrum querelas audire, ſeu de ipſorum cauſis, & negotijs contra Regulas, & declarationes huiuſmodi intromittere ſe quoquomodo præſumant; ſed curent, inuigilent, & intendant, vti eſt proprium eorum officium, & præfati Sancti Franciſci, & Apoſtolicæ Sedis intentio extitit, ipſum Ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico ſtatu conſeruare, & augere, ac ab impugnantibus, moleſtantibus, & perturbantibus protegere, & defendere, ac tueri, ne ſecus agendo Ordinem præfatum non ſolùm non protegant, conſeruent, & exaltent, vt tenentur, ſed in animarum ſuarum perniciem, ac dicti Ordinis detrimentum, & ſcandalum perturbent, deſtruant, & confundant. Nulli ergo omnino hominum, &c. & infra, Noſtræ approbationis, conſtitutionis, decreti, declarationis, exhortationis, & inhibitionis infringere &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1472. quinto Kal. Februarij, Pontific. noſtri anno 2.

Hortantur Protectores vt protegant & defendãt Ordinem.

Beſſario ille deceſſit... us fuit Ordinis Protector.

PROTECTORES SERAPHICI ORDINIS.

PRIMVS Ordinis Protector (abſque tamen forma Regulæ, & nulla ſeruata ſolennitate) fuit Dominus Ioannes de Sancto Paulo Cardinalis, & Epiſcopus Sabinenſis, viuente Beato Patre Franciſco, cum quo fuit maxima familiaritate coniunctus.

DE DOMINO VGOLINO

Diacono Card. Protectore.

DOMINVS Vgolinus natione Hernicus, patria Anagninus, ſummo loco de Comitum genere ortus, nepos ex conſobrino Innocentij Papæ Tertij, à quo primò ſubdiaconus, & capellanus ſuus, mox Diaconus Cardinalis S. Euſtachij, demùm Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Veliternus, Ordinis noſtri Protector præcipuus fuit, qui poſtmodùm (ſicut vir ſanctus prædixerat) ad ſummi Pontificatus ſublimatus eſt apicem, dictusq; Gregorius IX. Quomodo hic fuerit inſtitutus Protector Ordinis ignoratur: certum tamen eſt, quòd cum B. Franciſco regulam S. Claræ conſcripſit, & in ſcribendo magna lacrymarum copia perfundebatur. Hæc F. Philippus Peruſinus ad Gonſaluum Generalem. Factus Pontifex multo cordis affectu proſecutus eſt Ordinem, vt fatetur F. Philippus audiuiſſe à quodam Fratre Benedicto Florentino, qui fuit de ſua familia. Fuerunt ſiquidem tres præcipui Protectores, qui verè fuerunt patres Ordinis, quos propterea Deus extulit ad culmen Apoſtolicum. Vgolinus, qui fuit Gregorius IX. Raynaldus Anagninus, qui fuit Alexander Quartus: Ioannes Caetanus, qui fuit Nicolaus Tertius. Ille igitur fuit primus Protector iuxta formam Regulæ à Domino Papa Ordinis noſtri Conſeruatore conceſſus, qui maxima beneuolentia in Beatum FRANCISCVM, vniuerſum eius Ordinem in fidem & protectionem ſuam accepit, atque vnà cum Beato Franciſco reiecta omni cura, meditationi tantum vacans, ad ſacram Camalduli eremum ſe recepit, vbi cellam cum ſacello in capite eremi, quæ ad hanc diem celeberrima viſitur, ſibi ſtatuit, atque eremiticum conuictum, vitæque auſteritatem, incredibili animi & corporis conſectari voluit conſtantia. Quam vitæ degendæ rationem & ipſe quoque Beatus Franciſcus

Dominus Vgolinus cultor præcipuus S. Franc. & vniuerſi eius Ordinis.

per ſex menſes ad eius ſolatium inire non recuſauit. Hodie quoque vocatur Cella B. Franciſci, & ob ſanctiſſimi viri memoriam à maiore Patre ſacri loci incolitur. poſthæc verò gregis ſui ouilia repetens ad Aluernæ Montem profectus eſt.

DE RAYNALDO OSTIENSI *Protectore.*

RAYNALDVS Epiſcopus Oſtienſis, amantiſſimus Ordinis vſqueadeo Protector fuit, vt cùm ab eo iam facto Pontifice, Frater Ioannes de Parma Generalis cum aliquot Fratribus Cardinalem protectorem peteret iuxta Regulam, ipſe Summus Pontifex benignè reſpondit ſe quandiu viueret, eſſe velle immediatum protectorem. qui ſedit in beata Sede ann. vi. Hic auctoritate propria, Peruſij Curia reſidente, Regulam, quam B. Franciſcus Sanctæ Claræ, & ſuis monialibus tradiderat obſeruandam, Regulæ Fratrum Minorum multum conformem confirmauit, & ſigilli ſui munimine roborauit, Pontificatus Domini Innocentij anno x.

DE IOANNE CAETANO *Card. S. Nicolai, Protectore.*

IOANNES Caetanus Vrſinus, ex Matthæo Rubeo Caetano Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, fuit vnus ex tribus feruentiſſimis protectoribus Ordinis, poſtea Nicolaus III. Nam D. Bonauentura Generalis petiuit anno *1263.* à Domino Papa Vrbano in protectorem Dominum Ioannem Caetanum, quamuis Dominus Papa vellet dare Ordini Aucterium nepotem ſuum, Pater iſtius Cardinalis Matthæus Rubeus de tertio Ordine fuit, & dicebat quòd Domino & S. Franciſco fuit oblatus à Patre ſuo, & fuit ſibi prædictum, quòd futurus eſſet Frater non habitu, ſed protectione, & ſibi paruulo tanquàm ratione vtenti Ordinem vniuerſum commendatum fecit; nec voluit cuiquam reuelare vſque ſub illud tempus, quia iuxta ſententiam Salomonis, ſeruandum eſt verbum in tempore. Iſti tres Protectores inter cæteros non ſolùm fuerunt verè Protectores, ſed etiam Patres Ordinis.

DE PHILIPPO TT. S. MARCELLINI *Protectore.*

PHILIPPVS tt. S. Marcellini, anno *1369.* creatus eſt Protector Ordinis, qui fuit Ordinis dextrum latus, vt meritò ſuſtinuerit nomen, & officium Protectoris. Hic determinauit tanquàm Protector, vt Generales & Prouinciales poſſint viſitare Moniales.

DE MATTHAEO VRSINO *Diacono Cardinali, Protectore.*

MATTHAEVS Rubeus Vrſinus Nicolai III. nepos, Diaconus Cardinalis tt. S. Mariæ in Porticu protectionis munus obiuit. Vidi quaſdam eius litteras Bononiæ in Archiuio S. Franciſci ad Epiſcopum Ariminenſem pro Ordinis noſtri tutela. Porrò vir iſte fuit maximæ perfectionis, qui cùm ſemel inuitaſſet B. Franciſcum vnà cum alijs pauperibus, voluit cum illis in terra cibum ſumere, cui Nicolaus Pontifex commendauit Ordinem Minorum his verbis: Commendamus tibi fili, melius quod habemus damus tibi, cordis noſtri deſiderium, pupillam oculorum noſtrorum, vnde à corde Pontificis dum hæc diceret, emanauit mira dulcedo, tantaque lacrymarum abundantia profluxit, tantus ſingultuum impetus proſiliuit à pectore, præſente Generali, & Miniſtris, qui ad hoc venerant, vt intercluſo auditu non ſolùm loqui non poſſet, ſed ab eiulatu vocem refrænare non poſſet; ibique factus eſt planctus magnus. ſed voce reſumpta, ait Pontifex:

In hac

In hac materia non poſſumus continere nos intra cancellos, quia nàtura noſtra non patitur, Extractumq́ue anulum, quem gerebat, dedit Card. dicens, Commendamus tibi Ordinem Minorum, vt ſis gubernator, protector, & corrector huius fraternitatis. gubernatione non indiget, quia ibi ſunt multi viri prudentes; neque correctioni oportet intendere, quia prælaturæ ſunt diſpoſitæ, vt fratres poſſint recurrere ad cuſtodes, & à cuſtodibus ad Miniſtros, à Miniſtris ad Miniſtrum Generalem: tertio loco indigent tuo patrocinio, quia ſunt debiles, & pauperes, quos multi exſtimulant & inquietant, quibus repugnare non poſſunt; quare indigent brachio protectoris. Hoc potiſſimum eſt, in quo debet tua cura inſiſtere.

F. Ioannes à Muro Picens, Cardinalis Portuenſis, obijt Auinione.

IOrdanus Vrſinus Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis, & Pœnitentiarius maior tempore Eugenij Quarti Pont.

Dominicus Capranica Firmanus Cardinalis S. Crucis, & maior Pœnitentiarius.

BEſſarion Nicænus Cardinalis Epiſcopus Sabinenſis, & Patriarcha Conſtantinopolitanus ſub Paulo Secundo Pont. Max. anno 1471.

IVlianus à Ruuere Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis S. Petri ad Vincula, dictusq́ue deinde Iulius II. Summus Pont. fuit protector Ordinis annos xxvj. & vltra.

DOminicus Grimanus Venetus Epiſcopus Cardinalis S. Marci, & Patriarcha Aquileienſis ſub Iulio II. Pont. cui charus fuit, anno 1506. Fuit vir vndequaque eruditus vt teſtantur præclara eius monimenta de intenſione, & remiſſione.

Ioannes cognomento de Valle, Cardinalis Romanus protector.

F. Franciſcus Quignonius Hiſpanus Cardinalis S. Crucis.

ROdulphus Pius Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, vulgò Cardinalis Carpēſis, qui obijt anno 1564. vi. nonas Maij.

CArolus Borromæus presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis Archiepiſcopus Mediolanenſis, hoc tempore clariſſimus.

IVlius Feltrius de Ruuere Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, & Archiepiſcopus Rauennas, vulgò Cardinalis Vrbini, vocatus à Magiſtro Ioanne Pico Card. abſente, obijt Vrbini die x. menſis Septembris, anno 1578. poſt cuius obitum inuentum eſt cerebrum eius totum ſanie confectum, medicis attentantibus epatis curam.

FRanciſcus Alciatus Mediolanenſis tt. S. Mariæ in Porticu, qui obijt Romæ, an. 1580. die 18. menſis Aprilis, ſepultus in æde S. Mariæ Thermarum.

PHilippus Guaſtauillanus Senator Bononienſis, & S.R.E. Cardinalis, inſtitutus eſt protector Fratrum Conuentualium à Gregorio XIII. Pont. eius auunculo, inſtante ad hoc Reuerendiſs. Generali Magiſtro Petro Antonio Nucerino. Quo tempore diuiſa eſt protectio agente pro Obſeruantibus Cardi. Medices, & Cardinale de S. Seuerina pro Capuccinis. Diſcretio ſit Protectorum duplicium, pro Obſeruantibus, & pro Capuccinis.

DE EPISCOPIS EX ORDINE Minorum aſſumptis.

OMNES Epiſcopos haud reperire potui, quos modò ſubijcio ex Cācellaria Papæ graui duriſſimorū tēporum iniuria ex omniq; propè memoria hominum deletos offendi ab an. 1517. quos omni diligentia eruere potui, eos bona fide indicaui, quamuis multis, & maximis rebus impeditus, cum nullum mihi vacuum relinquatur tempus, & liberum. Quare cum occupata opera, & impedito animo res tantas ſuſceperim, quantas ferè nullus alter qui cura vacaret, Lectorem decebit indulgentiori in me animo vti, ſi omnium quæ cuperet aliqua à me deſiderauerit.

Gabriel de Licio Apulus Epiſcopus Policaſtri.

Anno 1222. Rufinus Lupatus de Padua Anconæ Epiſcopus.

Anno 1240. floruit Leo de Perago Archiepiſcopus Mediolani.

Anno 1251. Zerardus Comes, & Silueſter de Epenſterſi Prouinciæ Rhenenſis Erphordianus eligitur à Senatu Canonicorum in Archiepiſcopum Maguntinum, præfuit annos ix.

Anno 1274. Henricus Kuodeer patria Iſnenſis, filius cuiuſdam Opilionis, Lucernæ apud Heluetios Cōfeſſor Ludouici Haſpurgij nondum Imperatoris: ex Lucerna Baſileam profectus, cum doctrina, & vitæ honeſtate laudem ſibi comparaſſet electus eſt Epiſcopus Baſileæ, vbi præfuit annos decem, ibique extruxit Monaſterium Sanctæ Claræ anno 1276. ab Henrico quarto Archiepiſcopus Maguntinus præficitur, ſed Canonicis ſecum colludētibus in electione moritur anno 1288. in Vigilia Sancti Matthię, ſepultus in Cathedrali.

Anno 1250. Ioannes de Deeſt, Brabantiæ oppido, olim Capellanus, & à conſilijs Gulielmi Regis Romanorum, magnus Theologus, & inſignis prædicator Crucis, ex epiſcopo Sabienſi per Innocentium quartum ad Lubicenſem eccleſiam transfertur. Rothomagenſis, & Tripolitanus, Epiſcopi duo fuere circiter hæc tempora nempe, in Cōcilio Lugdunēſe ætate D. Bonauenturę, Viri clari, de quibus fit honorifica mentio in oratione, quam in primo libro, habitam in canonizatione Diui Bonauenturæ, inuenies relatam.

Nicolaus Epiſcopus Anconitanus.

Frater Raymundus primo Miniſter ad quinque annos Boemię, deinde Epiſcopus Venenenſis in Boemia tempore Inno. IIII. ſum. Pont. an.. .12.. .

1308. Frater Petrus de Caſſana, Epiſcopus Ruthenenſis, & Patriatcha Hieroſolymitanus, qui miſſus fuit Legatus à Papa .... ad partes Terrę Sanctæ.

Anno 1399. floruit Frater Io. Lucianus Venetus, Epiſcopus Burguduenſis Saxo, & Dominus Benignus Venetus, Epiſcopus Canauiēſis, qui Venetijs extruxit magna ex parte turrim campanariam magnæ domus.

Anno 1517. 20. Aprilis Epiſcopus Verenſis & ſuffraganeus Abulēſis Frater Io. Caſalla.

Anno 1517. 26. Iunij Epiſcopus Taracomenſis, & ſuffraganeus Venetenſis Frater Theodoricus Keuer.

Anno 1517. Prima Iulij creatus Cardinalis Frater Chriſtophorus de Numaijs Generalis fratrum Minorum.

Epiſcopus Amidenſis, & Suffraganeus Raguſienſis frater Matthæus de Viuarijs.

Anno 1518. 17. Maij Epiſcopus Alexienſis F. Bernardinus, de Grouema.

Anno 1518. 28. Maij Epiſcopus Aſſanēſis F. Henricus Staudeſch.

Anno 1518. 21. Iunij Epiſcopus Dariēſis & Suffrag. Bononiēſis, F. Gabriel de Mediolano.

Anno 1518. 3. Septembris Epiſcopus Golubricenſis & Suffraganeus.... Frater Chriſtophorus de Pergellis.

Anno 1518. 10. Nouembris Epiſcopus Driuaſtenſis F. Franciſcus de Mora.

Anno 1519. 23. Martij Epiſcopus Troianenſis, & Suffraganeus Auenionēſis F. Stephanus Magnanus.

Anno 1519. 5. Maij Epiſcopus Darien. & Suffraganeus...... frater Dioniſius Sac.

Anno 1519. 13. Maij Epiſcopus & Suffraganeus Cartaginenſis frater Bernardinus.

Anno 1519. 20. Iunij Epiſcopus Gaddenſis Frater Vincentius Petic.

Anno 1519. 2. Decembris Epiſcopus Sarrepton. & Suffrag. Tornacenſis, frater Nicolaus Burreanenſis.

Anno 1519. 12. Decembris Epiſcopus Neapolitan. & Suffraganeus Ceueſenſis Frater Io. de Morellis.

Anno 1520. 14. Maij Epiſcopus Conſtantienſis, & Suffraganeus Boranenſis, frater Io. de Salazar.

Anno 1520. 21. Maij Epiſcopus Patracenſis, Frater Aurelius Marcellus Generalis.

Epiſcopus Triburicenſis Frater Franciſcus de Orello.

Anno 1520. 12. Octobris Epiſcopus Roſſenſis F. Antonius Paſchalis.

Anno 1521. 7. Ianuarij Epiſcopus Signienſis Frater Franciſcus.

Anno 1521. 6. Februarij Epiſcopus Sardenſis F. Alfonſus Cauallexio.

Anno 1521. 20. Martij Epiſcopus......... & ſuffrag. Atrebatēſis F. Io. Maria de Aretio.

Anno 1523. 30. Ianuarij, Epiſcopus Peurienſis Frater Nicolaus Creuker.

Anno 1523. 4. Februarij Epiſcopus Collocenſis Frater Paulus.

Anno 1523. 17. Aprilis Epiſcopus Yſernienſis Cardinalis de Ara cœli.

Anno 1523. 15. Maij Epiſcopus Scarenen. frater Francis. de Potentia.

Anno 1523. 17. Iunij Epiſcopus Nicopolitanenſis, & Suffraganeus Beluacenſis F. Petrus de Biſquarijs.

Anno

Anno 1523.18. Decembris Epiſcopus Cirenenſis, & Suffraganeus Crotonien. Frater Franciſcus Marturanus.

Anno 1524.9.Septembris Epiſcopus Vicen.F.Ioannes.

Anno 1524.2.Decembris,Epiſcopus Sarſiuaton. F.Raphael Alexandrinus.

Anno 1525.18.Ianuarii,Epiſcopus Craconen. F.Franciſcus de Seio.

Anno 1525.11.Auguſti,Epiſcopus Madauren.& Suffraganeus Militon. F. Nicolaus de Valle.

Anno 1525.4.Decembris,Epiſcopus Tarraconenſis,& Suffraganeus Valentinen.F.Ludouicus Chabonus.

Anno 1526.21.Februarij,Epiſcopus Sabulen.& Suffraganeus Aſſanenſis, F. Alfonſus de Villaſia.

Anno 1526. 19.Martij,Epiſcopus Periſſachen. F.Cæſar.

Anno 1526. 27.Aprilis, Epiſcopus Regien. Cardinalis de Araeçli.

Anno 1527.18. Februarij, Epiſcopus Kercenenſis,& Suffraganeus Suxitanen. F.Petrus Fugetus.

Anno 1528. 27. Ianuarij, Epiſcopus Algaren. F. Dominicus Paſtorellus.

Anno 1528.11.Maij, Epiſcopus Antibaren.Frater Ludouicus Cherigattus

Anno 1528.20.Nouembris, Epiſcopus Dulcinen. F.Petrus de Vrrea.

Anno 1529.22.Ianuarij, Epiſcopus Gaudicen.F.Aurelius de Gueuara.

Anno 1529. 8. Februarij,Epiſcopus Fulminenſis,& Ziarien. & Suffraganeus Nicoſien. F.Dionyſius Græcus.

Anno 1529. 23. Februarij, Epiſcopus Rauellen.F.Bernardinus de Goria.

Anno 1529.10.Decembris,Epiſcopus Sardienſis,& Suffraganeus Tolonen.F.Franci.

Anno 1530.12.Auguſti, Epiſcopus Maſicorien.F. Franciſcus Cumarrago.

Anno 1530. 23.Septembris, Epiſcopus Budicenſis. Frater Iacobus.

Anno 1531. 10.Iulij, Epiſcopus Aſcalonenſis,& Suffraganeus Aſſanenſis,Frater Guilelmus Duffid.

Epiſcopus Biritenſis,& Suffraganeus Maronita,F. Bernardinus de Cremona.

Anno 1531.15.Nouembris,Epiſcopus Tiberiadenſis,& Suffraganeus Dubluienſis,Frater Ricardus Gama.

Anno 1531.27.Nouembris,Epiſcopus Aurenſis, & Suffraganeus in Inſulis Indiæ Portugalliæ Frater Ferdinandus.

Anno 1532.13 Martij,Epiſcopns Sbronenſis ,& Suffraganeus Foroiulienſis,Frater Petru. Mainardus.

Anno 1532. 3.Iulij, Epiſcopus Damaſcenus,& Suffraganeus Agarenſis,Frater Simon de Podio.

Anno 1533.8.Auguſti.Epiſc.Cirenen. & Suffrag. Tholoſan.F. Franciſcus de Curia.

Anno 1534. 14. Ianuarij, Epiſcopus Chien. F.Hieronymus Viginus.

Anno 1536. 6. Nouembris,Epiſcopus Madrugien. F.Hermolaus de Hermolais.

Anno 1537.11.Aprilis,Epiſcopus Goañ.F. Io.à Rege Portugalliæ vocatus.

Anno 1537. 20. Iunij, Epiſcopus Dertuſenſis, Frater Aurelius de Calçeua à Cæſare præſentatus.

Anno 1537. 27. Iunij,Epiſcopus Marturanen. F.Iacobus de Ancona.

Anno 1537. 6. Iulij ,Epiſcopus Ozeuuria. Frater Bonanentura de Leonà Cæſare præſentatus.

Anno 4537.5.Decembris, Epiſcopus Arieñ.F.Marcus Adantinus Cretenſis.

Anno 1538.23.Septembris, Epiſcopus Naxien.& Parien.F.Ioſephus de Puzonaris.

Epiſcopus Syrenenſis, & Suffraganeus Ninenſis Frater Vbertinus.

Anno 1538.30.Octobris, Epiſcopus Sbronenſis, & Suffraganeus Nareclonenſis Frater Bonauentura.

Anno 1538.11. Decembris, Epiſcopus Milopotamenſis transfert ut Frater Dionyſius Epiſcopus Zianenſis.

Anno 1539.30.Maij, Epiſcopus Agrien.Frater Franciſcus de Frangipanibus.

Anno 1539.16.Iunij,Epiſcopus Cluenenſis Frater Ricardus Logā.Epiſcopus Laonēſis

Anno 1539.5.Decembris,Epiſcopus Cheonenſis,& Laonenſis, Frater Florentius Igeranenſis.

ua Anno

Anno 1540.15.Martij, Epiſcopus Suenenſis,& Suffraganeus Roſuamenſis Frater Iacobus Triaduſchieze.

Anno 1540.16.Aprilis Epiſcopus Dirachrenſis frater Ludouicus.

Anno 1540.16.Iulij.Epiſcopus Kildarenſis frater Donaldus Obechan.

Anno 1540.31.Iulij Epiſcopus Aureuſis & Suffraganeus Sarlatinenſis frater Io.Fabri.

Anno 1541.19.Ianuarij,Epiſcopus Saginenſis frater Bernardinus.

Anno 1541.30.Martij.Epiſcopus Fernenſis frater Bernardus Idouayll.

Anno 1541.10.Iunij,Epiſcopus Lorenenſis,& Suffraganeus Egiranienſis frater Baldaſſar de Ebora.

Anno 1541.4.Nouembris, Epiſcopus Broſonorienſis frater Cornelius de Muſſis,Epiſcopus Ardacadenſis frater Patritius Machiuace.

Anno 1543.16.Februarij,Epiſcopus Termopolienſis,& Suffraganeus Xancorienſis frater Rodulphus Tizzon.

Anno 1543.30.Martij, Epiſcopus Saresbitenſis frater Guil. Peti.

Anno 1543.prima Iunij,Epiſcopus Caluenſis frater Laurentius Spate.Epiſcopus Nicopolienſis,& Suffraganeus Tarraconenſis frater Michael de Ponte.

Anno 1543.24.Septembris.Epiſcopus Ruſſinonenſis,& Suffraganenſis Noruonēſis frater Iacobus Mentrauca.

Anno 1544.23.Octobris. Epiſcopus Bitontinus, frater Cornelius epiſcopus Pictononienſis transfertur.

Anno 1545.4.Decembris, Epiſcopus Caſſanenſis frater Antonius delacruz, à Cęſare præſentatus.

Anno 1546.16.Aprilis,Epiſcopus Monopolitanenſis frater Octauianus Præconius à Cęſare nominatus.

Anno 1547.prima Iulij,Epiſcopus del Rio de la plata frater Io. Bauios.

Anno 1547. 13. Iunij Epiſcopus Taxcalenſis frater Martinus de Oſacauio à Cæſare præſentatus.

Anno 1548.31. Auguſti, Epiſcopus Sallinlenſis, & Suffraganeus Maioricen. Frater Franciſcus de Salazar.

Anno 1549.10.Aprilis,Epiſcopus Aquenſis F.Bonauentura Coraularius.

Anno 1549.25.Octobris Epiſc. Cyrenenſis,& Suffrag.Vrgellen. frater Ioannes Puciē.

Anno 1550.21. Iulij Epiſcopus Liſiuoren. Frater Io.Mteſrai.

Anno 1550.20.Octobris Epiſcopus Imelacenſis frater Raymundus de Burgo.

Anno 1551.4.Martij Epiſcopus Roſenſis, & Suffraganeus Sancti Flori Frater Andreas Tixerius.

Anno 1551.2.Aprilis Epiſcopus Caluen.Frater Gaſpar Epiſcopus Scalen.transfertur.

Anno 1551.27.Aprilis,Epiſcopus Samaudicen.frater Scoronesbi.

Anno 1551.22.Maij Epiſcopus Maſſilitanen.& Suffraganeus Bracaren.frater Franciſcus de Conceptione.

Anno 1551.10.Iulij Epiſcopus Scaleus Frater Alfonſus Romero.

Anno 1551.2.Decembris Epiſcopus Dumenen.Frater Daniel de Spalato.

Anno 1552. 18. Septembris Epiſcopus Crotonenſis frater Petrus Paulus Caporellus à Cæſare præſentatus.

Anno 1554.12.Ianuarij Epiſcopus Roſſen.frater Mauritius Ophilius.

Anno 1554.6.Aprilis Epiſcopus Sbronenſis,& Suffraganeus Prætarienſis frater Hilarius Cherui.

Anno 1554.27.Auguſti Epiſcopus del Rio de la plata frater Petrus della Torre.

Anno 1555.18.Decembris Epiſcopus Compoſtellan. F.Petrus de Ayala.

Anno 1557.15.Martij Creat.Cardinalis frater Clemens Moniliarius Generalis.

Anno 1557.14.Iunij creatus Cardinalis,& Legatus in Anglia F. Petrus Pero, Anglus.

Anno 1557.6.Octobris.Epiſcopus Cyrenenſis, & Suffraganeus Colonienſis frater Io. Penarius.

Anno 1557.15.Decembris Epiſcopus Tingen.frater Franciſcus de Coroſiua.

Anno 1558.23.Martij Epiſcopus Damaſcen. & Suffraganeus Lugdunen. Frater Ioan. Henricus.

Anno

Anno 1558. 16. Decembris, Epiſcopus Nibrenſis Frater Philippus de Anglettis.
Anno 1559. 23. Ianuarij, Epiſcopus Miridonienſis Frater Petrus de Maldonado à Rege Catholico præſentatus.
Anno 1560. 6. Februarij, Epiſcopus Segnienſis Frater Georgius.
Anno 1560. 13. Martij, Epiſcopus Fulginatenſis Cardinalis de Araçœli.
Anno 1560. 26. Iunij, Epiſcopus Rouanenſis, & Suffraganeus Andegauenſis Frater Petrus Ragueſſus.
Anno 1560. 17. Iulij, Epiſcopus Martyrienſis, & Suffraganeus Columbrienſis Frater Ludouicus Norman.
Epiſcopus Caluenſis Frater Iulius Magrianus.
Anno 1561. 8. Auguſti, Epiſcopus Dauĕtrienſis Fater Io. Maluſij Epiſcopus Grumugenſis Frater Io. Ruffins.
Anno 1561. 19. Nouembris, Epiſcopus Frater Franciſcus de Toral.
Anno 1562. 4. Maij, Epiſcopus Conchenſis, Frater Bernardus de Freſuedo.
Anno 1563. 30. Iulij, Epiſcopus Marianen. & Tribunen. F. Iacobus de Liſcaris.
Anno 1564. 8. Martij, Epiſcopus Ciuitatis Imperialis F. Aurelius de Sammigriel.
Anno 1564. 17. Nouembris, Epiſcopus Stagnen. F. Bonifacius Raguſinus.
Anno 1565. 12. Octobris, Epiſcopus Dunenſis, & Concrenſis in Hibernia Frater Mileſius Magnæ.
Anno 1565. 26. Octobris, Epiſc. Samaudricen. Frater Nicolaus Vgrinouich.
Anno 1566. 15. Nouembris, Epiſc. S. Agathæ Frater Felix Perettus de Monte Alto.
Epiſcopus S. Iacobi de Nueuo eſtremo prouincia, F. Ferdinandus de Varrionueuo.
Anno 1568. 2. Iunij, Epiſcopus Inſulæ S. Ioan. de Puerrorio in partibus Indiarum præſentatus à Rege Catholico.
Anno 1569. 18. Februarij, Epiſcopus Mundomienſis Frater Antonius de Luxiar, à Rege Catholico præſentatus.
Anno 1570. 12. Aprilis, Epiſcopus Carthacenſis Frater Angelus.
Anno 1570. 17. Maij. F. Felix Perettus de Monte Alto creatur Cardinalis.
Anno 1570. 11. Auguſti, Frater Aegidius de Monte Epiſcopus Dauentinus in partibus Tranſiluaniæ.
Anno 1570. 8. Nouembris, Frater Aurelius de Vrtunouo Epiſcopus Literen.
Eodem anno, & die Frater Ludouicus Capara præſentatus à Rege Catholico Epiſcopus Sanctæ Fidei in partibus Indiarum
Eodem anno, & die Frater Hieronymus Albornocius præſentatus à Rege Catholico Epiſcopus Tucamanus in partibus Indiarum.
Anno 1571. 16. Iulij, F. Aurelius Moniliarius Epiſcopus Brugnatenſis.
Anno 1571. 17. Decembris, Reuerendiſſimus D. Felix Cardinalis de Monte Alto fuit tranſlatus ad Eccleſiam Firmanam.
Anno 1572. 17. Martij, Frater Angelus Epiſcopus Carthacenſis fuit tranſlatus ad Meſ. Eccleſiam Tranen.
Anno 1572. 13. Auguſti, Frater Ioãnes Caſcauora Epiſcopus Vſellenſis, & Terrealbenſis à Rege Catholico præſentatus.
Anno 1572. 5. Septembris, Frater Iulius Florettus Epiſcopus Chyronen.
Anno 1572. 17. Octobris, Frater Didacus de Landa Epiſcopus de Yncauſan. à Rege Catholico præſentatus.
Anno 1572. 19. Nouembris, Frater Ioannes Melis Epiſcopus Roſanen. à Rege Catholico præſentatus.
Anno 1573. 26. Auguſti, F. Antonius Polus de Matthæis Epiſcopus Roſnen.
Anno 1574. 12. Februarij, Frater Dionyſius Odiera Epiſcopus Magionen.
Anno 1574. 29. Martij, Frater Anſelmus de Olliuerijs Epiſcopus Veſſanen.
Anno 1574. 18. Iunij, Frater Didacus de Medellia Epiſcopus Sancti Iacobi noui extremi à Rege Catholico præſentatus.
Anno 1574. 17. Septembris, F. Bartholomæus Barzellinus Epiſcopus Reatin.
Anno 1575. 19. Ianuarj, Frater Antonius de Cazas Epiſcopus Nicaragnenſis à Rege Catholico præſentatus.
Anno 1576. 23. Ianuarij, Frater Ricardus Epiſcopus Ardachaden.

Anno 1576. Iunij, frater Patritius Epiſcopus Maioricen.
Anno 1576. 18. Iulij frater Franciſcus Spirenus, Epiſcopus Sebacren.
Anno 1579. 22. Auguſti frater Cornelius Viarius Epiſcopus Laonen.
Anno 1577. 27. Martij frater Hieronymus de Villa carillo Epiſcopus à R.C. pręſẽtatus.
Frater Ioannes del Campo Epiſcopus della plata à R.C. præſentatus.
Anno 1577. 15. Aprilis F. Franciſcus de Occarido, Epiſcopus de Mixillo, à R.C. præſen.
Anno 1578. 15. Octobris Frater Mariann[s] Epiſcopus Alexien.
Anno 1578. 25. Nouembris Frater Franciſcus Epiſcopus Carlaren.
Anno 1579. 4. Ianuarij frater Ambroſius Capicius Epiſcopus Antibaren.
Anno 1579. 30. Ianuarij frater Benedictus Epiſcopus Chieucren.
Anno 1579. 6. Februarij F. Sebaſtianus à R. præſentatus Epiſcopus Sanctæ Marthæ.
Anno 1579. 21. Maij frater Chriſtophus, Epiſcopus Cæſarien. & Suffraganeus Seuacẽ.
Anno 1579. 2. Iulij, F. Marianus Tiburtinus, à Rege Cath. nominatus. Epiſco. Aquilanus.
Anno 1580. 14. Martij, frater Aurelius Dieri à R.P. Epiſcopus Cuben.
Anno 1580. 9. Maij frater Io. Nati. Epiſcopus Bellinen. & Suffraganeus Bellxinen.
Anno 1580. 4. Iulij, Frater Auguſtinus Epiſcopus Smirnenſis, & Suffrag. Veliteneus.
Anno 1580. 11. Iulij, F. Io. Scaccaſey, Epiſcopus Aladernen.
Anno 1581. 6. Martij F. Franciſcus de Orantes à R.P. Epiſc. Eueten.
Anno 1581. 29. Maij F. Maſſeus de Bardes, Epiſcopus Piſſinen.
Anno 1581. 30. Septembris F. Marcus de Vliſſipone à Rege nominatus Epiſcopus Portugallenſis.
Anno 1581. 6. Nouembris Frater Franciſcus à Rege nominatus, Epiſcopus Conſeranẽ.
Anno 1582. 8. Ianuarij, Frater Silueſter de Albania Epiſcopus Stephanen. & Benden.
Anno 1582. 26. Ianuarij, F. Albertus Pomerius Epiſcopus Tripolen. & Suffraganeus Oſſen.
Anno 1582. 27. Aprilis F. Cornelius Oduiberius Epiſcopus Dunen. & Coneten.
Anno 1582. 20. Auguſti F. Bonauentura Nacterius Epiſcopus Roſſen.
Anno 1583. 11. Maij, frater Bernardus de Podio Epiſcopus Agaten.
Anno 1583. 9. Auguſti F. Andreas Certiora, Epiſcopus Cardonen. & coadiutor Arben.
Anno 1584. 9. Aprilis F. Antonius Fera Planẽſis Ordinis Min. Conuen. epiſ. Maſſicanus.
Anno 1584. 16. Iulij F. Michael Riperborius, Epiſco. Sagienſis.
Anno 1585. 17. Maij F. Franc. Camiſius Biſſacen. Epiſcopus Valuen. & Sulmonenſis.
Anno 1585. 9. Septembris F. Cæſar Nardus Fanenſis. Epiſco. Geruntinus, & Cariatenſis.
Anno 1585. 25. Septẽbris F. Maſſimianus Beniaminus Cremẽſis, Inquiſitor Paduę, Epiſcopus Clodien.
Anno 1586. 8. Ianuarij. F. Henricus Syculus, Epiſcopus Alifanus.
Anno 1586. 23. Iunij F. Clementis, Generalis Ordinis Min. Epiſcopus Neocaſtrenſis.
Anno 1586. 4. Iulij F. Frãciſcus Panigarola Mediolanen. Epiſcopus Griſopolitanus, & ſuffraganeus Ferrarienſis.

Finis Epiſcoporum ſacri Ordinis Minorum, quos habere potui eos bonafide adnotaui, ſcio multò plures etiam quorum memoria deſideratur.

COMI-

236

COMITIA GENERALIA

DIVERSIS TEMPORIBVS, ET LOCIS CELEBRATA;

VBI GENERALES PRAEFECTI CREATI SVNT, & vetera Franciſcanæ Religionis decreta reſtituta conſpiciuntur.

SIMVL ETIAM REDDITVR ratio multorum, quæ in eiſdem Comitijs generalibus contigerunt.

Auctore F. Petro Rodulphio Toſinianenſi
Conuentuali Franciſcano,
In Conuentu Magnæ Domus Venetiarum Prælectore.



M D LXXXVI.

PRAEFATIO.

Qua ratione inſtituta ſuot comitia generalia.

IN primo Tractatus huius veſtibulo aperiendum nobis eſt, qua ratione generalia Comitia inſtituta ſint à Summis Pontificibus, quibus ſumma rerum omnis à Deo permiſſa eſt. Idq; præcipuè in cauſſa fuit, vt violatæ Religioni, totq; malis iamdiu vexatæ, propemodumq; oppreſſę ſuccurratur. Nam tempore D. Bonauenturæ Generalis ob multitudinem Fratrum, quę in dies creſcebat, diſtincta fuit Religio hæc noſtra in Prouincias xxxiiij. xvij. vltra, & totidem citra montes ſub vno tamen capite & paſtore, cùm duo in vno corpore capita eſſe turpe ſit, & indecorum. Vnde B. FRAN. humanæ fragilitatis miſerias pertæſus, octauo ſuæ Regulę capite ait: Vniuerſi Fratres vnum de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſeruum totius Vniuerſitatis, & ei teneantur ſemper obedire. quo verbo indicat capitis principatum, & ductum, qui non caſu vel fortuitò conſtituendus eſt, ſed electione, vt omni ſtudio & pietate omnia tractet, quæ ad Religionis incrementum facere videntur. Huc curas & cogitationes omnes fixerunt Patres, ad tollendas temporum procellas, omniaq; pericula imminentia, vt congregati ſemel in triennio in feſto Pentecoſtes, hac via ſaltem omnibus malis mederentur; & ad temporis rationem conſilia accommodantes inſtituerunt quolibet triennio generale Capitulum celebrari: id quod etiam decretum in Concilio Baſilienſi fuit. Hæc volui breui hac præfatione adnotare, in pręmonitionem dicendorum, quorum quamuis multa ſint mihi incomperta, cùm per xxxix. ann. vſque ad Concilium Conſtant. duo Pontifices, & duo Generales in ſciſmate eligerentur: ſi tamen per occupationes licebit, forſan aliàs maiora ſi qua ſuccurrent, addemus.

Cap. viij. Regulę.

In hoc Concilio cũ Magiſtro Antonio Piretto Generali interfuerunt quidam inſignes Magiſtri, ſ. Magiſter Antoni⁹ de Creppa Prouincialis Mediolani, Magiſter Ioannes de Bonooia Miniſter Bononiæ, Magiſter Mathæus de Parma Miniſter Romæ, Magiſter Vitalis Valẽtinus de Prouincia Prouincię, Magiſter Ioannes Scanis Florentinus, Magiſter Nicolaus Tergeſtinus, Magiſter Bartholomęus de Bononia, Magiſter Lãcelottus de Placentia.

CAPI-

CAPITVLORVM GENERALIVM NVMERVS ET ORDO.

PRIMVM Capitulum Aſſiſij celebratum an. 1217. inter initia exorientis Religionis, vbi B. Pater Franciſcus cõtemplatus eſt ſupra quinque millia Fratrum. Quod miraculi loco memorari debet. Ibi enim erat tanta multitudo, vt videretur acies caſtrorũ ordinata: cogebanturq; omnes dicere, Caſtra Dei ſunt hęc. Hoc Capitulum fuit generaliſſimum, vulgò dictum Capitulum Storatum, nã præmultitudine hoſpitabantur Fratres & plebs in cãpis, vbi erant veluti tentoria, & tabernacula ſtoreis & virgultis, cęnoq; cõtexta, viasq; omnes replebant. Ferunt B. Dominicum cũ octo ex ſuis Fratribus interfuiſſe, admiratumq; tantã multitudinem: quãuis huius rei nullã faciat mentionẽ D. Bonau. auctor ſummæ fidei. Hoc tẽpore multi Fratres fuerunt miſſi in diuerſas Prouincias ad propagandã Chriſti fidẽ. B. verò Franciſcus ſibi elegit Prouinciã Francię; ſed eo Capitulo abſoluto, vnà cũ F. Maſſæo Romã contendit, ad viſitanda ſacra BB. Chriſti Apoſtolorũ limina: deinde verò Galliã verſus iter arripiens inuenit D. Vgolinum Cardinalem Legatũ Honorij Papæ: Dominus verò Legatus hortatus eſt B. Franc. vt rediret in Italiã, ne puſillus Ordo abſentia Nautę pateretur naufragiũ. Quo audito conſilio redijt, Fratresq; ſuos, qui ſecũ aderant, miſit in Hiſpaniam ad debellandos, & coercendos hæreticos, qui fractis pudoris clauſtris graſſabantur in illis partibus, multaq; moliebantur contra fidem Catholicam, à quibus Fratres illi fuerunt diuexati. Interim Vrraca Regina, nobilis, & perilluſtris Matrona, obtinuit ab Alphonſo viro ſuo, vt in Vlyſſipona, & maritimis, duo loca pro Fratrib. obtinerentur, & à Domina Sanctia ſorore dicti Regis Alphonſi plurimis beneficijs fouebãtur Fratres, vt libro primo diximus.

Primum Capitulum.

Quinque millia Fratres in Capitulo ſtorarum.

Cant. 6.

Gen. 32.

Primum Capitulũ generaliſſimũ.

Marcus Antonius Flãminius in vita S. Dominici im probat, ꝙ quid dixerit, ex quo viſus ſit quodã modo dubitare de diuina prouidẽtia.

Vrraca perilluſtris matrona precipua cultrix Ordinis S. Franc.

Epiſtola B. Franciſci ad futurum Capitulum generale, qua ardentius cohortatur Fratres ad Dei cultum, & Regulæ ſuæ obſeruantiam.

REVERENDIS & multum diligendis Fratrib. vniuerſis. Nomen Dei audientes adorate eũ cum timore, & reuerentia proni in terra. Ideo miſit vos Deus in vniuerſo mundo, vt verbo, & opere detis teſtimoniũ voci eius, & faciatis omnes ſcire, ꝙ non eſt alius pręter ipſum. In diſciplina, & ſancta obediẽtia perſeuerate, & quę promiſiſtis ei, bono propoſito adimplete per omnia. Oro ſicut poſſum, Generalem Miniſtrum, vt faciat Regulam ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, & Clerici dicant diuinum officium cum deuotione coram Deo, non attendentes moleſtiam vocis, ſed conſonantiam mentis. & bene valete in Domino.

De obſeruatione Regulæ.

Anno 1219. celebratum eſt Capitulũ Aſſiſij, & miſſi fuerunt Fratres per vniuerſum mundum cum literis Apoſtolicis. hoc tempore 1220. Fridericus ab Honorio Pont. Romæ inunctus, Imperiales titulos recepit, & nihilominus Eccleſiaſtica ſibi vſurpans iura, Honorium perſequitur, & maximæ inter eos vigẽt diſcordiæ. manebat Pontifex Peruſij, & Cardinalis Protector Aſſiſij, qui quotidie erat cũ Fratribus, cũ quibus maximã voluptatem capiebat. Honorius verò Pontifex literis Apoſtolicis cõmendauit Fratres vbiq; locorum his verbis.

Secundum Capitulum.

Fridericus inunctus recipit titulos Imperiales.

Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c.

CVM Dilecti filij F. Franciſcus & ſocij eius, de vita, & religione Minorũ, abiectis vanitatib. huius mundi, elegerint vitæ viã à Rom. Eccleſia meritò approbatã, vt ſerendo ſemina verbi Dei, Apoſtolorũ exemplo, diuerſas circũeant Regiones, Vniuerſitatem veſtrã rogamus, & exhortamur in Domino, vobis per Apoſtolica ſcripta mãdantes, quatenus cũ latores præſentiũ ad uos duxerint declinandũ, ipſos recipiatis ſicut Catholicos, & fideles &c.

Epiſtola B. Franciſci ad Capitulum generale, qua admonet Sacerdotes ad reuerentiam exhibendam ſanctiſſimo Altaris Sacramento, quæ ſupra etiam relata eſt.

DEPRECOR omnes Fratres cum oſculo pedum, & ea qua poſſum charitate, vt omnem reuerentiam, & honorem, quantumcunque poteritis, exhibeatis ſanctiſſimo corpori, & ſanguini Domini noſtri IESV Chriſti, in quo quę in cœlis, & quę in terris ſunt, pacificata ſunt, & reconciliata omnipotenti Deo. Rogo etiam in Domino omnes Fratres meos Sacerdotes, qui ſunt, & erunt, & eſſe cupiunt

Col. 1.

Sacerdotes Altiſſimi, quòd quandocunque celebrare voluerint, puriſſimi faciant, & puriſſimè verum ſacrificium ſanctiſſimi Corporis, & Sãguinis Domini noſtri IESV Chriſti, cum omni reuerentia, ſancta, & munda intentione &c.

III. Capitulum. Obitus B. Franc. Prohibet ne quis vocetur Magiſter. cũ ſit titulus ſummæ excellentiæ. Deuter. 32. Lucæ 6. B.Frã. iubet Theologos honorari.

Anno 1227. celebratum eſt Capitulũ Aſſiſij tempore F. Ioannis Parentis poſt obitum B. Franciſci, qui anno 1226. Chriſti ſtigmatibus inſignitus, & miraculis clarus mortuus eſt iiij. Non. Octob. & biennio poſt in Catalogo Sanctorũ à Gregorio IX. Pont. Max. relatus. In hoc Capitulo à Generali Miniſtro cautũ eſt, ne quis diceretur Magiſter, ſed omnes paſſim vocarentur Fratres Minores vllo abſq; titulo. Nam B. parens Franciſcus ſemper & vbiq; abhorruit ſuperbos, honorificosq; titulos, quia ſolius Chriſti perfecta ſint opera, & ipſe ſolus Magiſter vocandus ſit. Quod quidem ipſe faciebat, ne Fratres inſoleſcerent, vel faſtu humano intumeſcerent. Si quidem in ſuo Teſtamento iubet Theologos honorari, qui miniſtrant nobis ſpiritum, & vitam. Item inſtituit, quòd nullus apoſtata præſertim de fide ſuſpectus, recipiatur ad Ordinem. Item ꝙ nullus nouitius ſecularium confeſſiones audire præſumat, neque alij Sacerdotes, niſi prius fuerint à Prouincialibus admiſſi.

IIII. Capitulum. Trãslatio corporis B. Franc.

Anno 1230. celebratum eſt Capitulum Aſſiſij, & interfuerunt duo millia Fratres. Quo tempore facta eſt tranſlatio corporis Beati Franciſci de Eccleſia S. Georgij, vbi annos quatuor conditum fuit, ad Eccleſiam in eius honorem conſtructam, octauo Kal. Iunij, cum celeberrimo apparatu, & veneratione. Nam ex vicinis Vrbibus, & villulis tanta populorum copia congregata eſt, vt per campos gregum more accumberent, currus, & boues, quibus vehebatur ſacrum illud corpus, erant cooperti purpura, vt affectus fidelium traheretur ad currendum poſt Chriſtum. Quo viſo mirabili ſpectaculo, B. Antonius Patauinus in montem Aluernæ deuotionis cauſa ſe recepit, ibique permultos menſes permanſit. Gregorius IX. Pont. qui huic tranſlationi intereſſe non poterat, miſit quoſdam præclaros nuncios, qui ſuæ abſentiæ cauſam exponerent, & munera quædam precioſa tranſmiſit, vt Crucem auream cum ligno Crucis Domini, & ſacri Altaris ornamenta.

Cæterum hic ſciendum, quòd ab hoc anno 1230. ad annum 1242. non inuenio aliud Capitulum celebratum, fortè quia non fuit adnotatum, reperio tamen Gregorium IX. Pontificatus ſui anno ſeptimo. Anno verò Domini 1234. deſtinaſſe Minores Fratres ad Iorgianos cum litteris Apoſtolicis, quarum tenor talis eſt.

Matth. 9. Matth. 3.

CVM meſſis multa ſit, operarij verò pauci, & Euangelicus ille paterfamilias adhuc mitteret operarios in meſſem ſuam, in hac quoque quaſi vndecima hora vineæ ſuæ deputat vinitores, quorum laborem pari cum primis denario recompenſet. Cùm igitur in terris Iorgianorum, Saracenorum, aliorumque infidelium vobis ſit animarum ſolicitudo commiſſa, vt illius operante clementia, qui de lapidibus poteſt Abrahæ filios ſuſcitare, verbo, & exemplo proficiatis ibidem, & exiſtentes in inuio reducatis ad viam. NOS conſiderantes, ꝙ miniſterium veſtrum diligenter implentes vos operarios inconfuſibiles exhibetis vitiorũ ſentes extirpare de agro Domini ſatagendo; Propter quod indubitatã de vobis fiduciam obtinemus, vt qui ſpiritu viuitis, ſpiritu ambuletis, & de doctrina, & conuerſatione veſtra flores, & fructus proueniant gratiores; Deuotioni veſtræ per auctoritatẽ &c. vt in terris illis vobis ſit licitum excommunicatis communicare in his, quæ ad ſalutem pertinent animarum, quibus etiam dummodo Latini ſint, & Apoſtolicæ Sedi obediant, fratres veſtri Presbyteri valeant congrua ſatisfactione præmiſſa ſecundum formam Eccleſiæ abſolutionis impertiri beneficium; eorumq; confeſſione audita pœnitentiam ſalutarem iniungere, & cum Ordinis veſtri Fratribus ſuper leui irregularitatis nota prouidè diſpenſare. Dat. Laterani ſexto Idus Aprilis, Pontificatus noſtri annò ſeptimo.

V. Capitulum.

Anno 1242. celebratũ eſt Capitulum Bononiæ, vbi F. Haimo ex ſententia Capituli generalis quaſdam edidit Conſtitutiones de agendis in miſſa; Incipit autem eius tractatus, Indutus planeta Sacerdos. fuit quoq; ordinatum in hoc Capitulo iuxta præceptũ B. P. Fran. vt Fratres modeſtè eleemoſynas quærant, ne reliqui pauperes defraudentur, quia peccati pœna eſt, non gloria, aliena merita damnare. In eodem Capitulo innouatum eſt Decretũ Sanctiſſimi Gregorij IX. Pont. Max. qui anno 1239. decreuit ne Fratres Ciſtercienſes ad Minores tranſirent, lectæq; fuerunt Apoſtolicæ literæ, quarum tenor talis eſt.

EPISTOLA

EPISTOLA GREGORII IX. PONT. MAX.

Vniuerſis Abbatibus, & Conuentibus Ciſtercienſis Ordinis &c.

LICET olim quidam ex Fratribus veſtris ad Fratrum Minorũ, & aliquibus ex eis ad veſtrum Ordinem tranſeuntibus, vtroſq; ſuo reſtitui Ordini mandauerimus, quia tamen temporis longi prolixitas, & profeſſionis vinculum repugnare videntur, quamuis abſq; vtriuſque Ordinis ſcandalo poſſit mandatum Apoſtolicum adimpleri; Nos, & animarum ſaluti prouidere volentes, & diſſidijs obuiare, ita duximus prouidendum, vt iam profeſſi in Ordinib. memoratis, non obſtante mãdato prædicto, in eis debeant liberè remanere, ne hac occaſione inter vos, & illos ſcandalum oriatur. Dat. Reate, nonis Auguſti, Pontificatus noſtri anno X. Ex Vaticano.

Hinc ſumpta occaſione expedit huic Pontificis decreto ſubnectere Exemplum memorabile de quodam Fratre Minore, qui humano ſpiritu tranſiens ad Ordinem Ciſtercienſium, obcæcatus remanſit, nec potuit ei lumen reſtitui, niſi rediret ad Ordinem ſuum.

QVIDAM Frater Minor humano ſpiritu ductus ingreſſus eſt Ordinem Ciſtercienſium. peracto autem probationis anno, cùm cuperet (vt moris eſt) illorum Regulam profiteri; ſtatim (Deo diſponente) oculorum lumine orbatus manſit, nullumq; (quod fuit dictu mirabile) in oculis apparebat veſtigium, vel cęcitatis macula. Verùm Monachi exiſtimantes hunc Fratrem id ſimulare, adduxerunt eum ante foueam, vt de eius cęcitate periculũ facerent, in quam miſer Frater lumine deſtitutus lapſus eſt, quo caſu Monachi de cęcitate Fratris certiores facti dixerunt: Mi Frater, conſultius egeris, ſi ad Ordinem tuum redieris: annuit ille, & cùm rediiſſet ad priorem Ordinem (quod magis mirandum fuit) ſtatim lucem recuperauit, quam egreſſus amiſerat. Caſus.

Anno 1244. Genuæ celebrata ſunt Comitia generalia, quo tempore Fridericus diu Pontifices, & Romanam Sedem perſecutus non ſine maximis calamitatibus, tandem ab Innocentio in Lugdunenſi Concilio damnatus eſt, & Imperatoria ac Regia poteſtate depoſitus. Nec mirùm ſi Franciſcana Familia inter tot calamitates Romanæ Eccleſiæ multa ſuſtinuerit aduerſa, quo tempore præſertim anno 1243. etiam præfatus Fridericus ſuſpendi iuſſit duos Fratres Minores, qui iuſſu ſuperiorum Pontificias literas, neſcio quò deferebant. VI. Capitulum. Fridericus priuatur.

Anno 1245. Aſſiſij celebratum eſt Capitulum ſub Fratre Creſcentio Aeſino. Quo tempore etiam paſſa ſunt nonnulla Religionis loca, cum Hiſpani, & Galli Romam miſerunt vexillum Memmelini, potentiſſimi Afrorum Regis, & illud in Eccleſia S. Petri in ſignum victoriæ ſuſpenderunt. Eodem tempore Fridericus eiecit Fratres Minores de Apulia, & toto Regno Siciliæ, quia monebant, mouebantq; populos ad mandata Domini Papæ, & S. Rom. Eccleſiæ, vt excommunicationis ſententiam euaderent. Fratres verò expulſi, ab alijs fuerũt Prouincijs perhumaniter excepti. Sub idem tempus F. Aſſellinus Dominicanus cũ quibuſdam Fratribus Minoribus ad propagandam Chriſti fidem, miſſi ſunt ad Bathi Tartarorum Imperatorem. VII. Capitulum. Minores impetu Friderici ab Apulia expelluntur. Vincentius Bel. in Speculo hiſtoriali, lib. 13.

Anno 1248, Aſſiſium vel (vt alijs placet) Lugdunum ſub Fratre Ioanne Parmenſi conuenit Capitulum, cuius tamen acta non inuenio. VIII. Capitulum.

Anno 1249. Metis in Gallia, ſub Fratre Ioanne Parmenſi congregatum eſt Capitulum, in quo inter cætera cautum eſt in Choro nihil legendum, vel cantandum à Fratribus, quod non contineretur in Ordinario Romano. IX. Capitulum.

Anno 1256. Romæ, vbi D. Bonauentura ordinauit Officium S. Claræ celebrandum fore duplex maius, & paulo antè anno 1255. ad preces Pariſienſium Dominus Papa conceſſit Fratribus, vt in priuatis miſſis votiuis de Spiritu ſancto, & de B. Virgine diceretur, Gloria, non obſtante Decreto facto Metis in Capitulo generali. Eodem tempore ad mandatum Alexandri IIII. Pontificis cautum eſt, vt Fratres promoti ad dignitates bona ſua Ordini reſignare debeant, vti libros, & eiuſmodi, quod tamen in multis non fuit obſeruatum. X. Capitulum. Pia inſtitutio.

Anno 1260. Narbonæ, vbi S. Bonauentura viuendi ordinem, & formam præſcripſit, in quo apparet maximus feruor obſeruantiæ Regulę, & zelus altiſſimę paupertatis. In eodem Capitulo facta eſt diſtinctio Religionis in Prouincias 34. videlicet 17. vltramontanas, & 17. ciſmontanas. fertur quoque in hoc Capitulo inſtituiſſe habitum & caputium, quo nunc vti- XI. Capitulum. Diſtinctio in Prouincias, vbi inſumpſit.

 mur. Et

mur. Et præterea multas alias Cõſtitutiones edidit, nec mirari quiſquam debet, quia non ſolùm generale Capitulum poteſt condere noua inſtituta, ſed poteſt quoque arctare auctoritatem Generalis, pro euitando periculo Religionis. Eas autem Conſtitutiones ſubijciam, vt omnium memoriæ hæreant, & infixæ ſint animo.

STATVTA CAPITVLI GENERALIS *Narbonenſis, à D. Bonauentura Generali, quibus Zelus, & affectio erga Regulæ obſeruantiam oſtenditur.*

I. QVILIBET Guardianus ſtudeat ſolicita diligẽtia in domo ſua has Conſtitutiones generales habere, quas ipſe ſub cuſtodia reſeruet, & faciat ſemel in menſe Fratribus ſuis legere, vbi, & quando viderit expedire, maximè Capitula, quæ communem tangunt vtilitatem, & iſtis publicatis veteres deſtruantur.

II. Studeant Miniſtri, quòd litera Breuiariorum, & Miſſalium, corrigatur ad exemplar vnius, quod habere poterunt, iuxta Eccleſiæ Conſtitutiones.

III. Obſecret Miniſter generalis cũ Capitulo generali vniuerſo omnes Fratres voluntariè in Quadrageſima S. Franciſci, in Conuentu vna refectione eſſe contentos, ad amouẽdas multas inordinationes, & obtinendam paternam benedictionem, exceptis hoſpitibus, debilibus, & infirmis.

IIII. Studeãt ẽt Miniſtri Fratrũ loquacitates reſtringere, & inducere Fratres in ſuis capitulis ad ſilentiũ in menſis ẽt extra Refectoriũ, cũ Capitulũ generale in hoc concordauerit.

V. Pueri ſeruitores ſeu oblati Fratrum non ſeruent pecuniam datam pro Fratribus.

VI. Diffinimus quòd Cuſtodes, & Guardiani pro ſuperioribus habeantur, & Generalis committit eis curam, & Guardiani in omnibus obediant ſuis Cuſtodibus, caueant tamen ne in officiis ſuis ſe conturbent.

VII. Generalis nõ vult ꝙ Miniſtri Prouinciales cõmittant aliis receptionẽ Fratrũ extra ſuã prouinciã, niſi in ſtudiis generalibus, & ꝙ Miniſtri tranſeuntes per alienas prouincias ſtrictè in recipiendo ſe habeant, & quos recipiũt, ducant cũ firmo propoſito nullatenus remittẽdi.

VIII. Amodo teſtudinatę Eccleſiæ nõ fiãt, niſi ſuper altare abſq; licẽtia generalis Miniſtri.

IX. Quælibet domus in terminis prouinciarum habebit loca ſibi viciniora.

X. Declaratio Domini Papæ Innocentij ſuper Regulam, maneat ſuſpẽſa, ſicut determinatum fuit in Capitulo Metenſi; & diſtrictè inhibemus ne aliquis vtatur ea in his, in quibus expoſitioni Domini Gregorij contradicit.

Innocentius IIII. Pont. Max. Metis in Gallia fulminauit Bullam contra Mendicantes. Verũ Neapoli graui infirmitate percuſſus, ad cor ſuum rediẽs dixit: Propter iniquitatem corripuiſti hominem, & tabeſcere feciſti ſiam meã. quã poſtea reuocauit Alexander Quartus eius ſucceſſor. Idcirco præcipit D. Bonau. ne Fratres maneant in declaratiõe Domini Papæ Innocentij in illis, in quib. expoſitioni Domini Gregorij contradicit.

XI. Item nullus Confeſſor poſſit abſoluere de tactibus impudicis, niſi qui habuerit licentiam abſoluendi à peccato carnis.

XII. Item ſolicitè ſeruetur conſtitutio generalis, quæ dicit, quòd in locis Fratrum Fratres carnes non comedant vllo tempore, exceptis debilibus, & infirmis, quibus Guardiani poſſunt prouidere, ſecundum quòd iudicauerint rationabiliter indigere.

XIII. Cingulum habeatur corda communis, & rudis, & nihil portetur ad cordam appenſum. Nec habeantur cingula interius cum cultellis, & burſis, nec etiam burſæ inferius in tunica habitus habeantur laterales.

XIIII. Caueant Fratres pro poſſe à cibarijs ſumptuoſis, ſed vno ſint contenti ferculo. Et in menſis ſuis vaſis aut cyathis vitreis, ſeu etiam ſtanneis non vtantur.

XV. Cùm autem curioſitas, & ſuperfluitas directè obuient paupertati, ordinamus quòd ædificiorum curioſitas in picturis, celaturis, feneſtris, & columnis, & huiuſmodi in longitudine, latitudine, ſecundum loci conſuetudinem arctius euitetur.

XVI. Campanilia etiam ad modum turris de cætero nuſquam fiant.

XVII. Vitrinę quoq; hiſtoriatę, vel picturatę de cętero nuſq̃ fiãt, excepto ꝙ in principali vitrea poſt maius altare poſſint haberi imagines Crucifixi, B. Virginis, B. FR. & B. Antonij tñ.

XVIII. Itẽ tabulę ſumptuoſæ, ſeu curioſæ ſuper altare, vel alibi de cętero nullę fiant. Et ſi de cętero huiuſmodi vitrcę, vel tabulę ſic factę fuerint, per Viſitatores prouinciarũ amoueañ. Qui aũt fuerint trãſgreſſores ipſius Cõſtitutionis, vel Paragraphi, grauiter puniañ, & principales de locis irreuocabiliter expellantur, niſi per generalẽ Miniſtrum fuerint reſtituti.

XIX. Et ad hoc firmiter teneantur Viſitatores ſeu Commiſſarij, ſi Miniſtri fuerint negligentes, qui nihilominus loca illarum prouinciarum quas viſitant, huiuſmodi vitioſa denunciare debeant Capitulo generali per obedientiam ſalutarem.

XX. Et

xx. Et propter exceſſus iam factos circa huiuſmodi, ne trahantur in conſuetudinē, præcipimus fratribus vniuerſis, vt nullus per ſe vel per alium per quaſcũq; perſonas in ordine, vel extra ordinem ducere, vel inducere faciat, vel procuret talia fieri, vel licentiam à prælatis ordinis de cætero poſtulari, & ad prędictorum obſeruātiam Miniſtri, Cuſtodes, Guardiani, & eorum Vicarij, ac viſitatores teneantur tranſgreſſores acriter puniendo, & attenta in contrarium de cætero deſtruendo.

xxi. Item thuribula, cruces, ampullæ, & quæcunque vaſa, vel imagines de auro, vel argento per obedientiam amoueantur, & de cœtero per eandem obedientiam nullatenus habeantur, niſi in crucibus, vel alijs de prædictis eſſent aliquæ reliquiæ venerandæ, vel niſi eſſet pixis, vel aliquod vaſculum, pro Chriſti corpore (vt moris eſt) reponendo; & de cætero calices ſimplices fiant in opere, & pondus duarum marcarum, & dimidiæ non excedant.

xxii. Nec plures calices quam altaria habeantur, excepto vno pro conuentu, & ad hæc Cuſtodes, & Guardiani per obedientiam teneantur.

xxiii. Nec aut phrygiatos, vel ſericos pannos fratres habeant abſque licentiæ diſpoſitione Miniſtri, & Diffinitorum in Capitulo Prouinciali, qui prouideant vt exceſſus in talibus euitentur.

xxiiij. Fratres in locis ſuis habentes parochiale cœmiterium aut baptiſterium, non morentur, ſi oporteat eos ſepelire mortuos, & pueros baptizare. ſi aũt in locis habentibus proprietatem morari contigerit, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam de illa proprietate ſe aliquatenus intromittant, nec ex pacto fructus eiuſdem percipiant.

xxv. Inhibemus etiam vt nullus fratrum inducat aliquam perſonam ad ordinandam eleemoſynam perpetuam annuatim, vel certis temporibus fratribus exhibendam: & ſi aliqua taliter fuerit legata, nullo modo à fratribus in iudicio exigatur.

xxvj. Item nec pro fratre aliquo, nec pro loco animal aliquod, (ſcilicet equus ſeu aſinus aut mulus) ab ordine, vel ab aliquo nomine ordinis teneatur, exceptis murilegis, & quibuſdam auibus pro immunditijs remouendis, niſi ex euidenti neceſſitate cum aliquo loco fuerit diſpenſandum per Miniſtrum cum conſilio Capituli prouincialis.

xlj. Capitulum Anno 1263. Piſis coactum eſt. in hoc Capitulo Sanctus Bonauentura Generalis ordinauit poſt Cōpletorium pulſari Aue Maria; qua hora fuit ſalutata B. Virgo ab Angelo. & hic ritus hodie quoque vbique ſeruatur. Adiecit quoque quaſdam rubricas Breuiario.

Hoc tempore Vrbanus regnum Siciliæ qd à Māfredo occupabatur, Carolo Ludouici Regis Frācorum, fratri conceſſit, eumq; in Italiam per Legatos euocauit.

xiij. Anno 1266. Pariſijs ſub Clemēte IIII. Pont. edictū eſt: in quo cęptum eſt haberi varias diſputationes in Comitijs Generalibus; neque id fruſtra, vt facilius de ea quę in nobis eſt fide, & ſpe, omni petenti (iuxta Diui Petri ſententiam) cum modeſtia; & timore rationem reddere poſſimus. Multa, & varia in rebus fidei diſputationum genera inſtituta ſunt, quarum, vſu, & exercitatiſſimo ſtudio non modò abditiſſimos, abſtruſiſſimosque emergentium dubiorum calles nobis colluſtratos, verùm etiam omnium credibilium tam contingentium quàm neceſſariorum firmiſſima ac validiſſima rationum præſidia Eccleſiæ Catholicæ parta fuiſſe conſtat. & rectè quidem: maximo enim cum fœnore ſemel hæc admiſſa cōſuetudo creberrimo vſu frequentatur. Nam quod bonum, & honeſtum vſu primo venit, vſu ſemper alendum, & retinendum ſapientes docent, & nos huic tam laudabili inſtituto ſubtrahere non debemus. Maxima profectò perſpecta eſt prudentia Diui Bonauenturæ in ſedando diſcordias varias circa Inquiſitores hæreticę prauitatis, & tranſitus de vna religione in aliam. In hoc itaque Capitulo variæ habitæ ſunt diſputationes.

Vbi initium ſumpſerunt diſputationes, quæ in comitiis Generalib. haberi ſolent.

xiiij. Capitulū Anno 1269. Aſſiſij cōuentū eſt, vbi S. Bonauentura tūc tēporis Generalis ordinauit quolibet ſabbato cātari miſsā in honorē B. Virginis. Quod hodie quoq; multis in locis obſeruatur. Sub hoc tempus fratres Minores ſub vexillo in Vngariam ducti ſunt ſub Rege Bela, qui annos 35. regnauit: obijt autē 1270. Strigoniq; tumulatus eſt apud Minores in Aede ab eo ære regio fundata; cuius corpus per Philippum Archiepiſcopum exhumatum, vt aliò transferret, ſed ſummi Pontificis mandato Fratribus reſtitutum fuit.

Florentię Græci cum Latinis conuenerunt ſexdecim, vicibus tamē ab eiſdem deſciuerunt.

xv. Capitulū, An. 1274. Lugduni cōgregatū eſt, vbi etiā celebrabātur ſynodus Hieroſolymæ recuperādæ gratia, in qua de proceſsione Spiritus ſancti cum Romana Eccleſia Græci conuenere. In eodē Capitulo à fratre Iordane Saxone Generali Ordinis Prædicatorū, & à Generali Ordinis Minorum quædam decreta ordinata ſunt pro communi ſuorum Ordinum fratrum concordia, & in primis, quod vtrique à mutuis detractionibus, & contemptionibus

Decreta inter Prædicatores, & Minores.

prionibus abſtineant, & vbicunque ſe inuenerint, ſeſe præueniant, & amanter recipiant, & vbi poſſent lites, & diſſidia ſuboriri, ſtatim deferant ad Prouinciales vtriuſque ordinis illius Prouinciæ; & vbi aliquis frater dicto, vel facto fuerit in his repertus culpabilis, poſſit per ſuum Prouincialem puniri. Literæ miſſæ fuerunt per vniuerſum Ordinem Prædicatorum, & Minorum eorundem ſigillis ſubſignatæ. Porrò hæc ſimultas exorta eſt inter Prædicatores, & Minores, ac Doctores Pariſienſes, auctore Gulielmo de Sancto Amore, viro non ſatis probo. Ideò per Pont. Max. ſedata eſt.

xvj. Capitulum, Anno 1275. Paduæ conuocatum eſt ſub fratre Hieronymo Aſculano, qui legitime impeditus, cum ibidem intereſſe non poſſet, ſuo nomine fratrem Bonagratiam deſtinauit, qui poſtea ſucceſſit ei in Generalatu.

Sancta Eliſabeth in Letaniis.

xvij. Capitulum, Anno 1279. Aſſiſij fuit ſub fratre Bonagratia Generali, qui fuit præſidens Capituli, in quo ſtatutum fuit quod nomen Sanctę Eliſabeth ponatur in Letanijs. In hoc Capitulo Nicolaus tertius Pont. Max. monuit Generalem, & Patres in Capitulo cõmorantes, vt prouiderent, ac conſulerent, ſi quid à Sede Apoſtolica impetrandũ ſit, & peterunt Protectorem Ordinis, referente fratre Philippo Peruſino tunc Miniſtro Tuſciæ: Pontifex verò nominauit Matthæum Rubeum Protectorem, & Cardinalem Sanctæ Mariæ in Porticu, cui ordinem ipſum commẽdauit tanquam pupillam oculorum ſuorum, irrupitq; à pectore ſummi Pontificis tantus lacrymarum effluxus, vt omnes aſtantes cum flente flerent, & cum eiulante eiularent, & lacrymarentur, & paulo poſt reintegrata voce Ordinẽ Minorum commendauit.

Vehemens dilectio Pontificibus in familiam Franciſcanam.

xviij. Capitulum, Anno 1281. Argentinæ colligitur, Prouinciæ Alemaniæ ſuperioris tempore Bonagratiæ Generalis.

xix. Capitulum, Anno 1285. Mediolani ſub Arloto Pratenſi, hic Generalis condemnauit decretum Ioannis Petri, in quo ſtatutum fuit, vt in obitu Generalis, Vicarius Generalis inſtituatur, vſque ad nouam electionem Generalis de conſenſu Protectoris Ordinis, & Domini Papæ.

Inſtitutio de Cuſtodibus.

xx. Capitulum, Anno 1287. fit, Montis Peſſulani, Magalonenſis Diœceſis, vbi frater Matthæus Aquaſpartanus electus eſt Generalis. Nicolaus quartus Pont. Max. Pontificatus ſui anno tertio, in eodem Capitulo ordinauit, vt cuſtodes non teneantur omnes intereſſe Generali Capitulo, ſed vnum eligant, cui vices ſuas, & voces committãt. Item ordinauit, ne aliquis Vicarius Generalis inſtituatur viuente Generali Miniſtro ſine mandato ſpeciali Romani Pontificis. Statuit quoque, ne fieret diuiſio Prouinciarum, vel multiplicatio abſq; facultate Sedis Apoſtolicæ, & Protectoris Ordinis. Sub hoc tempus Pontifex deſtinauit F. Ioannem de Monte Corbino ad Regem Armeniæ, vt eum ad obedientiã Sedis Apoſtolicę deduceret, rediitq; cũ literis fauorabilibus, quæ obedientiam Regis atteſtabãtur, retulitq; quod pater eius ſubiit mortem temporalem pro Eccleſia Chriſti. Vnde cor Põtificis exultauit, admiſitque eum velut filium Eccleſiæ.

xxj. Capitulum, Anno 1289. ſtatuitur Reate, vbi frater Raymũdus electus eſt Generalis, quo tempore, Tripulis Ciuitas à Saracenis expugnata eſt.

xxij. Capitulum, Anno 1292. Pariſiis indicitur, vbi F. Petrus Ioannes coram F. Raimundo Generali reuocauit, quæ temere iactauerat contra pauperem vſum Fratrum Minorum. Hic Generalis ad preces Regis Franciæ Philippi cognomento pulchri, cathedram magiſtralem in Theologica facultate eſt aſſecutus.

xxiij. Capitulum, Anno 1295. effectum eſt Aſſiſij ſub F. Io. à Muro Generali, quo tempore S. Ludouicus Francorum Rex, qui augendæ Chriſtianitatis gratia in Africa obiit, in Beatorum numero à Bonifacio octauo deſcribitur.

xxiiij. Capitulum, Anno 1296. Anagniæ conſtitutum eſt, cuius acta non inuenio.

Hæreſis Fraticellorum damnata.

xxv. Capitulum, Anno 1299. Lugduni; quo tempore Bonifacius Pont. Max. Fraticellorum hæreſim damnauit, & vbiq; perſecutus eſt. Eodem tempore Tartari in Syriam venientes Terram Sanctam ceperunt, ſed Saracenis fugatis poſtea redeunt.

xxvj. Capitulum, Anno 1302. Genuæ peractum eſt, anno ſequenti obiit frater Vgo de Hargelpol Anglicus, Theologus inſignis, quõdam Miniſter Angliæ. In hoc ca. cautum fuit per iſtum Generalem, ut de cætero fieret feſtum duplex de feſtiuitate S. Mariæ ad Niues, & de Conſecrationibus Apoſtolorum.

xxvij. Capitulũ, An. 1304. Aſſiſij inſtitutũ eſt, ubi frater Gõdiſaluus Hiſpanus electus eſt Generalis, qui ad Ordinẽ ſuſcepit F. Aluarũ Pelagium, qui ſcripſit de planctu Eccleſiæ.

xxviij.

xxviij. Capitulum, Anno 1307. Tholoſæ conſtitit ſub Fratre Gondiſaluo Hiſpano, vbi interfuerũt noningenti nonaginta fratres, ibique interfuerũt octo Magiſtri, inter quos fuit Magiſter Bertandus Ganfredi, quondam Generalis, & Frater Bernardus Hortolani, Pœnitentiarius Domini Papæ. Sub hoc tempus anno 1308. Rex Franciæ miſit Domino Papæ nuncios, quibus ſeipſum offerebat ſe ſubmittere fidei, & Eccleſiæ Romanæ, & Populum ſuum ad obedientiam Sanctæ Sedis Apoſtolicæ; & eidem Dominus Papa miſit nuncios, præſertim Patriarcham Gradenſem, Procuratorem Curiæ Fratrum Miniſtrorum, & Procuratorem Fratrum Prędicatorum, qui ab eodem humaniter excepti ſunt, & debito cum honore. eodem anno obijt Carolus Quintus Rex, Pater Sancti Ludouici Epiſcopi, cui ſucceſſit filius eius Robertus, coronatus per Papam Clementem Auinione, & fuit Ordinis Sancti Franciſci cultor præcipuus.

Proteſtatio Regis Franciæ & votũ.

xxviiij. Capi. Anno 1310. Paduæ expeditũ fuit, vbi Gõſaluus Generalis admonuit Miniſtros Prouinciales de quibuſdã conſtitutionibus ſpectantibus ad ordinẽ: ſcripſit quoq; ad Capitulum Generale Frater Io. à Muro Cardinalis Portuenſis protector. Ibidem ſtatutum fuit vt viſitatores Ordinis eligerentur in eodem capitulo. factæ ſunt multæ conſtitutiones, & in Curia Domini Papæ, Romæ habita eſt longa diſputatio non ſine ſcandalo de obſeruatione Regulæ Min. à Fratre Vbertino de Caſali, & Fratre Raimundo Gaufredi, q. Generali, cum multis ſuis complicibus, qui aſſerebant Regulam non ſeruari. Alexander verò de Alexandria Communitatem Ordinis defendebat. Vnde à Domino Papa impoſitum eſt ſilentium, ne maiora ſcandala orirentur. Eodem tempore anno 1311. fuit in Regno Franciæ tanta mortalitas hominum, atque penuria annonæ, vt nulla ferè eſſet domus, in qua non plangeretur defunctus; vbi etiam multa paſſi ſunt fratres. In hoc eodem Capitulo cautum eſt, vt ſumptuoſa ædificia deſtruerentur, veſtes excellentes auferrentur; perpetuæque eleemoſynæ, & annuales reditus.

F. Ioannes à Muro Cardinalis ſcribit ad Capitulum generale.

Diſputatio Romæ habita.

Maxima hominũ cædes in Regno Franciæ.

xxx. Capitulum, Anno 1313. Barchinone celebratum eſt in quo electus eſt Miniſter Generalis Magiſter Alexander de Alexandria. Clemens Quintus Pontif. Maxi. publicari fecit Bullam ſuam; cuius initium eſt in Clementinis, Exiui de Paradiſo. quæ continebat Regulæ noſtræ declarationem. Floruit per hæc tempora in Prouincia Hiſpaniæ, in Regno Caſtellæ, vir omnium virtutum ſtudio cumulatus, F. Io. de Cambia aſſiduæ orationis, & vitæ exemplaris, de quo plura diximus.

F. Ioãnes de Cambia.

xxxj. Capitulum, Anno 1316. Neapoli abſolutum eſt ſub Fratre Michaele Ceſenate die decima Iunij. hoc tempore Domina Sanctia pręcipua Ordinis Minorum cultrix, ſcripſit ad Capitulum generale, habuitque multa priuilegia in religione, & in eodem Capitulo decretum eſt à Patribus Diſcretis, vt vbique locorum fiat priuata oratio pro ſalute tam illuſtris, & pientiſſimæ fœminæ. Hinc orta eſt ingens perturbatio inter Fratres, de qua ſupra egimus.

xxxij. Capitulum, Anno 1319. Maſſiliæ celebratum eſt cum Domina Sanctia, quam ſuperius memorauimus, ſciens perturbationes in religione ſubortas, cohortata eſt Patres Diſcretos; vt eligant Miniſtrum generalem, qui ſciat conſulere publicæ vtilitati, & commodo: obtinuitque à Sultano Babiloniæ, vt duodecim Fratres Minores manerent ad celebranda diuina officia apud Sanctum Sepulchrum Domini, quos ipſa, & Robertus vir eius præſtantiſſimus, ſuis ſumptibus alebant.

Pia ad Fratres cohortatio D. Sanctiæ.

xxxiij Capitulum, Anno 1322. Peruſij perfectum eſt, vbi fuit terminata quędam quęſtio de eminentia paupertatis tempore Michaelis de Ceſena, vbi ortum eſt malũ quaſi irreparabile, & pullulantibus hinc inde diſſidijs à Ioanne Vigeſimoſecundo Pontif. fuit quęſtio determinata, vt ſuperius diximus; Vnde quidam Beghinus captus fuit per Dominum Archiepiſcopum Pariſienſem, & per Fratrem Ioannem de Bellua Dominicanum, qui aſſerebat Chriſtum, & eius Apoſtolos nil habuiſſe iure proprietatis.

Quæſtio de eminentia paupertatis.

Beghinus quidã.

xxxiiij. Capitulum, Anno 1325. Lugduni factum eſt, quo tempore floruit F. Sertorius ex Valentia Hiſpaniæ, qui multa compilauit ex ſacris literis, & pręſertim in lib. Diui Auguſtini de Ciuita. Dei. Sub hoc tempus floruit B. Elgeareus Comes Ariani, vir Illuſtriſſimus, qui annos ſexdeuiginti cum vxore ſua Illuſtriſſima Delphina in virginitate abſque lecti ſeparatione vixerat. Vnde in mortis articulo dixit, Gratias ago Deo, quia ſponſam meam Delphinam mente, & carne virginem relinquo, cuius mors diuinitus fuit reuelata in Prouincia Prouinciæ: de quo etiam ſupra memoratum eſt.

F. Sertorius.

xxxv. Capitulum, Anno 1328. Bononię exactum eſt, in quo Capitulo Frater Bertandus

tãdus Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, & Legatus Apoſtolicę Sedis à Ioãne XXII. Ponti. Max. interfuit.

xxxvj. Capitulum, Anno 1329. Pariſijs fuit, vbi F. Gerardus Odonis electus eſt Generalis, qui antequàm formam conſtitutionum D. Bonauenturę Generalis obſeruandam proponeret, edidit nouam compilationem ſtatutorum generalium, in quibus nouas cerimonias, & ritus Fratribus impoſuit. Primo vt veſtes nouitij venientis ad ordinem benedicerentur, & recipiendus ad profeſſionem ante maiorem aram proſtratus, poſt communionem ſacerdotis, deuote ſuſciperet Sanctam Euchariſtiam, & in manu Prȩlati profiteretur Regulam. Ipſe ſcripſit quãdam epiſtolam hortatoriam ad Prouincialem Miniſtrum Prouinciæ Mediolani, qua monebat Fratres, ne ſint veluti arbores infructuoſæ vel ſicut ſydera errantia.

Modus profitẽdi Regulam.

xxxvij. Capitulum, Anno 1331. Ruſſinone fuit coactum, vulgò Parpiniani: eſt autem Parpinianum nobile oppidum in Gallia, magnæ vrbis inſtar, populo plenum, & opibus affluens, Catalonici Iuris circa Pyrȩneum ſitum. Sãctia perilluſtris fœmina ſcripſit ad Capitulum generale, cui pollicetur omnem ſuam operam, atque opem: ſcripſit quoque Io. Patriarcha filius Iacobi Regis Aragoniæ ad F. Geraldum Generalem. In hoc Capitulo cautum eſt, quòd Generalis nullũ impetret priuilegiũ, quod puritati regulȩ poſſit derogare: Et quod Miniſtri Prouinciales cauere debent à multitudine Conſtitutionum Prouincialium; & quòd Fratres ad locum aliquem venientes dicant coràm Prælato hæc verba flexis genibus: Memento famulorum tuorum, quos poſſediſti ab initio. Prælatus verò reſpondeat: Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & omnia peccata veſtra viſu, auditu, tactu, mundana conuerſatione contracta, vobis ex ſua clementi pietate dimittat, Amẽ. Refert F. Aluarus Pelagius Hiſpanus de planctu Eccleſiæ, quòd hic Geraldus Generalis porrexit D. Papæ Ioãni vnam ſupplicationem ſigillatam ſigillis quatuordecim Miniſtrorum, inter quȩ erat ſigillum Generalis, & ſupplicabant D. Papæ Ioanni, quod omnes declarationes ſuper Regulam totaliter reuocaret, quoniam erant contra vol. B. Franciſci, vt patet in ſuo Teſtamento, & quod declarationes erant fratrum ligamina, & anno ſequenti 1332. idem Generalis ad petitionem Domini Zachariæ Epiſcopi Sancti Thadæi in Armenia, miſit multos Fratres de Prouincia Aquitaniæ ad cõuerſionem Armenorum Maioris Armeniæ, & aliorum infidelium.

Purpinianum.

Decretum Capituli.

Aluarus Pelagius de plãctu Eccleſiæ.

xxxviij. Capitulum, Anno 1334. Aſſiſij aſtitit. Quo tempore certis quibuſdam rationibus cerimoniæ, & conſtitutiones Capituli fuerunt abrogatæ, & ad antiquiorem formam redactæ, ibique ordinatum fuit de diuino officio, de nouitijs alendis, de ueſtimentis, de forma habitus, de ſtudijs, de ſtudentibus, & de qualitate librorum. Accidit per hȩc tempora Aſſiſij, quòd in nocte Cal. Octobris fulgur percuſſit turrim Campanariam, & mirum quodãmodo figuræ affixȩ nullã lȩſionem paſſæ ſunt, ſed murus dumtaxat. Sub idẽ tempus cum Benedictus Duodecimus, poſtquam quidam Fratres Minores reiecta tunica Sancti Franciſci habitum Sancti Dominici aſſumpſerunt, id factum comprobauiſset, inde orta eſt maxima deturbatio. Inſtabãt enim quidam Fratres Dominicani apud Summum Ponti. vt maiorum inſtitutiones, & leges mutarentur, vt põto quia nimis graues, grauiaq; iubentes. cui rei nec Vgo Gallus, Generalis Ordinis Prædicatorũ, nec Patres aſſentire voluerunt. Verùm dum Benedictus Pontifex vehementer inſtat, ut nouæ leges inſtituantur, alioquin interdicit Ordini generalem ſynodum, febribus correptus decumbit. Circa hȩc tempora Anni 1341. duo Fratres Minores miſſi ſunt ad Tartaros: Hi fuerunt Frater Bonatus Magiſter Theologiȩ, & quidam F. Ioannes Florentinus. Dilexerat autem Rex Tartarorum Minores Fratres hac occaſione, quia Frater Franciſcus Alexandrinus (fauente Deo) curauerat Regem ab apoſtemate. Sed Regȩ decedente combuſtus fuit locus Fratrum, & Fratres qui ibidem morabantur, vt Frater Ricardus Burgundus, Frater Raimundus Rufus, Frater Paſqualis Hiſpanus, & Frater Laurentius Alexandrinus.

xxxix. Capitulum, Anno 1337. celebratum eſt Cathurci, ſiue Cadurci, in Aquitania, ubi publicatȩ ſunt Conſtitutiones Benedicti duodecimi Pontificis. eodem quoque tempore fuit facta noua compilatio ſtatutorum Generalium, & in eodem Capitulo multi Prouinciales varijs hinc inde adductis contra Generalem inſurgentes ipſum amoueri ab officio poſtularunt. Verùm poſt multas accuſationes, & excuſationes ipſemet Generalis fuit in officio confirmatus. In eodem Capitulo fuit inſtitutum,

vt

vt fieret feſtum de ſacris ſtigmatibus B. Franciſci per vniuerſum orbem. Narratur quoque quòd Generalis pergens per Sclauoniam ad prouinciam Vngariæ tranſiensq; per Boſnã, vbi erant multi hæretici, zelo fidei ſuccenſus multos ad fidem Chriſti conuertit, & in eandẽ Prouinciam multos fratres deſtinauit ad propagandam Chriſti fidem.

Conuerſio multorum hæreticorum per Generalem Miniſtrum.

xxxx. Capitulum, Anno 1343. Maſſiliæ adfuit, in quo electus eſt Generalis frater Fortunerius Vaſellus, & cautum eſt lege, vt in Religione obſeruentur ſtatuta B. Bonauenturę Generalis. Hoc tẽpore accidit Neapoli quòd quidam eremita prædicans in Eccleſia noſtra Sancti Laurentij prædixit imminentem ruinam Ciuitati. Die 26. Ianuarij Franciſcus Petrarcha, qui ibidem aderat, tam diro nuncio territus manſit illa nocte apud fratres Sancti Laurentij, vt potè in loco Vrbis eminẽtiori. Quidam frater Dauid vitę ſanctitate clarus vna cum alijs fratribus cum reliquijs Sãctorum occurrit irruenti aquæ, ſiquidem in tãtum mare exereuerat, vt tota penè Ciuitas videretur ſubmergi: de qua re ſcribit Franciſcus Petrarcha ad Ioannem Columnam ſic inquiens: Compatior tibi, mea nobilis Parthenope. Te enim puto ruituram ad 7. Cal. Decẽb. His quoq; tẽporibus anno 1345. in quadro Babyloniæ frater Liuinus Gallus martyrio coronatus eſt. De quo legitur, cum ſemel oraret in monte Syon, in Cænaculo vbi Chriſtus cum Apoſtolis cænauit, deſcenderunt tres pilæ igneæ circulari forma admirandi ſplendoris; dum ipſe conſtanter prædicaret fidẽ Chriſti aduerſus Mahometanam impietatem à Mauris occiſus fuit.

Frãciſcus Petrarcha li. 1. epiſt. ſuarum ad Io. Columnam.

Mirabile de F. Liuino Gallo.

xli. Capitulum, Anno 1349. Veronę abſoluitur, vbi electus eſt Gulielmus Farinerius Aquitanus. In hoc Capitulo Vicaria Scotiæ fuit vnita Prouinciæ Angliæ. hoc tempore tabida lues craſſata eſt per vniuerſam Europam, vnde tot, & tanti viri interiere, vt ex hominibus vix decimus remanſerit. Vrbes, Oppida, pagi, templa, agri, Prouinciæ, & Regna protinus vacua relicta ſunt aliquanto tempore, vt nec arari poſſent, nec ſeri fruticibus, dumetisq; excreſcentibus, quin etiam oppida erãt brucis oppleta, ſitum corruptionemq; domus, templaq; contraxerant: non enim erat, qui prohiberet ventos imbresq;, & arceret aquas. Quare Religiones omnes exhauſtæ viris remanſerunt. Animaduertentes Patres, qui tantæ cladi ſuperfuerant, in breui protinus defecturos Ordines ſuos deficiẽtibus adoleſcentibus impuberes alliciebant, imbelliq; illorum ætati conſulentes lineis ad carnes vti permittebãt non tam frequenter in Eccleſia, præcipuè verò in nocte officium inſimul excolere, atque alia plura, quę inſtituta ordinum vel prohibent, vel iubent, hac mente, & animo, vt paulatim deducerent ad Priſcorum normam viuendi, ſed illos eorum fefellit opinio. Nam ætate graues ab incepto nequaquã auertere potuerunt: ſic omnium Religionum inſtituta in manibus ipſorum non obſeruantium permanſere, & ea ratione fuerunt multi Ordinis reformatores.

Vicaria Scotiæ Anglię vnita.

Magna clades peſtilentię.

Quomodo religiones deflexerint a primis ſuis inſtitutis.

xlij. Capitulum, Anno 1351. Lugduni extitit, in hoc Capitulo floruit frater Gentilis dictus frater Paulucius Trincius Fulginas; qui fratres Minores reduxit ad obſeruantiam, & frugalitatem. Acciderunt multa triſtia per hæc tempora in Ordine Franciſcano atq; in vniuerſo orbe: fuerũt enim magni terremotus Vnde in Hetruria multæ hominum centuriæ interiere, in montibus erat altitudo niuium plurima. Cometes ſub ipſo Septentrione in menſe Decembri apparuit, quo extincto graues ventorum æſtus ſubſecuti ſunt, & cæleſtis trabs priore ardente parte per cęlum labi viſa eſt.

F. Paulutius Trincius.

Portenta viſa in aere.

xliij. Capitulum, Anno 1354. Aſſiſij celebratum eſt, & compilatæ ſunt quædam conſtitutiones pro regimine fratrum, ſub fratre Gulielmo Generali, quarum initium, Quoniam (vt ait ſapiens) vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio. In hoc capitulo cautum eſt quod nullus frater Prouinciali Miniſtro inferior poſſit aliquem fratrem abſoluere à peccato inobedientiæ contumacis, proprietate rerum retentionis, lapſus carnis, furti rei notabilis, iniectionis manus violentę, falſi teſtimonij, compoſitionis, protectionis, aut publicationis, libelli famoſi, falſificationis ſigilli cuiuſcunque perſonæ nobilis, falſę criminationis in infamiam cuiuſcunque: & declaratum fuit quid ſit inobedientiæ contumax, ſcilicet quando quis monitione trina præuia factis congruis interuallis per dictm naturalem inobediens perſeuerat. Hæc conſtitutio, eſt admodum neceſſaria propter indiſcretos quoſdam Guardianos, qui nimis præcipites ſunt, & furioſi in excommunicationibus ferendis, cum tamen hic gladius, qui eſt neruus Eccleſiæ diſciplinæ, ſobriè, & magna circumſpectione exercendus ſit, cum experientia doceat quòd ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni quam formidari ſoleat: Sicut paſſim videmus accidere

Inobedientiã cõtumax quid ſit.

In prelatos nimis lubricos & præcipites.

Non leui ex cauſa excommunicãdus eſt aliquis.

penes

Vt ſacrum Concilium Trident. Martinus Nauar. in ſuo Manuali.

penes nonnullos ad pauca reſpicientes. Tales ſunt nimis labiles, & peccant mortaliter, Ideo ſunt corrigendi.

Tranſlatio S. Claræ.

Contra Mẽdicantes obloquiũ, de quo etiam ſupra.

xliiij. Capitulum, Anno 1357. Barchinone completum eſt, vbi electus eſt Generalis Frater Io. Buchius Aquitanus. In hoc capitulo fuit inſtitutum, vt tranſlatio Sanctæ Claræ fieret ſecunda die Octobris. eodem tempore Armacanus Archiepiſcopus, & primas Hiberniæ, Auinione in pleno Cõſiſtorio coram Patribus multa propoſuit contra Religioſos mendicantes, & eorum ſtatus, & priuilegiorum abuſus. Primò quod mendicitas voluntaria propter Chriſtum aſſumpta erat culpabilis, quòd Chriſtus nunquam mendicauit, nec mendicare conſuluit. Quòd mendicare voluntariè eſt contra ius naturæ, contra ius diuinum, & contra ius humanum. Quòd Alexius & FRANCISCVS mendicantes non fuerunt perfecti, ſed deuoti. Quòd audire confeſſiones eſt contra Mendicantium ſtatum, & multa alia. Aduerſus quæ inſurrexere Mendicantes accuſantes eum apud Pontificem, tanquam erroneum, & in fide ſuſpectum, & quòd tanquàm hæreticus, & excõmunicatus eſſet reijciendus. Pontifex cauſam mandauit quatuor Cardinalibus, ſed datis hinc inde libellis negocium protractum eſt. Interim obijt Armacanus cum ſuis erroribus. In eodem capitulo cautum eſt, vt habitus, quo Minores induuntur, attendatur in pretio, & colore, nec deferant Fratres pannos guttis reſperſos, vel nimia varietate vanitatem & inanem gloriam prætendentes, neque deferant mantellos rugatos, ſed ſimplicitati, & deuotioni ſtudeant, omni curioſitate penitus ſublata. Sequenti an. 1358. fuerunt martyrio coronati duo Fratres Minores, Frater Nicolaus de Monte Corbino, & Frater Franciſcus ex Prouincia terræ laboris. Nam quidam Thomas Hungarus eques ſtrenuus abnegata fide Chriſti, Maumethicam impietatem ſecutus eſt, quem frater Nicolaus in die Sancto Paſcatis reſurrectionis Chriſti conuertit ad fidem, & in agone animauit conſtantiſſimè ad coronam martyrij.

Mandatur cauſſa quatuor Cardinalibus.

Decretum circa qualitatem habitus Minorum.

xlv. Capitulum, Anno 1359. Genuæ exactum eſt, in quo F. Marcus Viterbienſis electus eſt Generalis.

xlvj. Capitulum, Anno 1362. Argentinæ extitit ſub Magiſtro Marco Viterbienſi, vbi tot eleemoſynæ ſuperfuerunt, vt per annum ſuſtentarentur Fratres, ibidemq; ſancitũ, ut nullus ad ſtudium Generale deſtinetur, niſi prius fuerit examinatus per quatuor Magiſtros promotores. Sub idem tempus Põtifex Maximus ad preces magni Tartarorum Imperatoris miſit ad eum duos Legatos Fratres nuncios, Magiſtrum Nicolaum Beneti, & F. Ioannem Florentinum, qui iter quidem aggreſſi ſunt, ſed Magiſter Nicolaus redijt ad Curiam, Frater autem Io. vnà cũ aliis quibuſdã Fratribus ſuam legationẽ cõpleuit, & dũ fuit prope Amalech audiuit, ꝙ quidã religioſus Saracenus Aliſolthan nomine creatus eſt Imperator, qui vt regnare cępit, ferali quodã edicto pręcepit, vt omnes Chriſtiani occiderẽtur, niſi abnegata fide Catho. eorũ ſuperſtitiones ſequerentur. Vnde cũ Fratribus fuerũt martyrio coronati Interpres Epiſcopi Tãbalienſis, & Gulielmus de Mutina, mercator Genuenſis, plerique alij Chriſtiani timore mortis fidem Chriſti abnegauerunt. Verùm ſanctorum Fratrum ſanguine clamante in aures Domini Sabaoth, paulopòſt Aliſolthan Imperator fuit crudeliter interfectus: paſſi ſunt etiam multi alij Fratres apud Tartaros his temporibus, vt patet ex ſubiecta epiſtola cuiuſdam Fratris Paſchalis, &c.

Aliſolthanus Sacerdos Saracenorum.

Martyrium Fratrum Minorum.

EPISTOLA F. PASCHALIS, DE martyrio quorundam Fratrum, quam de Alemania tranſmiſit in Hiſpaniam Fratribus Conuentus à Victoria.

REVERENDIS in Chriſto, & dilectis Guardiano, & alijs fratribus Cõuentus Victorienſis, ac totius cuſtodię patribus, & dilectiſſimis fratribus, Frater Paſchalis, &c. cum omni benedictione reuerentiam filialem, &c.

Nouerit V. Sanctitas (Patres dilectiſſimi,) quòd cum à vobis receſſimus cum charo patre F. Gonſaluo Transbona profecti ſumus vſque Auinionẽ. Interim Generalis Reuerendi benedictione accepta iuimus ad Indulgentiam Aſſiſij, inde Venetias tranſiuimus per Adriaticum ſinum ad ſiniſtram Sclauo-

niam

niam admittentes, & ad dexterā Mauritaniā in Græciam applicuimus, ſcilicet ad Galathas iuxta Cōſtantinopolim, ibiq; inuenimus Patrē Vicariū de Catahy. Interim aſcēdētes lignū per mare nigrum, cuius profunditas, eſt abyſſus, ad Gazariam vſque profecti ſumus in Vicariā Aquilonari Imperio Tartarorum ſubiectam, & per aliud mare cuius non eſt fundus applicuimus Tanai. Et quia ego citius acceſſi quam ſocius meus Græcis in curribus equorum vſque in Sarai ſum directus, ſocius autem meus cum quibuſdam alijs fratribus ad Vigantum vsque delatus eſt. Ego volebam ſecum ire, ſed conſilio habito prius linguam terræ illius volui addiſcere, & per Dei gratiam didici linguam Hungaricam, qua quidem lingua, & litera vtuntur per omnia iſta Regna ſeu imperia Tartarorum, Perſarum, Caldęorum, Medorum, & Cathay, ſed ſocius meus reuerſus de Vigat, ego autem redire nolui gratiam ſummi Pontificis deſiderans obtinere, quia omnes fratres, qui ad iſtas partes venimus habemus Indulgentiam illam, quam habent euntes cum lætitia in Hieruſalem, ſcilicet pleniſſimam, ſeu à pœna, & culpa, & perſeuerantibus vſque in finem corona dabitur vitæ. Idcirco Patres mei acquiſiui linguam per Dei gratiam, prædicaui ſine interprete verbum Dei tam Saracenis, ac quàm etiam ſciſmaticis, & hæreticis, & habui mādatum à Vicario meo, qui prædicabat, quòd viſa litera in meritum obedientiæ ſalutaris perficerem peregrinationem, quam cœperam, cum iam vltra annum demoratus fuiſſem in prædicta Ciuitate Saray Saracenorum Imperij Tartarorum in Vicaria Aquilonarj, vbi ante per annum quidam frater noſter Stephanus nomine fuit paſſus venerabile martyrium Per Saracenos tamen aſcendentes in quoddam nauigium cum Armenis per fluuium, qui vocatur Tygris & per ripam maris Vatriuoli perueni duodecim dietis. Item aſcendens currum Camelorum, cuius equitatus terribilis eſt, ſecunda die in Vrgat deueni; quę eſt Ciuitas Imperij Tartarorum, & Perſarum, quę Ciuitas alio nomine vocatur Hus, vbi eſt corpus B. Iob. Itē aſcendens currus Camelorum cum Agarenis maledicti Maomethi ſequacibus, ſolus ego Chriſtianus inter ipſos cum quodam ſeruo; cum quo vſque ad Imperium Medorum veni Deo dirigente, vbi quæ, qualia, & quanta ſum paſſus, nouit Deus, & longum eſſet narrare per literas; & quia Imperator Medorum per fratrem ſuum carnalem eſt interfectus, Carauana Saracenorum, cum qua ibam, detenta eſt per viam in ciuitatibus Saracenorum timentibus guerram, & expoliationem ſuorum. Quapropter non modicam traxi moram inter Saracenos, quibus per dies plurimos manifeſtè, & apertè nomen IESV CHRISTI, eiusque Euāgelium prædicabam, falſi eorum Prophetæ deceptiones, & falſitates, & cæcitates explicando, detegendo, & publica & alta voce latratus eorum confundendo, ſed confidens in Domino IESV CHRISTO modicum eos timebam Spiritu Sancto confortante, & illuminante, vbi ipſi obſeruantes coram eorum Meſquita me poſuerunt in Paſchate eorum, ad quem Meſquitam propter Paſcha de diuerſis partibus quàmplures ſunt congregati. Et cum ibi cum ſuis Sacerdotibus Spiritu ſancto docente de diuinis, & de falſo eorum Alcorano per dies viginti quinque diſputarem, ita vt ſemel in die panem cum aqua vix comedere valerem, Deo tribuente & Sanctiſſima Trinitate, habuimus victoriam in omnibus ad laudem, & honorem IESV CHRISTI, & Sanctæ Matris Eccleſiæ, vbi filij Diaboli me poſt tentauerunt promittētes aurum, argentū, poſſeſſiones, equos, boues, & alia quoq; delectabilia huiuſmodi, vt me peruerterent. Sed me promiſſiones omnes ſpernentem per duos dies lapidauerunt, ignem faciei, & pedibus appoſuerunt, barbam meam extraxerunt ac demum vituperia & opprobria quàmplurima, & diu intulerunt. Nouit Deus qui eſt benedictus, per quem ego pauper ſum gaudens, & exultans in Domino IESV CHRISTO qui ſua pietate admirabili dignus fui talia pati pro nomine eius. Ecce per gratiam Dei ductus ſum in Amalech ciuitatē in medio Imperio Medorum in Vicaria Cathay, verbo, exēplo, & habitu publicè nomen Ieſu CHRISTI portans, percuſſiones, & alapas paſſus ſum, ſed Deo gratias in omnibus ago, quia maiora horum expecto pro nomine eius pati in remiſſionē meorum peccatorum, vt ſecurius vadam ad Regnum Cœlorum. Valete in Domino Ieſu Chriſto, & orate pro me, & pro his qui iſtam peregrinationem intendūt facere, & faciunt, quia (Deo diſponente) utilis eſt hæc peregrinatio ad fructum animarum multarum, nec curetis me uidere niſi in iſtis partibus, vel in paradiſo, ubi eſt requies & conſolatio, & merces noſtra hæreditaria, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & quia ipſe dixit, cum fuerit prædicatum Euangelium per vniuerſum mundum. Ergo Fratres chariſſimi, meum eſt prædicare inter diuerſas nationes, & peccatorum reatum ſuum oſtendere, & uiam ſalutis manifeſtare atque Dei omnipotentis gratiam ſuæ conuerſionis infundere. Da-

Quanta patiūtur ſerui Dei pro nomine eius.

Matth. 24.

re. Data in Amalech, Anno Domini 1338. Imperio Medorum.

Is poſt quatuor annos fuit martyrio conſecratus. Frater Io. de Florentia nuncius Sedis Apoſtolicæ per multas terras tranſiens à multis principibus quaſi Magni Dei nuncius honorificè fuit receptus, tantamque gratiam inuenit in conſpectu magni Canis, vt ei, & ſuis Fratribus daret generalem facultatem per totum ſuum Imperium prædicandi, vbi Frater Io. portans S. Crucem in manu, & hinc indè cum Fratribus prædicans multos ad fidem Chriſti conuertit, multas Eccleſias erexit, & Chriſti nomen diffusè, & intrepidè prædicauit.

xlvij. Capitulum, Anno 1365. Aſſiſij conſtitit, vbi electus eſt Generalis Frater Thomas Frignanus: Acta huius Capituli non inuenio.

xlviij. Capitulum, Anno 1369. Neapoli indicitur ad preces Dominæ Ioannæ Hieruſalem Reginæ ob propenſam voluntatem in B.P. Franciſcum: Hoc tempore in Bulgaria paſſi ſunt pro defenſione veræ fidei Frater Antonius de Saxonia, vir magnæ contemplationis, F. Gregorius de Tragurio interpres, Frater Nicolaus Hungarus Sacerdos, qui per 16. annos non comedit niſi ſemel in die poſt veſperas tantum panem, & aquam & ad nudas carnes ferreos circulos detulit.

Martyrium & paſsio quorundam Fratrum Minorum cum miraculis.

CIRCA hæc tempora cum Ludouicus Frãcorum Rex Chriſtianiſſimus, portam ferream tranſiens Ciuitatem Bidiz vltra Danubium cepiſſet, dolosè tamen; in ea quoque Ciuitate decẽ Fratres Minores morabantur cum multis alijs Chriſtianis; illi ergo prædicantes Verbum Dei à Rege Baſſarath ſunt capti, & crudeliter dilacerati: qui tamen hanc vitam contemnebant propter ſpem futuræ gloriæ: ſed cum amputaſſent carnifices eorum corpora, cum palma martyrij Deo ſuas animas reddiderunt, ſuper quorum corpora lux copioſa de Cœlis viſa eſt, & auditæ fuerũt voces harmonia plenę. Quod ęgre tulit Rex immanis. Cum aũt vellet experiri oculata fide, equus eius mãſit immobilis, nec vlterius procedere potuit quamuis calcaribus vrgeretur; Quo quidem portento Rex ſtupefactus deſcendit de equo, & educto enſe vibrabat, cum neſciret quid faceret amens præ ſtupore Pręterea excreuit Danubius fluuius, & quatuor martyrum corpora e terra tulit, & in profundo fluuio inuenta ſunt quatuor ſepulchra non ſine admiratione ſpectantium. Deus autem multis ſignis mirificauit Sanctos ſuos; qui cum eo regnabũt in æternu.

Miracula facta in morte martyrũ.

xlix. Capitulum, Anno 1373. Tholoſæ celebratum eſt, quod Regina Hieruſalem Siciliæ multis gratijs, & honoribus cumulauit; vbi Leonardus Giſonenſis electus eſt Generalis. In hoc capitulo cautum eſt à Gregorio XI. Ponti. & hoc Decretum cõfirmatũ eſt à Gregorio Tertiodecimo, vt protector Ordinis non ſe intromittat niſi in tribus caſibus in regula explicatis. Per hæc tẽpora magnum fuit ſciſma in Eccleſia, quod durauit annos nouem, & triginta. nam Pontifice intolerabili veſicæ dolore Romæ decedente magna tribulatio, orta eſt.

50. Capitulum, Anno 1376. inſtituitur Aquilæ, vbi interfuerunt duo millia Fratrũ, ac quidam Prædicatores, & diſputantes celeberrimi, qui ab vrbe Aquilana, quæ tunc temporis ſumma pace fruebatur, & à circumuicinis locis humaniter accepti ſunt.

Quod protector Ordinis non ſe intromittat niſi quatuor caſibus.

lj. Capitulum, Anno 1380. Strigonij perficitur, prouincię Hungariæ, inquo electus eſt Generalis Frater Ludouicus Donatus Venetus, de quo plura ſuperius diximus.

lij. Capitulum, Anno 1382. Ferrarię fit, vbi electus eſt Generalis Frater Petrus de Conzano ex Prouincia Pennenſi. hoc tempore peſtilentia Florentinos acriter afflixit.

liij. Capitulum, Anno 1384. Paduæ extitit, vbi electus eſt Generalis F. Martinus S. Georgij à Riperolo.

liiij. Capitulum, Anno 1387. vbi electus eſt Generalis F. Henricus Alferus Aſteſanus, Pedemontanus, ab Vrbano Sexto, qui inſtituit Generalem præfectum poſſe deſtituere prouinciales etiam auctoritate Apoſtolica ſuffultos.

A D D I T I O.

Perpẽde, quia inuenio de anno 1396. die vero 16. Maij Arimini celebratum fuiſſe Generale Capitulum ſub Henrico, quo tempore etiam acquiſitus eſt locus Sanctæ Marię Gratiarum extra Vrbem, quod (vt exiſtimo) fuit in cauſa, quod ſicut in Eccleſia erat ſciſma, ita non modica eſſet tribulatio in Religione.

Anno

lv. Anno 1399. Aſſiſij expeditur, hoc tempore floruerunt in Religione magni Viri, vt Dominus Io.& D.Benignus Veneti Epiſcopi, quos ſuperius memorauimus.

lvj.Capitulum,Anno 1405.Argentinæ congregatur,vbi electus eſt Frater Antonius Angelus à Pireto Generalis. hoc tempore magna etiam fuit perturbatio in Eccleſia. Si quidem Ladislaus Apuliæ Rex per amicitiæ ſpeciem Romam ingreſſus Romanos concitauit, effecitque vt ſumerent arma contra Romanum Pontificem, quibus in contentionibus vndecim è primarijs ciuibus per fautores Pontificis intercepti necantur.

lvij. Anno 1418. Mantuæ colligitur, vbi electus eſt Generalis Frater Angelus Senenſis. hoc tempore Martinus Quintus Pontifex in Italiam reuerſus biennio ferè Florentiæ commoratus eſt.paulo ante hæc tempora,hoc eſt anno 1416. quidam Magiſter Ioannes Progeneralis in Concilio magno Conſtantienſi,quod inchoatum eſt anno 1413. abſolutum verò anno 1418. habuit in conſeſſu Patrum pulchram orationem die 8. Septembris, de B. Virgine,& eius laudibus. lege cautum eſt à Martino V. ne Fratres ad Magiſtratus inſignia promoueantur per ſaltum, ne imperitorum ambitio Chriſtianę fidei detrimentum afferat. Quæ Eugenius Quartus confirmauit.

lviij.Capitulum,Anno 1421.Foroliuij ſtatuitur in die Pentecoſtes,electus eſt Generalis Frater Antonius de Maſſa. In hoc Capitulo multa fuerunt conſtituta, & decreta non contemnenda. Primo,quòd recipiantur Rubricæ,& Ordinarium antiquum,& teneatur ſtatutum Benedicti XII. Pontificis, quòd Prouinciales teneantur viſitare ſuas prouincias, ex quibus expellant Fratres aliarum prouinciarum, niſi habeant licentias à ſuis Miniſtris: & ꝙ ad Capitulum generale pertinet habere numerum Fratrum receptorum, & defunctorum,& ꝙ eligantur cuſtodes diſcreti; & Guardiani habeant Regulam, & ſtatuta. Item promouendus ad magiſterium deputetur ad legendum Sententias, neq; decorentur hoc honore,niſi percurrerint librum Sententiarum per ſeptem annos:& ad remouendam proprietatis notã,ſtatuit Capitulũ generale, vt nullus Frater habeat animalia,vel poſſeſſiones &c.

De recipiẽdo Ordinario conſtituto.

lix. Capitulum, Anno 1425. Genuæ conficitur, vbi electus eſt Generalis Frater Gulielmus à Caſali Montisferrati,qui interfuit in Concilio Florentino anno 1429.

lx. Capitulum, Anno 1430. Aſſiſij aſtitit die 15. menſis Iunij, in feſto corporis Chriſti,& præfuit in hoc Capitulo Ioan. Cardinalis tit. Sancti Petri ad Vincula Ordinis Protector, & reformator, Apoſtolicæ Sedis Legatus à Martino V. Pontifice, qui multa conſtituit: nam Summi Pontificis animum angebat, quòd tantus Ordo in dies magis magisq; diuideretur ac inter ſe diſſentiret. Idcirco exiſtimauit hoc vno remedio ſubueniri poſſe,ſi generaliſſimũ Capitulum indiceretur: ad quod omnes Patres conſcripti ſtatuta die conuenirent. Ibidem F.Antonius de Maſſa, ꝙ ſuis ſubditis Fratribus laxiorem viam ſtruxiſſet,ab officiõ generalatus fuit depoſitus,fueruntq; inibi editæ quædam Conſtitutiones pro reformatione Fratrũ, quæ ab omnibus,tum Conuentualibus,tum etiam Obſeruantibus fuerũt admiſſæ, & medio iuramento firmatæ,quæ à Martino V. Martinianę dictæ ſunt. Et hoc fuit primum Capitulũ generaliſſimum,in quo Conuentuales,& Obſeruantes conuenere, vocemque tum actiuam tum quoque paſſiuam, & iſti, & illi habuerunt. ſed interim decedente Summo Pontifice, ſuccedenteq; ei Eugenio IIII. ab eodem multa conceſſa ſunt Fratribus Obſeruantibus, & præſertim vt poſſent congregare Fratres ſuos ad Capitula prouincialia, & quęlibet prouincia habere poſſet prouincialem Vicarium,qui illis ſolicitè præeſſet. Bononiæ itaque anno 1431. celebratum eſt generale Capitulum pro Obſeruantibus, quibus Apoſtolica auctoritate F.Ioannem de Capiſtrano prȩfecit, & deinde D.Bernardinum Senenſem.

Ioã. Capiſtranus mox Bern. Senẽſ. præficitur Obſeruantibus.

lxj.Capitulum, Anno 1437.Tholoſæ edicitur ſub Eugenio IIII. qui facultatem dedit Capitulo modificandi Conſtitutiones factas in Capitulo Aſſiſij celebrato. & anno ſequẽti 1438. B. Bernardinus Senenſis Apoſtolica auctoritate munitus Aſſiſium veniens, die 15. Auguſti, conuocatis quibuſdam præclaris Patribus, Conſtitutiones aliquot pro feliciori Regulæ obſeruantia edidit, eaſq; in epiſtolæ formam redactas ad vniuerſas ſibi commiſſas prouincias, vt publicè in communitatibus legerentur præcepit, declarauitque Regulam S. Franciſci, quam F.Nicolaus de Auximo in lucem edidit.

B. Bernardinus Senẽſis Aſſiſij deducit Fratres ad obſeruantiã Regulę.

lxij.Capitulum, Anno 1440. Genuæ fuit, acta huius Capituli non inuenio.

lxiij. Capitulum, Anno 1443. die decimaquarta Aprilis perficitur Paduæ. quo tempore periculoſum fuit ſciſma, & graues inimicitiæ vndique ſuccreuere: ſi quidem fuerunt duo Pontifices,duo Concilia,duo Generales,duo Capitula generalia, & duo Prouinciales Miniſtri in Boemia. In hoc Capitulo interfuit B.Bernardinus Senenſis, cuius conſilio facta

eſt tranquillitas magna. Volebat ſiquidem Eugenius Pontifex Maximus, quòd Frater Albertus de Sartiano eſſet Generalis totius Ordinis, cui ſe oppoſuerunt Conuentuales, Diuus Bernardinus obtinuit, ꝙ nullus ex Fratrib. de Familia haberet vocem paſſiuam in promotione Generalis, vnde F. Albertus fuit excluſus. Ex hoc Capitulo ſcripſit B. Bernardinus ad Petrum Thomaſium Medicum, illi gratias agens de recuperata ſanitate eius opera & præſidio, quam ego ſubijcio, non quod faciat ad inſtituti noſtri rationem, niſi quo ad temporis calculum, ſed quia verba ſancti viri libenter lego, & libentiſſimè alijs legenda propono. Tenor itaque epiſtolæ talis eſt.

EGREGIO AC DEVOTISSIMO IN CHRISTO IESV *Magiſtro Petro Thomaſio, Phyſico in Venetijs.*

MVLTA ſunt bona (ſuauiſſime Petre) quæ in me, ac de me teſtari videntur literę tuæ, quas proximè non ſine animi iucunditate accepi. Quæ ſingula etſi à me longè aliena ſentio, id tamen vnum negare me conſcientia prohibet, ꝙ videlicet fidei, charitatis, ac diligentiæ tuæ pro corporali olim recuperanda valetudine mea, neque immemor adhuc factus ſum, neque quoad vixero, fieri poſſum. Nunc igitur quando duo à me ſignanter poſtulas, eorum alterum quod hodie poſſum, hodie tibi haud negare conſtitui, atque ideo libentius quæ tecum maiore agens fœnore te (vt ita dixerim) ſine vſura fœneratorem, ac ſine peccato vſurarium conſtituam: Corintbijs etenim ſcribens Apoſtolus ait, Si vobis ſpiritualia ſeminamus, nõ magnum eſt, ſi carnalia à vobis metamus. Ego autem ſi hodie ſpirituale tibi pro corporali accepto beneficium reddiderim, nolim tamen hoc ipſo licèt precioſiore munuſculo arrogare mihi, quaſi videar debito in te meo feciſſe ſatis, quin potius ſicut ad te Beatitudinis confectum à me libellum pro deuotione tua legendum mitto, ſimul inſupet me debitorem conſtituo rogandi Dominum, vt operis effectum conſequaris, hoc eſt vt ea ipſa Beatitudinis lectione efficiaris planè beatus. Quod autem ſecundò petis aduentum meum Venetias, etiamſi promittam, citra proximum celebrandi Capituli tempus ſeruare non poſſum. Me ergo habe excuſatum. Nam ſi celebrato huiuſmodi Capitulo, ibi mihi fore licuerit, ego & huic, & honeſto cuique deſiderio veſtro ſatisfacere libens curabo. Valete in Domino, ex Padua die 14. Aprilis, 1443.

Frater Bernardinus de Senis, Ordinis Minorum.

lxiiij. Capitulum, Anno 1446. Montis Calerij conſtituitur: ſub id tempus quædam Monaſteria in partibus Orientis, & Conſtantinopolis varias perturbationes, afflictionesque paſſa ſunt, cum Turcæ minoris Aſiæ ſub Nicolao Quinto, tredecim dierum interiecto ſpatio expugnant, Conſtantinopolim capiunt, diripiunt, Imperatorem gentis Conſtantinum interficiunt, & omnem ferè nobilitatem obtruncant, plebem in ſeruitutem redigunt, nobiliſſimum S. Sophiæ templum, cunctaſque regiæ vrbis baſilicas ſpurcitijs fœdant Maumetheis. Triſtiſſimus hic nuntius fuit Nicolao V. & Friderico Imperatori III.

lxv. Capitulum, Anno 1449. Florentiæ adſuit, cùm Pontifex eſſet Fabriani in Vmbria tranſtulit Capitulum generale Romam, quod celebrandum erat Panormi in Sicilia.

lxvj. Capitulum, Anno 1450. Romæ abſolutum eſt, vbi electus eſt Generalis Frater Angelus Peruſinus: ibiq; celebrata eſt Diui Bernardini canonizatio ipſo anno magni Iubilei, quo venientes vbique fideles conuenerant, aderatque ibidem ingens Fratrum multitudo, idque non ſine ingenti gaudio totius vniuerſalis Eccleſiæ.

lxvij. Capitulum, Anno 1453. Peruſiæ exactum eſt.

lxviij. Capitulum, Anno 1454. Bononiæ eligitur, vbi electus eſt Magiſter Iacobus Mozzanica Mediolanenſis, tempore Calixti III. Pontificis Maximi, qui fuit hoſtis perpetuus Turcarum, quique Vſſumcaſſanum potentiſſimum Perſarum Imperatorem, & magnum Tartarorum Canem fregit, ordinauitque iiſdem Pontifex fieri Capitulum generaliſſimum Aſſiſij in proximo feſto omnium Sanctorum, in quo perpetua pax, ſtabiliſque vnio ſtatuenda foret inter Conuentuales, & Fratres de Familia. Conſtitutiones quaſdam declarauit, inter quas hæc vna fuit, vt omnes tenerentur obedire Generali Miniſtro, ſicut in Regula continetur: & quòd Obſeruantes intereſſent Capitulo generali, & Prouinciales Vicarij vocem actiuam tantũ habeant ad electionem Generalis Miniſtri, nõ autem paſſiuam.

Capitulum generaliſſimum.

lxix.

lxix. Capitulum, Anno 1457. Mediolani auctoritate Summi Pontificis colligitur: & interfuit F. Bernardinus Feltrius, factaq; eſt Prouinciæ S. Bernardini tranſnominatio: prius.n. dicebatur Prouincia Pennenſis: fuitq; generaliſſimũ Capitulum tempore Frãciſci Sfortię, qui excepit Fratres oẽs magnificẽtiſſimis ſumptibus, & poſtea obijt 1466. repẽtina morte. Capitulum generaliſſimum.

lxx. Capitulum, Anno 1458. Romę componitur, biennio poſt allatũ eſt Romam caput S. Andreę Apoſtoli, quod erat apud Patraſſenſes in ſumma reuerẽtia, & grandi cuſtodia aſſeruatum, quod Pius II. Pont. Max. obtinuit opera Thomę fratris Conſtantini Græcorum Imperatoris: fuitq; magna Fratrum multitudo.

lxxj. Capitulũ, Anno 1461. Diuioni in Burgũdia per Mag. Iacobũ Sarzuela congregat. In quo Capitulo expẽſæ taxatę ſunt ad duc. 16. pro quolibet Cõuentu. Eodẽ tẽpore habita eſt gñalis Cõgregatio Fratrũ de familia Auximi, die 6. Maij, & multę cõſtitutiones factę ſunt.

lxxij. Capit. Anno 1464. Peruſij, die 20. Maij factũ eſt, vbi ceſſit ſponte R.P. Magiſter Iacobus Sarzuela, cuius loco ſuffectus eſt Magiſter Frãciſcus de Sauona; & ibi ſtatutũ fuit de nouo eligẽdo Conuentu Romæ, & ꝙ vnaquæq; Prouincia contribuat duc. 28. Sub hoc tempus Genua tumultuauit, & Ludouicũ vrbis Ducem in vincula coniiciunt, & captũ ad Monaſterium S. Franciſci rapiunt. Ducatum autem occupauit Paulus Fulgoſius Genuenſis Archiepiſcopus, quod Dei prouidentia magis quàm humano conſilio factum conſpicimus.

lxxiij. Cap. Anno 1467. die 17. Maij, Florentię per Mag. Franciſcũ de Sauona abſoluitur, qui cõſtituit F. Ioannẽ à Maubertho Vicariũ Vltramõtanę Familię. Eodẽ tẽpore Paulus II. Pont. ſui an. 3. ordinauit Bullã, quę dr̃ Bulla Cõcordię, cuius initiũ eſt, Cùm ſacer Ordo. Qua inhibet ſub grauiſſimis pęnis & cẽſuris, ne Fratres de Familia capiãt loca Conuentualium.

lxxiiij. Capitulũ, Anno 1468. Venetijs celebratur, die 13. Maij, tẽpore Magiſtri Zanetini de Vtino, aſſũpto ad Cardinalatus apicẽ Magiſtro Frãciſco Sauonẽſi, cautumq; eſt ex tenore Bullę Cõcordię, ne retineãtur Fratres de Familia, ſed mittãtur ad ſuos Prælatos. Interim Miniſter Prouincię Argẽtinæ expoſuit, Fratres de Familia intruſos eſſe in Cõuentu Magũtino vigore literarũ Apoſtol. conceſſarũ Archiepõ Magũtino, ex quo cõpulſus fuit Generalis Prouinciã illã viſitare, ſed fruſtra, cũ iã Cõuentus ille eſſet ſub obedientia Vicarij generalis.

lxxv. Capitulum, Anno 1472. Ferrariæ die 8. menſis Maii initur.

lxxvj. Capitulum, Anno 1474. Romæ conſtitit tempore Sixti IIII. Pontificis, Pont. ſui anno 9. Quo tempore fuit maxima vnio inter Conuentuales & Fratres de Familia vſq; ad Iulium II. Sixti IIII. nepotem, qui voluit vniri totam Familiam ſub vno capite, ſed morte præuentus minimè id potuit efficere. Iulius II. voluit vnire Fratres Minores.

lxxvij. Capit. Anno 1475. impoſitũ eſt Vrbini, vbi F. Franciſcus Sãſon electus eſt Gñalis.

lxxviij. Capitulum, Anno 1479. Romæ explicitum eſt: circa hæc tempora apparuit Turcarũ claſſis velorum centum & decem, Kal. Iunij, militesq; in terrã expoſuit, vt Rhodũ oppugnarent: primũ enim in vertice montis S. Stephani, & circa eius colles caſtra figunt, machinas quoq; & bellica inſtrumenta in littus deponũt, ſed eruptione à noſtris facta fugantur hoſtes, & ex his plurimi trucidãtur: ex noſtris vnus duntaxat miles, qui incautius pugnabat, perijt; ſed v. Kalen. Auguſti, orto iam Sole, celerrimè conſcendunt ſuperiora murorum loca trucidato præſidio, & Marte ancipite pugnatum eſt duabus horis, tandem in ea pugna Turcarum tria millia & quingenti occiſi, vulnerati quindecim mille: referebant hoſtes vidiſſe in aere Crucem auream ſplendidiſſimã, inſuper Virginem candidiſſimam, clypeum, & haſtam geſtantem, & hominem vili tunica indutum (quem dicunt fuiſſe B. Franciſcum cum B. Virgine) cum ſplendidiſſimo comitatu præſidio vrbi adfuiſſe. Quæ quidem viſio hoſtib. terrorem incuſſit, vt progredi vlterius minimè auſi ſint. Itaq; fatendum eſt hanc victoriam Cęlo dimiſſam eſſe. Vnde fama ſatis conſtans eſt, & palamà perfugis diuulgata, Turcas maximo miraculo exterritos pedem retuliſſe. Eodem tempore Sixtus IIII. conceſſit Franciſco Mediolanenſium Duci, & Margaritę Duciſſę, Roſarium cum multis Indulgentiis, ob ſingularem, & ſinceram in B. Virginem deuotionem. Admiranda viſio

lxxix. Capit. Anno 1482. Brixię initur ſub Franciſco Sanſone. Scripſit aũt Sixtus IIII. ad Capitulũ generale pro canonizatione S. Bonauenturæ Cardinalis, ab ipſo Pont. celebrata.

Admonitio lepida, vrbanaq; reprehenſio Franciſci Sanſonis.

Franciſcus Sanſon Generalis admonens Fratres ad Regulæ obſeruantiam, ad componendam vitam, & mores inſtituendos, dixit: Fratres mei dilectiſſimi à primordio noſtræ Religionis florunt conſcientia, ſed paulatim ſublabente decore, ablata eſt prima ſyllaba, & remanſit ſcientia. Nunc verò noſtris culpis exigentibus ablata etiam prima ſyllaba remanſimus pura entia, & ſtipites, & ſtatuę.

lxxx. Capitulum, Anno 1485. Caſalis Montisferrati indictum eſt.

lxxxj. Capitulum, Anno 1488. Cremonæ factum eſt, vbi Nicolaus Lugarus Rhetor clariſſimus frequenti foro habuit pulcherrimam panagyrim in honorē, & decus familię Franciſcanæ. In hoc Capitulo ſtatutum fuit, vt obſeruentur Cōſtitutiones Sixti IIII. & quòd uullus vocet fratrem mentito, ſed proprio nomine.

lxxxij. Capitulum, Anno 1491. Aſſiſij.

lxxxiij. Capitulum, Anno 1494. Bononiæ.

lxxxiiij. Capitulum, Anno 1497. Mediolani effectum eſt tempore Ludouici Sfortiæ qui cum ſuos tyrannicè opprimeret, abdicatus fuit anno 1499.

lxxxv. Capitulū, Anno 1500. die 11. mēſis Octobris Interamne fit ſub Alexandro VI. & Aegidio Amerino, vbi cautū eſt, ne quis Prouincialis proſequatur officiū ſuū vltra triēniū,

lxxxvj. Capitulum, Anno 1503. Trecis fuit (id eſt Vrbis nomē in Gallia) ſub Iulio II. Pōt. an. 3. vbi cautū eſt fratres de Familia ad Conuentuales poſſe tranſire, & infra terminū vnius anni oēs ſub vno, & eodē capite fore reducēdos. Vnde etiā celebratū eſt capitulū Maotuę pro fratribus de Familia, exiſtēte eorū Cōmiſſario fratre FR. Zeno in partib. citramōtanis.

lxxxvij. Capitulū, An. 1506. Romę extitit die vltima Maij. In hoc capitulo cautū eſt, ꝙ fratres Cōuentuales, & de Familia retineāt ſuas habitationes. Itē ne officiū Generalatus vltra ſexēniū protēderetur. Rurſus, ꝙ oēs fratres Clareni, Amadei, Coletani, & alij vel Cōuētualibus, vel fratribus de Familia vnirentur retento nomine antiquiori, quorū pars maior fratrib. de Familia adhęſit. Nā ſūmus Pōtifex videns nouas lites ſemper inſurgere inter Cōuētuales, & fratres de Familia, ptētauit eos ad vnionē, & cōcordiā deducere, vt liberius Deo famularentur. Celebratūq́; eſt Capitulū generaliſſimū ſūma omniū pace, & pari conſenſu. Capitulum Generaliſſimum.

lxxxviij. Capitulū, An. 1509. Peruſij fit cū. n. debuiſſet celebrari Ferrarię, propter bella imminentia Peruſij celebratū eſt. Ad hæc tēpora An. 1512. Ferrariæ, vbi paulò ante celebratū fuit Generale capitulū fratrū de Familia, vbi interfuerūt octo millia fratrum, habita fuit inſignis quędā diſputatio de Cōceptione B. Virg. corā Hercule Ferrarienſiū Duce, & pręſtātiſſimis quibuſdā viris, vbi ex vna parte erat F. Vincētius Bādellus Inſuber de nouo Caſtro, qui poſtea fuit Generalis Ordinis Prędicatorū, ex altera parte erāt Minores viri grauiſſimi. Nam variæ voces pulſauerant aures Herculis Ducis. Vnde indixit futuram diſputationem generalem, quā optimo ordine deſcripſit F. Vincentius pręfatus, aduerſus quem acerrimè ſtrinxit calamū Iudocus Clithouęus Neoportuenſis in ſuo Tractatu de Cōceptione B. Vir.

lxxxix. Capitulum, Anno 1513. die decimaquinta Maij Aſſiſij fuit.

xc. Capitulum, An. 1516. die 11. Maij Cherij ſub F. Bernardino Prato Generali extitit.

xcj. Capitulū, Anno 1517. Romæ celebratum eſt Capitulū generaliſſimū ſub Leone X. Pōt. Max. cuius iuſſu Romæ cōgregati ſunt fratres cuiuſcūq; cōgregationis, quo tēpore ſub ſecuta eſt Ordinis noſtri diuiſio, ſed ꝙ maioris detrimēti fuit Chriſtiano Orbi, orta eſt maxima perturbatio parta paruis, ſed prauis initijs authore Luthero primo apoſtata, deinde Hereſiarcha, qui primo cōtra Indulgētias, & ꝙ hęreticis familiare eſt, cōtra ſum. Pōtificis poteſtatē dogmatizare cępit. Vnde cūctas ferè antiquorū blaſphemias cōiūgēs, nouā toti eccleſiæ Chriſtianæ, & pernicioſiſſimā ſui nominis hęreſim in Saxonia cōdidit, quę oēm Europā peruagata infinitis malis occaſionem præbuit. Hinc tāta hæreſū lues, & hæreticorū colluuies nata eſt, vt quibuſdā in partibus eliſa funditusq́; ſit euerſa Religio, tātū potuit Sathanas & Lutherus eius filius totius nequitiæ magiſter, & dux, qui tanquā bipes aſellus eò venit amētiæ, vt ſe putaret omnibus ſapiētiorē, nihilq́; tā occultū in ſacris Theologis, quin ipſe non putaret apertū. Itaq; magna perturbatio fuit in eccleſia. In hoc Capitulo quidam Sacellanus conſcendit in locū eminētē alta voce pronuncians nomine Pontificis, & auctoritate Apoſtolica, Omnes Vicarios veros eſſe miniſtros. Hoc tempore etiam Prouinciæ Franciæ conqueſtæ ſunt coram ſummo Pontifice, quòd nec Generalis, nec eius Vicarius vnquam viſitauerit: Ideo multæ illarum à Conuentualibus defecerunt. Capitulum Generaliſſimum.

xcij. Capitulum, Anno 1519. Bononiæ.

xciij. Capitulum, Anno 1523. Aſſiſij. xciiij. Capitulum, Anno 1529. Spoleti.

xcv. Capitulum, Anno 1534. Mediolani perficitur. In hoc Capitulo Franciſcus Sfortia dictus Maurus, cæpit fratres vehementer diligere, eosq́; multis beneficijs cumulauit, cū eis potius ſtomachari videretur: permotus. n. fuit tot virtutibus, & exēplis in eo Capitulo oſtēſis, ſed tēpus breue fuit, quia oculorū morbo grauatus obijt anno ſequēti à celebratione Capituli 1535. die 24. Octobris, & diuiſo corpore inuentum eſt cor eius aridum, & tumidum.

xcvj. Anno

xcvi. Capitulum, Anno 1537. Romę.

xcvii. Capitulum, Anno 1540. Cremonæ celebratur. circa hęc tempora Ignatius Loyolenſis Hiſpanus, Vir ſanè religioſiſſimus, Pariſijs inter Celtas Sãcti Euangelij prędicationi ſtudioſiſſimè ita incumbebat, vt omnes ad humanarum rerum contemptum deſpicientiamq́ue hortaretur, omnemq́ue operam ſuam præſtaret ad proximum omnibus charitatis operibus, verbo pariter & exemplo iuuandum. Inde autem digreſſus quinque nobiliſſimis, pientiſſimisq́ue ſocijs ſecum aſſumptis in Italiam venit, vt vnà cum illis ad prędicandum verbum Dei ad Infideles concederetur aditus. Verùm Romę à Paulo Tertio Pontifice, Viro ſuo ſeculo omnium prudentiſſimo, qui rem eccleſiaſticam, & pontificiam dignitatem magna ſemper maieſtate ſeruauit, remorari, & ſanctæ prędicationi inſiſtere iuſſi ſunt, atque ita breui temporis interiecto ſpatio communem cætũ cucullatorum more auſpicati ſunt, eiusq́ue venerabilis Inſtituti primordia Apoſtolica auctoritate confirmata ſunt die 28. Octobris, Pontificatus eius anno ſexto. Deinde per ſacrum Conci. Trid. Capite 26. Seſſ, 25. Demum à Gregorio Tertiodecimo confirmata, & aucta cum ad mirabili animarum fructu ubique locorum etiam ad ſcopulos Echinadum Senarum & Iaponenſium, magna (præſtante Deo) ſuſcipiunt incrementa.

xcviii. Capitulum, Anno 1543. Anconę.

xcix. Capitulum, Anno 1543. Venetijs.

c. Capitulum, Anno 1549. Aſſiſij.

ci. Capitulum, Anno 1553. Genuę.

cii. Capitulum, Anno 1556. Brixiæ.

ciii. Capitulum, Anno 1559. Aſſiſij.

ciiii. Capitulum, Anno 1562. Mediolani abſoluitur, vbi Frater Antonius Auguſtanus electus fuit Generalis. Fuit Capitulum magnum, & copioſum: in fine celebrationis grando tam ingens viſa eſt, vt penè Ciuitatem, & ambitum deuaſtauerit. Sequenti anno 1563. abſoluta eſt ſynodus Tridentina contra omnes impietates Lutheranorum, Zuinglianorum, Caluiniſtarum, quę inchoata ſub Paulo Tertio, & Iulio Tertio, ſub Pio Quarto abſoluta ſumma lætitia eſt.

cv. Capitulum, Anno 1565. Florentię efficitur, vbi Coſmus Medices magnis muneribus familiam noſtram cumulauit, habuitq́ue ſemper in veneratione. Sub id tempus obijt Michael Angelus Bonatora Pictor, Sculptor, & Poeta noſtro ſeculo clariſſimus. ſepultus in æde S. Crucis, quam mirificè lau dabat.

cvi. Capitulum, Anno 1568. Romę extitit, quo tempore Pius Quintus Ponti. Maxi. cum vidiſſet labentem, & fere collapſam Religionem noſtram, maximo pietatis ſtudio incubuit in reformationẽ, attentauitq́ue vnire Conuentuales, & Fratres de Familia. Sed perficere non potuit, viſa rei huius difficultate, & morte pręuentus.

cvii. Capitulum, Anno 1571. Camerini fuit, per id tempus Selinus Turcarũ Imperator natura inſolens, origine barbarus, crudelitate terribilis, victorijs ferox, fœdera pacis poſt patrem à ſe quoque iureiurando ac ſcripto cum Venetis firmata, irrita turpiter fecit, iam iamq́ue Cyprum ingenti exercitu inuaſit, eaq́ue potitus eſt. Chriſticolis cunctantibus admittendas mittentibus ſuppetias Nicoſſia primo, vno impetu, deinde Famaguſta longiori obſidione, ad quam inſignis portus celebris habetur inſulę propugnaculis munitiſſimis, barbarica ſęuitia expugnatis. Poſt hęc Veneti tandem ſibi confœderata Pij Quinti Pontificis, Philippi potentiſſimi Hiſpaniarum Regis, & magni Ducis Hetruriæ valida claſſe ſub Ducibus Illuſtriſſimis Principibusq́ue, Marco Antonio Columna Romano, Ioanne Auſtriaco Caroli Quinti Imperatoris filio, & Sebaſtiano Venerio nobili Veneto, claſſem hoſtilem ad Echinadas inſulas in mari Ionio non longè ab oppido Naupacto, diuino auxilio profligarunt, Nonis Octobris 1571. licet Turca ita magno apparatu, & barbarico furore deſæuiſſet, vt omnibus locis orisq́ue maritimis terrori eſſet. Vnde hac via oſtenderunt Chriſtiani (fauente Deo) Turcam immaniſſimum hoſtem, non eſſe inſuperabilem, ſi adſit perficiendarum rerum concordia, quę niſi con ſecuta eſſet, luctuoſum eſſet cogitare, quo in ſtatu Chriſtianorum res ſe haberent.

cviii. Capitulum, Anno 1574. Senis factum eſt. vbi electus eſt Generalis Frater Petrus Antonius Camillus de Nuceria. Hoc tempore menſe Iulio expugnatum eſt à Geuſcis Caſtrum Oppidi Gorcomenſis, ubi erant pręter alios duodecim Franciſcani,

qui poſt innumera flagella,& cęſiones inhumanas,inaudita tormenta paſſi ſunt ac in Briellam inſulam deportati à Geuſ's,vbi iam medio foro paratum erat patibulum,quod illi coram frequentiſſimo populo circumire cogebantur,dum Litanias interim, & ſuauiſſimum illud Canticum SALVE REGINA, quod Hæreticorum aures inſtar ſagittæ ferit,orarent,inde in teterrimum abducuntur carcerem,ad quem ea nocte duo germani fratres Patris Guardiani,qui martyrij deſiderio,vel maximè ardebat,admiſſi ſunt:eodem anno Zutphanię horribili ſupplicio affectus eſt à Geuſeis Guardianus eiuſdem Vrbis ventre eius diſſecto,& cum ſex alijs fratribus tandem ſuſpenſus eſt.

Surius in Cõmentario rerum geſtarum.

Furentium hæreticorum rabies in Franciſcanos:

cix. Capitulum, Anno 1581.Peruſij, vbi electus eſt Generalis, Frater Antonius Fera Planenſis.

cx. Capitulum Generale Anno 1584. Bononię celebratum eſt nutu Sanctiſſimi Domini Gregorij Tertij decimi, præſidente in eodem Capitulo Magiſtro Clemente Bontadoſio:vbi propoſitum fuit,an Prouincialis S.Fräciſci debeat præcedere reliquos Prouinciales:Requiſitus ego veni in hanc ſententiam,quod ſecundum legem debet pręcedere propter excellentiam Patris noſtri Fräciſci,ſed ex quadam congruentia ſolet Prouincialis illius Prouinciæ præcedere,in qua celebratur Capitulum.Accidit per id tempus,quòd quatuor nuntij Regis Inſulæ Iaponenſis venerunt ad obedientiam Sanctæ Sedis Apoſtolicę,veluti primitiæ noſtræ fidei,non ſicut Magiſtella ducti, ſed ardore fidei. Hos vidit noſtra ætas Venetijs ab Illuſtriſſimo Dominio perhumaniter acceptos:diſceſſerunt à remotis partibus vigeſimaſecunda Februarij,Anno 1582.Romam peruenerunt die ſecunda Martij 1585.Vidit eos Romæ procumbentes ſibi Summus Antiſtes Gregorius, nec à lacrymis potuit ſe cötinere.Eorum nomina ſunt,Mantius nepos Regis de Faga,Iulianus,&Michael:Quartus defecit in itinere:erant ſtaturę breuis,coloris ſubnigri,preſſo naſo,inceſſu graues;aqua calida vtebantur pro potu.Propagata eſt quoque hæc noſtra Franciſcana Familia in illis partibus vt ſemper fuit varius rerum immutatus ſtatus.Vnde hæc familia ad extremum terræ peruenit vſq; ad Gebeltarum;vbi fretum Herculeum Africam ab Hiſpania diſiungit nö amplius ſeptem millibus paſſuum latitudine patens. Quo in loco Herculem erexiſſe columnas memorant,quas promontoria eſſe perhibent,quæ procul viſentibus columnarum ſpeciē præferunt.Tëpore Pij II.venit Gebeltarum in deditionem Chriſtianorum,quàmuis non ſine maxima Chriſtianorum cæde. Nam vulgò dicebatur apud Hiſpanos: haud quaquā Gebeltari tot lapides męnia continere,quot pro illis euertendis Chriſtiani cecidere.Sed, Deo dāte,vbi fuerunt Maomethis Templa,nunc ſunt Eccleſiæ diuinæ pietati cöſecratæ, & D.Franciſci cœnobia. Sanè vix vllus eſt orbis chriſtiani angulus,in quo non aliqui ex noſtris reperiantur fratres,vel fidei conſeruandæ,vel plantandæ cauſa eo profecti, Nec eſt quòd velit quiſquā alijs attribuere conuerſionem illarum gentium, quę primò Fräciſcanis debetur:ſi quidem ad annos quadraginta antequàm vllus alter accederet,noſtri metebant falce Verbi Dei,erantq; regiones albæ ad plenam meſſem,vbi erat maxima ſeges animarum, quòd ſi hæc non ſcripſerunt,non tamen minus vera ſunt,quę narrantur. Teſtatur quoq;Surius Regem Bonganum ſignificaſſe Proregi,qui nomine Luſitaniæ Regis Indiæ Præfectus erat, ſe noſtræ Religionis eſſe cupidum.Laboratumq; eſt apud illas gentes, & Domino aſpirante, ſupra quadraginta millia Chriſtianæ fidei iugum manſuetis humeris ſuſceperüt: Eſt Iapan inſula in extremæ Aſiæ finibus in parallelo Germaniæ ad Antipodas ſita, diſciplinarū omnium ignara, bona tamen indole,& rationi obſequentiſſima.

Maxima Chriſtianorum cędes pro Gebeltarę aſſecutione.

Ioan. 4.

Surius in Cõmentario rerū geſtarum.

Iapani inſulæ deſcriptio.

cxj. Capitulum,Anno 1586.indictum eſt Capitulum Generale in Vrbe Aſcoli in Piceno,nutu Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti Quinti,qui Vrbē illam hoc honore cumulandam duxit, Præſidentemque Capituli inſtituit Magiſtrum Euangeliſtam Pellæum Forcianum, quem ipſemet Pontifex Vicarium Generalem, vt diximus ſuprà,motu proprio creauit. Vterque viuit hodie feliciter.

PROVINCIARVM SERAPHICI ORDINIS PARTITIO,

CONTINENS TOTIVS RELIGIONIS FVNDAMENTA, CONVENTVVM, & Locorum omnium origines;

NECNON VIROS, QVI IN EIS VIRTVTIBVS vel certa, vtcunque fama claruerunt, & hac noſtra ætate florent.

Auctore F. Petro Rodulphio Toſsinianenſi Conuentuali Franciſcanō,

In Conuentu Magnæ Domus Venetiarum Prælectore.



M D L X X X V I.

SERAPHICÆ RELIGIONIS PROPAGATIO.

In Prouinciarum formam ſerie quadam deducta.

Simile.

SERAPHICA hæc noſtra Religio grano ſinapis aptiſsima ſimilitudine comparata eſt, quod licet minimę ſit quantitatis, profundas tamē radices emittit. Ad hunc ſanè modū hęc noſtra Frãciſcana Familia non tam numero hominū, quàm nouę prolis meritis inexplicabili ſtudio cumulata perfectaque virtute latius ſe diſtulit in plures Prouincias, in quas B. Pater Franc. multos fratres ad tuēdam, et maximo cum incremento, amplificandam familiam ſuam dimiſit. Qui inuſitato habitu, & nouo viuendi genere ſceleſtis & crudelibus factis exagitati videbantur omnibus prodigioſi, & contemptibiles, veluti homines agreſtes, inculti, & deſpecti; ouis nimirum quæ de ouili egreditur lupi morſibus patet. Quos tamen Chriſti amor & fidei zelus adeò patientes effecerat, vt equo animo omnia pro aliorum ſalute paterentur, gaudentes pro nomine Ieſu contumeliam pati, ea conditione à Deo electi, nihil vt mali non ſubirent, contra verò ægros, quorum vita in dubium veniſſet, curarent, confractos alligarent, & perditos quoſque homines in viam veritatis adducerent. Vnde Apoſtolicis literis Honorij III. Ponti. Max. datis Viterbij xxviij. Maij, Pont. ſui anno iiij. muniti hæreticorum phalanges, qui plurimùm in Regno Luſitaniæ conualuerant, fregerunt, atque fuderunt, ſciſmata deſtruxerunt, altitudinem omnem euerterunt, pacem, tranquillitatem, vnitatemq́; prouincijs, nationibus, atque demùm celeberrimæ huius familiæ terminos protendentes, vniuerſo Chriſtiano orbi perpetuò reſtituerunt. Quam ſanè Ordinis ſui dilatationem præuidit illuſtratus cœleſti lumine B. P. Fran. cùm ſemel ſupra ſenſus eleuatus dilatato mentis ſinu in mirandum lumen abſorptus eſt, in quo quæ circa ſe, & filios ſuos futura erant, luculenter proſpexit. Vnde fratribus ſuis dixit: Confortamini filij, & gaudete in Domino, nec quia pauci eſtis, efficiamini triſtes. Non terreat mea, vel veſtra ſimplicitas; quia vos Dominus ſua benedictione dilatabit, multiplicabitq́; familiam noſtram, & augebit. Quæ ſpes ſuum poſtea ſortita eſt euentum. Hucusque igitur progreſſus eſt ſacer Ordo Minorum vſque ad tempora D. Bonauenturæ Generalis, cuius ſanctitas poſtea illuſtrata eſt. qui in Capitulo Generali Piſis celebrato anno 1263. prouincias diſtribuit, & magna Ordinis acceſſione auxit meritis B. Fran. qui virtutum operatione, vitaq́; ſanctitate tantum profecit, vt & terram ſui fama repleret, & gaudio Cœlum. Sed de his ſatis: nolo enim in omnibus tractationibus meis à propoſiti inſtitutione longius digredi, ne fortè illud mihi obijciatur.

Diſcipuli B. Fran. omnibus cõtemptibiles videbantur.

Act. 8.

Vaticinium B. Frãcisci de Ordinis sui ꝑpagatione.

Horat. in Arte poet.

Amphora cæpit
Inſtitui, currente rota cur vrceus exit?

DE TEMPLO ASSISII B. FRANCISCO DICATO,
Et de eiuſdem corpore.



Quis neget æternos Franciſci, è turribus olim
Tot ſpecula incumbit quies duodena, lare?

IN Vmbria, antiquiſſima, & fertiliſſima Italiæ plaga, inter Appenninum, & mare Adriaticum, extat B. Patris Franciſci Prouincia, quæ ab auctore, duce, & inſtitutore noſtro nomen ſortita eſt: quæ in nouem Cuſtodias diſtribuitur. Quarum altera, & prima, eſt Cuſtodia Aſſiſij, & in ea eſt celeberrimum, & auguſtum illud templum, quod eſt præcipuum Cænobium, totiusq; Ordinis caput; nec ſtructura toto orbe huiuſce Ordinis inuenitur, quæ hanc ſuperet. mœnia enim alta ſunt, & profunda, magnis lapidibus, arena & calce interſtrata. Fundamenta in viſcera terræ quæſita, vix tandem poſt octo & centũ altitudinis pedes nõ ſatis commoda ſunt inuenta. Gregorius IX. Summus Pont. primarium iecit lapidem, & ſacrum Conuentum ea libertate donauit, vt nulli niſi Sedi Apoſtolicæ, & Papæ ſubijceretur. Habetur originale Aſſiſij in Sacrario; & Romæ in Vaticano: in cuius rei memoriam ſoluunt Fratres quotannis libram vnam ceræ. Propè Chorum à ſuperiori parte eſt compluuium ex grandioribus ſaxis, aquas per fiſtulas ferreas procul eijciens: In ingreſſu verò eſt pulchrum periſtyllum. Nihil habet hæc ſtructura commune cum eo ordine, quem Vitruuius Architectus inſtituit, cuius opera hodie etiam omnium manibus teruntur, varias in linguas transfuſa. Sed opus Theutonicum eſt, ſtructoris nomen non reperi. Scio tamen quòd F. Helias, homo rerũ gerendarum prudens, eius curam

> Sacer Cõuentus Aſſiſij nulli ſubijcitur, niſi Domino Papæ, & S. Sedi Apoſtolicæ, vt patet infra.

> Vitruuius Architectus.

egit

egit à principio, turres campanarias conſtruxit, in quibus campanas impoſuit, & cãpanam ad conuocandum populum factam ipſemet campanam Prædicationis, & paſſim ſeniores ſic appellant, & campanam Primæ; in quarum vna hæc verba excuſa leguntur.

A. D. MCCXXXIX. F. Helias fecit fieri, Bartholomæus Piſanus me fecit cum Loteringo filio eius, ora pro nobis B. Franciſce. Aue Maria, gratia plena, Alleluia.

Duas alias cãpanas, quæ nõ multis ab hinc annis diſruptæ sũt, fieri fecit idẽ F. Helias. Pro cõſtructione aũt huius Monaſterij, & Templi, varijs modis cæpit pecunias exigere: primũ .n. pecuniarias collectas indixit prouincijs, poſuit quoq; concam illam marmoreã in quam aduentantes homines ponerent pecuniam: ex quo non modica turbatio inter diſcipulos B. Franciſci ſuborta eſt. Diuiſum eſt templum illud in tria ſegmenta iuxta tria vota Religionis, quam profitemur. Inferior Eccleſia deſignat ſanctam obedientiam, quæ altis defixa eſt radicibus; ibi conditum eſt ſacrum corpus B. Patris Franciſci cum multis alijs beatis. Factũ eſt delubrum ex omni parte firmiſſimum parietibus, lateribus inſtratis, vt furibus adimeretur inſidiandi facultas. Ad eum locum datur aditus per vias ſubterraneas, & per ſecretos cuniculos, qui ſatis latent.

Incidit in animũ Pij V. Pont. Maxi. videre venerandum corpus Beati Franciſci.

Dicam vnum, quod accidit tempore Pij V. Pont. Max. & Ioannis Pici Camertis Generalis, quocum eram à ſecretis Ordinis. Inciderat in animũ Pij V. videre corpus B. Franciſci, ſtrictèque mandauerat Ioanni Pico Generali, vt in hanc curam obnixè incumberet, ſi fortè inueniret tantum theſaurum: ſuffodiebat die noctuque inceſſanter bonus ille vir, ſed inanis fuit omnis eius conatus, & induſtria, quia diuino numine factum eſt, ne tantus theſaurus furibus vel hoſtibus pateret: vnde ait Magnus ille Gregorius, Deprædari deſiderat, qui theſaurum ſuum publicè portat. Porrò neque theſaurus cenſendus eſt, vt potè cuius etiã furtum ſit, ſicut legitur de corpore B. Iacobi Compoſtellani, quod tam profundo loco conditum eſt, atque deorſum tantam habet altitudinem, vt nemo illuc facilè poſſit pertingere. Viſum tamen fuit aliquando corpus B. Franciſci, vt Franciſcus Bautius Andriæ Dux teſtatum reliquit hac ſubiecta epiſtola, quæ congruè ſubijcienda huic loco videtur.

Dictum D. Gregorij cognomento magni.

EPISTOLA

De vera viſione corporis B. Franciſci,

AD REVERENDISSIMVM, atque ornatiſſimum D. D. Andrienſium Epiſcopum

Franciſcus de Bautio Dux Andriæ Com. P. F.

Defert nomẽ ſuũ apud lectorem iudicem.

SCRIPTVRVS ego ad te Pont. Nicolai progreſſum, qui Seraphici Patris Franciſci corpus viſitauerat perſonaliter, veritus ſum, ne vt parum inſtructus tanquam imperitus à probis & grauibus viris arguar. Attamen quoniam in negotio, quod aggredior, non leuitate (vt ita dicam) aut temeritate aliqua, quin potius reuerentia, & deuotione fretus sũ Idcirco ad te admodum Reuerendo hanc Epiſtolam, etſi incultam, omni tamen veritate plenam deſtinare curaui: ad te inquam, qui poteſtate tibi credita Eccleſiæ Dei partem gubernas, & regis: noui enim (vt reor) te recentem ac viuam memoriam retinere eorum, quæ hic modò ſubinferuntur. Quapropter, etſi in his, quæ per me ſcribenda ſunt, aliquid me prætermiſiſſe, vel plus ſatis addidiſſe perſpexeris articulis tuis idipſum tua ſolita benignitate, & prudentia, qua plurimum polles, emendare ac corrigere poteris: noui enim ob imperitiam meam me fallere, ac falli poſſe in hoc negotio. Te autem qui clauem Dauid ſolus habes, rogatum eſſe velim, vt in hãc horam ſermonem rectum, ac bene ſonantem, in os meum concedere digneris, vt ea dignè dicere valeam, quæ in fructuoſo ſilentio pertranſire nefas eſſet. Te, inquã, Dominum meum Ieſum Chriſtum ſupplex deprecor, ne huius rei per me enarrandæ deuotionis fructu caream, & expers ſim.

Apoc. 3.

Dominus Iacob. Laquidonẽſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Iacobus quidem Laquidonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, dum nonis Martij Andriæ eſſet tuque, & Ipſe ſimul alloquentes veſtros vultus admiratione non minima repleuiſtis. Quod

cum

cum ego qui ſimul aderam intuitus eſſem, cauſam tantæ admirationis tanquàm curioſus à vobis perquirere cœpi. Ea propter Iacobus, qui mihi intimior erat, his verbis affatus eſt, vt ad me conuerſus diceret, ſi quæ per tempora retroacta aures meæ expertæ ſunt, non ignorares, tibi quoque admirationis ineſſet cauſa. Ad quem ego, quæſo, vt quæ audiſti, ediſſeras. Tunc ille: mallem (inquit) hoc me narrare & per contritionem lacrymari, quàm in his cordis hilaritatem oſtendere. Cùm autem hæc ab eo audiuiſſem, auidius adorſus ſum hominem, & opportunam horam quæſitans deprecatus ſum eum dicens: O vtinam palàm abſte iſta citò docear; & ille, libenter faciã (inquit) ſed magni ponderis res iſta eſt, & non omni homini aperienda: attamen tu diligenter, & attẽtè audi, & auſculta. Auſtergius quidã, ti. S. Euſebij presbyter Cardinalis, Beneuentanæq; vrbis olim Archiepiſcopus, dum in extrema valetudine eſſet poſitus, febreque valida quàm maximè vexaretur, vt putaret vicinam ſibi mortem fore, nocte ſuperueniente, quæ finem languoris ſecum ferre videbatur: ſic enim viribus corporis deſtitui viſus eſt, vt vix crederetur eum ſuperuicturum in craſtinum. Ego vero Iacobus, qui nimio amore hominem diligebam, cum præſens eſſem, eiusque miniſter, attentè ſuper eum vigilabam, flebamq;. Ipſe verò ſic in extremis laborans non minus deuotè quàm piè in hanc vocem prorũpens clamabat, ò Franciſce, & aliquanto temporis interuallo facto, iterum id idem repetens clamabat, prout poterat, ò Franciſce. Mane autem facto cum pauluſculas vtcunque vires reaſſumpſiſſet, omni cum manſuetudine deprecatus ſum hominem, vt cauſam eiuſmodi inuocationis Franciſci mihi innoteſcere dignaretur. At ille, ò Iacobe, quem (inquit) in amore tibi præferam? porrò ſi alius interrogaſſet me de eiuſmodi rei cauſa, forſitan non illum ei panderẽ, dicã tibi nihilominus, & tu attentè auſcultabis.

Rei geſtæ Narratio.

Tacita nominis B. Franciſci interpellatio.

NICOLAVS quidẽ huius nominis Pontifex V. qui an. Domini milleſimo quadrigẽteſimo quadrageſimo nono B. Petri Apoſtoli Sedem ſtrenuè gubernabat: huic n. dũ Aſſiſij moram traheret, venit in mentem, vt B. Franciſci corpus oculis proprijs inſpiceret; ob quam cauſam accerſitus eſt ab eo Dominus Petrus de Noceto. Ad quem Pontifex: Vade, inquit, ad Guardianum loci huius, & meo nomine illi ſignificabis, me omnino viſitaturum eſſe, & viſurũ B. Franciſci corpus. iuit Dominus Petrus, & iuſſa ſibi impoſita perficiens reuerſus eſt ad Pont. dicens: feci (Beatiſſime pater) quod mandaſti. Guardianus autem ijs auditis ſermonibus nimio pauore correptus eſt; ita, vt in magno dubitationis agone fuerit poſitus. Ex vna enim parte contradicere non audebat voluntati Summi Pontificis, ex altera verò verebatur, ne tam ſacrum, & precioſum pignus auferretur ab Ordine, veluti per alios prius fuerat attentatum, & ipſe poſtmodum calumniam ſuſtineret à ciuibus. Ea propter adiens Pontificem modò huc, modò illud, tanquam demens, & vagus incedebat, celans animum ſuum. Cùm autem fortiter cogeretur, vt pontificium impleret mandatum, petijt humiliter, vt rem iſtam Fratribus loci palàm facere permitteret Pontifex. Qui poſtquàm illos fuiſſet alloquutus, ad Pontificẽ iterum reuerſus eſt dicens: obedientiam, prout ordinis dignitas expoſtulat, tibi præbere parati ſumus Beatiſſime pater, dummodò vnum iuxta beneplacitum noſtrum impleueris. Porro ſi tui deſiderij cupis eſſe compos, tribus tantùm, & non pluribus tecum aſſumptis ad locũ deſcendere neceſſe eſt. Quinta verò noctis hora adueniente deſcendet tua Sanctitas, & oculis proprijs conſpicies, quem ardenter videre deſideras. Quo audito Nicolaus Pont. qui rectè & ſinceriter ſe gerebat in negotio, lætus, inquit, aſſentio. Gallicus vero quidã Epiſcopus, magna auctoritate vir apud Pont. hæc audiens, Põtificẽ alloquutus eſt dicens, Non tibi conuenit Beatiſſime pater, horum Fratrũ aſſentire voluntati propter ſcandalũ, quod Eccleſiæ Dei caſu aduenire poſſet. Ad quẽ Summus Pontifex, non ſic erit, inquit, quoniam rectè ac fideliter in hoc negotio pergo; Idcirco (Deo præſtante) mei deſiderij compotẽ me eſſe ſpero. His dictis Põt. Nicolaus elegit me, Auſtergiũ, Petrum de Noceto, & præhabitum Epiſcopum Gallicũ: Guardianũ verò cum tribus fratribus ſimul adeſſe mandauit viſitaturis ipſis, & viſuris corpus B. Patris. Qui nobis iũcti, ſuiſq; indumentis depoſitis, hora cõgruenti cũ adfuiſſemus ad paratũ locũ, amoti ſunt lapides, cũ quibus ianua fabricata erat, gradusq; marmoreos diligẽter aſpeximus, quos & magno ſilẽtio deſcẽdimus, & ecce oſtiũ ferreũ habuimus obuiũ, in quo tres catenæ ferreæ ex ordine ſtabãt, quæ illicò fuerũt apertæ clauibus. Tũc Guardianus flexis genibus Põtificẽ alloquutus, ait. Ingredere Pater Sãctiſſime, qui ſolus ingrediẽs, antè pedes ſancti corporis proſtratus humiliter, ita vehementer plorabat, vt fremitus audiretur a nobis. Poſtquàm verò Summus Pontifex conſequutus eſt, quod deſideriũ ſuũ flagitabat, ad ſe reuerſus introduxit & nos, qui cũ perueniſſemus ad locũ, ſtupor equidẽ incredibilis omnes inuaſit. verè inueſtigabiles viæ

Is fuit Thomas Sergiana medicus vir liberalibus diſciplinis ornatus.

Petrus de Noceto.

Dictum Põtificis Guardiano affert metum.

Pontifex cauſſas ambiguitatis in arbitrii ſtatera ſuſpendens Guardiani animum liberat à metu.

Rei geſtæ dilucida narratio.

Rapit eos ſtupor in viſione ſacratiſſimi corporis.

Domini & iudicium eius ab omni humana cogitatione prorſus alienum. Quis vnquàm audiuit, aut quis talia effatus eſt,ut corpus humanum per tot æua mortuum ſuper plantas proprias rectè ſtaret? Non enim fuerat abbreuiata manus Domini. erat enim locus ille (cernentibus nobis) inſtar paruæ Eccleſiæ habens tres tribunas in teſtudine rectas, media verò quę ab interiori parte erecta erat, miro marmoreo tabulatu fabricata videbatur: in cuius medio laſtra marmorea poſita erat, ſupra quam ex orientali latere corpus illud ſacrum Franciſci Seraphici erectum ſtabat, facie ad occaſum tendens, & oculis eleuatis in cœlum, manus verò copertæ erant ex habitus manicis, & ſimul iunctæ, vt fratres ferre conſueuerunt. Erat autem corpus ita incorruptum, quaſi eſſet prima die poſitum; videbatur enim quaſi dormiens. Ex alio verò latere alium erectum ſtantem vidimus, habitum B. Dominici indutum, qui & manus ſimul iunctas habebat cum articulis ſurſum iunctis, veluti mos eſt orantium: oculi verò eius ad B. Franciſci pedes intuebantur, ambo autē ita lucidos, & ſplendentes habebant oculos, vt nulla ad viuos eſſet differentia. Odor inſuper ſuauiſſimus talis erat, vt olfactus hominum nunquàm talem ſenſerit. Cumque Summus Pont. à lacrymis & gemitibus abſtinuiſſet, ſe aliquantulum ad B. Franciſci pedes iterum procumbens manu fimbriam eius veſtimenti extulit; nos verò ſine ſotularibus pedes aſpeximus. O igitur felices oculi, qui hæc videre meruerunt; O fortunati animi, qui hæc meditari digni inuenti ſunt: magna enim his fuerat collata gratia, vt in ſeruum liquidò aſpicerēt, quæ in Deum minimè videre poterāt. Erat enim in pedis Sancti medio foramen, cum ſanguine ita recenti ac ſi tunc mucrone pes fuiſſet confoſſus: cuius quidem rei aſpectu ſingultus magnus omnes arripuit. Et quis cogitare poſſet animi motionem? animam præ deuotione liqueſcere, alienari ſenſum, & vires totas deſtitui? Omnes enim ante receſſum è loco oſculum dedimus ſancto pedi, omnesq; pariter ob odorem refocillati ſumus. pes verò alius fimbria habitus operiebatur, nec nobis viſum fuit illud violenter arripere; manus ſimiliter perforatę vt pedes cernebantur, recentem ſanguinem oſtendentes. O' igitur memoria profundà noſtræ redemptionis, in ſeruo intueri, quæ in redemptore prius ſequuta fuerant. O igitur ſacra vulnera, & dulci oſculatione digna, quæ poſt humanitatis lapſum in remedium data ſunt. Et quis noſtrum, qui ibidem aderamus, auſus fuit amplius corpus ſacrum tāgere, niſi ſolus Summus Pont.? ipſe enim manus illius precioſas deuotiſſimè oſculatus eſt, oſculumque ſacro ori dedit. * A quinta verò noctis hora vſque ad vndecimam illic manſimus ſuauiſſimo odore repleti. cum verò à narrantibus nunciatum fuit nobis diem propè eſſe, doluit quàmmaximè: viſum enim fuerat nobis per horam ibi fuiſſe. in illis verò tribunis ſociorum B. Franciſci corpora tumulata iacent: vnuſquisq enim locum ſuum poſſidet, vnus hinc, & alter hinc; ante oſtium verò loci iacet corpus illius extatici viri Dei Fratris Aegidij; quorum corpora abſque diminutione vlla integra cernuntur ſuauiſſimum odorem redolentia. Ad extremum autem cum magna animi fortitudine roborati omnes inde receſſimus. Cardinalis verò Auſtergius, quem ſuperius memorauimus, quamuis in memorata infirmitate aliquantulum conualuiſſet in die, attamen nocte ſequenti naturæ debitum ſoluit. Nec eſt dubitandum, quòd tantus homo, à quo hęc quæ narrauimus, accepimus, dum ad vitæ perueniſſet extrema, compoſuiſſet mendacium referens illa, quæ in ſe vera non eſſent affirmabat quoque antequàm ſpiritum cœlo redderet, quod Nicolaus Pont. dum è loco illo ſacro recederet, promiſiſſet Guardiano, & cæteris, qui ſimul aderant, nulli mortalium palam facere, quæ viderat, dum ipſe viueret, quamuis non paruipenderet illa manifeſta fieri apud homines deuotos, & probos, qui nō ſecundum carnem ambulant. Finis Epiſtolæ.

Il 59.

Figura corporis B. Fran. & poſitura eius.

Errant qui ex hoc loco colligunt B. Dominicum hic cum B. Fran. conditum eſſe, cùm pro cōperto habeamus eum Venetijs redeūtem Bononiæ feſſum ex itinere, & æſtu, vt potè circa finem Iulij, vrgente obitus die ibidem obiiſſe, & tumulatū eē an. 1221. ſuperſtite adhuc B. Fran. Hugolinus Cardin. Oſtienſis in Gallia Ciſalpina erat nuncius Summi Pontif. & audita morte inclyti Cō feſſoris cum pluribus Bononiam venit.

Ad beata Franciſci vulnera pia acclamatio.

* Hic quędā deſiderantur.

Corpus B. Aegidij.

Obitus Cardinalis Auſtergii.

Reſumpto autem prioris narrationis propoſito, rurſus dicamus reliqua. Ergo, quod ſpectat ad ſecundam Eccleſiam, quæ eſt inſtar Oratorij, paupertatem in humilitate fundatam deſignans, omnibus ibidem piè orantibus afflat inſolitam pietatem: cuius pauimentum varijs, coloratis, & vermiculatis lapidibus intertextū eſt. At teſtudo ſeu fornix, inſtar cupæ vel dolij, cū certis quibuſdā figuris exquiſita arte abſoluta eſt. dicunt eas factas à Gioto Florentino maiori ex parte, quem conſtat ſui temporis omnium Pictorum fuiſse nobiliſſimū. in illis exprimitur vita Chriſti Ieſu, quæ varijs depictæ coloribus, omnino admirandæ ſunt, & excolendæ. In teſtudine ſunt quatuor trianguli eleganti ordine compoſiti: In ſuperiori parte ad Chorum eſt B. Franciſcus velut princeps in ſella reclinatoria, indutus veſte egregia, cuius capiti affixa ſunt hæc verba GLORIOSVS FRANCISCVS. Ibi quoque extat vexillum cum ſeptem ſtellis, & Angelis circum aſtantibus, atque bucci-

nis

nis clangentibus eo ſpectaculo quo triumphus famæ pingi ſolet, egregiè perpolito, & politiſſima arte perfecto. In altero Triangulo dextrorſum eſt porticus ambulatoria, in proſpectu, cum columnis, & in medio eſt figura veſte ſubnigra induta, cum alijs, & diademate quadrato, quæ figura manu dextera tenet iugum, at læua ſupponit digitum labello inſtar ſilentij; ad pedes in ſignum eximiæ humilitatis eſt Frater quidam, qui accipit iugum & proprijs imponit humeris, ſuper caput figurę eſt hæc nota, SANCTA OBEDIENTIA. Hinc pendet ad caput Crucifixus, ſed ſolùm apparet corpus & plaga lateralis, à qua erumpit magnus fluuius ſanguinis. Dextrorſum eſt Prudentia biceps cum his notis, SANCTA PRVDENTIA. habet diademã cum ſex inſcriptis faciebus. eſt media figura, ſub qua eſt Angelus ductor eius, & duæ aliæ figurę, & reſpicientes iunctis manib. præſeferunt magnam religionem. Ex altero latere eſt conſimilis figura cum ſubiectis verbis, SANCTA HVMILITAS: tenet accenſam faculam. Ad pedes eſt Angelus, & ſemihomo & ſemicanis. In altero Triangulo ſiniſtrorſum eſt arx cum turribus hinc inde, & in medio Turris veluti Gerrum & terminus, & in apice eſt feneſtra, & caput mulieris cum ſuperſcriptione SANCTA CASTITAS. Aſtant duo Angeli, quorum alter exhibet regnum, alter verò palmam. Ad pedes Gerrij ſunt duę figuræ, quęlibet tenet manũ extenſam extra muros, & aſpergit aquã ſuper caput denudatę figurę. Alter Angelus lauat dictã figuram inſtar balneatoris: ſuper has duas figuras, quæ tenent veſtẽ Angelo, loquuntur hęc verba, SANCTA MVNDITIA. ex altera parte, SANCTA FORTITVDO. A latere eſt Angelus lauans & homo armis cinctus cũ parmula in brachio, & multis alijs figuris, AMOR ET POENITENTIA: ſub amore eſt homo transfiguratus cum his notulis; MVNDITIA; quæ propellitur ab altera figura cum his literis, MORS. In altero Triangulo eſt figura velata, pręter manus & dimidiam partem brachij: manus autem ſunt extenſę, & accipiunt munera, quę duo Angeli offerunt. Angelus à latere dextro, & offert veſtem, & marſupiũ: altera offert prętoriũ: ſubter verò quędã ſublucet mulier ſubcincta, & nudatis intra vepres pedibus, quę quantum ex facie, ex vultu, ex oculis, & ex fronte ſuſpicari poſſumus, repræſentat dominam Paupertatẽ, quam in ſponſam ſuam B. Franciſcus accipit. Chriſtus verò à latere manum interiungit, atque eius dexteram contingit, cum hac inſcriptione; SANCTA PAVPERTAS.

In Choro Capellæ maioris eſt quędam egregia pictura, quam dicunt quidã fuiſſe manus & ingenij monimentum Priccij Capannę, à nemine (quod ego ſciam) adhuc ſatis intellecta; Communis tamen eſt omnium ſententia ab eodem Giotto fuiſſe expreſſam, quãuis præſeferat neſcio quid maioris elegãtię & dignitatis. Sub hac fornice modò eſt altare maius, vbi eſt Tabernaculum pro cuſtodia ſanctiſſimæ Euchariſtię eleganter elaboratum, atq; opera Ven. F. Matthęi Aſſiſiatis constructum. Altare verò circumquaq; ferreis quibuſdam inſertis cratibus, & anſulis intortis vallatũ eſt: ſub ara in abdito & receſſu conditum eſt venerabile illud corpus B. Patris; vbi aliàs Furinum, ſiue locus erat, in quo fures & improbi homines publicè ſuſpendebantur, vulgò dictus Collis inferni. Nec ab re dictum puto, quia ſicut Chriſtus in Caluarię monte conditus eſt, vt nobis ſuo exemplo ſignificaret nulla eſſe oſſa, nullos homines, nullos deniq; Dęmoniacos adeò damnatos & deſperatos, in quos ſi intret Chriſtus non viuificet (Infernus non viuit, quia Chriſtus non intrat ad viuificandum): ſic B. Franciſcus (Domino concedente) voluit & viuens & moriens in cunctis eſſe Chriſtiformis.

Priccius Capãna.

Tabernaculũ pro cuſtodia ſanctiſſimi Sacramenti.

Collis inferni.

Auctor Conformitatum.

Ante fores Sacrarij ſunt multę, & hæ quidem inſignes & egregiæ picturæ, & (vt ferunt) manu Antonij Cauallini expreſſas, qui adeptus eſt nomen Cauallini, quia optima arte fingebat caballos. Ante cancellos illius Capellæ in angulo eſt ſepulchrum cum crate ferrea, vbi dicunt condita eſſe quatuor corpora ſociorum B. Franciſci.

Antonius Cauallinus.

Adſunt quoq; in inferiori Eccleſia, ſiue Oratorio, multę capellę, & quidẽ pulchrę & egregiæ. Primò eſt Capella S. Catherinę, Cardinalis Aegidij, Cariglij Albernotij Hiſpani, cum multis figuris S. Catherinę. Hic Cardinalis obiit in ſuburbano, ſeruatumq; eſt corpus eius in monte Cimino, deinde Aſſiſiũ tranſlatum eſt. Hic Cardinalis conſtruxit arcẽ Spoleti natura & ſitu loci, tũ humana ope munitiſſimã, ex qua tota vallis Spoletana viſitur. Hic laceratum Eccleſię regnũ, & à tyrannis fermè totum vſurpatũ ſingulari virtute recuperauit ac reſarciuit; quamuis nonnulli oſſa eius in Eccleſia S. Martini ſupra Viturniũ in Monte Cimino recondita dicant. Fortaſſe ibi primò ſeruatum eſt cadauer, deinde Aſſiſium tranſlatum fuit. Vidit autem iſte corpus Beati Franciſci, poſtea reliquit Conuentui centum millia aureos. Deinde eſt Capella D. Antonij, vbi eſt ſepulchrum cuiuſdam Ducis Spoleti, qui dicebatur Blaſcus, eratq; de domo Cardinalis Aegidij, cum ſubiectis verſibus.

XX *Magna-*

Magnanimus miles prudens pius egregiuſque,
Cultor iuſtitiæ, rigidi ſeruator honeſti,
Blaſcus Fernandi, pacis compertor amatæ,
Hiſpanus natus morum venuſtate præclarus;
Anchonitanæ Marchio Marchiæ tempore multo
Rector Bononiæ, Dux Spoletanus habetur,
Inclytus iſte ſenator belliq; maximus actor,
Proditus hic burgo Luci mutatur ibidem;
Et genitor Grazias acerba morte peremptus,
Hicq; iacent ambo genitor genituſq; dicti,
Quos Deus Eliſiis proponat ſedibus almis.

Reginæ Cypri tumulus.

In capite Eccleſiæ è regione Sepulchri Diui FRANCISCI tumulata eſt Regina Cypri, quæ reliquit ſacro Conuentui ducenta millia aureorum, & pulcherrimum vas Porphyriticum abſque baſe ſiue pediculo, quo modò loco pilæ vtuntur cum aqua luſtrali, qua homines piè aſperguntur.

Sed quantum ſpectat ad ſuperiorem Eccleſiam, eſt vſqueadeò eleganter conſtructa, vt nihil pulchrius videri poſſet illo ſeculo, nec ſtructura huius Ordinis inuenitur in toto orbe, ſuas habet portas congrua dimenſione venuſtas, mediam cæteris ampliorem, in tecto ſtellæ affixæ aureæ, & color impreſſus aereus veram cœli faciem æmulatur. ſunt in Choro ſedilia ex materia nobili, arte quam vocant Tarſicam, ſculpturis et imaginibus inſignia, quem ferunt Sanſonis opera conſtructum, cuius expreſſa imago conſpicitur. in cuius ingreſſu ſupra ianuam eſt ibi oculus vitreus, vnde tranſmittitur lumen in morem Cyclopis latè patens in modum trianguli, in quo eſt imago vera (vt dicunt) Beati FRANCISCI opere moſaico intertexto, opus (niſi fallor) Cimaboni. Inter vtranque Eccleſiam eſt ſpatium octipedale, ne populus ambulans ſuper pauimentum ſuperioris Eccleſiæ impedimento ſit cæteris, in Eccleſia inferiori. Innititur autem pauimentum ſuperioris Eccleſiæ lignis abiegnis.

Portam Eccleſiæ inferioris Sanſon porticu quadam egregia exornauit tecto incluſa ob repetinos imbres, vt hę literæ declarant, Frater Franciſcus Sanſon Generalis Minorũ fieri fecit 1487. circumcirca ſunt xij. Turres teretes: & in vnaquaque illarum eſt inferior teſtudo petræ granitæ rubeæ in memoriam xij. Apoſtolorum ignis Spiritus ſancti ardorem prætendentis. Tribuna verò eſt albi lapidis in honorem B. Virginis.

Sunt quoque in ſuperiori Eccleſia quędã picturæ egregiæ manu Cimaboni & Giotti elaboratę. Chorus quoque cum ſubſellijs manu Dominici Sanſeuerinatis Vmbri opere intertexto, opera & ſumptu Magiſtri Franciſci Sanſonis Generalis, vt inſcriptio affixa declarat magnificè fabrefactus. Noſtro tempore Organa conſtructa ſunt à magiſtro Petro Antonio Nucerino Generali, Sed quod plurimam acceſſionem dignitatis habet, eſt Turris Campanaria itaquidem eminens, vt arx potius videatur, quàm Turris.

Structura ſacri Conuentus

Supereſt modò vt de ſacri Conuentus ſtructura nonnulla ſubijciamus: habet enim profundas radices & altiſſima fundamenta propter torrentem inundantem. Sixtus IIII. Pont. domum collabentem & ruinam minantem fortiſſimo muro, quaſi roſtro quodam, vallauit anno 1480. & hodie quoque nomen ipſius retinet. Alteram partem Conuentus conſtrui fecit F. Helias, vt apertè declarant figuræ quędam & inſcriptiones Ciſternæ prioris impluuij. Innocentius Papa fecit conſtrui alteram partem, reliquam Cardinalis Aegidius, quem ſupra memorauimus.

Hæc ſunt, quæ mihi dicenda erant circa inſignem, admirandam, & nunquam ſatis laudatam ſtructuram huiuſce memorabilis Templi. Optima enim diſpoſitio conſurgit, cùm partes omnes in ſeipſis benè diſpoſitæ fuerint, & alteræ cum alteris congruo loco conueniant. quamuis B. P. Fran. verus ditiſſimæ paupertatis amator, præceperit in cunctis paupertatem ſeruãdam, vt fratres tanquàm peregrini & aduenæ deſpicerent amplas domos, atq; templa magnifica, Hanc magnam molem ſuſtinuit B. Franc. vt potè quia fundauit eam Greg. IX. Pont. Max. cuius verba ſubijciam.

GREGO-

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

RECOLENTES, Qualiter ſancta plantatio veſtri Ordinis ſub beatę memorię Patre Frãciſco incępit, & mirabiliter profecit, per gratiã Ieſu Chriſto flores ſanctæ cõuerſationis lõgè lateq; proferens & odores, ita quòd in deſerto huius mundi ſacræ Religionis honeſtas ab eodem Ordine procedere videatur: dignum eſſe præuidimus & conueniens, vt pro ipſius Patris reuerentia, Eccleſia in qua recondendum eſt corpus eiuſdem, ſpeciali prærogatiua gaudeat libertatis, vt idem Pater, per quem tantus fructus proueniſſe dignoſcitur, honorificetur etiam in hoc, quòd eadem Eccleſia libertati donata, nulli alij quàm Romano Pontifici ſit ſubiecta. Quare ſub ſpeciali Apoſtolicæ Sedis tutela conſiſtens affici non poſſit iniurijs, ſed quiete, ſicut libertate plenius perfruatur. Eapropter fundum pietatis obtẽtũ. nobis oblatũm pro Eccleſia ac ædificijs conſtruendis, vbi recondi debeat corpus Patris prædicti, & ius & proprietatem Sedis Apoſtolicæ recipimus, de ſpeciali gratia ſtatuentes, vt dicta Eccleſia omnino ſit libera, & nulli alij quàm Apoſtolicæ Sedi ſubſit. Ad indicium autem huius libertatis ab Eccleſia Romana perceptæ, vnius libræ ceræ cenſum perſoluet Eccleſia nobis, & noſtris ſucceſſoribus annuatim. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis infringere, vel ei auſu temerário contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Reate, 11. Kalen. Maij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Habetur in ſacro Conuentu Aſſiſii in Sacrario.

Nulli ſubiicitur, quàm Romano Pont.

XX 3 DE

DE ADMIRABILI SEPVLCHRO, in quo venerandum corpus B. Franciſci conditum eſt.



Venerabile corpus B. Franciſci.

IN ea parte Templi ſitum eſt venerabile corpus B. Patris FRANCISCI, quæ ad Orientem Solem ſpectat. Altare maius opere magnifico extructum eſt, crateque ferrea circumſeptum, vbi Fratres ſtatas preces & laudes diuinas recitant, Chorumq; appellant: ſub altari alius locus eſt in altitudinem pedum (vt dicunt) ſeptem plus minusve, depreſſus eſt locus & fornicatus, vbi eſt ſanctum corpus collocatum: vnde qui locus latebræ, & receptaculum latronum fuerat, piorum virorum & Deo ſe dicantium refugium & portus factus eſt; & quò ſceleſtiſſimi homines ſe abdiderunt, dicebaturq; Collis inferni, nunc ibi viri religioſi, charitatis pleni, diuinas laudes celebrant, & Gregorius IX. Summus Pont. Collem Paradiſi appellari voluit.

Collis Paradiſi.

DE SACRIS RELIQVIIS, QVAE REPERIVNTVR in æde Diui Franciſci.

PRAETER corpus B. Franciſci, in eo templo viſuntur & venerantur aliæ quoque dignæ memoratu reliquiæ. Primò quidem multa corpora requieſcunt in æde D. Franciſci. ibi in altari eſt de coſta Sancti Ioannis Baptiſtæ, quam ibi collocauit Innocentius Papa, iacet ibidem B. Iacoba de Septemſoliis cum duobus filijs, ex altera parte propè ſuggeſtum. In Sacrario eſt de ligno Crucis, quod fuit approbatum

batum à Sixto IIII. ibidem eſt capſula plena reliquijs, ibi ſunt duo digiti, vnus B.Petri, & alter B. Pauli, reliquiæ Sanctorum Innocentum, de virga Aaron, de baculo S.Ioſeph: Crux vna lapidibus precioſis ornata, quam dedit Nicolaus IIII. Papa. Tabernaculum cum cuſpide claui Chriſti, quem tulit Manupellus Vrſinus generalis Capitaneus Sedis Apoſtolicæ à Terra ſancta, vnà cum veló B. Virginis, in quo fuit inuolutum corpus Chriſti in præſepio :.eſt pars tunicæ B.Virginis, S.Bonauentura tulit partem veſtis Chriſti, cilicium S.Franciſci, partem quoque detulit Sixtus IIII. qui partem veſtis, in qua mortuus eſt B.Franc. Romam detulit. ibi eſt Tabernaculum cum ſanguine lateris S.Franciſci. eſt cornu eburneū magni Solthani Aegyptiorum Imperatoris, & duæ virgę, quibus auditoribus ſilentium indicebat. eſt pars tunicæ S.Ludouici Regis, & alterius Ludouici, qui fuit Epiſcopus. eſt caput B.Rufini ſocij B.Franciſci. eſt pars tunicæ B.Claræ, & de capillis eius. eſt Tabernaculum cum chorda, quam B.Fran. viuens deferebat ad nudas carnes. dens S.Blaſij, & digitus. in altero Tabernaculo, vbi ſunt capilli S.Catherinæ. ſeptem capita Virginum ſociarum S.Vrſulæ. duæ imagines depictæ S.Lucæ. Crux criſtalli, quam dedit Sixtus IIII. & aliæ multæ, quarum non habetur exacta notio.

Reliquię in ſacro Conuētu Aſſiſi.

DE LOCO SANCTAE MARIAE de Portiuncula.

NON longè à ciuitate Aſſiſij, in planitie eius extat celeberrimus locus Sanctæ Mariæ de Angelis, prius dictus Sancta Maria Antiquitatis, vel de Porticella, vel Portiuncula, à vico pauperrimo. Verùm quia ibi audiebantur Angeli alternis vocibus laudes Domino decantantes, cœpit diuino quodam myſterio appellari Sancta Maria de Angelis, vbi anno 1223. B. Franciſco ſemel oranti apparuit Angelus. Et propterea cùm ab Abbate S.Benedicti Montis Subaſij obtinuiſſet locum, quotannis, ne locus videretur eſſe proprius, cùm eſſet tanquàm peregrinus in hoc ſeculo, mittebat ad dominum Abbatem, à quo præfatum locum acceperat, fiſcellam plenam piſciculis, quos vulgò Laſcas appellant: Dominus verò Abbas pari amore cum eo, quem mirificè diligebat, contendens, vas plenum oleo Fratribus amore Dei donabat. Beatus itaque Franciſcus obtento ſummis precibus hoc loco, ibi humiliter cœpit, ſtudioſè profecit, feliciter conſummauit: & in obitu toto corde commendauit. Huius quidem loci parua ab initio fundatio hominum aucta felices ſucceſſus habuit, & in omnem Chriſtianitatem propagata eſt: multa in dies acceſſerunt incrementa, & hodie nobile Templum conſtruitur. quamuis B. Franc. qui vitam pauperem traducere propoſuerat, imbrices ac tegulas ſumptuoſius extructæ domus deiecit; ibi non licebat ocioſa verba proferre, aut prolata referre. ſeruabatur ibi in omnibus rigidiſſima diſciplina tam in ſilentio & labore, quàm in cæteris inſtitutis. Nemini niſi Fratribus patebat ſpecialiter ingreſſus; voluitque in dicto loco habitare Fratres vita & exemplo ſingulares. Siquidem narratur, quòd quidam vir religioſus vidit ſemel innumeros homines cæcitate percuſſos, facie in Cœlum erecta, & genibus flexis in huius Eccleſiæ ſtare circuitu, qui omnes eleuatis manibus collacrymantes à Deo petebant miſericordiam, & lumen: & ecce vehemens de Cœlo ſplendor adueniens ſeſe per omnes diffudit. Tunc Beatus Franciſcus diuina quadam reuelatione audiens à Chriſto, quòd quicquid vellet pro ſalute animarum peteret à Domino, aſſumpto Fratre Maſſæo in ſocium adijt ad Honorium Papam Peruſij commorantem, & ab eo petijt plenariam indulgentiam: & cùm exiret à D. Papa, conſecuta iam indulgentia, quam petierat, rediens Aſſiſium verſus, peruenit ad Xenodochium quoddam leproſorum, quod Colle nuncupatur, ibiq; aliquantiſper quieſcens, audiuit vocem, FRANCISCE, Indulgentia in terra tibi collata, in Cœlo confirmata eſt. Veritatem tantæ rei atteſtatus eſt Frater Maſſæus de Marignano, B. Franciſci ſocius pręfatus, Frater Benedictus, & Beatus Leo. Ea de re ſcripſit Summus Pontifex ad multos Epiſcopos Vallis Spoletanę, & pręſertim ad Epiſcopum Aſſiſij, in cuius diœceſi eſt præſens Eccleſia. Cùm autem lectis litteris Pontificijs conueniſſent Epiſcopi Kalendis Auguſti, vbi publicanda erat Indulgentia, & parato ſuggeſtu, vt commodius audiri poſſent à populo; Tunc B.Franciſcus habito benigno aſſenſu ab illis Epiſcopis ad hoc congregatis, ſurgens adeò benignè, & tanta cū pietate habuit concionem ad populum, vt Angelus videretur potius, quàm homo mortalis, & propoſito Themate, mira breuiloquētia cūctis corā aſtantib.

Apparuit Angelus B. Fran.

Aut. Conf. lib. 2. in fine.

Res miranda, & notatu digna.

XX 3 annun-

annunciauit plenariam Indulgentiam contritis & confeſſis in nomine Summi Cœlorum Regis: vnde demirati ſunt omnes. Extemplo autem aſſurgens Epiſcopus Aſſiſiatum, etſi animo eius inſederat proferre Indulgentiam decennalem, inuerſo tamen diuinitus linguæ plectro ſempiternam protulit. idemque facientes Augubinenſium, Fulginatum, & Nucerinorum Epiſcopi miraculi loco aſcribendum exiſtimantes? Indulgentiam quoque à Deo miſſam palàm conclamantes, certioresque facti de maxima Dei in peccatores benignitate, deque ſumma B. Franciſci erga Chriſtianas animas ſolicitudine & charitate, læti abiere ſuam quiſque domum.

CONFIRMATVR INDVLGENTIA Sanctæ MARIAE de Portiuncula à Martino Quinto.

Venia criminum merito S. Franc. indulta.

Teſtatur B. Ioan. Lauernicula ſe audiuiſſe a B. Benedicto Aretino, qui fuit ſocius B. Frã talem Indulgẽtiã eſſe uerã.

Confirmatio Indulgentiæ S. Mariæ per Martinũ V. oretenus.

TEMPORE Martini Quinti, Pont. Maxi. cum Frater Matthæus Aquaſpartanus, tunc Lector ſacri Palatij, eſſet cum Summo Pont. in ſecreta quadam collocutione, Camerarius quidam Domini Papæ adueniens dixit, D. Pater Sancte, quid faciam, multi de familia noſtra petunt à me licentiam viſitandi Indulgentiam Sanctæ Mariæ de Angelis propè Aſſiſium: cui Dominus Papa non reſpondit, & mox ſe ad Fratrem Matthęũ conuertens dixit: Quid tibi videtur Frater Matthæe de illa Indulgentia? Qui reſpondit, Videtur mihi quòd ſit vera, iuſtaq; & ſancta, quia Sanctus Franciſcus illam obtinuit ab Honorio Papa, & publico ore pronunciauit, ſicut multi hodie quoque, qui audierunt Beatum Franciſcum, teſtantur. Papa ſtatim intulit, Bene dicis Frater Matthæe quòd vera, & iuſta ſit, quia non eſt veriſimile, quòd tam magnus Sanctus aliquid in Eccleſiæ Dei faceret, & prædicaret, niſi certum haberet ac ſtabile fundamentum; & Nos ex parte Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, eam Indulgentiam confirmamus, & ſi hactenus ibidem non fuiſſet, eam imponimus, & volumus quòd ibi ſit, & tu Frater Matthæe facias inſtrumenta. Frater Matthæus reſpondit, Beatus Franciſcus nullum voluit Diploma. cui Dominus Papa, Bene dicis: ſit ergo ibi Indulgentia de verbo & conceſſione noſtra. Quæ omnia fideliter narrauit ſupradictus Cardinalis ad perpetuam rei memoriam.

QVOD SIT CONVENIENS CREDERE CITRA contradictionem, Indulgentiam S. Mariæ de Portiuncula ſiue Antiquitatis, inditam eſſe.

Rationes adducũtur de conuenientia Indulgentiæ S. Mariæ de Angelis.

Quibus rationib. ſit conueniẽs Indulgentia S. Mariæ.

SANE conueniens fuit, atque rationi conſentaneum credere (Deo diſponente) plenariam Indulgentiam loco Sanctæ Mariæ de Angelis fuiſſe collatam: tùm quia eo in loco ſacer Minorum Ordo propagatus eſt, tùm etiam quia Beatus Franciſcus vbi ſui Ordinis primitias exoluit, ibi quoque reliquit ſui Corporis exuuias, cum maximè quia plenarius hic Theſaurus non impedit tranſitum Terræ ſanctæ, quamuis minori labore, diſcrimine, & expenſis poſſet ibi indulgentia plenaria ab omni culpa & pœna generaliter obtineri. Demũ quoniã hæc Indulgentia reliquas corroborat, addo etiam quia ſolet plerunque facilitas veniæ ſubleuare peccatores ad ſpem, & ad amorem; atque ad maiorem feruorem præincitare. Fuit itaque conueniens ratione loci, modi, temporis, vtilitatis, ſtatus, ac demùm ratione Beati Franciſci impetrantis, in quo eſt mira Chriſti formitas, & vitæ ac morum ſingularitas. Fuit conueniens ratione loci, in quo mortuus eſt Beatus Pater FRANCISCVS; habet quoque locus ille conuenientiam, quia dicitur Sancta Maria de Angelis, & de Portiuncula, quia etiam diuinis reuelationibus, & immiſſionibus fuit decoratus. Quò ad ſitum quoque. Nam adiacet ſacratiſſimæ Sedi D. Petri. Quamobrem iis omnibus penſatis rationi conſonum fuit dari eiuſmodi Indulgen-

tiam

tiam. Propagationi etiam fidei fuit conformis, quia ſicut illa primò eſt tradita diuinitus. Vnde quo magis illi contradicebatur, eo magis conualeſcebat, & maiores vires ſuſcipiebat. Decuit ergo quòd ad renouationem altiſſimæ paupertatis Indulgentia vniuerſalis daretur. Ex parte temporis conſonat propter multitudinem peccatorum, & peccantium. Ex parte ſtatus Euangelici, qui modis omnibus coalendus augendus eſt, dilatandus, exaltandus, & propagandus. Conueniens fuit ex concurſu totius Orbis. Narrabat B. Aegidius, quòd tanta eo in loco erat gratiarum copia, quòd ſi mundus ſciret totus eò loci confluerent. Si conſideretur dantis poteſtas, plenaria eſt, quia à Summo Pont. qui habet ſummam poteſtatem, cum ſit caput catholicæ Eccleſiæ, & Chriſtiani Orbis ſummus Antiſtes, D. enim Franciſcus ſe ſubijcit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod conuenit ſanctitati, profeſſioni, & ſaluti totius Eccleſiæ. Si conſideretur concurſus, magna eſt pietas, quia miſerum penitus ſe quiſque credit, ſi tantæ ſolennitatis vel reliquias non ſatageret cernere. Ex eo iam per totum Chriſtianum Orbem celebritatis tantæ gloria ſpargitur. Ex eo tempore locus iſte licet olim Beati Franciſci patris meritis nobilis fuerit, nobilior tamen multò atque celebrior haberi cœptus ex populorum frequentia ad tam eximiam ſolennitatem conuenientium. Confirmatur quoque exemplo quodam inſigni. Quidam enim idiota Beatæ Mariæ Virginis opem implorans, ædem Portiunculæ adire iubetur. Mulier quædam in agone mortis conſtituta, cum ridibunda ſummam præſeferret animi hilaritatem rogataque, quęnam riſus lętitiæque cauſſa eſſet, ſe Indulgentiarum merito magna Angelorum ſtipari caterua reſpondit, qui mox eius animam Superis præſentaturi eſſent.

Ex parte tẽporis.

Locus S. Marię de Portiuncula gratijs cumulatus.

PORTA

PORTA ECCLESIAE ANGELORVM
præſignita ſimplicium verborum numeris puris.



Angelicis præfecta choris hæc limina ſeruat,
Franciſco primùm quæ patuere ſuo.

Sanctus ſanctorũ intelligitur in ſacro Minorum Ordine.

SANCTVS Franciſcus ſanctus ſanctorum
Verè locus iſte ſanctorum.
Dignè magnorum naſcetur dignus honorum.
Felix agnomen, felicius eſt tibi nomen
Et modò cognomen ſortitur numerus omen,
Angelicum nomen hic tunc infundere lumen.

Hoc loco ubi B. Franci. frequenter ſolebat in oratione noctem inſomnẽ ducere & cum Angelis erat frequẽs colloqũ. Vnde locus Angelorum nomẽ ſortitus eſt.

Hic pernoctando ſolet hymnos & voce ſonare.
Poſtquàm tota ruit, Franciſcus eam reparauit,
Ex tribus vna fuit, quas ipſe pater reuelauit;
Hanc pater elegit cum membra ſacco ſubegit,
Hic corpus fregit, mentique ſubeſſe coegit.

Hic Minorum Ordo ſumpſit initiũ. & Frãciſcanæ Familiæ origo. anno 1210.

Hoc intra templum genitus fuit Ordo Minorum.
Dùm patris exemplum ſectatur turba virorum.
Clara Dei Sponſa fuit hic maior tonſa.
Pompis exuta mundi Chriſtumq; ſecuta,

Sic

Sic partum clarum fratrum ſimul & dominarum
Sacra parans fudit Chriſtum, quibus Orbe refudit:
Hic fuit arctata veteris mundi via lata.
Et dilatata virtus in gente vocata.
Regula conſulta, paupertas ſancta renata.
Gloria proſtrata, crux in medio reuelata.
Sic vbi turbatur Franciſcus, & accidiatur,
Hic tranquillatur, illic ſua mens renouatur.
Hic demonſtratur verum, de quo dubitatur.
Immo donatur quicquid pater ipſe precatur.

Verè arctata fuit hic via ſalutis, qa mundus quærit ampla tecta, ſed B. Franciſcus reprehendit F. Petrum Cataneum Vicariũ ſuũ quia ædificij proceritas, & ſumptus ei diſplicebant, Cupiebatque habere domus non lateritias, ſed e viminibus, luto, & paleis cõſertas.

Hæc carmina quãuis inculta libenter à me adnotata ſunt, quibus explicatur breuiter loci huius dignitas & excellentia, necnon mira B. Franciſci in locum præcipuaq; deuotio. Vnde, vt teſtatum relinqueret apud omnes ſuum amorem, reliquit ibidem cor ſuum, a cęli quo corpore euulſum, poſitumque eſt in capella B. Franc. In hoc loco voluit B. Pater mori ætatis ſuę an. agens xliiij.

Si qua tentatio eum turbulenter inuaſiſſet, ibi requiem capiebat.

Extat quoque in eadem cuſtodia locus Carcerũ, ſic dictus, quia ſicut carcer eſt locus, in quo ſeruantur noxij, vel vndecunque quis exire prohibetur, ita B. Franciſcus cum quibuſdã ex ſuis ſocijs ſe abdidit tanquàm in carcerem montis Subaſij, vt commodius die noctuq; Deo laudes decantarent. Eſt locus S. Damiani prope Aſſiſium, vbi iacet B. Antonius de Strõcono. Locus de Hiſpello, vbi iacet miraculis clarus B. Andreas prædicator eximius. Vitã eius, & miracula inuenire non potui. Addita eſt Eccleſia S. Andreæ loco fratrum cum domibus, & ædificijs, interueniente aſſenſu Domini Bartholomæi Epiſcopi Spoletini. Quam conceſſionem confirmauit Alexander IIII. ſub Datum Anagniæ 3. Nonas Iulij, an. 1256. vel circa. Locus Vetonę, ſiue Bitonij ſub Clemente IIII. Pont. Max. an. 1266. erat primo Oratoriũ, vbi iacebat Corpus S. Criſpoldi. In hoc conuentu floruerũt F. Ioannes de Laudibus, F. Iordanus laicus, & F. Nicolaus vir doctus, qui edidit ſuper Epiſtolas & Euangelia, Quadrageſimalia. Locus S. Crucis de Abaſtia, vbi conditus fuit F. Conradus Offidanus, cuius oſſa tranſlata ſunt Peruſiũ in Capſula condita, quæ viſitur hodie in ſacrario Eccleſiæ S. Franciſci. eſt ibidẽ in eadem cuſtodia locus Rochiciolę, vbi floruerũt multi Sãcti, qui ſuo tẽpore laborauerunt in vinea Domini: ignoratur eius initium ob antiquitatem; locus eſt exiguus & tenuis extra mœnia oppidi. Locus de Riuotorto, vbi B. Franc. ſcripſit primam Regulam. Locus Canariæ ſub titulo Beatæ Virginis de Niue, vbi B. Franc. inſtituit tertium Ordinem.

Locus Carcerũ vnde.

B. Andreæ vita.

F. Ioãnes de Laudibus, F. Iordanus Laicus, F. Nicolaus vir doctus.

CVSTODIA PERVSINA.

DE Conuentu inclytæ Vrbis Peruſinæ hoc habeo. Alexander IIII. Pontif. Max. dedit literas Epiſcopo Peruſino, & cùm fratres Minores nõ poſſent conſumare locum ipſorum abſque eccleſia S. Matthæi pertinente ad monaſterium S. Crucis Fontis Auellanæ, propterea rogauit Priorem, & Conuentum dicti Monaſterij per ſuas literas, vt dictam eccleſiam cum domibus & horto contiguis eiſdẽ fratribus cõcedant, accepta ab eis oblata cõpenſatione conuenienti. Vt Epiſcopus induceret ipſum Priorem & Cõuentũ ad dictã conceſſionem, Innocentius confirmauit venditionem factam. Conuentus Fratrum appellatur vulgò Campo d'horto: Et dicitur quòd fundus emptus fuit à Domino Iacobo Palmerij Odonis, & à Gualpedutio Altęfrontis. Rogatusq; Rigonus Boni Ioannis fuit. In hoc Conuentu tumulati ſunt B. Conradus Offidanus, F. Ventura, & F. Nicolaus, viri ſanctitate clari. Floruerunt ibidem etiam egregij viri, F. Philippus Peruſinus, qui ſcripſit Hiſtoriã Religionis admodũ breuẽ, ſed vtilẽ. Extra mœnia vrbis eſt eccleſia S. Frãciſci, & dicitur locus de mõte; locus ſanè amęnus, contẽplationi aptus, vbi aliquod tẽpus cõmoratus eſt B. Aegidius. Floruit ſuo tempore ibidem B. Ioannes de Capiſtrano, & B. Paulucius Trincius; Fulginas; floruit quoq; Peruſij Mag. Bartholomæus Iouanelli inquiſitor hęreticę prauitatis. In eadem

Alexander IIII. Pont.

F. Philippus Peruſinus, vir excellẽtis ingenij.

B. Ioãnes Capiſt. B. Paulucius, Mag. Bartholomęus inquiſitor.

dem

dem Cuſtodia eſt locus Fontanellę occupatus an. 1528. & ab vniuerſitate donatus. locus S.Ioan.de quo rogatus Ser Agapytus cum aſſenſu Card.de Peruſio. Locus Mõtis fuſci an. 1565. locus Dirutæ ſub titulo B. Mariæ Virginis, erat locus Monachorum datus Fratribus tempore B.Bonauen. & B.Aegidij. Floruerũt noſtro tempore duo inſignes viri, Mag. Hieronymus Fabrius Lector Piſis, & M. Sigiſmũdus Mancinus. locus S.Margaritæ de Caſtro Marſciani Diœceſis Peruſinę à quadã D.Margarita filia Vernerij de Caſtro Marſciani datus pro Religione Fratri Matthęo Laurentij Peruſino. Locus de Agello, vbi ſemel B.Aegidius eleuatus eſt à terra à Veſperis ad gallicinium, & tanto lumi[illegible], irradiatus, vt ſuis radijs viſus ſit lunam ſubohſcurare. Locus Meuaniæ ad Tyrrhenſi a[illegible]cem captus an. 1491. tempore D.Innocen.Papæ VIII. an. 1491. die 4. Auguſti data fuit Eccleſia Meuanię à Reuerendiſs. D.Conſtantino Epiſcopo Spoletano, & cõmendatario S. Angeli de Meuania. Conuentus Fratrum dicebatur S. Ioan. vel S. Franc. datus à ſupradicto Domino. Floruit in eo B.Nicolaus cognomento Pater noſter. Locus Turſiani ſub titulo la Madõna del Ponte, datus ab vniuerſitate ſub Pio V. Locus Pregij ſub titulo S.Mariæ Magdalenę in contrata Collicelli, in agro Amerino. Locus Feneti. Locus Caſtri Prædij Diœceſis Peruſinæ reperitur in quodam Miſſali cartæ pecudinæ, quod die xxiij. Maij, an. 1417. conſecrata fuit Eccleſia de Prædio, & in quadam Cruce, quòd à Fratre Ioanne fuit extructa anno 1381. Locus Caſtilionis fuſci. locus Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Caſtro Ciuitellæ, anno 1365. reperitur in archiuio Vniuerſitatis. locus Montis lucis, vbi iacet Beatus Senſus, vir magnæ contemplationis. Fuit conſtructa eccleſia ab Vniuerſitate: habitant ibi Moniales. Locus Inſulæ lacus Peruſini, vbi modo habitant fratres de Familia, & Beatus Franciſcus ibidem integram quadrageſimam ſimplici pane, & aqua abſoluit, & quædam inſignia miracula fecit, quorum memoria habetur hodie quoque. Locus Montis lucidi, quem extruxit Martinus Pontifex. Locus Corciani reliquus eſt, ignoraturque illius acquiſitio, & ius.

B.Aegidij extaſis. — B. Nicolaus Pater noſter. — B.Senſus.

CVSTODIA CASTELLI.

HABET hæc Cuſtodia Tiphernenſis locum ſatis egregium, quem ſuis meritis plurimũ exornauit Beatus Iacobus laicus, cuius vitam in primo libro deſcripſimus. Floruit quoque noſtra tempeſtate magiſter Sebaſtianus inſignis Philoſophus, & in Platonicis literis verſatus. Locus Burgi S.Sepulchri datus ab Orlando de Deteguardi communi totius populi aſſenſu. F. Thomas Hiſpellas accepit à dicto Domino Orlando, nomine totius Religionis, & accepit pro ſuo arbitrio ambitum Conuentus, & hoc fuit anno 1258. die 12. menſis Septembris, iacet in Eccleſia Fratrum venerabile illud corpus Beati Raynerij, cuius vitam & miracula ſuperius memorauimus. Floruerunt quoquę multi illuſtres viri, & nunc coaleſcunt quidam iuuenes bonæ ſpei. Locus Montis Caſalis, vbi Beatus Franciſcus commoratus eſt, & recepit ad Ordinem quendam nobilem, quem F. Angelum appellauit, qui conuertit tres latrones, & ad nutum B.Franciſci nudus ambulauit per vrbem. de quo plura ſcribit Auctor Conformitatum. Locus Fractæ, qui habet annexum beneficium datum Fratribus anno 1530. Locus Montoni datus anno 1308. die 29. Aprilis ſub Clemente V. cum aſſenſu Concilij generalis. Floruerunt multi viri inſignes, quorũ memoria deſideratur. Viuit nobiſcum magiſter Iulius Montonus, vir ingenij facilitate pręſtans, & eccleſiaſtes acceptus in populis. Locus Cerbaroli, vbi Beatus Franciſcus commoratus eſt. Locus Citernæ erat primò Oratorium ſub inuocatione Sanctæ Mariæ in Eccleſia Sancti Iacobi, quæ eſt Eccleſia Cathedralis; eſt ibi Capella Sancti Antonij loco noſtro relicta. in loco Citernæ fecit Beatus Frãciſcus quoddam miraculum de formicis. Nam dũ vellet prædicare adhęrens quercui vidit illam plenam formicis, quæ ad nutum B.Fran. cernente populo abierunt. Fuit enim Beatus Franciſcus tanti meriti, vt ſemel etiam ranis coaxantibus, & clamore impedientibus verbum Dei, ſilentium impoſuerit.

B.Iacob.Laicus. — M. Sebaſtianus Philoſophus. — B.Raynerius. — F.Angelus. — Iulius Montonus. — Miraculum de formicis à B.Fran. expulſis. & de ranarum clamore cohibito.

CVSTODIA

CVSTODIA TVDERTINA.

HABET hæc Cuſtodia Locum Sancti Fortunati datum Fratribus anno 1254. Erat primò Eccleſia Monachorum Vallis vmbroſæ. Fratres verò Conuentua les dederunt eccleſiam Sancti Angeli de Fontanellis, propè Tudertum. Quã quidem permutationem confirmauit Alexander IIII. Summus Pont. cuius rei adhuc extat Bulla. In hoc Loco miraculis claruit Beatus Gulielmus, qui tres mortuos ſuſcitauit: B. Rogerius, de quo feſtum celebratur ibidem mãdato Apoſtolico: B. Petrus de Galliendo, B. Iacobus Benedictoli, Magiſter Matthæus Aquaſparta, Cardi. & Bentiuegna Card. Locus Sanctæ Mariæ de plano. Portus propè Tudertum fuit conſtructus ab Vniuer ſitate, & fuit ſupplicatum Bonifacio IX. vt daretur fratribus Sancti Franciſci accedente cõſenſu Epiſcopi Tudertini. Quam conceſſionem confirmauit idem Bonifacius. Locus Cæſarum ſub inuocatione S. Antonij Abbatis; vulgò dicitur quòd à Familia Equitanorum nunc Cæſia fundata ſit Eccleſia ob id apparent in fornice eius inſignia. Locus Amerinus ſub Honorio IIII. conſtructus anno 1287. ex eleemoſynis & publico ære. Fratres faciebant conſtrui eccleſiam ſub honore ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi. floruit in hoc Cõuẽtu magiſter Simon de Corſciano, & magiſter Aegidius Delphinus Amerinus Generalis, de quo ſupra. viuit hodie magiſter Agapitus Laurelius prouincialis. Locus Aquæſpartæ cõſtructus a magiſtro Mattheo Aquaſpartano Cardinali, vt fertur. Locus Eremitæ, quẽ conſtruxit Beatus Franciſcus, commorati ſunt ibi fratres ad literam Regulam obſeruantes. Locus Sãctæ Illuminatæ prope Scrram Aluiani eſt locus antiquus, cuius nulla extat memoria propter bella: in eo iacent miraculis clari frater Tentalbene, & frater Ioannes de Aluiano. Locus de Pontanellis. Locus de Lognano; & Locus de Canali Montis Corui.

B. Gulielmus. B. Rogerius. Matthæus Aquaſpartanus et Bentiuegna Cardinalis. B. Petrus de Galliedo. B. Iacobus Benedictoli. Simõ de Corſciano. Aegidius Delphinus. Agapitus Laurelius. F. Tentalbene. F. Ioannes de Aluiano.

CVSTODIA EVGVBINA.

HABET Locum Eugubij vbi miraculis claruit B. Thomas, Magiſterque Bonauentura Pius de Coſtaciario conſtruxit pulchram cellam cum ſuis officinis, rem dignam tanto viro. Viuunt nobiſcum hodie Magiſter Felix, & Magiſter Marianus Piſis publicus Theologus. Locus Gualdi Nuceriæ erat Oratorium Sanctæ Mariæ de Miſericordia conceſſum à Domino Bartholomæo priori Canonicæ Nuceriæ cum aſſenſu Domini Ioannis Epiſcopi Nucerini gratis Fratri Accurſio Guardiano, qui Canonicis ſoluit libras trecẽtum. Facta eſt autem hæc conceſſio ſede vacante anno 1283. Indictione 6. die 8. menſis Augusti. rogatusq; de ea Ser Philippus Colmatius. Dominus Theſeus Rodulphius, ciuis Peruſinus, reliquit Collem Mintium prope oppidum cuidam fratri Ioanni de partibus Galliæ, eoque vita functo, fratribus S. Franciſci de Gualdo pro eorum vſu perpetuo & habitatione. Floruerunt ibi quidam viri inſignes, & noſtra ætate viuit magiſter Franciſcus à ſecretis Ordinis. Locus Nuceriæ, vbi B. Franciſcus, Deo operante, fecit inſigne illud miraculum quòd filium primogenitum cuiuſdam medici iam mortuũ ſuis precibus ſuſcitauit. Habuit noſtra ætas magiſtrum Petrum Antonium Camillum Generalem, de quo ſuprà, qui locũ reſtituit, & opibus auxit, ac ibidem obijt. Locus Caprignani conſtructus à Comitibus de Caprignano, de quo rogatus Ser Frãciſcus Peruſinus. Fuit locus Coſtaciarij conſtructus à quodam Domino Ioãne Bonauita Eugubino ſyndico & procuratore Cõuẽtus an. 1296. die 7. Auguſti, qui locum fratribus conceſſit, eamque conceſſionem confirmauit Dominus Bonauentura epiſcopus Eugubinus. Fuit autem vnita eccleſia præfato loco Coſtaciarij, à Domino Franciſco Fagnano Vicario Domini Federici Frigoſi epiſcopi Eugubini die 4. Maij 1518. tempore Leonis Põt. Max. quam reliquerat magiſter Antonius Andrioli de Coſtaciario die 20. menſis Iunij an. 1440. tempore Eugenij 4. Pont. Max. cum reddito florenorum 72. ea lege, & pacto, vt ce lebretur vna miſſa in menſe. Habuit hæc domus viros inſignes. Magiſtrum Bonauẽturam Pium, virum in omni diſciplinarum genere eruditum, & præcipuè in ſchola Scoti Doctoris ſubtilis. fuit etiam eccleſiaſtes ſuo tempore clauis, & Generalis Ordinis, demum Epiſcopus Aquenſis, vt ſupra retulimus. viuit hodie magiſter Bernardinus

B. Thomas Bonauentura Pius. Magiſter Felix. Magiſter Marianus. Magiſter Franciſcus. Magiſter Petrus Antonius Camillus generalis. Magiſter Antonius Andrioli. Magiſter Bonauentura Pius. Magiſter Bernardinus eiu. nepos.

Magiſter Dionyſius.
Magiſter Gaſpar.

Bernardinus eius nepos, qui plures annos profeſſus eſt primam Philoſophiam Perufij. Magiſter Dionyſius Inquiſitor Florentiæ. Magiſter Gaſpar, & alij, qui bonam frugem ſua doctrina producunt ac metunt.

CVSTODIA NARNIAE.

B.Matthæus.
Magiſter Tullius.
Locus Rigonis.
B. Petrus de Podio.
B.Simoncellus.
Mag.Nuncius Angelus Faſellus.
Epitaphium eius.
Alter Mag. Nuncius Angelus.
Miraculum B. Frãciſci.

IN hac Cuſtodia eſt locus Narniæ, ſub Gregorio XI. conditus, vbi iacet B. Matthæus ſignis clarus. Habuit noſtra ætas Magiſtrum Tullium collegam noſtrum Venetijs, qui obijt Narniæ. Locus Interamnæ in loco ſic dicto Rigo Amingorum. fuit enim empta domus in dicto Rigone cum ambitu & fouea an. 1265. tempore Clementis IIII. Summi Pont. eo in loco S. Franciſcus multa fecit inſignia, quibus nomen ſuum inclaruit. Floruerunt ibidem F. Petrus de Podio, ex nobili familia Cæſia. B. Simon ſiue Simoncellus, ex nobili familia Camporealis Interamnenſis, & noſtra ætate Magiſter Nuncius Angelus Faſellus, qui obijt an. 1536. ſepultus in eccleſia Sanctæ Franciſci ad ſuggeſtũ, vbi affixa ſunt hæc verba. Nũcius Angelus Faſellus Interamnas, ſacrarum literarum profeſſor, qui omnem ſuæ vitæ curſum ita perfecit, vt prętorquàm quòd ſummis dignitatibus huius Ordinis functus eſt, plus ne doctrinæ eruditionisque, an bonitatis & religionis in eo extiterit, hominibus iudicandum reliquit. Viuit hodie alter Magiſter Nuncius Angelus, qui vt prioris nomen, ſic vitæ probitatem æmulatur. Locus S. Gemini conſtructus fuit ſub inuocatione S. Franciſci, ſed per direptionem Romæ nulla habetur ſcriptura. Referunt ſeniores Eccleſiam cõſtructã à quibuſdam de Capitonibus ciuibus illius Terræ, quorum inſignia affixa ſunt pluribus in locis dictæ Eccleſiæ. Hoc in loco B. Franciſcus vxorem cuiuſdam hoſpitis à demonio, à quo vexabatur, liberauit. Locus Pedis luci conſtructus ab Vniuerſitate an. 1417. Locus Stronconij, vbi modo habitant fratres de Familia, vbi floruerunt multi viri egregij quos ſuperius retulimus, Locus de Carbio. Locus Arroni Caſtrilacus conſtructus in Valle Arroni.

CVSTODIA VALLIS SPOLETANAE.

F.Hermannus.
F.Martinus.
B. Paulucius.
Mag.Simõ Philippi.
F. Franciſcus Spoletinus martyr.
B.Simon.
B.Theodatus
Magiſter Ioãnes procurator Ord.
B.Ioannes de Vallibus.
B.Ioannes Teutonicus.
Mag.Clemẽs Bõtadoſius Epiſcopus.
Mag. Nicolaus iunior.
Mag. Nicolaus ſenior.

HABET hęc Cuſtodia Locum Fulginei, vbi floruerũt F. Hermannus & frater Martinus, & B. Paulucius Trincius, primus pater nouę Familię in Italia. Floruit quoque tempore Ioannis XXII. Summi Pont. Magiſter Simõ Philippi, prauitatis hæreticæ Inquiſitor, & frater Franciſcus Spoletinus, qui in Damiata, opulentiſſima Aegypti Vrbe, prædicans ſectam Maomethis eſſe figmentum purum martyrio coronatus fuit. Locus Spoleti vbi iacet B. Simon, cuius vitam, & ſanctitatem deſcripſimus primo libro, & B. Theodatus, Locus Treuij. Floruit in hoc Cõuentu Magiſter Ioannes procurator Ordinis, de quo in tertio libro, & hodie nobiſcum viuit Magiſter Iacobus, qui fuit Prouincialis Terræ laboris, & ſocius Ordinis. Locus Iani ignoratur ob antiquitatem. Locus Piſtiæ, vbi B. Ioannes de Vallibus miraculis fulget. Locus Montisfalchij: tempore Benedicti duodecimi Pont. Max. ſupplicatum fuit à fratribus, cum ipſi poſſiderent quaſdam domus extra Terram Montisfalchij, in quibus tutò habitare non valerent, nam tempore belli non poterant fratres intrare oppidum ad quærendum vitæ neceſſaria pro ſubleuanda eorum inopia, Pontifex ordinauit Bertando Archiepiſcopo Ebrendinẽſi Apoſtolicę Sedis nuncio, vt retineret dictas domos fratrum pro Camera Apoſtolica, & intra mœnia oppidi prouideret locum fratribus per Datum apud Pontem Sorgię Diœceſis Auinionenſis 18. Kal. Iulij Pontif. ſui an. 2. hęc deputatio facta eſt an. 1336. die 24. Augusti. Floruerunt in hoc Conuentu viri inſignes B. Ioannes Teutonicus: quidam epiſcopus, cuius nomen eſt mihi incompertum. Habet quoque noſtra ætas Magiſtrum Clementem Bontadoſiũ, epiſcopum Neocaſtrenſem Magiſtrum Nicolaum iuniorem Prouincialem prouincię Sancti Franciſci, Magiſtrum Nicolaum ſeniorem, qui locum ędificijs & opibus auxit. Magiſtrum Felicem Inquiſitorem Vtini. Locus Lipiani.

CVSTO-

CVSTODIA MONTANORVM.

HABET hæc Cuſtodia locum Nurſiæ: primus locus erat extra mœnia vrbis, intra mœnia receptus ob commoda Fratrum, & aſſignata fuit Eccleſia S. Bartholomæi, tempore Clementis V. Summi Pont. iacet in primo Conuentu Beatus Antonius, & B. Honuphrius de Siciano laicus. *B. Antonius, & B. Honuphrius.* Viuit hodie Magiſter Paulus, qui fuit Prouincialis, & bis viſitauit Loca ſancta Hieruſalem. *Mag. Paulus Prouincialis.* Locus Caſſiæ, ſiue Ocuſiæ anno 1247. datus Fratribus. Floruit in hoc Conuentu B. Pax, & noſtro tempore Magiſter Franciſcus Ordinis procurator. *B. Pax, B. Franciſcus.* Locus de Iuſſo, Locus S. Martini, Locus Cerreti, Spoletinæ diœceſis in ſuburbio, de quo nil aliud reperi, niſi hæc carmina inciſa in quodam lapide ſepulchri.

Mille minus vno anno currente trecento,
Feſtum Thomæ Diui, Cerrus celebrando tranſiui.

Locus Caſtriuallis, conſtructus anno 1273. ſub Gregorio X. Pont. Max, Pontificatus ſui anno 2. die 5. menſis Aprilis. Locus Hoſpitalis.

CVSTODIA REGNI.

HABET locum Montis realis ſub titulo Sanctæ Mariæ de Platea: data fuit Eccleſia à Reuerendis Canonicis, & à Capitulo Sancti Ioannis Lateranenſis: erat enim primò Confraternitas. Eſt locus quoque Leoniſſæ: non habetur eius fundatio, ſolum reperitur quòd anno 1285. Dominus Petrus Epiſcopus Reatinus concedit pœnitentibus & confeſſis, qui ad perficiendum opus Eccleſiæ Fratrum Minorum operam ponent, in cuius operis fundamento primarium lapidem iniecit, quadraginta dies de iniuncta pœnitentia ſub Honorio IIII. Pont. Conſecrata Eccleſia ſub Eugenio IIII. anno 1446. ab Epiſcopo Spoletano anno 1420. die 19. Decembr. ſub Martino V. Capitulum S. Ioannis Lateranenſis concedit ſupradicto Conuentui Eccleſiam S. Annæ, anno 1470. die 27. Octobris, conceſſum fuit Monaſterium S. Luciæ ſub Sixto IIII. erat enim Monaſterium Monialium ab eis deſtitutum: confirmatumque ab Innocentio VIII. anno 1485. 18. Kal. Iulij, anno 1520. Chriſtophorus Gittius conſtruxit Eccleſiam & locum ad fores: & anno 1534. die 8. Martij, ſub Clemente VII. *Chriſtophorus Gittius.* Ioannes Franciſcus, & Ioannes Angelus hæredes Chriſtophori, dotarunt hanc Eccleſiam ſub titulo S. Mariæ de Laureto, concedentes Fratribus: rogatusq; fuit Ser Nicolaus Falconus de Leoniſſa. Locus Apoſtæ, vbi B. Franciſcus cœpit ædificare Oratorium antequàm oppidum conſtrueretur. Locus Montis leonis, ſub Martino IIII. Pont. Max. ære publico. floruerunt ibidem ſancti viri. Locus Arquatæ, conſtructus anno 1251. die 16. Maij, ſub Innocentio IIII. Pont. Max. fundus datus à pluribus deuotis perſonis: Locus habet Oratorium ſub titulo S. Antonij, datum à Capitulo S. Ioannis Lateran. anno 1348. ſub Clemente VI. Pont. Max. die 4. Aprilis. Locus Amatricis, prius ſub titulo S. Mariæ. habet hic locus aliam ædiculã ſub titulo S. Mariæ de Filetta, conceſſam ab Vniuerſitate Fratribus. Quam confirmauit Capitulum S. Ioannis Lateranenſis die 29. Ianuarij, an. 1569. ſub Pio V. Pont. Max. ſoluuntq; Fratres cenſum annuum. Habet hic Conuentus aliud membrum ſub titulo Sancti Pauli da Tori, datum Fratribus ab ipſa Vniuerſitate, an. 1568. Locus Viſtiæ, in loco dicto vulgò la Spiaccetta. Locus de Monticellis. Locus Accumuli, qui erat primò Eccleſia quædam deſerta, ſub titulo S. Mariæ, & eleemoſynis Vniuerſitatis fuit conſtructus, & Fratribus conceſſa. Locus Ciuitatis realis ſub titulo S. Antonij, datus Fratribus ab Epiſcopo Licienſi, an. 1393. Locus Ceruariæ, cui Gregorius XII. Pont. Max. vniuit duas Eccleſias parui valoris Eccleſiam S. Mariæ, cum eleemoſynâ duorum florenorum, alteram S. Blaſij. Locus S. Mariæ in Gallo, de quo nulla memoria habetur.

DE PROVINCIA MARCHIAE *Anconitana.*

Strabo lib. 5.

HAEC Prouincia Marchiæ, quæ Picenum dicitur, regio eſt Italiæ trans Apenninum ab ipſis montibus vſque ad mare Adriaticum extenſa; inter Aeſim & Leaſtrum fluuios. Hodie ab Ancona celeberrimo Italiæ Emporio, Marchia Anconitana appellatur: à ſenioribus noſtris dicta eſt Prouincia ſtellata, quia ſicut cœli veneranda facies fulgentibus ſtellis ornata eſt, ita ſanè hæc Prouincia egregiis viris claruit ſanctitate & virtutibus inſignitis: præſertim fuerunt ex ea Prouincia, & ex eadem Cuſtodia, duo Summi Pontifices Maximi, Nicolaus IIII. & Sixtus V. Quem Diuina bonitas hac noſtra ætate produxit in lucem ad fugandas tenebras, & deteſtabiles hæreſes, ad pacem & tranquillitatem Eccleſiæ, populorumq; ſuorum obtinendam: cuius ſuæ voluntatis & curæ tam manifeſtam & egregiam ab initio dedit ſignificationem, cùm forti, conſtantique animaduerſione cohibuit, terruit, ac pepulit turbatores ciuilis quietis ſicarios, vt per totam Italiam tam iuſti facti peruagata ſit fama omnium laudationibus copulata, & de ea re circumlata ſint hæc & huiuſmodi alia carmina.

Nicolaus Quartus, & Sixtus V. Pontifices.

DE SECVRITATE HOMINVM CVRA SIXTI V. PONT. MAX. COLLATA.

PER nemorum latebras media ſub nocte viator
Tutus ab inſidijs mille talenta ferat:
Principe nam Sixto, dira cum gente Procuſtes,
Exulat Eois, exulat Heſperijs.
Quin etiam è Cœlo terras Pax alma reuiſit,
Et uncta Aſtrea floret in orbe Fides:
Sic magni Herois, ſic ſancti cura Parentis
Aurea ſecla dedit, ferrea ſecla tulit.

CVSTODIA ASCVLANA.

HABET itaque illa Prouincia Cuſtodias ſeptem, & loca infraſcripta. Nam habet locum de Aſculo, qui erat extra vrbem in loco dicto Scaifa, vbi nunc conſtructus eſt locus emptus à Fratribus: Alexander IIII. Pont. Max. ei contulit multas indulgentias. Floruit in hoc Conuentu Beatus Conradus miraculis inſignis, & Magiſter Hieronymus Generalis, qui fuit Cardinalis & Pontifex, & Frater Iacobus de Eſculo. Eſt ad mœnia vrbis alter locus, qui conceſſus fuit Patribus Capuccinis; de cuius fundatione nihil habeo, niſi quòd anno 1475. fuit decretum factum ab vniuerſitate de ſolutione quinque florenorum annuatim ſoluendorum. Locus Pignani, vnde fuit oriundus Magiſter Franciſcus Rubeus, cognomento de Marchia, qui præclara quædam opuſcula edidit, de quo ſuprà. His diebus paſſus eſt Conuentus non modicam ruinam: nam Conuentus qui erat ad mœnia oppidi, totus ferè dirutus eſt; vnde à Sixto V. conceſſa eſt quædam alia Eccleſia Fratribus, accedente aſſenſu oppidanorum. Locus Venæ ruptæ. Locus S. Victoriæ. Locus Pulegij. Locus Montis alti, quem plurimùm exaltauit Magiſter Felix Perettus, qui vt gradatim in Chriſtiana Religione conſcendens, primò fuerit Vicarius generalis, mox Epiſcopus S. Agathæ in Campania, deinde Cardinalis, & demum Pontifex Sixtus V. ſuprà narratum eſt. Locus Caſtignani, de quo nulla habetur memoria, niſi quòd in quadam Campana extat temporis nota, quæ facta fuit anno 1286. Locus Ripæ Tranſonum, qui ſub Innocentio Quarto Pontifice Maximo, fuit ampliatus per Datum Lugduni idibus Iunij, conſtat locum eſſe antiquum per litteras Gerardi Epiſcopi Firmani, anno 1256. Multa paſſus eſt hic locus, & tota Ciuitas tempore Sigiſmundi Malateſtæ, qui per id tempus militabat pro Clariſſimo & præpotenti

B. Conradus.

Mag. Hieronymus, Papa Nicolaus Quartus.

F. Iacobus de Eſculo.

Mag. Franciſcus Rubeus.

Magiſter Felix Perettus, qui poſtea Sixtus V.

tenti Senatu Venetorum, & cum copijs ingreſſus vrbem rapuit ipſe quod potuit, reliqua militibus diripienda permiſit. Floruit in Conuentu Pariſino magiſter Ioannes de Ripa Tranſonum, vulgò dictus Ripa, qui ſuo tempore verbo ſimul & exemplo nullum habuit potiorem, vt præclara eius monimenta teſtantur, in 4. libros Senten. & in libros de Anima. teſtatur quoque lapis erectus in æde D. Franc. de Ripis, à F. Felice Peretto de Monte alto Vicario Generali, vbi hæc inciſa verba leguntur;

M. Ioan. de Ripa Tråſonum dictus Ripa.

Ioanni à Ripis Ordinis Minorum, Theologus & Philoſophus Clariſſ. qui annos plures in publico Pariſienſi Gymnaſio docuit. In Sententia. libros acutiſſima Commen. edidit: De anima, de vitijs & virtutibus, aliaq; ingenij ſui monimenta, quæ temporum iniuria, ſeu veterum incuria latent, ſeu perierunt, poſteris reliquit. Claruit ſub Ioanne XXII. Pont. Max. Ludouico Bauaro Cæſare imperante.

F. Felix Perettus à Montealto, Agathen. Eccleſiæ Epiſcopus, Ord. Min. Con. Vicarius Generalis Apoſtolicus, Prouinciali ſuo ergo poſuit.

Epitaphium Ioannis eiuſdem, a F. Felice Peretto erectum.

B. Cõradus Ophidanus.

Locus Montis Falconum. Locus Ophidæ, vnde fuit oriundus Beatus Conradus Ophidanus, de quo ſupra. Locus Montis Florum ſub Innocentio Quarto, conſtructus Pontificatus ſui anno quarto. Floruit in hoc Conuentu magiſter Gentilis Doctor Pariſinus, & vir grauiſſimus, qui meritis ſuis promeruit Cardinalatus dignitatem. Locus Aquæuiuæ. Locus Furciæ diœceſis Ripanæ: ignoratur eius fundatio ob bella. ex hoc loco nobiſcum viuit magiſter Euangeliſta Pellæus Vicarius Generalis Apoſtolicus primò hæreticæ prauitatis Inquiſitor in tota patria Foroiulienſi, de quo ſupra inter Generales poſtremos. Locus Coſignani antiquus erat extra oppidũ, hodie quoque apparent veſtigia Eccleſiæ & Cellularum, vbi fratres morabantur: deſtructum fuit oppidum à Ball aducio Firmano, & Rinaldo patre eius.

M. Gentilis.

M. Euangeliſta Pellæus Vic. Generalis.

CVSTODIA CAMERINI.

HABET hæc Cuſtodia locum Camerini ſub inuocatione Sancti Franciſci, ſed tempore Alexandri Sexti datus fuit fratribus de Familia, qui habebant locum; vbi nũc eſt munitiſſima arx Iacet in æde D. Franciſci B. Io. de Parma. Extat quoque Locus Sancti Angeli conſtructus ex pecunia, & eleemoſynis cuiuſdam fratris Griſalti. Floruitq; in eo Cõuentu magiſter Io. Pinus Camers, vir doctiſſimus, vt eius monumenta declarant, de quo fiet mentio 3. libro. Narratur quòd quidam frater in loco Camerini ſuffodiens murum, furtim abſcondit quadringentos florenos, poſt cuius obitum audita eſt hæc vox in ſuo cubiculo. Hic eſt. Accurrerunt fratres ad ſonitum, frangentesque murum inuenerunt reconditam pecuniam. Vnde hoc exemplo commoti ſunt, clarè intelligentes pecuniam eſſe noſtræ profeſſionis perniciem, & religionis plagam. nec mirum, cum & vniuerſaliter de ea dicatur, iuxta illum Horatij verſiculum,

B. Ioan. Parmens.

Admirandum quoddam.

Ducentis ad ſe cuncta pecunia.

Lib. 4. Carm.

Locus S. Seuerini, in quo iacet B. Bentiuola, cuius vitam, & miracula deſcripſimus. Viſitur hodie corpus eius integrũ, & mẽbra illæſa, deeſt tamen nonnihil de brachio eius dextero, & manus forſan ab incolis deuotionis cauſa ſublata. Locus Mõtis ſancti fundatus in Monte S. Nicolai, qui eſt ius patronatus Epiſcopatus Firmi. Floruit eo in loco B. Gerardus de Mõteſancto, qui obijt, & conditus eſt in æde B. Fran. Locus Ciuitatis nouæ, ubi floruit B. Iacob. qui orãs ſæpenumerò rapiebatur, ſepultus in æde Parochiali. Locus Maceratæ, vbi floruit M. Bartholomæus de Macerata Cõmiſſarius Generalis in Prouincia Luſitaniæ, & magiſter Vincẽtius Ciuallus Prouincialis Mediolani. viuit hodie magiſter Horatius eius nepos, qui dignè philoſophiam profitetur in Academia Maceratenſi. Locus Montis Luponum, vbi olim floruit Dominus Ioannes Archiepiſcopus Neopatrenſis, qui Eccleſiam noſtram Sancti Franciſci Montis Vlmi conſecrauit anno 1393. Eccleſia verò Montis Lu-

B. Bentiuola.

B. Gerardus.

B. Iacobus.

M. Bartholomęus de Macerata.

M. Vincentius Ciuallus.

M. Horatius.

Ioannes Archiepiſcopus Neopatren.

M. Thomas Cechienus.

ponum conſecrata eſt anno 1292. Habuit noſtra ætas Magiſtrum Thomam Cechinum Theologum probitate inſignem, qui præfuit Prouinciæ Marchiæ, & fuit ſocius Ordinis eo tempore, quo ego cum Ioanne Pico eram à ſecretis Religionis. Locus de Trabe Bonantis; vbi Beatus FRANCISCVS fontem aquæ ſcaturientis (Deo præſtante) conuertit in vinum optimum, vt potum daret ædificantibus, durauitque hæc conuerſio per horam.

Aqua fontis fit vinum miraculo S. Fraoc.

Eodem in loco Beata Bentiuola leproſum portauit humeris vſque ad montem Sancti Vicini celerrimè, vt miraculi loco aſcriberetur; eoque in loco multi ſancti Fratres habitauere. Locus Seræ Petronum, vbi floruit Beatus Ioannes, vulgò dictus del Martello, ea forſan ratione, quòd Eccleſia huius loci, quæ irruente Torrente minabatur ruinam, tranſlata fuit ad eum locum, vbi nunc ſita eſt tempore Ioannis Vigeſimiſecundi Summi Pontificis, ſicut extat Bulla Camerini: ſepultusque eſt Beatus Ioannes in eadem eccleſia, quam conſtruxiſſe ferunt; ſepultus, inquam, eſt prope aram Beati Antonij de Padua.

B. Ioãnes de Martello.

Eandem Eccleſiam noſtro tempore reſtaurauit Magiſter Ioannes Picus Generalis Ordinis, ibique conditus eſt ante aram Sancti Antonij de Padua, quam ipſe conſtruxit.

Magiſter Ioannes Picus.

Locus de Muro, vbi floruit Magiſter Ioannes de Muro, Ordinis Generalis, & Cardinalis. Eundem locum ſuis miraculis illuſtrauit Beatus Maſſæus, qui cùm eſſet plebanus, & Beatam Bentiuolam in aere ſubleuatam conſpexiſſet, dimiſſa humana conſuetudine, Beati FRANCISCI veſtigijs conſtanter adhæſit. Locus Ploragi eſt intra præruptos montes, quaſi locus ploratus: vbi floruit hoc tempore Magiſter Petrus Antonius, qui præfuit prouinciæ Marchiæ. Locus montis Milonum. Locus Sanctæ Luciæ, vbi reformati commorantur. Locus Monticoſi. Locus Tolentini, vbi floruit magiſter Petrus, hæreticæ prauitatis Inquiſitor tempore magiſtri Antonij de Ruſconibus, & magiſter Iacobus Inquiſitor tempore magiſtri Guilielmi de Caſali Generalis.

Magiſter Ioãnes de Muro.

Mag. Petrus Antonius.

Mag. Petrus Inquiſitor.

Mag. Iacobus inquiſitor.

CVSTODIA ANCONITANA.

B. Petrus a Monticulo.

HABET hæc Cuſtodia primò locum Anconæ antiquiorem, vbi Beatus Petrus à Monticulo per ſex cubitos in aerem ſubleuari viſus eſt. Extat quoque locus nouus vulgò dictus Sanctus Franciſcus ſcalarum, primò dictus Sancta Maria maior, in pariete primi clauſtri inciſa ſunt iſta verba:

Anno Domini 1323. in feſto Aſſumptionis Domina, iſta Eccleſia conſtructa eſt per Dominum Nicolaum Epiſcopum Anconitanum, ad honorem Sanctæ Mariæ Maioris, tempore Domini Ioannis Papæ XXII.

Generale ſtudiũ Philoſophiæ Anconæ.

In eodem Conuentu fuit inſtitutum generale ſtudium Philoſophiæ à ſenioribus. In eadem Eccleſia iacet Frater Simon, & Frater Amatus, ſanctitate conſpicui. claruit noſtro tempore magiſter Bernardinus Stracca, qui præfuit Prouinciæ, & in præfectura obijt. Locus Forani, vbi habitant Patres reformati. Locus de Auximo ſub Innocentio Quarto, Pontificatus ſui anno quarto per Dat. Lugduni quinto Idus Aprilis. Claruit in hoc Conuentu Beatus Cathalanus, zelator altiſſimæ paupertatis, & magiſter Nicolaus, qui edidit quoſdam ſermones, de quo latius in tertio libro. Viuit hodie nobiſcum magiſter Iacobus vulgò dictus Marchianinus, Eccleſiaſtes populo acceptus. Locus Gallignani ſub titulo Sanctæ Mariæ Miſericordiæ, vel Bacilis, non longè diſtat Conuentus ab oppido ſitus in ora Sancti Antonij. Locus Rocinneti, cuius nulla habetur mentio, niſi quòd præ foribus Eccleſiæ leguntur hæc verba: IOANNES Accadiæ 1258. Tempore Alexandri Quarti claruit miraculis in hoc Conuentu Beatus Benuenutus. Conuentum & Eccleſiam ſtructuris, & opibus auxit magiſter Ioannes Picus de Sera Petronum. ſed his diebus ad meliorem ſpeciem redegit, impluuiumque conſtruxit magiſter Ludouicus Pantha de Corinalto. Locus Cinguli in quarterio Sancti Stephani. Eo in loco ſanctè vixit Beatus Angelus Clarenus, ſanctitate præcipuus, qui Græcas litteras diuinitus acquiſiuit, & Ioannem Climacum, ſiue Scalarem latinitate donauit, & quendam Dialogum Beati Macarij, necnon librum quendam Diui Ioannis Chriſoſtomi, in quibus mirificè

Mag. Bernardinus Stracca.

B. Cathalanus.

Mag. Nicolaus.

Magiſter Iacobus Marchianinus.

B. Benuenutus.

Mag. Ludouicus Pantha.

oſtendit

oſtendit inſignem intellectus ſui præſtantiam. Vir iſte fuit præceptor Simonis à Caſſia, vt ipſemet teſtatur in quadam funebri Oratione in obitu præfati Beati Angeli. Locus de Tornoſano & Caſtri Milij, in quibus habitant Fratres de Familia. Locus Camurani, qui fuit monaſterium Monialium: leguntur que hæc verba in ingreſſu impluuij:

B. Angelus Clarenus præceptor Simonis de Caſſia.

In nomine Domini, Amen. Anno 1331. tempore Domini Ioannis XXII. hunc locum plurimum exornat ſua præſentia Magiſter Blaſius Anconitanus. Locus Caſtri Ficardi. Locus Siroli, vbi quieſcit in Domino B. Petrus de Monticulo.

Mag. Blaſius Anconitanus.

CVSTODIA AESINA.

HABET hæc Cuſtodia locum Sancti Marci Aeſii extra Vrbem, & intra locum Sancti Floriani, de quo habetur, quod Dominus Cyprianus Gentilis Aeſinus, tunc Rector Eccleſiæ Sancti Floriani, de conſenſu Reuerendiſſimi Epiſcopi, conceſſit Eccleſiam Sancti Franciſci manentibus in Eccleſia Sancti Marci, anno 1433. die 6. menſis Auguſti, & rogatus eſt Ioannes Paulus de Sancto Iuſto Cancellarius Communitatis. Floruit in hoc Conuentu Sancti Marci Frater Creſcentius, I. V. prudens, & Generalis Ordinis. Locus Apiri. Locus Matelicæ, vbi claruit magiſter Antonius, qui edidit lucidam expoſitionem ſuper Orationem Dominicã. hic locus fuit datus Fratribus de Familia tempore magiſtri Guidi de Sancto Leone, & tempore Fratris Marini Albanenſis Guardiani. Locus Serræ Sancti Quiricij, vbi viuit hodie magiſter Nicolinus Cæſareus, qui fuit Ordinis ſcriba, & Prouincialis Marchiæ. Locus de Rocca, vbi viuit hodie magiſter Ioannes Baptiſta Commiſſarius in prouincia Auſtriæ. Locus Serræ Comitum. Locus Saxiferrati. Locus Tabuli. Locus Montis noui, vbi floruit magiſter Baldus ſub Pio Secundo, anno 1462. Locus Senogalliæ, ſub titulo ſanctæ Mariæ Magdalenæ, erat primò locus inter mœnia vrbis. Locus Fabriani conſtructus anno 1267. ſub Clemente Quarto Pontifice Maximo, Pontificatus ſui anno 2. extra oppidum, vbi miraculis hodie quoque fulget Beatus Franciſcus Fabrianenſis, primus Frater qui cœpit habitare intra mœnia. in loco nouo fuit Frater Raynerius, qui fuit plebanus, cui ſemel dixit Beatus Franciſcus, Tu eris ex noſtris. In quodam lapide ad turrim campanariam affixa ſunt hæc verba: Hic ſunt oſſa venerabilis Fratris Raynerij, qui fuit Confeſſarius Beati Franciſci, qui ei prædixit, quòd futurus eſſet Frater Minor. Locus Montis Bodij anno 1372. die 26. menſis Februarij. reperitur quoque quòd Bonauentura Caroli Fabrianenſis donauit Conuentui Montis Bodi quendam agrum in ora Putei Maſſæ. Locus Montis Filoptrani conſtructus ab vniuerſitate, ſed quo tempore non inuenitur, quia ſcripturæ Vniuerſitatis fuerunt combuſtæ tempore Franciſci Mariæ Vrbinatum Ducis. Hunc locum ſuis meritis plurimùm exornat magiſter Iulius Sanctinus Regens Bononiæ.

F. Creſcẽtius Generalis.

Mag. Nicolinus Cæſareus.

Mag. Io. Baptiſta Commiſſarius.

F. Raynerius Confeſſarius B. Franc.

Mag. Iulius Sanctinus.

CVSTODIA FIRMANA.

HABET hæc Cuſtodia locum Firmi, vbi conditæ ſunt reliquiæ Beati Adami, qui fuit Concionator illuſtris, de quo narratur, cùm ſemel prædicaret, & ſuo garritu hirundines impedimento eſſent, præcepit eis in nomine Chriſti, vt abſcederent, ſtatimque auolarunt. Semel ambulanti per deuia, occurrit lupus diuinitus, qui more canis domeſtici, viam ei præmuniuit. Eodem in loco ortus eſt, & educatus Beatus Ioannes Lauernicola, quem ſuperius memorauimus. Vix enim Religionem ingreſſus, cœpit carnem ſuam edomare, vrticas deferebat ad nudam carnem, quam flagellabat vſque ad ſanguinis effuſionem. annum agens decimum, factus Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Firmi deferebat toracem ferream: tertiumdecimum annum agens ingreſſus eſt Ordinem Beati FRANCISCI, deinde in Montem Aluernæ ſe contulit, vſuſque eſt pane, & aqua ſimplici cum lacrymis in menſura. De conſtructione autem huius loci hæc inueni, quia Dominus Ghirardus Epiſcopus Firmanus Eccleſiam ſancti Liberatoris Monaſterio Monialium de Virginibus pia liberalitate donauit. Verùm cum ſacris Virginibus nota infamiæ increbeſceret, nullaque exiſteret

B. Adamus.

Mirandum quoddam.

B. Ioannes Lauernicola.

ſpes de earum reformatione, Sixtus IIII. Guardiano, & Fratribus præfati Conuentus Firmi Monaſterium & eius bona, vt poſſent de eis ſuo modo diſpenſare, attribuit & conceſſit.

Mag. Antonius de Lauro.

Locus Lauri, vbi floruit Mag. Antonius de Lauro, qui fuit Vicarius Generalis, conſtructus eſt locus anno 1434. Locus S. Geneſij, Eccleſia (vt dicunt) fuit quorundam Monachorum, reperitur quoque quod anno 1305. D. Rambottus Camerini Epiſcopus vendidit Nicolæ Palmerij de Macerata Syndico vnam domum poſitam in caſtro S. Geneſii, quæ dicitur Capella Caſtelli cum platea, quę eſt ante domum dictam, iuxta viam publicam, & duas campanas, quæ fuerunt ibidem pro precio centum & decem librarum. Floruerunt eo in loco multi egregii viri; viuitque hodie nobiſcum Magiſter Gregorius Floretus, qui pluribus in locis munere bene functo demum ſocius Ordinis electus eſt.

Mag. Gregorius Floretus.

Locus Moliani, qui anno 1363. tempore Vrbani Quinti, die octaua menſis Nouembris conſtructus fuit, claret hoc tempore Magiſter Iulianus Prouincialis Marchiæ, Doctor egregius, qui plures annos in Maceratenſi Academia Philoſophiam profeſſus eſt.

Magiſter Iulianus Doctor egregius Philoſophiæ.

Iacet eo in loco Beatus Iacobus de Falerono, qui fuit præceptor Beati Ioannis de Aluerna.

B. Iacobus de Falerono.

Locus de Falerono conſtructus ab vniuerſitate, quamuis nulla ſcriptura reperiatur, quod fortè in cauſa eſt, quia præfata Terra Faleroni anno 1520. à militibus Domini Ioannini de Medicis fuit capta, & deprædata mandato Reuerendiſſimi Domini Nicolai Bonęfidei de Sancto Iuſto Epiſcopo Cluſenſi tūc temporis Prolegati Marchiæ Anconitanæ tempore Leonis Decimi Pontificis Maximi. Fuit autem conſecrata Eccleſia anno 1302. Indictione quintadecima, tempore Innocentij Sexti, die 7. menſis Auguſti, & hæc conſecratio facta eſt per Reuerendiſſimum D. Thomam Epiſcopum Genuenſem, & per Bonum Ioannem Epiſcopum, & Principem Firmanum.

B. Peregrinus.

Claruit hoc in loco B. Peregrinus, qui dum eſſet ſtudens Bononiæ, à B. FRANCISCO ad Ordinem receptus eſt, vir ſanè multæ perfectionis, & ſanctitatis. Locus Bonfortij, quò delatæ fueruut reliquiæ Sanctorum Fratrum, qui in loco Suſiani commorati ſunt. Locus Montis Vlmi, vbi claruit Beatus Petrus, de quo ſuperius præfati ſumus. Locus Montis Granarij, vbi florent Magiſter Antonius, & Magiſter Franciſcus, qui fuit Ordinis Scriba, & nunc præficitur Prouinciæ Marchiæ. Locus Montis Octoni, dicebatur locus Sanctæ Mariæ, vt patet ex tenore Bullæ ab Vrbano V. emanatæ. Locus Sancti Elpidij. Locus Sanctæ Mariæ in Georgio, qui prius fuit locus Monachorum Sancti Benedicti, ſub titulo Sanctæ Mariæ: Abbas verò Sanctæ Mariæ donauit Eccleſiam, & locum Religioni S. Franciſci. Paramenta eccleſię, campanas, calices, & Cruces per publicum inſtrumentum, tempore Vrbani Quarti, anno 1263. die 29. Nouembris. Locus Montis Sancti Petri de Angelis; cùm hęc Eccleſia fuerit ſacris deſtituta obſequiis anno 1270. nec alia ratione reparari poſſet diuinus cultus, Dominus Ventura Spoletanus, actor, & procurator Monaſterij Sancti Petri de Ferintillo, diœceſis Spoletanæ, nomine Ioannis Gaietani Cardinalis, & Protectoris Ordinis, dat, & concedit dictam Eccleſiam Sancti Petri Religioni Ordinis Minorum, & hoc actum fuit Spoleti in Eccleſia Sancti Simonis.

Frater Iacobus de Maſſa.

Locus de Maſſa, vbi floruit Frater Iacobus, qui à Fratre Leone ſocio Beati Franciſci, multa habuit de Sancto Franciſco, & de ſacris eius ſtigmatibus. Locus Amandolæ, vbi viuit hodie Magiſter Andreas, vir omni commendatione dignus. Locus Sancti Angeli in Pontano. Locus de Penna Sancti Ioannis, vbi floruit Beatus Ioannes Prædicator admiratione dignus, qui viſus eſt à terra per raptum ſæpius ſubleuari.

Inſigne quoddā de B. Ioanne de Penna.

in die Aſcenſionis Domini illud habetur inſigne, dum cantaretur hymnus, IESV noſtra redemptio, dum gradatim cantaretur hymnus, gradatim quoque ipſe ſubleuari videbatur. Viuit hodie Magiſter Trebatius, qui edidit quædam ingenij ſui monimenta. Locus Montis Rubiani ignoratur ob antiquitatem, ibidem eſt locus vbi Reformati commorantur.

CVSTODIA FANENSIS.

HABET hæc Cuſtodia locum Fani, de cuius fundatione nil aliud habeo, niſi quia Federicus Imperator conſtruxit Vicarios Imperiales in Piceno Fabriani Cliualeſios in S. Seuerino, Smaducios in Camerino, Varanos Vrbini Antonium Feltrium Fani Malateſtas, vnde Conuentus S. Franciſci ab hac illuſtriſs. Familia Malateſtarum egregijs fuit beneficijs cumulatus. Floruit in hoc Conuentu ætate noſtra Mag. Ventura Prouincialis Marchię, Mag. Cæſar Prouincialis

eiuſdem,

eiuſdem, & Epiſcopus Cariatenſis in Calabria, à Sixto Quinto Pont. Maxi. creatus, & mortuus anno 1586. Locus Mondauij captus à Beato FRANCISCO antequàm Mondauiũ Oppidum conſtrueretur in Monte Silneſo, & Hermo: floruit hoc tempore Magiſter Nicolaus Tintus Eccleſiaſtes ſuo tempore naturali quadam facundia clarus. noſtra ætate conſtructa eſt Eccleſia à fundamentis in melioremq; ſpeciem redacta. Locus fori Sempronij, vbi viuit hodie Magiſter Maurus Morus Ordinis Procurator, qui dum ſecunda Dominica Aduentus de more Religionis noſtræ incautius (vt opus erat) oraret coram Gregorio Sum. Pont. & Senatu Cardinalium, nullo ſeruato orationis filo (vt dicunt) vltrò ipſe in lapides impegit errorum. Locus Piſauri. Locus Candelariæ, de quo ignoratur ob bella, quæ triſtia reddiderunt illa ſecula. Locus Sanctæ Victoriæ Fractarum. Locus Pergolæ, de cuius fundatione hæc habeo, quòd quidam Lucas Rugerius Pergolenſis hæc notauit in codice magno. Anno 1234. ædificatum fuit Caſtrum Collis Pergolæ, & anno 1268. die 7. Iunij conſtructa fuit Eccleſia dicti loci Caſtri Pergolæ. Floruerunt noſtro tempore hoc in loco egregij quidam Viri, Magiſter Bartholomæus, & Magiſter Thomas, vterque Prouincialis Marchiæ, necnon Magiſter Andreas Baracinus Commiſſarius Prouinciæ Sardiniæ, in qua Prouincia obijt. Locus Corinalti, vbi habirant Fratres de Familia. Locus Saltariæ ſub titulo Sancti Franciſci de Rouereto. Locus de Scotoneto, vbi floruit Frater Sanctes Laicus. Locus Mondaini. Locus Montis Florum, vbi floruit Frater Hieronymus, qui poſtea fuit Generalis Fratrum Capuccinorum, & Magiſter Franciſcus Pratellus, qui fuit Prouincialis Marchiæ, & Inquiſitor Piſis, cuius opera Locus Fratrum de Monteflorum his diebus tranſlatus eſt propè oppidum.

M. Nicolaus Tintus.

F. Sanctes dictus de Scotoneto.

CVSTODIA FERETRINA.

HABET hæc Cuſtodia locum Vrbini inſignem, habuitque viros egregios, & noſtra ætate viuunt Magiſter Proſper, & Magiſter Annibal Inquiſitor Paduæ. Extat in eadem Cuſtodia Locus Saxi Corbarij, de quo ignoratur: fuerunt enim combuſtæ omnes ſcripturæ, quo tempore bellum erat inter Federicum Ducem, & Robertum Malateſtam, an. 1470 vnde etiam oppidum conflagratum eſt. Locus Maceratæ, quem anno 1366. tempore Vrbani V. die 16. Aprilis, conſtrui fecit Lancilotus Benincaſa. Viuit hodie M. Bartholomæus Bartholinus, Concionator egregius. Locus Lunani, qui eſt ſitus in monte, Illuminato ea ratione forſan ſic nuncupato, quia B. Franci. ibidem cæcum illuminauit. Fuit Eccleſia conſecrata anno 1325. tempore Ioannis XXII. die xxvj. Maij. Floruit hoc noſtro tempore Magiſter Thomas Caneinellus Viſitator Siciliæ, & Prouincialis Tuſciæ. Locus Durantis, qui fuit conſtructus ab vniuerſitate, conſecrata verò Eccleſia anno 1337. die 22. Auguſti, vt demonſtrat Tabella lignea affixa ad fores Eccleſiæ. Locus Sancti Angeli, de quo habentur in lapide inciſa hæc verba. Ser Iacobi de Saluis 1298. Eccleſia verò fuit conſecrata an. 1310. vltima Dominica Septembris, impoſita Indulgentia ſeptem annorum à ſeptem Epiſcopis. Locus Sancti Marini, vbi floruerunt Beatus Dominicus, Beatus Petrus de Monte Vlmi, & Gratianus. Erat locus Fratrum extra oppidum, ſed pro maiori commodo populi intra mœnia tranſlatus eſt anno 1362. Floruerunt in hoc Conuentu etiam Magiſter Franciſcus de Tonſis, Epiſcopus Fanenſis, qui compilauit Commentarium ſuper Dantem, quemlibet verſiculum egregiè componens, Magiſter Martinus Madronius Epiſcopus Sebaſtenſis, Magiſter Ioannes Pilo Regens Paduæ, qui ſcripſit quoſdam Commẽtarios in Moral. Ariſtotelis, Magiſter Anaſtaſius Turoneus Prouincialis Marchiæ, Magiſter Ioannes de Gabrielis, inſignis cõcionator. Magiſter Iulianus Paſinus, de quo ait Petrus Bembus: Audiuimus (ait) Magiſtrum Iulianum corã Adriano Pont. Max. orantem: & quidam alius Magiſter Petrus, qui fuit Vicarius Epiſcopi Fani. Viuit hodie Magiſter Innocentius Gellus. Locus Sancti Leonis, ubi floruit Magiſter Guidus, ſuo tempore Doctor inſignis, & nunc viuit Magiſter Io. Maria Regens Tuderti. Locus Calij. Locus Mercatelli ſub Ioan. XXII. Pon. Max. quæſitus. Floruit ibi M. Ludouicus de Mercatello. Locus Montis Buſſeti, & locus Carpinei inter abruptos montes, ſiue Caſtellaciæ: fuit cõſtructus per Magnificum D. Io. Comitem Carpinei ſub titulo Annunciatæ Virg. & B. Fran. vnam quoque Syluam dedit in loco vulgo dicto Paterno.

M. Fran. de Tonſis.

CVSTO-

DE PROVINCIA ROMANA.

HAEC Prouincia Romana ab Vrbe Roma nomen accepit, tenetq; præcipuum locum inter reliquas prouincias: ſicut Roma regina fuit vrbium, & totius propè Orbis olim caput, ciuitas ſacerdotalis, Religione diuina, virtutis diſciplina, ſic iſta prouincia ceteris præſtat ſuis locis diſtincta. In quo vno cognoſcitur diuina bonitas ſuis numeris abſoluta, quæ tam variè operata eſt in mundi exordio quo ad formas, proprietates, diſtinctiones, & loca. Hęc itaque prouincia habet ſeptem cuſtodias, vt infra.

CVSTODIA ROMANA.

HABET hęc Cuſtodia locum Aręcœli Romę ad Capitolium, quod erat caput mundi vbi Octauianus habitabat, & Senatores ad gubernandum Orbem. Cuius facies erat erecta muris altis, vitro, & auro vndique coopertis. Cœnobium erat locus Monachorum S. Benedicti, nam ab Anacleto Papa fuit datus Monachis S. Benedicti; & vocabatur S. Maria Cápidolij, & S. Ioannes Baptiſta. Innocentius IIII. Pont. Max. conceſſit Fratribus S. Franciſci, Pontificatus ſui anno 7. anno Domini 1249. Monachos verò deduxit ad alia eorundem monaſteria, quæ multa erant in Vrbe. Tempore Sixti Quarti Summi Pont. conceſſus fuit Fratribus de Familia. Floruit in hoc Conuentu tempore D. Bernardini quidam F. Paulus, inſignis prædicator. iacet ibidem B. Iuniperus, cuius prædicationem audire voluit B. Clara virgo, dum ſpiritum Deo redderet. Multi quoque egregij viri extiterunt de familia Columnenſium, & Vrſinorum. Ibi tumulatus eſt Matthæus Aquaſpartanus Card. ad ſacrarium, Magiſter Alexáder, de Alexandria Gulielmus Vorillion, & Magiſter Bernardus Columna, qui obijt anno 1328. in feſto omnium Sanctorũ. extat quoq; locus S. Fran. tranſtyberim. Nã Romę primò habitabant Fratres in Hoſpitali S. Blaſij ad Tyberim. Gregorius IX. Pont. Max. ſcripſit ad Abbatem S. Coſmi, vt accommodaret Fratribus hortum. Domina Iacoba de ſeptemſolijs conſtruxit eccleſiam in honorem S. Fran. Locus Sanctorum duodecim Apoſtolorum conceſſus eſt Fratribus anno 1463. die 12. Iulij tempore Pij II. Primus Guardianus fuit Frater Ludouicus Amerinus. Lector Frater Lucas de Tuſcanella: erat enim primùm Eccleſia Canonicorum conſtructa à Conſtantino, & à Pelagio tempore Iuſtiniani Imperatoris. ædificauit Pelagius eccleſiam in modum crucis, vnde in fornice erat carmen.

Locus Aræcœli Romę.

B. Iuniperus.

Domina Iacoba de Septemſolijs.

Hic prior Antiſtes veſtigia parua reliquit.

Hanc proſecutus eſt Ioannes Tertius Pontif. Max. nam quod incœpit Pelagius, Ioannes plenius perfecit. Vnde leguntur hæc verba. Vnum opus amborum par micat emeritum Columna Traiana fuit veræ ditionis eccleſiæ Sanctorum duodecim Apoſtolorum. NARSVS enim patritius columnas, & lapides quotquot neceſſarij forent, conceſſit, præcelſam quoque Columnam coclidem eiuſdem palatij cum circuitu ſuo ad honorem & vtilitatem ſurgentis baſilicæ duodecim Apoſtolorum perpetuo iure condonauit., & conſeruandam emendauit. Habet hæc eccleſia has venerandas reliquias allatas in hanc baſilicam tempore Ioannis III. Pelagij Tertij, & Stephani V. Sũmorum Pontificum. Suut enim hæ, Eugeniæ corpus, & Claudiæ eius matris. Fauſtus, Maurus, Calamatus, Ioannes, Exuperantius, Primitius, Cyrillus, Honorius, Theodoſius, Forcinius, Baſilius, Chriſantus, Daria, Sauinus, Colybium S. Thomę Apoſtoli, Philippi, & Iacobi Corpora, & aliqua pars duodecim Apoſtolorum Sanctus Ioannes III. Pontif. Max. natione Romanus ſub Cęſare Flauio fecit hanc baſilicam Parochiam, & titulum Cardinalatus. Iulius II. Pont. Max. Sixti Quarti nepos collabentem baſilicam reſtituit. In eadem Cuſtodia extat Locus Sutrij, Locus Cápagnani, Locus Ciuitatis Caſtellanæ, vbi cùm Ioannes Parens natione Florentinus, patria Carmignanenſis, eſſet iudex, ſuſcepit tunicam S. Franciſci eo modo, quo ſuperius retulimus, ibique miſſam cantauit, cum eſſet Generalis in tranſlatione beatorum corporum............Hic locus fuit cõſtructus ſub Greg. IX. anno 1230. de menſe Septembris, & dicebatur eccleſia S. Marię de

Colũna Traiana.

Narſus patritius.

Ioannes III. Põt. fecit hanc baſilicam titulum Cardinalatus.

de communi. Locus Albani, quem dicunt illuſtriſſimam Familiam Sabellam conſtruxiſſe, ſed ob aeris intemperiem pauci ibi fratres habitant. Non longè à Conuentu fratrum cernitur adhuc Theatrũ, cuius pars media mõti cohærens in ipſo montis inciſa lapide vetuſta ſedilia retinet, formamq; ſeruat integram, quamuis obſitam rubis: Alteram partem ex cocto latere addiderunt fornicibus, quæ adhuc extant, innixam compluribus. Baptiſta Florẽtinus ex Albertorum familia, vir doctus, & antiquitatum ſolertiſſimus indagator, plures inueniri fornices tradit, quæ inter vepres latitant. Locus montis Compatrij, in quo ſanctitate viri extiterunt, præcipuè B. Angelus à monte Leone, & B. Rainaldus Reatinus. Locus Roncilionis ſub Pio Quarto anno 1561. die 17. menſis Septembris, qui erat primò oratorium Sancti Sebaſtiani, captus eſt à F. Paſchali de Monteia Prouinciæ Terræ laboris. Locus Gallicani ab Alexandro Columna, & ab Vniuerſitate Terrę Gallicani habitus. Locus Zagaroli. Locus Capranicæ prius ſub titulo S. Luciæ. Locus Montis rotundi ſub Clemente VII. datur Conuentualibus.

Baptiſta Florẽtinus.

CVSTODIA VITERBII.

HABET hæc Cuſtodia locum Viterbij, & hic locus erat eccleſia Sancti Angeli, & dicebatur eccleſia Presbyterorum Sancti Angeli. Ambitus verò loci illius dicebatur Podium Sancti Angeli, vbi habitare cœperũt fratres anno 1430. Habebant locum alium, ſed Gregorius IX. Pontifex ob ſingularem propenſionem in B. Franciſcum, & eius ordinem, emit eum locum, vt ſine aliquorum contradictione poſſent fratres ibidem habitare. cuius rei memoria extat in Vaticano. Hunc locum illuſtrauit ſua amplitudine Magiſter Marcus Viterbienſis, qui fuit Ordinis Generalis & Cardinalis: ibi quoque conditus eſt B. Soldanerius, quaſi alter ſol in Orbe micans, & tempore Ioannis vigeſimi ſecundi Põtificis Max. floruit magiſter Franciſcus Pœnitentiarius. ſummus ante fores eccleſiæ cernitur ſuggeſtus ex lapidibus quadratis, in quo dicunt, B. Bernardinum habuiſſe concionem ad populum. ibi Ordinem noſtrum plurimum illuſtrauit S. Roſa, quam ſupra memorauimus, quæ in Martyrologio nuper collocata eſt ob eius ſanctitatem. Locus Tuſcanellę, vbi Beatus Franciſcus filium cuiuſdam nobilis ſanitati reſtituit: in eodem loco prædicauit F. Gulielmus de Cordella, vir miraculis, & vitæ probitate clarus. Locus Cornei, vbi B. Franciſcus filium quendam oppreſſum ante veſtibulum eccleſiæ a mortuis ſuſcitauit, non ſine ingenti miraculo, & omnium admiratione. Locus Montis alti. Locus Mõtis Feliſcorum, qui in captura Romæ pluries fuit delapidatus. Locus Ortæ, vbi B. Franciſcus filium quendam monſtroſum, & conglomeratum explicuit, ſanitatique reſtituit, primo Locus dicebatur Sanctus Iacobus, ſitus in Burgo Sãcti Iacobi ad Ripam Tyberis: Verum cum fratres multa incommoda paterentur ob inundationem Tyberis, tum quia nimis remoti erant ab vrbe, Epiſcopus Ciuitatis conceſſit fratribus locum Sancti Theodori, & quia Locus erat perangustus, Dominus Petrus Epiſcopus conceſſit Locum Sancti Angeli in vrbe, accedente conſenſu Alexandri Quarti Pont. Max. Pontificatus ſui anno 5. quem confirmauit Bonifacius IX. tempore Leonis X. Pontif. Max. deſtructum fuit Monaſterium Monialium Pontificatus ſui anno octauo. Caſtrum, quod poſſidebant Moniales datum fuit Vniuerſitati Ortæ ea lege, vt fratribus teneretur Vniuerſitas ſoluere quinquaginta aureos. Quæ conceſſio facta eſt anno 1556.

Ex Vaticano.

B. Soldanerius.

B. Roſa.

Miraculum S. Frã.

Inſigne B. Franciſci.

CVSTODIA VRBEVETANA.

HABET hæc Cuſtodia Locũ Vrbeuetanũ, qui fuit cõſtructus anno 1216. Nam Innocentius III. Põt. Max. ex Illuſtri Comitum Familia, cum apud Vrbemueterem moraretur, conſtrui fecit quinque Eccleſias, quas dotauit, videlicet Eccleſiam Sancti Dominici, Sancti Franciſci, Sancti Auguſtini, Sanctę Mariæ in Monte Carmelo, & Sanctę Mariæ Seruorum, eaſq; multis gratijs cumulauit. B. verò Ambroſius, & Moricus Vrbeuetani multa ibidem reliquerunt

Innocentius III. quinq; templa ſtatuit.

B. Ambroſius. Moricus.

querunt bona ſtabilia: habeturque hæc memoria in archiuio Vniuerſitatis, & in Epiſcopio. Viſuntur quoque hodie habitus, & oſſa eorum, quæ ab incolis habentur in maxima veneratione.

Locus Vrbetanus in quo B. Bonauẽtura ꝓfeſſus Theologiæ.

Structuram abſoluit Beatus Bonauentura ob ſingularem memoriam illius loci: ibi enim ſacras literas profeſſus eſt vna cum Diuo Thoma Aquinate, & Archerio Gallo Cardinali Ordinis Eremitarum Dini Augnſtini. Floruerunt etiam alij egregij viri.

Locus Balneoregij.

Locus Balneoregij, quem plurimùm ſua ſanctitate illuſtranit Seraphicus Doctor Bonauentura. Locus Volſinij vel Volſenæ, vbi ſunt duo loca. Habitant enim fratres de familia in lacu, vbi ſunt duæ Inſulæ, quæ olim frequentibus ædificijs cultæ fuerunt, extantque veſtigia veteris ruinæ: conſtatque ex ijs principes vſum carceris tribuiſſe, nam & Chriſtianam Virginem hic relegatam legimus, & Amelaſuntam nobiliſſimã Gothorum Reginam impiè ſuorum fraude, ac manu necatam.

Amelaſunta Gothorum Regina.

Floruit in Cõuentu Volſenæ magiſter Angelus, quem Pius ſecnndus deſtinauit ad Franciſcum Sfortiam Mediolanenſium Ducem, vt illum ſua oratione deduceret ad animi tranquillitatem, & ſedationem. Namqne Summus Pontifex præfecerat Iacobum Lucenſem Secretarium ſuum, virum literis Græcis, & Latinis ornatum: Franciſcus verò aliò mentem verterat, & licèt multa Pontifici minaretur, & Eccleſiæ, tandem ratione & oratione lenitus quieuit.

Siluius li. 4. Comment.

Locus Aquipendij ſub titulo Sanctæ Mariæ fuit conceſsus fratribus anno 1250. prius fratres habitabant in quadam ædicula Sanctæ Crucis ad Paleam amnem. Floruit in hoc Conuentu magiſter Thomas Aquipẽdẽſis virtutibus Illuſtris, qui præfuit Prouinciæ Romæ: demùm Summus Pœnitentiarius obijt Romæ, tumulatusque in Aracœli ad forea ſacrarij, ad leuam, propè Sepulchrum Matthęi Aquaſpartani Cardinalis.

M. Iulius Aurelius.

Habet noſtra ætas magiſtrum Iulium Aurelium Eccleſiaſtem hoc tempore clarum, cuius imitator eſt Ludouicus alumnus eius in habendis concionibus ad populũ ab ipſamet natura progenitus: & magiſter Lucas non mediocriter doctus. Locus de Procæno, vbi B. Thobias ſpiritu prophetico multoties prędicauit. Hic locns ſub tit. Sancti Martini conceſſus fuit fratribus Sancti Franciſci, 1264. die 14. Iulij ab Alexandro Quarto Pont. Maxi. cum aſſenſu cuiuſdam Bonauenturæ preſbyteri. Hæc ſunt quę haberi poſſunt de conſtructionę huius loci; vbi claret in hoc Conuentu magiſter Antonius Guerreſcus Inquiſitor hęreticę prauitatis Senis, & doctrinę variȩ cultor, de quo in 3. libro. Locus item Pitiliani.

M. Anto. Guerreſcus.

CVSTODIA REATINA.

B. Angelus.

HABET hęc Cuſtodia locum Reatinum, ubi floruit B. Angelus ſocius Patris noſtri Franciſci: ibidem iacet B. Thomas Florentinus Laicus, vitæ ſanctitate clarus.

B. Thomas Florẽtinus.

Habuit noſtra ętas magiſtrũ Lucam Antoniũ hoc tempore concionatorem egregiè doctum. Hanc vrbem, cuius agrum vmbilicum Italię Varro vocauit, ſua præſentia illuſtrat magiſter Conſtantius Bargellinus Franciſcanus, Patricius Bononienſis, inſignis Philoſophus, & Vrbis pręſul, qui obuiãte cleri, & populi proceſſione ſub vmbella exceptus eſt, tanto honore intromiſſus, quantum antea nulli Epiſcoporum delatum ferunt. Paulopòſt mutato tit. Epiſcopus Fulginei factus.

Conſtantius Bargellinus Epiſco.

Locus Fontis Palumbæ inſignis ieiunio diutino S. Fran.

Locus Fontis Palumbę, vbi B. Franciſcus quadraginta diebus ieiunans regulam, qna nunc vtimur, confecit Spiritu ſancto dictante; quo in loco fuerunt ſancti Viri. Locus Ciuitatis Ducalis; vbi floruit magiſter Silueſter Prouincialis Romæ. Locus Longonij. Locus Vallis Sinibaldi. Locus Græcij, vbi B. Franciſcus miraculum (Deo operante) fecit de grandine, quæ quotannis miſeranda quadam calamitate agros & vineas deuaſtabat; liberauitque Locum à lupis vbique graſſantibus: ibi qnoque B. Franciſcus natalitia Domini celebrans viſus eſt à Ioanne Velita de Græcio habere puerum Ieſum in vlnis. ibidem aliquod tempus commoratus eſt F. Io. Parmenſis Ordinis Generalis, poſtquàm officio ganeralatus ſpontè ceſſit.

Locus Græcij.

Locus Podii Buſconij. Locus Terani. Locus Maliani an. 1266. ſub Clem. IIII. Pont. Max. prout ibi apparet inſcriptio præ foribus Eccleſiæ. Locus Montis Leonis. Locus S. Alexandri. Locus S. Iacobi. Locus S. Marię de Lilio Ciuitatis Magliani, vbi habitant Reformati, primo dictus Clarinorum anno 1521.

CVSTODIA TIBVRTINA.

HABET Locum Tiburis, vbi inſignem collis, in quo ſitus eſt locus, amœnitatem, aquarum affluentiam, & vbertatem maximã demonſtrat. Quem Pius II. dedit fratribus de Familia, cum ipſe Tibure manens hoſpitaretur eo in loco, inueniſſetque totum locum rimoſum foraminoſumque, vt ipſemet fatetur, muribusq; plenum, qui ad magnitudinem cuniculorũ enutriti huc atque illuc diſcurrebant, & ſtrepitu inquietas noctes reddebãt; ideo dedit Fratribus de Familia. Ibidẽ Cardinalis Ateſtinus præſtruxit tam admirandũ ędificium, vt omnes admirentur fornices & loca cõcamerata, variasq; texturas, aquarum copiam arte quadam, & magnis expẽſis vbique fluẽtem, nobile viridarium virentibus plateanis herbisque amęnam ſyluam ſecluſam voluptatis cauſſa comparatam, plenam amęnitatis, vbi auium dulcis variusque cantus aſpicientes audientesque mulcet, vt dici poſſit illud poeticum, Syluius lib. 5. Cõment.

Me gelidum nemus
Nympharumq; leues cum Satyris Chori
Secernunt populo.

Locus Ruuiani; locus de Cœlis; Locus ſuffragij; Locus Vicouarij; Locus Ciuitellæ

CVSTODIA MARITIMA.

HABET Locum Terracinæ, vbi pauci Fratres habitant ob aeris intemperiem. Locus Piperni, vbi cõditus eſt B. Leonardus Fulginas ad arã maiorẽ. Narratur, quòd dum fratres panem de more quærerent, quædam mulier auara dare neglexit, inuentus eſt propterea filius eius in agro ferens panem totum cruore affluentem. Quo viſo miraculo mulier diſpoſuit dare panem, & ſtatim cruor euanuit, nullumq; cruoris veſtigium apparuit. Locus Setiæ, quem illuſtrauit noſtro tempore Magiſter Sebaſtianus Viſchella Prouincialis Romæ, Magiſter Ludouicus Prouincialis S. Angeli, & Magiſter Ioannes Franciſcus Boccarellus, qui fuit ingenij felicitate clarus, tantæ tenacitatis, vt quem ſemel nouiſſet vultu vel fama, in perpetuum retineret, reliquit quædam ornata monimenta manuſcripta. Locus Nymphæ. Locus Neptuni. Locus Vellitrarum.

Notẽt parci eleemoſynarum.

Qui claruerunt.

CVSTODIA CAMPANIAE.

SVNT multa loca in Campania Sabina, & in patrimonio S. Petri, quod Alexander IIII. Pont. Max. appellat hortum ſuum, & peculiare pomeriũ, vbi gratæ ſubiectionis flores collegit. Habet autem hæc Cuſtodia locum Anagniæ. huius facta eſt tranſlatio: nam à Bonifacio VIII. Pontif. facta eſt tranſlatio Eccleſiæ S. Franciſci, quę conceſſa fuit Gulielmitis, & Eccleſia S. Matthæi conceſſa eſt Minoribus, vbi floruit F. Haymo, Magiſter inſignis & Ordinis Generalis, qui Breuiarium correxit, & plures rubricas adiecit. Locus Cauarum, vel Gabiorum, extra męnia in monte acceſſu difficili, vbi excubant cornices, & noctuę quæ diros cantus intonant. Huc me recepi an. 1576. per duos menſes, vt cõmodius ſtudijs vacarẽ, ibidemq; meipſum colligerem habiturus ſacras conciones Romę. Hic res miranda viſa eſt, & quæ nulli fidem factura videatur, niſi cuius oculi teſtes fuerunt; terra eſt ibi argilloſa paruã implens ſcrobẽ, in quã ſiue baculũ ſiue gladiũ impegeris, atq; ad morulam dimiſeris, nulla vi poſſis educere. Quod de alio loco huic proximo narrat Plinius. Locus Pilei; vbi conditus eſt B. Andreas nepos Alexãdri IIII. Põt. Max. qui ſponte abdicata Cardinalitia dignitate voluit in ſua ſimplicitate viuere, & mori. Locus vallis Mõtoni. Locus Alatri. Locus Firentini. Locus Horæ. an. 1325. Locus Inſulæ fuit aliàs monaſteriũ Monialiũ S. Benedicti ſub ti. S. Ioãnis Baptiſtæ, ſed locus erat pauper, vt Moniales cõmodè viuere non poſſent, quẽ dimiſſum Paulus Celanp Baro dictæ Terræ donauit fratribus Cõuẽtualibus

Res miranda de homine tenaci.

Sancti

Sanĉti Franciſci; Quæ donatio confirmata fuit à Nicolao V. Iulianus filius Domini Pauli de Celano confirmari fecit anno 1542. ſub titulo Sanĉti Franciſci cum applicatione cuiuſdam beneficij ſimplicis, quo vtebantur Moniales. Locus eſt amœnus ad Lyrim amnem truttis (vt vulgò dicimus) abundantem. Nam flumen de ſuperioribus partibus quiete placideq; labens ſaxum offendit latum atq; altum, à quo duas in partes diſciſſum hinc atque inde in ſubiecta baratra præceps cum ſonitu ruit. Locus Arpini, fuit Arpinũ nobile olim Romanorum municipium, vnde Caius Marius, & Marcus Cicero, originem duxerunt: alterque armis, alter literis illud vrbemq; illuſtrauit. Erat ibi Conuentus in oppido iuxta Caſtrum Falconarium, vnde etiam apparent veſtigia, deinde conſtructus ad portam Pontis pro maiori populorum commodo Rex Ladiſlaus anno 1400. nonnulla bona ei conceſſit. Locus Segardi. Locus Somnini. Hãc Prouinciam pluribus miraculis illuſtrauit Beatus Pater FRANCISCVS.

Arpinum.

DE PROVINCIA TVSCIAE.

TVSCIA eſt celeberrima Italiæ regio, Macra, & Tyberi fluminibus intercepta, quæ alio nomine Hetruria dicitur, in qua Franciſcana noſtra Familia Prouinciam habet locorum amænitate, & celebritate præſtantiſſimam, quæ eſt diſtincta in ſeptem cuſtodias.

CVTODIA PISANA.

HABET hæc Cuſtodia locum Piſanum antiquiſſimum, vbi floruerũt inſignes viri, F. Albertus Miniſter Angliæ, & Generalis Ordinis, F. Ange. primus Cuſtos Pariſiẽſis, & primus Miniſter Angliæ, cuius prædicatione, & miraculis Prouincia Angliæ fundata, & dilatata eſt; hic etiã Conuentũ Pariſijs conſtruxit. Et magiſter Bartholomæus Epiſcopus Euiporienſis electus à Bonifacio VIII. Ponti. floruit eodem in loco magiſter Bartholomæus Auĉtor Conformitatũ, & prædicator præcipuus, de cuius doĉtrina, & clariſſimis monimentis inferius ſuo loco dicemus. Locus de Vico Piſano, vbi B. Fran. prædicauit. Locus S. Martini. Locus Sarazanæ, vbi erat vera effigies B. Fr. ad viuum expreſſa à Margherito Aretino, Piĉtore ſui æui celeberrimo.

Locus Piſarum.

F. Albertus miniſter Angliæ.

F. Bartholomæus auĉtor conformitatum.

CVSTODIA LVCANA.

HABET hæc Cuſtodia Locum Lucanum, vbi floruit F. Antonius, qui multa edidit Quadrageſimalia, & præfuit Prouinciæ Marchiæ, & Hetruriæ. quidã voluũt quod de iſto loco fuerit Dominus Elzearius Cardinalis, quod non approbo. Locus Piſciæ. Locus Fichini. Locus Piſtorij qui eſt locus antiquus. Nam anno 1250. de eo ſupplicatum fuit à pluribus Cardinalibus, & præſertim à D. Philippo Cardinali Legato Ferrariæ, & conceſſus eſt locus fratribus extra mœnia Piſtorij, ea conditione, vt fratres in die S. Iaco. reciperẽt Epiſcopum, & clerum in Eccleſia, & ſingulis annis ſolueret vnam libram ceræ, & vnam libram thuris Epiſcopo Piſtorij, & ſuis ſucceſſoribus. De conſtruĉtione autem loci nil aliud habemus, niſi quòd præ foribus Eccleſiæ ſunt inſignia Curadorum.

CVSTODIA FLORENTINA.

HABET hæc Cuſtodia locũ Florẽtiæ, & inter cætera Eccleſia eſt mirabilis ſtruĉturæ: anno 1294. fundata fuit Eccleſia à fratre Iuuenale de Florentia de menſe Maij, in die Sanĉtæ Crucis: in conſecratione autem fuerunt multi Prelati, & religioſi Viri, magna ſolennitate, & concurſu hominum. In eadem Eccleſia ſitus eſt magiſter Franciſcus Sanſon Generalis. Quam plurimùm exornauit Coſmus Medices

Vide Io. Villanũ ciuem Florentinum, lib. 8.

Coſmus Medices magnus Dux bene affeĉtus erga Franciſcanos.

ces, magnus Hetruriæ Dux, qui ſingulari affectu proſequebatur illam Eccleſiã, & Fratres. Locus de Carmignano, vbi floruit Magiſter Ioannes Parens, primus poſt B. Franciſcum Miniſter Generalis. Hunc locum fundauit B. Bernardus de Quintaualle B. Franciſci ſocius; vixit quoque eo in loco B. Humilis à Peruſio, Prædicator eximius. Fertur, quòd dum prædicaret eo in loco B. Ioannes de Aluerna, pluuia deſcendens vniuerſam terram irrigauit, ſuggeſto intacto, & loco, vbi vir ſanctus concionem habebat ad populum. Locus Prati, vnde oriundus fuit Frater Arlotus, Magiſter in Theologia & Ordinis Generalis, qui contexuit librum Concordantiarum Bibliorum ſuppreſſo nomine, quę circunferuntur ſine titulo Auctoris. Locus Caſtri Florentini, cuius Eccleſia conſtructa eſt à nobili familia de Becijs de Certaldo, vbi conditus eſt Beatus Donatus Ferrarienſis, ſpiritu prophetico conſpicuus. floruit eo in loco Frater Iacobus de Triſſanto, qui xxij. Quadrageſimalia edidit, & varios ſermones. Locus Burgi Sancti Laurentij, vbi fuit Beatus Franciſcus. Dicunt, quòd ibi erat ſedile, vbi ſanctus vir inſederat, quòd habebatur in ſumma reuerentia. Locus de Nemore, vbi Sanctus Bonauentura accepit pileum Cardinalitium. Locus Barbarini. Locus S. Miniati, non reperitur alia memoria, quàm quòd anno 1343. conceditur Conuentus Fratribus S. Franc. vt poſſint Eccleſiam ampliare, ac dilatare.

B. Humilis.

Liber Concordãtiarum Mag. Arloti.

Frater Iacobus de Triſſanto.

CVSTODIA SENENSIS.

SENARVM. Ciuitas in Hetruria poſt Florentiam prima habetur, quæ pluribus, & ambitioſis oppidis dominatur, latumque agrum poſſidet. Erat Senis primò Oratorium non longè à Conuentu, vbi nunc Fratres habitant, & ibi Beatus Pater FRANCISCVS Roma rediens baculum, quem manu gerebat, humi infixit, illeque in arborem proceram, & pulcherrimam excreuit; ibi quoque Beatus FRANCISCVS curatus à Medico ignito ſibi temporibus ferro impacto, ad curandam oculorum lippitudinem, incendium vel cocturam non præſenſit. Locum verò, vbi nunc Fratres commorantur, partim Senenſes extruxerunt, partim verò Magiſter Franciſcus Sanſon Generalis, qui paulò ante in numerum Patrum cooptatus fuerat, Diui Franciſci Templum cęptum eſt an. 1326. cuius fundationi interfuit Dominus Ioannes Caietanus Cardinalis, Legatus Apoſtolicus. Ante fores Eccleſię adeſt nobile ſepulchrum marmoreum. Pius Secundus veniens Senas, Siluij Patris oſſa ex Corſiniano Senas deferri iuſſit, & Victoriæ matris ex domo forte guerrarum, quæ iacebat ante aram, extulit, ac vtrique parenti nobile ſepulchrum ædificari iuſſit candido marmore, quod ex Liguſticis montibus allatum fuit. Epitaphium verò ipſemet Pius dictauit hoc Diſtico.

Sepulchrum parentum Pii II.

Siluius hic iaceo, coniux Victoria mecum eſt.
Filius hoc clauſit marmore Papa Pius.

Orlandus Senenſis Bernardi de Malauoltis filius, veteris memoriæ ſtudioſus, notatu digna ab anno 1284. ad annum 1384. conſcripſit. Non longè ab vrbe Senarum eſt locus, cui Capriola nomen eſt, quem D. Bernardinus erexit in medio nemore, quod perpetuo viret lauro, & ilice frequenti nunquam non virentibus, vnde multum voluptatis haurit, qui ſolitudinem quærit. Floruit in Conuentu Senarum F. Bindus, qui varios ſermones contexuit, Beatus Petrus Pectinarius, de quo ſuprà præfati ſumus; B. Ludouicus Epiſcopus Tholoſanus tranſiturus in Galliam, ibi commoratus eſt, & reliquit animi ſui monimentum, videlicet Bibliam manu egregiè deſcriptam, voluitque lauare parapſidas per humilitatem. Senis inter Fratres de Familia Frater Gabriel Piccolomineus floruit, quem Pius Secundus Pontifex Max. præfecit Eccleſiæ Cluſinæ, & paulò poſt Hiſpalenſem Archiepiſcopum creauit. Locus Sancti Geminiani prope mœnia terræ, nam prior Eccleſia diruta fuit propter conſtructionem nouæ arcis, Fratresque emerunt locum cum Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ cum onere celebrandi feſtum ſancti Præcurſoris, emeruntq; locum à Reuer. Fratre Alexandro Laurentij de Bondelmontibus milite Hieroſolymitano, de quo rogatus fuit Ser Petrus Ser Bartholomæi Thadæi. Claruit quoque in hoc Conuentu F. Ioan. de Caulibus, magnus concionator verbi Dei, qui quaſdam Meditationes compoſuit. Eccleſia huius loci conſtructa fuit à quibuſdam ciuibus de Capitonibus. Locus Collis conſtructus tempore Gregorij IX.

B. Petrus Pectinarius.

F. Gabriel Piccolomineus Epiſcopus.

F. Ioãñes de Caulibus.

& pia liberalitate Fratribus donatus ab vniuerſitate; commiſitq; Summus Pontifex Priori Senarum Ordinis Dominicani, vt nomine ſuo primarium lapidem iaceret, per Dat. Peruſij quinto non. Martij. Floruit præter egregios viros, quorum memoria deſideratur, Magiſter

B. Lucheſius.

Ioannes de Colle, qui fuit Generalis. Locus de Podio Bonicij, vbi iacet B. Lucheſius. Id oppidum parui momenti eſt, in plano iacet apud Elſanam fluuium olim in alto monte, vbi eſt monaſterium Fratrum, fuit ambitu magnum, populo plenum, neque expugnatu facile: ſed à Florentinis primo muro apertum eſt, cùm eſſet partium Gibellinarum, deletoq; oppido, remanſit locus ferè in ſolitudine, vbi conditus eſt Pater iſte Lucheſius, dictus de S. Caſſano, qui fuit auctor & dux factionum Guelphorum, dimiſſaq; patria ad Podium Bonigij ſe recepit, vbi bonarum operum ſtudioſus habitum ſanctæ conuerſionis à B. Franciſco humiliter ſuſcepit, in quo ſanctè vixit, multosque ſecum traxit, de quo plura ſuperius diximus. Locus Volaterrarum, de quo nulla habetur memoria ob loci vetuſtatem. Locus Aſſiani, vbi noſtro tempore floruit Magiſter Iacobus Mazzonius. De loco nulla alia habetur memoria, niſi quòd in quadam Capella familiæ Bandinellorum habentur eius familiæ inſignia, anno 1361.

CVSTODIA ARETINA.

HAEC Clariſſima eſt Cuſtodia propter locum Aluernæ, vbi B. Pater Franciſcus ſacra IESV Chriſti ſuſcepit inſignia. Habet hæc Cuſtodia locum Aretij, habebant Fratres locum extra vrbem ſitum in eo loco, qui vulgò dicitur il Poggio: ſed eo deſtructo, Fratres ſe receperunt in vrbem, ædificato dormitorio, & quadam Capella; ſed elapſo aliquanto tempore venerabilis Pater Frater Angelus de Meglio Aretinus magna diligentia, non ſine ingenti labore,

B. Benedictus.

& ſumptu, inſignem Eccleſiam, & Monaſterium extruxit. Floruit eo in loco B. Benedictus gratia & nomine benedictus, primus Miniſter Antiochiæ, qui Imperatorem Conſtantinopolitanum, & Ioannem Regem Hieruſalem ad Ordinem B. Franciſci recepit, & circunquaque iacentes populos continuis prædicationibus ad fidem Chriſti conuertit; multaq; piè inſtituit, de quo illud inſigne narratur: Cùm enim Conuentus Aretij vexaretur à ſpiritibus immundis, B. Benedictus inſtituit, vt cantaretur illa Antiphona, Angelus locutus eſt Mariæ, dicens. Quam inſtitutionem confirmauit poſtea Diuus Bonauentura Generalis. Hunc lo-

Io. Maria Zauara Epiſcopus.

cum plurimum exornauit Ioannes Maria Zauara Aretinus Epiſcopus Neapolis Romaniæ. nam ſacrarium ornauit vaſis argenteis, & pacem pulcherrimam conſtruxit. Dominicus

Dominicus Nardus, & Aurelius.

quoque Nardus, & Aurelius filius, verè Aurelius aureæ.ſ. & inſignis probitatis adoleſcens, qui plurimis beneficiis diuina quadam æmulatione hunc locum cumularunt. Detulit quoque B. Benedictus digitum Danielis Prophetæ, per quem Deus magnalia operatus eſt, operaturq; in dies; vnde leguntur illa carmina.

Hic Syria in patriam digitum Danielis ademit,
In Patria tandem perijt potiturus Olympo.

Habet quoque hæc Cuſtodia ſacrum locum Aluernæ inſignem ob frequentiam Angelorum, quædamq; ſubijciam de eo.

DE SACRO ALVERNAE ſiue Lauernæ Monte.



Rupibus atq; antris Alverna horrētibus hic mōs
In quo Franciſcus ſtigmata ſacra tulit.

ALVERNA Beati Franciſci domicilium, eſt Mons in arduis Apennini iugis altitudine procerus, ab alijs montibus ſeparatus, tribus à lateribus quaſi quibuſdam altiſſimis mœnibus cinctus, à Biblena nobili oppido in agro Cluſentino diſtans ſeptem millia paſſuum. Quidam Auernam à Verna deduci putant. Erat enim Verna apud Romanos Dea latronum, habebatque templum Romæ, vbi à ſicarijs Verna colebatur. Vtcunque ſit, Mons iſte eſt ſublimis, cuius ſummum cacumen nemo ſcandere auderet, niſi frequens fagus proſpectum diſcriminis auferret, & caſuris promitteret obicem. Fagi amplæ ſunt in cacumine, herbæque, & virentia prata, quibus nouas faciunt vmbras. eſt quoque maxima copia illius herbæ, quæ vulgò Carolina dicitur, herba eſt ſpinoſis foliis, quæ ſolo hærentes flores muniunt: dicta autem putatur Carolina, quòd magno quondam Carolo diuinitus oſtenſa ſit ſalutaris aduerſus peſtiferam luem. Fama eſt illum, cùm Romam peteret cū exercitu tabe peſtifera laborante, ſuper hac calamitate anxium in quiete Angelum vidiſſe, qui dixerit, Surge, & cùm iugum montis aſcenderis, iaculum proijcito, herbamq; illam legito, cuius radicem ferro iaculi vulneraueris, hanc tereto; & redactam in puluerem cum vino ægrotis dato vt bibant, & virus omne depellet, tibiq; exercitum conſeruabit. Sed hæc parua ſunt, ſi comparentur ad ſingularem illam prærogatiuam, qua Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus eo in monte inſigniuit ſeruū ſuum Franciſcum, vnde meruit mons iſte

Carolina vnde dicta.

Viſio Angeli remedium cōtra tabidā luem oſtendentis.

Mons Angelorũ.

appellari Mons Angelorum ob inſignem Angelorum conuerſationem & cuſtodiam, vbi dulciſſima quædam amatoria ſolatia inter ſpiritum Dei, & ſpiritum B. Franciſci iugiter, & feliciter frequentata, teſtarentur ſacrorum vulnerum impreſſa ſignacula. Locus ſanè inhoſpes, & horridus, quem ſibi elegit B. Franciſcus, vt in ſecretiſſima illa ſolitudine habitaret cum Deo: ibi apparent impenetrabiles cauernæ, abrupti, & ſuſpenſi lapides, ibi ſunt itinera ſola æſtate calcanda, cùm Sol omnes ebibit humores: pluuiali tempore loca dixeris inacceſſa: vndique rupes in baratra pergunt profundiſſima, in quæ horror ſit aſpiciens. Exinde ſuperato iugo perinſigne cœnobium conſtructum eſt, in quo manſiones plurimæ ſunt, omnia officinarum genera, quæ neceſſaria religioſi ducunt Dormitorium in quadro poſitum nihil non religioſum, nihil non nitidum, vt quiſquis mortalium ſe ex improuiſo magna cordis compunctione commoueri præſentiat. Locus enim ipſe pio quodam, & diuino ardore animas ad beatè viuendum, ad relinquendas mundi huius ſordes incredibili modo excitat, vt diuina quædam vox perſonare videatur, LOCVS SANCTVS EST, FINEM PECCANDI FACITO. Cùm itaque Beatus Pater Franciſcus locum quæreret, vt à mundi ſtrepitu omnino ſequeſtratus Deo (vt ei fuit ſemper in animo) attentius inſeruiret, Orlandus Cataneus ex oppido Cluſinoui in Cluſentino, Beati Franciſci prædicatione commotus ſponte montem huiuſmodi obtulit, vt infrà dicam. Qua re cùm Beatus Franciſcus accepiſſet à ſociis hunc locum procul eſſe ab humano cultu, nulli cognitum niſi Deo, libenter accepit non tam commorandi, & contemplandi ſtudio, quàm ieiuniis vacandi. ibi enim Quadrageſimam Sancti Michaelis Archangeli celebrauit; deinde certior factus eſt à Domino, quòd futurus eſſet dux in militia Chriſti. Verùm (mirabile dictu eſt) cùm Beatus Franciſcus conſcenderet hunc montem cum F. Maſſæo, Fratre Leone, & Fratre Angelo Reatino, fatigati quieuerunt, & ecce aues garritu, & alarum tota lætè Franciſcum & ſocios obuios excipiunt, quædam ſuper ſcapulas, quædam verò ſuper caput volitant, cuius rei euentu Beatus FRANC. dixit ſociis, Videte fratres, auiculas ſorores noſtras, quantum lætitiæ capiunt aduentu noſtro, cuius rei ſignum eſt, quia Deus vult nos iſtic commorari. Itaque in duriſſimo ſibi lapide lectum ſtrauit, hic ſe ieiuniis, & vigiliis macerauit, hic denique Deo gratiſſimum præbuit famulatum. Sed interim acerrimas Dæmonum perſecutiones longo certamine tulit, adeò vt rarò inducias acciperet. Quò tamen grauius contundebatur, eò magis diuini auxilij conſolatione ſubleuatus eſt. Verùm ſpiritus ille nequam, humani generis hoſtis perpetuus, qui vbique viro Dei inſidias moliebatur, atque infeſtus fuerat, cuius multos ille patiebatur incurſus, opportunam nactus occaſionem, in eum atrocius ſæuiens, cùm nec technis, nec vllo aſtu, vel callidis inſidiis (quibus vti ſolet) à propoſito eum deflectere potuiſſet, à præcipite ſaxo altitudinis cubitorum LXXV. ad ima præcipitare voluit, ſed fruſtra. Nam eum ita infixis ſaxo digitis hoſti reluctatum ferunt, vt etiam eis in hunc vſque diem ſaxum concauum cernatur; cuius exceptione ſanctus vir mirabiliter ereptus fuit. Nam vir ſanctus in tanto diſcrimine vitæ poſitus, manus extendens ad ſaxum, vnà cum tota corporis poſteriori parte Dæmonis vim, impetumque adeo illæſus contudit, vt ipſa ſaxi duriſſima materies extenſarum manuum acceſſum, perinde ac mollis cera illicò & digitos lapidi admotos exceperit. Quorum impreſſio demonſtratur, quamuis temporis antiquitate, & ventorum & imbrium rabie ita exeſa ſunt, vt vix digiti veſtigia appareant; Tum etiam quia deuotionis cauſſa ferro vel cultro iam iam abraſa ſunt. Exhorrui, cùm me ſemel viſendi hunc locum deuotio inceſſit. Hæc prærupta ſunt laude & memoratu digna, ibi antra, ſciſſuræ, templa, delubra, ſacella, prodigia, & miracula ſanctorum virorum, Angelorum ſolatia, fractiones rupium, & petræ in paſſione Chriſti ſciſſæ ſingulari modo apparent. Quod Patribus fuit reuelatum; ibi Minorum eſt approbatus Ordo; ibi bulla eſt impreſſa in carne Beati Franciſci, cùm ſanguis ex lateris vulnere exiit ceu cruor agni recenter occiſi. Et mirum, quòd vulnera horrorem alicui non incuſſere, nec computruere, ſed ſemper recentia & rubicunda permanſere. Ibi doctrina ſaluberrima à Chriſto comprobata, ibi caro Beati Franciſci certitur depreſſa, ibi futuræ vitæ pignus collatum eſt, ibi in corpore & anima Beati Franciſci miranda ſunt declarata. Quot ibi ſanctus Pater Franciſcus ſuſpiria emiſit? Quot amaros ſingultus ex intimis viſceribus eduxit? Quoties arentem humum lacrymarum imbribus madefecit? Quoties mens eius diuinis inſtillationibus perfuſa loquebatur cum Angelis? Verè Mons Dei, mons pinguis, mons in quo beneplacitum eſt Deo inhabitare.

Aues Franciſcum mõtem conſcendentẽ excipiunt.

Dæmon ex prærupto montis cacumine B. Franc. ab oratione deturbare conatur.

Impreſſio ſacrorum digitorũ in lapide indicat diuinam gratiam, quæ nũquam Dei ſeruos deſtituit.

Minorum Ordo approbatus ĩ Mõte Aluernæ p impreſſionem ſacrorum ſtigmatum.

QVO-

QVOMODO MONS ALVERNAE *fuit conceſſus Beato Franciſco.*

ACCIDIT ſemel, quòd Beatus FRANCISCVS à ciuitate Spoletana in prouinciam Romandiolæ iter aggreſſus, aſſumpto ſibi in ſocium Fratre Leone, intellexit feſtum celebrari in quodam oppido Montisferetrani, vbi conueniebant multi nobiles viri. Quo audito Beatus Pater dixit Fratri Leoni, Eamus, quia nobis vehementer laborandum eſt pro animarum ſalute. Vbi autem peruenerunt ad arcem Sancti Leonis, vbi nuptiæ celebrabantur Comitis Sancti Leonis, qui cum Orlando Cataneo erat conſanguinitate coniunctus, cœpit Beatus FRANCISCVS concionem habere, aſſumpto hoc themate, Tam ingens eſt bonum, in quo mihi ſperandum eſt, quòd omnis pœna eſt leuis. Orlandus, qui aderat, viſo tam ingenti deſpecti hominis ardore, conceptaque ſpe in Beatum Franciſcum, concione abſoluta, longum iniuit cum eo ſermonem de ſalute animæ. In quo præfatus Orlandus mirificè fuit ſpiritualiter recreatus, obtulitque ei ſponte Montem Aluernæ, cuius ipſe erat dominus; placuitque Beato Franciſco vt aſſiduæ contemplationi Paſſionis IESV Chriſti attentius intenderet, vt verè diceretur Franciſcus filius Regis altiſſimi, nulla carens integritate, ſanctiſſimoque Crucis vexillo ſignatus.

COMPARATVR MONS ALVERNAE *ad reliquos Montes ſacrarum ſcripturarum, apparetq́; in eo ſingularis prærogatiua, diuina accedente gratia.*

MONS Dei, Mons pinguis. In Monte Morac requieuit arca Noe poſt aquarum colluuiem. In Monte Aluernæ requieuit Beatus FRANCISCVS Arca diuinæ gratiæ. In Monte Bethel ſtetit Abraham ab egreſſu patriæ, & cognationis ſuæ. In ſacro Monte Aluernæ habitauit FRANCISCVS, qui Abraham imitatus eſt in fide. Ille dictus eſt Abraham, ideſt Pater multorum: hic ſingulari vitæ exemplo multos ad vexillum Crucis congregauit. In Monte Galaad ſtetit Iacob fugiens Laban, ac iuramentum factum eſt inter Laban, & Iacob: In monte Aluernæ vir Dei Franciſcus Diabolum, mundum, & carnem ſupplantauit, & fregit, Deoque iuramentum præſtitit confirmatum in carne ſua. In monte Phaſga Balaam vidit Iſrael: In monte Aluernæ Franciſcus vidit Chriſtum. In monte Hor conditus eſt Aaron: In monte Aluernæ Franciſcus Chriſto qui eſt vita, ſummè copulatus. In monte Abirin Moyſes ſpeculatur terram promiſſam Iſrael, nec ingreditur: In monte Aluernæ vitam æternam cernit Franciſcus ſibi promiſſam. In monte Syna lex vetus Moyſi datur: In monte Aluernæ lex Euangelica Franciſco exaratur. In monte Gatizim Ioſue benedictio datur à Domino: In monte Aluernæ Beato Franciſco benedictio data confirmatur. In monte Moria Templum Domini à Salomone ædificatur: In monte Aluernæ corpus, & anima Franciſci ſingulari quodam modo efficitur, & conſecratur templum Chriſti. In monte Libani thus colligitur, quod Deo offertur: In monte Aluernæ Franciſcus in Crucis ara Deo ſacrificatur. In monte Golgota, & Caluariæ IESVS crucifigitur: In monte Aluernæ FRANCISCVS Crucifixo conformatur. Mons itaque Dei, Mons pinguis, in quo beneplacitum eſt DEO inhabitare. Itaque Mons iſte ſingulari prærogatiua eſt inſignitus, vbi Beatus Franciſcus ſacra ſuſcepit ſtigmata, vt verè illud dicere poſſet: Signa, & mirabilia fecit apud me DEVS excelſus.

Ibidem. Gen. 18. Gen. 13. Gen. 33. Num. 23. Num. 18. Deut. 32. Exod. 20. 3. Reg. 6. Luc. 22. Pſal. 67. Dan. 4.

DE SACRIS STIGMATIBVS, QVAE B. FRANCISCVS *ſuſcepit mirabiliter in carne ſua.*

MIRABILIS Deus in Sãctis ſuis,& præcipuè in ſeruo ſuo Franciſco, quē Dominus voluit inſignire ſacris ſuis ſtigmatibus.neque hoc excedit humanum captum,cum videamus multas transformationes naturaliter fieri. Dicũt enim Naturales,animam habere vim corporis complexionem transformandi ex forti imaginatione in obiectum quod imaginatur, & B. Auguſtinus ait,animam habere dominium transformandi corpus ad qualitatem, vt poſſit immutare, ſicut veſtimentum ſuum,ſicut paſſim videmus multos ſola imaginatione illudi. Habemus etiam in Gen. de virgis Iacob. Sed ſtigmatizatio B. Franciſci non quidem virtute naturali, ſed ſola virtute diuina impreſſa eſt; quod patet, quia in manibus,& pedibus reperti ſunt claui ſolidi, & obtuſi, qui extra manus protendebantur, & pedes qui recuruabantur adeo,vt intra recuruationē arcualē ipſorũ digitus manus immitti valeret. Hoc conſtanter aſſeuerat D. Bonauentura,& plures Summi Pontifices,præſertim Gregorius IX. qui B. Franciſcum, Sanctorum aſcripſit catalogo. Alexander Quartus, qui ſtigmata vidit oculis proprijs,viuente adhuc B. Franciſco: Nam cum Neapoli exiſteret Cardinalium Epiſcoporum prior Pontifex Maximus renunciatus eſt anno 1254. & anno primo ſui Pontificatus deuotionis cauſa acceſſit ad Montem Aluernæ propter impreſſionem ſacrorum ſtigmatum ibi factam in corpore Beati Franciſci, quæ ipſe oculata fide antea cõſpexerat. Idem quoque teſtantur Albericus Notarius, Thomas Rainerius Camerarius, Ioannes de Græcio,& plerique alij,pluresque habuerunt reuelationes de impreſſione ſacrorum ſtigmatum. Extat adhuc ſacrum illud delubrum,vbi B. Pater ſuſcepit ſacra ſtigmata in corpore ſuo, vbi dum fratres canunt illam antiphonam, Cœlorum candor, ſubiungunt, Signaſti Domine hic ſeruum tuum Franciſcum. Ianua delubri ſatis anguſta eſt,nec ab re factum puto,nempe,vt homo ingrediens ſeſe colligat, ſeſe extenuet peccatorum ſarcina depoſita. Quid autem viſum fuerit B. Franciſco,quid dicere, quid acclamare voluerit,dum ſacris illis ſtigmatibus inſigniretur,aptè quidem & decenter,his fuit expreſſum carminibus.

Auicenna lib. 6. naturaliũ, par. 4. cap. 19.

Auguſtinus li. 2. de Trin, cap. 4.

Gen. 30.

D. Bona. in legēda maiori par. 13.

B. Antoninus tertia parte hiſtoriæ ti. 24. cap 3.

Omnipotens Diuum pater, ac ſator optime rerum,
Seruatorq́; hominum, cœlum qui numine torques:
Sternis,& vndiſoni maris æquora comprimis, iras
Ventorum effrænas,atque impia tartara quaſſas,
Me ne hodie tantis vltrò fulgoribus ornas?
Tanton' me Genitor duxiſti munere dignum?
His ne meos radiare iubes inſignibus artus?

CONFIRMATIO GREGORII IX. *Pontificis Maximi De ſacris ſtigmatibus B. Franciſci, in Vaticano ſeruata*

GREGORIVS Epiſcopus, &c. Prioribus, & Prouincialibus Ordinis Fratrum Prædicatorum. Non minus dolentes accepimus quàm irantes, quòd quidam frater veſtri Ordinis, Euccardus nomine, immemor quòd ſermo prædicantium ſalis gratiæ ſemper habere debeat condimentum; cum perueniſſet Oppauiam Morauię Ciuitatē, de prędicante tranſiens in blaſphemum in communi dicere non expauit, quòd in laude B. Franciſci per quoſdam ex diſcipulis ſuis piè propoſita deberent haberi pro reprobis, quòd in eius corpore Chriſti ſtigmata non fuiſſent. Quid vltra? nec Chriſto, qui Sanctum eundem manibus, pedibus, ac latere huiuſmodi ſtigmatum priuilegio decorauit, nec nobis, qui ex tanto

Ex Vaticano.

miraculo

miraculo cum cæteris probato ſolenniter cauſam ſpecialem habuimus, quòd ipſum aſcripſimus catalogo Beatorũ deferendo dicti fratris elatio in tantam prorupit inſaniam, ꝙ diſcipulos memoratos coram populo quæſtuarios, & falſos prædicatores appellans impudenter aſſeruit, quòd in ipſos, & conſimiles auctoritate noſtra excommunicationis poſſet ſententiam promulgare. Verùm cùm non ſolùm iam dictæ nequitiæ protulerit verba, ſed & ipſis alia peruerſa proximorum pace ſuaq́ue ſalute poſtpoſitis cumularit, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiẽdo mandamus, quatenus ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, fratrem eundem, apud quẽcunque fuerit, ſuſpenſum à prædicationis officio ad noſtram mittatis præſentiam pro meritis recepturum. Datum &c. ij. Cal. Aprilis: Pontificatus noſtri anno xj.

Retundit impudẽtiam inflati hominis.

CONSECRATVR MONS ALVERNAE à ſeptem Epiſcopis iuſſu Alexandri Quarti Pontificis Maximi.

ALEXANDER Quartus, Pontifex Max. ob ſummam reuerentiam, & propenſam pietatem in Beatum Franciſcum, præcepit Generali Miniſtro Ordinis ſub Dat. Neapoli, ſexto idus Aprilis, quatenus in loco Aluernæ fratres eligere tdeuotos, & religioſos viros, qui ibidem Domino famularentur: Mandauitq́ue Stigmata Beati Franciſci in magna haberi veneratione, anathemate in illos animaduertẽs, qui audacter, & temerè ſuſtinerent Stigmata nõ eſſe realiter impreſſa in carne Beati Franciſci: Mandauitque ſeptem Epiſcopis, vt Montem Aluernæ conſecrarent vnà cum inſigni Baſilica in cacumine montis in honorem Beatæ Virginis, vbi fratres ob maximum Cœli rigorem rem ſacram faciunt: non eſt quidem ampla nimis aut ſplendida Eccleſia, ſed incredibili modo ſanctitatem redolet. Siquidem mons ille eſt veluti altera Hieruſalẽ in ſublimi poſita. Septem verò Epiſopi fuerunt Epiſcopus Aretinus, Florentinus, Feſolanus, Peruſinus, Aſſiſiatum, Tiphernatum, & Vrbinatum, tempore Sancti Bonauenturæ Generalis Prefecti anno 1260. die 20. Auguſti, Generalatus ſui anno quarto.

Mõs Aluernæ eſt veluti altera Hieruſalem.

SAPHICVM CARMEN.

Quo declaratur ſingularis Chriſti dilectio in Beatum Franciſcum, dum ei impreſſit ſacra Stigmata.

Ille, cui nunquam genus eſſe lapſum
Deſtitit curę, regit aſtra, mundum,
Geſſit in ligno ſcelera parentum
Debita ſolus,

Poſt opus tantum, ruiturus ibat,
Vidit in prçceps, quia noſter Ordo,
In chaos tetrum, tenebrasq́; nigras,
Iuraque vitæ.

Motus immenſa pietate venit
Denuo terris, adijtq́; figens
Carne FRANCISCO patiente ſemum
Stigmata cordi.

Vt nouus mundo reniteret alter
Chriſtus impreſſis manibus figuris,
Carneis clauis pedibus retortis,
Vulnere ſancto,

Sicque compaſſus lateri rubentis
Ferrat affixum, roſeumque vulnus,
Totus vt Chriſto Cruce ſeruus eſſet
Concrucifixus.

O virum ſeclo celebrem carente
Fine, quis talis ſimilis per orbem?
Nemo, cur (mirum facinus) nouantur
Signa ſalutis.

Ferculis parcis, gelidique potu
Fontis, arcebat procul à ſacrando
Corpore, vrentes ſceleroſa fletu
Flumina flammæ.
Montis & celſum peterat cacumen,
Quò quater ductis decies diebus
Solueret feſtum Michaelis almi,
Nempe Lauernæ.
Rupe dùm clauſus ſpeculatur omnes
Sub ſpecu duros lacrymis dolores,
Quos tulit mundi Sator, & redemptor,
Ardet amore.
Mittit & longos gemitus ab imo
Corde manantes, oculi redundant
Fletibus, Cælos acies apertos
Tramite luſtrat.
Vnda fulgenti, ſubitò volantem
Tunc ſeraph cernit radio propinquam
Hunc locum lapſu celeri petentem
Ore decoro.
Hæc vbi ſacro celebrata monte
Geſta, diſceſſit rapido volatu
Chriſtus, & tanti memoranda Regis
Signa reliquit.
Cui pater? cui nam? lapidi nec vnquam
Quum tua carni magis exarantur
Numinis viui digito tabella
Tu ſacra legis.
O gregis parui vigil, omne, cunctos,
Da vafritelum penitus vitare
Hoſtis, & tutas penetrare ſaui
Aequoris vndas.
Laus in excelſo genito, parenti,
Spiritu, ſimplex tibi trine ſeclum,
Qui reformaſti, pia iura ſeruo
Vulnere figens.

SANCTORVM RELIQVIAE, QVAE in ſacro Aluernæ monte aſſeruantur.

Hereticorum impietas.

NON poſſum me continere, quin excandeſcam, cum audio noſtrę ætatis hęreticos tanta impietate debacchari in Sanctorum reliquias, quanta olim Pagani, & hoſtes Crucis Chriſti deſæuiebant in ipſos Sãctos. ea ratione deſcribam inſignes quaſdam reliquias, quæ in ſacro Aluernæ monte aſſeruantur, tanquàm æterni, & nunquam deſituri theſauri, & certa quædã præſidia, & medicamenta animarum & corporum, ad remedium, & ſolatium omnium afflictionum. Nam per reliquias in terris nobis Summo Dei optimi maximi beneficio relictas, illos Heroes admiramur, qui in cœlũ recepti ſunt, cũ Angelis regnãt, quique illuſtriſſimum gloriæ ſplendorem ſuis ipſorum meritis, & præclaris virtutibus per Ieſu Chriſti gratiam ſibi in omnia ſecula compararunt. Extat itaque in primis pars de Tunica B. Franciſci, & ſociorum eius, cernitur ſcyphus ligneus cum tincto pane, quem ſitienti Franciſco exhibuit Comes Orlandus, a quo constructa eſt turris campanaria cum maiori campana, quique voluit tumulari in monte in interiori eccleſia, penes quã erãt cellulæ, vbi manebat B. Franciſcus cum ſocijs ſuis. Porrò B. Antonius Patauinus, B. Franciſci ſanctitatis odorem præſentiens, eodem loco aliquod tempus commoratus eſt, & iuſſu Gregorij

Tunica B. Franciſci.

IX. Pont. Max. ſermones compilauit. Verùm propter frigus ingens, quia natura corpulentus erat, rigidioris aeris intemperiem ferre non valens, aliò commigrauit. Hunc ſacrũ montem ſuis meritis illuſtrarũt ſanctiſſimi Viri, & precipuè B. Gulielmus de Radicoſano He-

B.Gulielmus, & B.Ioannes.

truſcus, & B. Ioannes Firmanus cognomento Lauernicola anno 1213. ab illuſtri Comite datus fuit hic Locus B. Franciſco, de quo extat inſtrumentum apud fratres in monte Aluernæ, ſed tempore magiſtri Gulielmi Generalis ab Eugenio Quarto, anno 1431. datus fuit fratribus de Familia.

Et hæc ſunt, quę breuiter mihi dicenda erant de hoc ſacratiſſimo monte, cuius pręrogatiuas & excellentiam velle ſufficienter narrare, non eſt parui negocij.

Habet quoq; hęc Cuſtodia locũ Pupij, qui fuit cõſtructus ab illuſtri familia Bottifolle Comitum Terræ Pupij. In Clauſtro in lapide affixo leguntur iſta verba.

Anno 126. Indictione v. feliciter Comites Guidò Nouellus & Simon filij olim Domini Comitis Guidonis Dei gratia in Thuſcia Palatini hanc eccleſiam ędificari fecerunt

ad

ad honorem Dei, & B. Virginis, Sancti Franciſci, Sancti Ioannis Euangeliſtę, & omnium Sanctorum.

Conditus eſt in eodem Conuentu Beatus Iacobus Balectarius, cui à Chriſto (vt fertur) reuelata eſt ſuorum peccatorum remiſſio; quo oraculo inuentæ ſunt manus eius ſuaui odore perfuſæ. Noſtro tempore vixit magiſter Sebaſtianus Puppius primæ philoſophiæ profeſſor in Taurinenſi Academia, vir omni liberali doctrina ornatus. Locus Gangareti, vbi Beatus Pater Franciſcus commoratus eſt; cuius opę fons viuus in nemore extillauit. Locus Montis Varchij, de quo nulla extat memoria, niſi quòd in Tribuna apparēt inſignia Riſcaſuleę nobilis matronæ Florentinę. Viuit hodie magiſter Aurelius aptus ad Sacras cōciones habendas ad populum. Locus Lucignani, quem hoc tempore illuſtrauit magiſter Bartholomæus Baſſius Sacrę Theologiæ apud Ticinenſes profeſſor, qui aſſumpta Capuccinorum tunica non multo poſt obijt. Locus Caſtilionis Aretini, quem ſuis miraculis & vitæ ſanctitate exornauit Beatus Manſuetus, qui apud Sanctum Ludouicum Francorum regem in ſummo pretio habitus fuit, à quo etiam accepit deuotionis cauſa partem ſacratiſſimæ Coronę ſpineæ, qua ſanctiſſimum Chriſti caput fuit perforatum. Locus Cortonæ, quem magna ex parte extruxit F. Helias, qui etiam detulit admirandam Crucem, quam Helena Conſtantini mater confecit, eamque deferebat Conſtantinus ſuper ceruicē equi, cum pugnatum ibat, ſemperque redibat cum victoria. Circa hanc Crucem ſunt expreſſi quidam characteres, quos nullus, quem ego ſciam, poteſt intelligere. Audiui quendam Epiſcopum Hieroſolymitanum, Roma illuc profectum, lectis illis characteribus genibus flexis totam Eccleſiam perluſtraſſe non ſine multis lacrymis; & habetur que Crux ab incolis in magna veneratione. Nam Deus operatur multa in oſtenſione huius Crucis, præſertim in fugandis tempeſtatibus, & in reſtinguendis incendijs. Non longè ab vrbe eſt locus antiquior Cellularum, vbi habitāt Patres Capuccini, in quo etiam commoratus eſt Beatus Franciſcus, & Beatus Guidus Cortonenſis, qui adhuc iuuenis prædicāte Beato Frāciſco, in foro auditores omnes moleſtia afficiebat, vt eſt mos adoleſcentum, qui plerumque rationis habenas dimittentes inſoleſcunt; quem Beatus Franciſcus fixo intuitu cum aſpexiſſet, vt Chriſtus aſpexit abnegantem Petrum, Guidus tactus doloreque cordis intrinſecò mox aſſumpto habitu Beati Franciſci veſtigijs conſtanter inhæſit. Floruerunt in hoc Conuentu multi inſignes viri. Claret etiam ſuis virtutibus præter ingenij [illegible], & vitæ qua præſtat probitatem, Frater Petrus Capulius (cognomento [illegible]) [illegible] Conuentus Venetijs.

B. Iac. Balectari⁹.
M. Aurelius.
Magiſter Bartholomæus Baſſius.
S. Helenæ Crux admirāda in Cōuentu Cortonæ.
B. Guidus cōuertitur.
F. Petrus Capulius.

CVSTODIA CLVSINA.

HABET hæc Cuſtodia Locum Cluſij, Locum Caſtri Plebis, Locum Senonæ, vbi B. Aegidius habuit à Deo mirabiles viſiones, in quo iacet etiam B. Guidus ſpiritu prophetico, & vitæ ſanctitate plenus, alius quoque Beatus, qui fuerat Canonicus Sanctæ Muſtiolæ de Cluſio, qui in die viſitationis B. Virginis, vt alter Simeon, Ieſum in vlnis geſſit. Locus de [illegible]rliano, à quo non longè diſtat Eremus, vbi B. Frāciſcus commoratus eſt, & carnis tentamenta patiens niue, & glacie ſe duriter afflixit. Locus Radicofani captus eſt anno 1556. intra mœnia oppidi, ante fores Eccleſiæ leguntur iſta verba: Anno Domini 1257. Indict. 15. tempore Domini Alexandri Papæ Quarti. Locus Plani Caſtanearū conſtructus fuit anno 1278. à Comitibus Pitiliani (vt fertur) cuius rei argumento ſunt inſignia illuſtriſſimę domus in Capella maiori: dederūtq; pro uictu fratrū molēdinū, quod hodie poſſidet Vniuerſitas Plani, reſpondens fratribus quotannis quædā ſtaria frumenti. F. Dauid Epiſcopus Suanæ iecit primarium lapidem ad honorem Sanctæ Mariæ Maioris tempore Ioānis XXII. Pont. Max. Extat Bulla in Cōuentu de fundatione huius loci. ibidem floruit B. Andreas de Plano, magiſter inſignis, & tantæ perfectionis, vt Chriſtus ſemel apparuerit in ſpecie Seraphim [illegible]; fuit quoque magiſter alter, auus magiſtri Antonij Fera, qui præfuit Prouinciæ Tuſciæ, & magiſter Antonius Fera, qui fuit totius Ordinis Generalis Viſitator Apoſtolicus Prouinciæ Siciliæ, & à Gregorio XIII. Pont. Max. creatus eſt perpetuus adminiſtrator Eccleſię Marſicanę in Baſilicata. Locus S. Proceſſi cōſtructus à ciuibus bonis Dominis Senenſibus.

Ieſus in vlnis Beati cuiuſdam.
B. Andreas de Plano.
M. Antonius Fera.

ſibus. Locus Columbarij, vbi iacet B. Guidus de Soluena, cui fuit reuelatum (vt fertur) futuram eſſe nouam prolem in Religione, quæ ſub prętextu nouæ Regulæ diuidetur ab alijs fratribus, qui multa impiè agẽt, & erunt Deo per omnia odioſi. Eodem in loco commoratus eſt aliquod tempus B. Bernatdinus Senenſis. Locus Montis Ilcini captus anno 1285. & Dominns Simon Abbas Sancti Antonij Vallis ſtarciæ conceſſit fratribus præfatam domum ad uſum, quam conceſſionem confirmauit Honorius Põt. Floruit in eo Conuentu B. Philippinus, qui multos ad fidem conuertit, & quem ſuperius memorauimus. Claruit quoque noſtro tẽpore Magiſter Antonius Poſius Ordinis Procurator, vir ſummę eruditionis qui obijt in Conuentu montis Ilcini; Viuit hodiè nobiſcum Magiſter Hieronymus de mõte Ilcino, vir eximiæ probitatis, & ab epiſcopo Mutinenſi in pretio habitus. Locus montis Politiani, primò ſub tit. S. Margaritæ infra ſaxum ab Archipresbytero data fuit Fratribus Sancti Franciſci, anno 1269. & Dominus Guilielmus Epiſcopus Aretij precibus egit, vt Dominus Ventura Archipresbyter pia liberalitate donaret, & donauit fratribus ad honorẽ B. Virginis, & B. Franciſci, tempore F. Vbaldi Piſtorienſis Cuſtodis Cuſtodiæ Cluſentinæ, & Fratris Philippi de Caſtilione Guardiani. Angelus quoq; Daneſius Politianus, ſindicus apoſtolicus, Locum ipſum conſtruxit, & multis beneficijs cumulauit. Locus Corſignani, quæ Pienza dicitur, conſtructus fuit ab Vniuerſitate ea lege, vt omnes qui haberent vineas tempore vindemiarum ſoluerent fratribus vnum ſtarium vini, & die Mercurij, & Sabbati prędictis fratrib. facerent eleemoſynas. Sed frigeſcẽte Chriſtiana charitate locus eſt pauperrimus factus, in loco tamen amęno, & iucũdo aſpectu, cui objicitur ad meridiem Amiata mons aſpectu gratiſſimus.

Auctor Conformitatum.

B. Philippinus.

Mag. Ant. Poſius.

Mag. Hierony. de monte Ilcino.

F. Angelus Daneſius.

CVSTODIA MARITIMA.

HABET hęc Cuſtodia Locum Maſſę, vnde eſt oriundus S. Bernardinus, in quo etiam floruerunt ſanctitate Viri, extant inſignia domus Bandinorũ nobilium Senenſium in eccleſia, & etiam vniuerſitatis Maſſę: vnde comprehenditur hos fuiſſe auctores. Locus Plumbini, vbi noſtro tempore claruit Mag. Guerinus Eccleſiaſtes inſignis. Locus de Druſeto. Locus de Caſtilione, qui dicebatur Parochia Sancti Leonardi, & ad preces Epiſcopi Aretij data fuit fratribus à Piſanis, qui à quodam fratre Manſueto Caſtilionenſi multa beneficia ſuſceperant. Locus fuit auctus, & multis beneficis cumulatus. Locus de Subereto vnde fuit Magiſter Guidus, qui fuit Generalis Ordinis, ſed forte in ſciſmate, vt teſtãtur verba inciſa in lapide eius ſepulchri, Locus fuit conſtructus ab vniuerſitate an. 1288. Eccleſia conſecrata à Domino Bartholomæo Epiſcopo Groſeti. Floruit ibidem quidam F. Ludouicus Baccalaureus, qui nonnulla ſcripſit. Locus Monterij, vbi noſtro tempore viuit Magiſter Paulus Monterius Theologus, & Eccleſiaſtes clarus, Prouincialis Tuſciæ. Locus montis Celij ſub tit. Sancti Martini captus ſub Paulo Tertio, anno 1533. conceſſus ab vniuerſitate, & quia erat ea eccleſia annexa cum cathedrali, Donnus Petrus Franciſcus Cinugus Rector eccleſię pia liberalitate donauit.

Mag. Paulus Monterius.

DE PROVINCIA BONONIAE.

HAEC Prouincia tam inſignis ſemper fuit in Religione, vt ab ea cæteræ Prouinciæ mores, & viuendi rationem ſuſceperint. à Bononia nomen accepit, quæ Felſina vocitata, cum eſſet Princeps Hetruriæ. Habet autẽ hæc Prouincia quinque Cuſtodias.

Plinius li. 3. ca. xv.

CVSTODIA BONONIAE.

HABET hæc Cuſtodia Locum Bononiæ extructum in agro Lambertinorum; dicebatur enim vulgo Pratum Lãbertinorum, vbi eſt ædicula illa in maiori impluuio vnà cum annexo hortulo, qui erat Locus captus à B. Bernardo Quintaualle an. 1213. conſtructus ad annum 1219. Nam B. Franciſcus, vt ordinem ſuum dilataret, ſocios ſuos mittebat ad conquirenda loca; B. Bernardum Bononiam deſtinauit.

Vbi

Vbi verò ingreſſus eſt vrbem (vt primo libro diximus) vili, ac deſpicabili habitu, Bononienſes tanquam aliquem nullius pretij hominem extimauerunt, quem in forum progreſſum atque ibi quieſcentem pueri, alijque multi circunuenerunt, ac varijs afficere contumelijs inſtiterunt: Cum alij capicio traherent, nonnulli puluere aſpergerent, quidam lapillis impeterent, cùm ipſe tamen omnia per multos dies ſumma atque inaudita æquitate animi perferret. Qua re animaduerſa Iuriſconſultus quidam nouâ hominis lentitudinem, vel patientiam potius admiratus atque de eximia eius virtute, & ſanctitate aliquid ſuſpicatus, acceſſit, & ad quid veniſſet rogauit: cui ille ait, ſi hæc legeris, qui ſim cognoſces. & ſtatim Euangelicas leges nuper à Sancto FRANCISCO ſodalibus ſuis præſcriptas, è ſinu tractas, oſtendit. Quibus lectis Iuriſconſultus ad ſuos conuerſus cum admiratione magna dixit; Nimirum iſte eſt ſtatus altior quàm unquàm audiuerim. Quare graui ſcelere ſe obſtringunt, qui huic homini iniuriam faciunt, quem maximis complecti honoribus, vt virum Dei amiciſſimum oporteret. Inde ad Bernardū conuerſus locum ſe illis pro ſalute animæ ſuæ, in quo Deo ſeruirent, daturum ſi ſe ſequeretur, ſpopondit. Atque illum libenter munus oblatum accipientem domum ſuam deduxit, inſignique charitatis exemplo excepit, ac mox ædes primùm ad Puſiolas, deinde in Porta ſteria annunciatæ curauit, easque ſuis expenſis neceſſarijs rebus inſtruxit, ſeque ſodalium eius perpetuum fore defenſorem oſtendit. Itaque Bernardus ſtatim in tantum honorem aſcendit, qui paulò antè vilipenſus fuerat, vt beatus putaretur, qui illius audiendi, aut aſpiciendi facultatem haberet. Verùm cum B. Pater Franciſcus Bononiam veniſſet, videns magnam ſtructuram præter Ordinis, & regulæ ſuæ profeſſionem, vehementer commotus eſt, & lacrymas profundens ait; Quænam eſt inſolentia? quæ ſuperbia? quæ grauis, & intolerabilis arrogantia? vos ergo pauperculos fratres meos oblectāt tecta magnifica? & proinde præcepit fratribus vt ſtatim exirent, neque ipſe habitare voluit, nec ſocios habitare permiſit. ſic ſacer Hieronymus malebat tunicam Pauli, quàm Regum. Verum Dominus Vgo Cardinalis Oſtienſis, & Legatus in Prouincia Lombardiæ demulcens animum Beati Patris Franciſci, dixit, Loca ampliora eſſe neceſſaria, vt infirmi ob acris temperiem refocillentur, ſani conſeruentur, laſſi in ſpiritualibus ſtudijs recreentur, ne citò langueſucentes tabeſcant, vnde nec ſibi, nec alijs proſint. His rationibus adductus B. Franciſcus ceſſit: Donus Aldraghetus Lambertinus Clericus Bononienſis retulit mihi, ſe tenere ſcripturas authenticas huius conceſſionis, quas tamen videre non potui. hoc pro certo habeo, quòd anno 1397. die 14. Martlj fundatum fuit Sacrarium nouum per magiſtrum Bartholomæum Epiſcopum Dragonariæ, qui etiam fecit Chorum, & ſubſedia, an. 1390. die vij. Iunij, hora tertiarum poſuit primarium lapidem in Eccleſia Sancti Petronij præſentibus D D. Ancianis, & Confalonerio, accedente etiam ſolemni proceſſione Religioſorum. Anno vero 1397. die octaua Iulij fuit poſitus primarius lapis in turri Campanaria Eccleſiæ noſtræ Sancti Franciſci per Fratrem Nicolaum de Iadera Miniſtrum Prouinciæ Dalmatiæ. Floruerunt in hoc Conuentu viri inſignes, vt Beatus Bonizo, qui cùm Beato Patre Franciſco fuit apud montem Palumbæ, dum B. Parens Regulam componeret (dictante Spiritu ſancto) & Beatus Nicolaus, qui viuens mortuum ad vitam reuocauit, & lumen cæco reſtituit. Conditi ſunt in Eccleſia Beatus Matthæus Fauentinus, Beatus Guido de Spathis, & multi alii, de quibus ſatis diximus.

Vide Aucto. Cōfor. & Carol. Sig. in Hiſtoria Bononiæ.

Sacer Hieronymus tunicā Pauli elegit pou' quā regum.

B. Bonizo.

B. Matthæus Fauentinus.

Hoc inſigne narrat Auctor Conformitatum, quòd Ioannes Pecanus vir inſignis, quem ſuperius memorauimus, dum Bononiæ in generali Capitulo falsò accuſaretur, ante Crucifixi imaginem procumbens inſtāter Crucifixum rogauit, ne permitteret eum falſo crimine accuſari: vix prece finita à ſacra imagine hæc verba profluxerunt, quæ hodie quoque deſcripta manent ante eam imaginem.

Inſigne quoddā ex auctore Conformitatum de imagine Crucifixi loquuta.

Et Ego quid demerui pendens inter Latrones?
Oraui, nec obtinui carnis petitiones,
Calicem mortis ſorbui, Patri placere ſtudui per carnis paſsiones:
Ergo non murmur exeat, ſi non ſit quod oraſti;
Nec oraſſe pœniteat: quamuis non impetraſti,
Dum fraudat deſiderium ad maius beneficium datorem obligaſti,
Ad me ſi leuas oculum, vides argento vendi,

Tradi

Tradi quoque per oſculum, & durè comprehendi,
Ac alligari funibus, conſici verberibus, veluti iam deſperatus:
Præſentor Pontificibus quaſi latro ligatus,
Si quos amaui fortius, ab his inquàm citius ſum ſpretus, & ligatus.
Ibi clamor, deriſio, ſeueritas minarum,
Et capitis velatio, & ictus maxillarum,
Omnes impunè faciunt, & quicquid mihi faciunt videtur eſſe parum,
Saturatus opprobrijs ducor ad Pilatum,
Renouatus iniurijs ruunt in accuſatum
Hinc homicidam liberant ad mortem iudicatum.
Ibi nil valet veritas ſiue ius allegando:
Sed æmula clamoſitas præualet inſultando,
Nec præſes dat præſidia, nec curam gerit curia de iuſto liberando,
Quaſi vile mancipium dant in Herodis manus,
Mox producor in medium, deludor vt inſanus,
Tandem remiſſus Pontio diræ mortis ſupplicio condemnor vt prophanus.
Extra muros eijcior: & ipſe Crucem fero,
Matre vidente, ſpolior veſtimentis quæ gero,
Tandem clauis confodior, & in Cruce morior de vita non deſpero,
Tu ergo vermis non turberis, ſi ſtatim non conſequeris, quicquid à patre quæris.

His auditis obſtupuit frater, vnde ſpirituali quadam dulcedine recreatus eſt, eiuſque innocentia, & integritas agnita fuit. Floruit in eodem conuentu Magiſter Ioannes Prouincialis Bononię, vir doctiſſimus, qui interfuit in Concilio Piſano anno 1421. paulo poſt fuit Bononię B. Bernardinus Senenſis, cui erat ſordidus corporis amictus, mira ieiunijs contracta macies ita, vt qui eum cernerent, B. Franciſcum ſe videre putarēt. Qui in forum progreſſus ad gradus Eccleſiæ Sancti Petronij frequenti admodum auditorio, inueteratam luſus conſuetudinem ita coarguit, & omnia cum opportuna exemplorum, ac diuinorum oraculorum auctoritate ita firmauit, vt multi iuſto luſus odio incitati abacos, calculos, tabellas teſſeras, cæteraque perditæ aleæ inſtrumenta ad eum deferrent, & quarto Nonas Maij in foro (populo ipſo approbante) cōmbuſta ſunt Accidit vt faber quidam, qui tabellas luſorias pingere, & familiam ex ea re ſuam alere inſtituerat, eo quæſtu priuatus ad ſanctum virum adierit, & ſe in extremam neceſſitatem illo dempto vitæ præſidio perductum iri con queſtus ſit, cum ſe nil aliud habere quod pingeret, adiungeret. Cui Sãctus Bernardinus reſpondit: Si neſcis aliud pingere, hanc imaginem pinge, nec te omnino pigebit; ac circulo facto ſolem in eo formauit, atque in medio nomen IESV nouis quibuſdam literarum formis effinxit, qualē nunc etiam ſub porticu Boni IESV cum ipſius Beati effigie cernimus. Quod cū ille feciſſet, confluentibus ad emendã imaginem ex Bernardini auctoritate plurimis, magnas ex ea re pecunias cōparauit. Claruit in eodē Conuentu Bononiæ F. Pelegrinus, qui edidit hiſtoriam Franciſcanæ Religionis. Reperi quoque in Chronicis Teutonicis temporē Calixti Tertij Pont. Max. F. Ludouicum Bononienſem ad Caſſanum Perſarum, & Armeniæ principem, & ad Regem Tartarorum miſſum cum magnis muneribus, cuius ſuaſu Princeps & Rex magnas Turcis calamitates intulere. Qui itidem a Pio Secundo Pont. Max. miſſus fuit ad Orientales, vt ſumerent arma aduerſus Turcas; is verò ſua oratione effecit, vt Principes orientales, qui grauibus inter ſe odijs diſcordabant, (iubente nuncio) arma deponerent parati aduerſus Turcas ea reſumere; centumque viginti millia Paganorum polliciti ſunt, qui in Aſia vſque ad Helleſpontum, & Thracium Boſphorum Maumethis Imperium inuaderent. Ita prōmiſerunt Oratores orientales in Conuentu Mantuano ſuaſu præfati magiſtri Ludouici Bononienſis. Inſtabant autem Oratores, & precibus cōtendebant, vt Pontifex crearet illum Patriarcham Conſtantinopolitanum. Quod Pontifex reipſa effecit ea moderatione adiecta, nē Ludouicus ſe Patriarcham aut ſcriberet, aut appellaret. Miſitque Pontifex eum Legatum ad Regem Franciç, & Burgundiæ Ducem.

D. Bernardinus Senenſ. venit Bononiam.

Cōburuntur alearum inſtrumenta prædicãte D. Bernardino.

F. Pelegrinus Bononicn.

F. Ludouici Bononiē ſis varia fortuna.

Sylvius lib. 5. Cōmētariorum.

Verùm

Verùm cùm ipſe accuſaretur, quod mandata Pontificis contempſiſſet, quia in Hungaria, & Germania multas fecit diſpenſationes, hac animaduerſione multatus eſt, quòd Patriarchatus literas haudquaquam obtinere potuit, parumque abfuit quin recluderetur in carcere. Pepercit Pontifex non tam ei, quàm ſocijs, quos adduxerat: incertum enim erat veri ne eſſent oratores, an falſi, atque ob eam cauſam pecuniam pro reditu eis elargitus eſt. Ludouicus eos ſecutus, cùm Venetias appuliſſet, ab ignaris quibuſdam Epiſcopis, & in Sacerdotem, & in Patriarcham conſecrari obtinuit. Quod cùm Pontifex reſciuiſſet, Patriarchę Veneto ſcripſit, vt deceptorem in vincula reijceret: Ille præmonitus à Duce Veneto properè fugam arripuit, nec poſteà quò peruenerit, aut quid egerit ipſe, vel comites eius, auditum eſt. Poſt hæc tempora eo loci claruit magnis virtutibus Magiſter Laurentius Spatha Generalis, magiſter Hieronymus Gadius, magiſter Conſtantius Bargellinus, Epiſcopus Reatinus, deinde mutato loco Epiſcopus Fulginas. Viuit hodie magiſter Federicus Pelegrinus, qui Commentarios compilauit ſermone vernaculo in duos Pſalmos, qui de Pœnitentia nuncupantur, videlicet, Domine ne in furore tuo arguas me, &c. & Miſerere mei Deus &c. Viuit nobiſcum magiſter Bernardinus Commiſſarius in Prouincia Poloniæ, & Lituaniæ. Habet quoque hæc Cuſtodia locum Sancti Franciſci in monte: Locum Pacis, dictũ Domini Pacis. Locum Varignani. Locum Sancti Benedicti Planorij, qui fuit occupatus per aliquod tempus, & ſub Iulio III. Pontifice Max. fuit reſtitutus. Habet Hoſpitale Monzoni, quod fuit datum à Sixto Quarto Conuentui Bononiæ pro infirmis ſubleuandis, anno 1477. Pontificatus ſui anno 6. Extat in eadem Cuſtodia locus Sancti Ioannis in Perſiceto, vnde fuit oriundus magiſter Bonagratia Generalis. Deceſſit his proximis diebus non ſine multorum dolore, & graui iactura magiſter Anthæus Regens Arimini. Viuit hodie magiſter Fabritius Bonaſonus eius auunculus, Regens Paduæ. Locus Confortini, Locus Caldarariæ. Hæc duo loca Confortini, & Caldarariæ applicata ſunt Conuentui noſtro Bononiæ, per Datum Romæ anno 1462. Pontificatus ſui anno 5. Locus Creſpellani. Locus Argellatę conſtructus à Domino Bonincontro, & Guilielmo de Vaſtauillanis, anno 1284. cum aſſignatione quorundam agrorum, & librarum 85. monetæ Bononienſis. Locus Riccardinæ, quem ſuis virtutibus illuſtrauit magiſter Franciſcus Caſtellus, Concionator celebris, præter naturales dotes, quibus eum inſigniuit Altiſſimus. Huius loci fundator fuit Accurſius de Accurſiis Bononienſis, legum gloſſator. In hoc Conuentu Bononienſi ſemper floruit generale ſtudium. B. Franciſcus cùm ſcholam Theologiæ inſtituere cuperet, & virum in ſcientia eminentem quæreret, neminem habuit, quem Antonio Vlyſſiponenſi præferret. Narratur, quòd cùm Frater Ioannes de Scacciata, primus Miniſter Prouinciæ Bononiæ, ibi ſtudium collocare pertentaſſet, præter B. Franciſci voluntatem, febre correptus interijt. Hæc mihi dicenda fuerunt de hoc celeberrimo Conuentu.

Mag. Laurentius Spatha, & alij, q floruerunt.

Mag. Bonagratia.
Mag. Anthæus.
Mag. Fabritius.

Accurſius legum gloſſator.

CVSTODIA FERRARIAE.

HABET hæc Cuſtodia locum Ferrarię, quem conſtruxerunt Armanus Thadęus, & Falconetus vulgò dictus à Fontana, anno 1341. iactis fundamentis Eccleſiæ ab illuſtriſſimis Dominis Ateſtinis, de menſe Iunij, anno 1344. Nicolaus Marchio Ferrariæ obijt ſepultus in dicta Eccleſia in ſua Capella, & anno 1362. die 14. Nouemb. Rainaldus Marchio Ferrarię, & vxor eius conſtruxerunt domunculã cum ſuis officinis pro habitatione Fratrum. Conuentus eo tempore nil proprij habebat. an. 1544. D. Ludouicus Valengus fabricauit ſacrarium cum eius tumulo, & pro dote altaris reliquit nemus in agro Finalis, nõ longè ab vrbe Mutina, ea lege vt Sacerdos ibi deputetur. De hoc celebri Conuentu pauca reperire potui, quia tempore Iulij II. Pont. Max. indicto bello Alphonſo Ferrarienſium Duci, ſcripturæ Conuentus fuerunt combuſtæ à militibus Heluetiis, qui apud Fratres pro defendenda vrbe morabantur. Capellam maiorẽ dictæ Eccleſiæ conſtruxit mag. Auguſtinus Righinus, de quo in 3. lib. copioſius. Floruit eodẽ in loco mag. Hieronymus Verato, qui meritis per egregias virtutes cõſcendit ad dignitates, & obijt an. 1540. mag. Fran. Maria Boionus, rerũ gerendarũ prudens, quãuis ſemper corpore languens morbo podagræ, quẽ ſola mors terminat, cũ in eo ab infantia creuerit, & confirmatus altas radices egerit, mag. Hieronymus Floratus M. Auguſtini nepos, mag. Frãciſchinus Vicedñs, Cõcionator ſuo tẽpore celeberrimus, de quo plura erũt dicẽda in 3. lib. Alphõſus Finetus Prouincialis Bonon. mag. Cornelius Martinus, ſacrę Theol. profeſſor in Ferrar. Academia,

Mag. Hieronymus Verato.

Mag. Fran. Maria Boionus.

Morbus podagrę incurabilis.

in qua Mag. Iulius cum laude primã Philoſophiã profitetur, mag. Bernardinus Seraphinus
mag. Franciſci alumnus, qui tanti viri monimenta imprimenda curauit. Narrat auctor Con
De quodã iuuene Ferrarienſi. formitatum, iuuenem ſolitudinem quærentem à Diabolo tentatum fuiſſe, ſed ab eo fugatũ
cognita fraude diabolica. Extra mœnia Ferrarię nõ longè ab vrbe erat locus antiquior, vbi
auditi ſunt Angeli cum Fratribus decantare. Locus Argentæ conſtructus anno 1292. tempo
re Bonifacij VIII. & mag. Danielis Prouincialis, primus Guardianus fuit quidam F. Gui-
dus, qui primarium iecit lapidem. Locus Mutinæ antiquus erat extra mœnia vrbis conſtru
ctus, anno 1244. ſub Innocentio IIII. penes ciuitatis portam, quæ vulgò dicitur Baiouaria;
& quia Fratres ex loci diſtantia, incommoda multa patiebantur, Albertus Epiſcopus Muti
nenſis iecit primarium lapidem eo in loco, vbi nunc Fratres habitant, tempore F. Angelerii,
Fratris Girardini, & Fratris Iauabelli Parmenſis. Hunc locũ ſuis miraculis exornat B. Ghi-
rardus ſanctitate inſignis, & prædicatione clarus; mag. Thomas Frignanus Prædicator exi-
mius, totius Ordinis Generalis, Patriarcha Gradenſis, & S. R. E. Cardinalis Tuſculanus, &
Nuncius ad componenda pacis fœdera inter Galeacium & Bernabonem Vicecomites fra
tres milite infeſtantes Lombardiam & ciuitatem Genuæ: Item Nuncius eiuſdem Sedis, vt
conciliaret Leonardum. Habuit hæc noſtra ætas mag. Sebaſtianum, Concionatorem acce
ptum in populo. Locus Fanani. Locus Carpi, de quo ignoratur, ſi quidem ſcripturæ omnes
combuſtæ ſunt ab Hiſpanis, anno 1525. menſe Martio. Deinde peſtis graſſata eſt an. 1527.
& anno 1534. multæ ſcripturæ detruncatæ in creatione Herculis Ferrarienſium Ducis.
Locus Mirandolæ. Locus Regij Lepidi, qui fuit olim Palatium Sacratiſſimi Imperatoris
Friderici, cum quadam Capella annexa ad obſequium Imperatoris, ſub titulo S. Lucę Euan
geliſtę, traditus ab ipſo Imperatore Fratribus S. Fran. anno 1296. cum aſſenſu S. Sedis Apo
ſtolicæ, executore verò D. Epiſcopo Regienſe, & eius loco in caſu impedimenti D. Marti-
nus de Pio Canonicus Mutinenſis; confirmata fuit hæc donatio à Rodulpho Imp. cum re-
ſeruatione, quod ſi Imperator pro tẽpore Regium diuertiſſet quandoq; in eodem Conuen-
tu hoſpitiũ habere valeret. Extat Bulla Sanctiſs. Domini, & tranſumptum Imperatoris. Hũc
Mag. Mammotrectus. locum plurimùm exornauit mag. Mammotrectus, qui totũ vetus, & nouum Teſtamentum
ad literam expoſuit, & quaſi mamma iuuenum lac præbuit. floruit mag. Hieronymus eo in
loco. Viuit hodie alter Hieronymus nomine, & re ipſa ab illo non diſſimilis. Claruit quoque
Bonauẽtura Gonzaga. mag. Bonauentura Gonzaga à ſecretis Ordinis, deinde Prothonotarius Apoſtolicus, qui
varia opuſcula, ingenij ſui monimenta, poſt ſe reliquit, aptus ad cantanda carmina; quem
plurimùm imitatur F. Ioannes Franciſcus, cuius ingenij felicitatem opuſcula eius heroico
carmine ſatis vbique declarant. Locus Corrigiæ conſtructus per potentem militem Giber
tum, Caſtrinoui & aliorum Comitem & patronum, in cuius capella in Eccleſia S. Franciſci
leguntur iſta carmina:

Vir pius & iuſtus Templi, qui conditor huius
Militiæ quondam Gibertus clarus in orbe
Corrigiæq; Comes, iacet hoc ſub marmore tectus.

Sunt quoque inſignia Auſtriaca cum cimerio & cane apertis faucibus. Ab Illuſtriſſimis il-
lis Dominis conſtructus eſt Conuentus an. 1321. in quo perpetuò manerent octo, vel de-
cem Fratres, deputato redditu molendini. fuit id confirmatum à Ioanne XXII. Pont. Max.

CVSTODIA PARMAE.

Qui floruerunt. HABET hæc Cuſtodia locum Parmę, vbi floruit Mag. Ioannes Generalis ſupe-
rius memoratus; Alter Ioannes Quaia, qui multa ſcripſit laude digna, de quibus
in 3. lib. latius dicendũ erit. mag. Melchior Frizoleus: Inter cæteros claruit apud
montem Compatriũ quidam B. Parmenſis, qui oliuę ramũ, quæ dari ſolet in die
Palmarũ, cùm humi infixiſſet, creuit in arborẽ proceram. Habuit locus iſte filium Illuſtriſſ.
Marchionis Maleſpinæ, qui tamen diu non ſuperuixit: nam dum hoſtes arcem patris inua-
derent, & ea capta patrem occidiſſent, hunc filium ab alto proiecerunt, exiſtimaruntque
eum eſſe colliſum: ſed pia mater inuocato S. Franciſci nomine, cùm exclamaſſet, Adiuua me
Sancte Franciſce, & filium meum, ſtatim puer, fugatis hoſtibus, ante ianuam Caſtri fuit in-
uentus illæſus. Quo exemplo pia mater Beato FRANCISCO vouit filium ſuum, qui
Parmæ habitum aſſumens non diu vixit in Ordine, ſed peſte ereptus eſt. Locus Cremonæ,
vbi

vbi primò floruit Mag. Guiſcaldus de Guiſcaldis, primo Doctor Vtr. Iur. vir ſimplex, & probatę vitæ, qui Pariſiis plures annos Theologiam profeſſus eſt, & à Nicolao IIII. Romam accitus ad tollenda quædam dubia in Eccleſia ſuborta à Summo Pontifice Epiſcopus Tripolis creatus eſt; qui cùm hortaretur Chriſtianos ad ſufferendos labores pro nomine Chriſti, ab immanibus Turcis crudeliter dilaceratus vitam cum morte commutauit. Floruit in eodem Conuentu mag. Ioannes Franciſcus Farinerius, mag. Daniel. Viuit hodie mag. Aurelius Nouarinus, Regens Venetijs. Sed ante hæc tempora claruerunt inſignes viri ex eodem Conuentu, ad Epiſcopatus dignitatem aſſumpti, de quibus ſuo loco dicendum. Locus Burgi S. Donini, vbi B. P. Franciſcus cum alijs Fratribus non valens reperire panem, quia caſtrũ clauſum erat de nocte, præmiſſa oratione, inuenerunt caniſtrum plenum panibus. Locus Placentiæ, cuius eccleſia condita fuit an. 1278. & habetur hæc memoria in quadam Chronica apud illuſt. D. Io. Mariam Scotum. Claruit hoc in loco Mag. Cornelius Muſſus, Epiſcopus Bitontinus, vir ſua ætate eximius, de quo in 3. lib. fuſius dicemus; mag. Iulius Magnanus Generalis, & Epiſcopus Caluenſis, mag. Hieronymus Mediceus, eccleſiaſtes inſignis, mag. Lucius Anguiſciola, primæ Philoſophiæ profeſſor in Bononienſi Academia, magiſter Franciſcus Baleſtracius, Ordinis Scriba, mag. Lęlius Mediceus Inquiſitor Piſarũ, à Sixto V. Pont. Max. ad hoc munus electus, qui præfuerat prouincię Bononię, mag. Iulius Magnanus, ſacrarum ſcripturarum Lector publicus Placentiæ, mag. Franciſcus Maria Pugnetus, ingenio clarus, Cęſenæ ſacræ Theologiæ profeſſor. In eodem Conuentu obiit mag. Franciſcus Maronius, cuius ſepulchrum mag. Franciſcus Sanſon Generalis eleganti opere exornauit. Habet hæc Cuſtodia locum Robij, Locum Caſalis maioris, vbi vixerunt magna cum laude mag. Io. Antonius Delphinus, mag. Marcus Araldus, & mag. Bonauentura Clocius, Prouinciales Bononiæ. Locus Pontis remoli in Carafagnana. Locus Pellegrini, de quo nulla habetur mentio, niſi quòd Capella maior fuit fundata per Iulianum Cornazanum, an. 1497. indictione 15. die 11. menſis Auguſti, cum donatione 12. ſtarum frumenti.

Mag. Guiſcaldus vir inſignis.

Mag. Aurelius Nouarinus.

Qui clareant.

CVSTODIA RAVENNAE.

HABET Locum Rauennæ, vbi primò manebant Sacerdotes non cucullati certis conſtitutis prouentibus: fuit enim datus Fratribus à Domino Philippo Electo Rauennæ, vnà cum cœmiterio, & membris annexis, vt liberius Deo inſeruirent. Hoc fuit anno 1261. eccleſia erat ſub titulo S. Petri maioris. Narratur, quòd Dęmon per os Dominę Ianteſę multa de indulgentia S. Marię de Angelis manifeſtauit, & multò plura dixit de gloria B. Franciſci. Habet hęc noſtra ætas mag. Octauianum, virum ſummæ eruditionis, qui magna cum ſui laude fuit in præclaris Gymnaſijs Religionis Gymnaſiarcha, quem nos Regentem appellamus, Ticinij quoque plures annos profeſſus eſt primam Philoſophiam. Demum Romam accitus eſt, profiteturq; in tam inclyta Academia Theologiam iuxta ſcholam ſubtiliſſimi Doctoris. Eſt quoque alter Octauianus eius nepos, Romę Baccalaureus Conuentus, non longè illi virtutibus diſſimilis, extat & mag. Zacharias Regens Paduæ, & concionator hoc tempore celebris. Locus Imolæ, vbi B. Franciſcus ſemel ab Epiſcopo expulſus, deinde ab eodem exceptus cum facultate prædicandi vbicunq; vellet in ſua diœceſi; hunc locum plurimùm exornarunt viri quidam inſignes, & præcipuè magiſter Petrus, & magiſter Ludouicus Imolenſis, qui pluries habuit orationem Romæ corã Sixto Quarto, & Innocentio VIII. pręſente Senatu Illuſtriſſimorum Cardinalium. Locus Fauentiæ, vbi floruerunt B. Matthęus, magiſter Marcus Antonius Caſſianus, qui ob vitę integritatem, ſingularemq; doctrinam In Gymnaſio Bononienſi, ad prouinciam Bononię adminiſtrandam ſuſceptus eſt, Io. Antonius Vandius, clariſſimus in explicãda doctrina Scoti, Io. Antonius Vaſelotius in omni genere, & artiũ præſtantia acerrimus, & vehementiſſimus; Philippus Braſchius è Peripatetica diſciplina vir non mediocriter eruditus, magna cum ſua laude in Fertarienſi Academia profeſſus eſt; Io. Antonius Vandius in omni diſciplinarũ genere indagator ardentiſſimus, mag. Io. Antonius Braſchinus, qui pręter cętera in ſacris habendis concionib. multũ pręſtitit, & ex eo in præclaris vrbibus Italiæ magnam ſui nominis gloriam reliquit; tandem accumulato virtutis merito, obijt Terdonæ. extant quoque in eodem Conuentu plures adoleſcentuli, de quibus bene ſperamus, ſi maturius ad frugem peruenerint. Locus Ceruię, quę exornauit plurimũ mag. Io. Antonius, primò Ordinis procurator, deinde Generalis, qui obiit Romę. Locus montis Regij. Locus Lugi, vbi increbuit fama

Hieronymus Rubeus in hiſt. vrbis Rauennæ.

Mag. Octauianus

B. Matthæus Fauentinus, & plures alii florent.

Diui Franciſci, ita vt à ſeptuaginta duobus viris Conſularibus decretum fuerit, vt conſtrue-
retur locus in honorem Sancti Franciſci in loco vulgò dicto Policaro, anno 1233. ſub
Qui clareant. Gregorio IX. conſecrauit autem Eccleſiam F. Petrus de Trano Epiſcopus Teleocinus.
hunc locum ſuis virtutibus plurimùm exornarunt Magiſter Pelegrinus, & Magiſter Alexan
der Doctores Pariſienſes, & noſtro tempore Magiſter Auguſtinus, vir doctus, & Magiſter
Marcus Antonius Gambaronus, concionator eximius. Locus Murdani, de quo ignoratur
quia an. 1494. Caſtrum fuit combuſtum; ibi floruit Magiſter Marcus Antonius Prouincia-
Bagnacaualli multi florent. lis Bononiæ; & viuit hodie Frater Cæſar, Lector Artium Bononiæ. Locus Bagnacaualli, vbi
B. Franciſcus domum Bertæ Tertiariȩ ab incendio liberauit; verùm de eo nulla habetur me
moria ob factiones & depopulationem. Claruerunt in hoc Conuentu viri inſignes Magi-
ſter Hieronymus Malpelius, Lector Pariſijs, qui obijt ibidem 1502. floruerunt́q; in eodem
Conuentu xlj. Magiſtri inſignes: inter cæteros verò Mag. Ioan. Maria Greghetus Senis lau
rea donatus à Iulio II. Pont. Max. & Mag. Philippus Porcaccius Generalis, Mag. Raynal-
dus Gratianus Generalis, Mag. Iacobus, & alij. Quatuor Capitula Prouincialia celebrata
ſunt in hoc Conuentu: primum an. 1459. die 13. Maij, tempore Mag. Sebaſtiani de Pepulis.
ſecundum an. 1503. exiſtente Mag. Philippo Porcaccio. tertium anno 1532. die 2. Februa.
vbi electus eſt Mag. Auguſtinus Righinus. quartum an. 1561. die 19. Aprilis, vbi electus eſt
Toſſiniani, qui floreant. Magiſter Franciſchinus Vicedominus. Locus Toſſiniani conſtructus anno 1326. in fundo
D. Ioannis Ranucij tempore Ioannis XXII. Pont. Max. hic locus multa incommoda paſ-
ſus eſt tum ob ciuiles inimicitias inter oppidanos, tum etiam militari incendio, & deua-
ſtatione. Multi egregij viri ex hoc loco floruerunt, Magiſter Franciſcus Riuerius Proin-
cialis prouinciæ Turoniæ, & à ſecretis Ordinis tempore Magiſtri Iacobi Anconitani, qui
an. 1537. obijt Bononiæ Guardianus, & Commiſſarius generalis, & locum noſtrū multis
beneficijs auxit. Claruerunt quoq; F. Ioannes Riuerius, F. Hieronymus Lanza, F. Alexander
Zenarius Baccalaureus eruditus, qui obiit Neapoli. Viuunt nobiſcū hodie quidam alumni
Berſighellæ qui floreant. noſtri ex eodem loco, quos futuros ſperamus ita bonæ frugis, vt vberes fructus noſtrorum
laborum ſint præbituri. Locus Berſighellæ, vbi hoc tempore claret Magiſter Hieronymus
Almericus Theologus, & Eccleſiaſtes, ac Prouincialis Bononiæ. Locus Caſtri Bononienſis,
vbi hoc tempore floret Mag. Hieronymus Pallanterius, moribus & virtutibus clarus, & Bo-
noniæ Regens poſt eius præfecturam Prouinciȩ Bononiȩ: floret quoque Magiſter Ioannes
Paulus eius nepos, non longè ab eo virtutibus diſtans. Locus Ciataliæ in loco campeſtri,
cuius nulla habetur memoria.

CVSTODIA FOROLIVIENSIS.

HABET hæc Cuſtodia locum Foriliuij, antiquus erat extra vrbem, adhuc
apparent veſtigia, ſed tempore Innocentij Papæ IIII. anno 1249. Pon-
tificatus ſui anno 7. Lugduni xij. Kal. Maij, immutatio facta eſt, deditq́ue
facultatem transferendi locum intra vrbem. Alexander IIII. Pont. Max.
ſecundo Nonas Ianuarii, Pontific. ſui anno 2. anno verò ab Incarn. 1256.
conceſſit largam indulgentiam iis, qui manus adiutrices porrexerint ad
conſtruendam eccleſiam. Floruerunt in hoc Conuentu, noſtro tempore, F. Philippus Bacca
laureus, & F. Hieronymus Sauorelius. Deceſſit his diebus Fulginei, dum Romā peteret, Ma-
Mag. M. Antonius Paganus auctoris amicus. giſter Marcus Antonius Paganus Foroliuienſis, vir prudens rerū gerendarum, certè meliori
prudentia quàm vultu, præter ingenuam eius liberalitatem. Primò Viſitator Apoſtolicus in
Prouincia Genuæ, deinde Prouincialis, & amicus meus chariſſimus; nos enim inuicem li-
terarum ſtudia iunxerant, Epiſtolarum frequentes miſſiones amorem retinuerant, ita vt &
mortui dulciſſima nobis memoria maneat. extat lapis amoris, animiq́ue mei monimen-
tum Fulginei, cui hæc ſunt affixa verba:

Marco Antonio Pagano Foroliuienſi viro integerrimo, qui Viſitatoris Apoſtolici in pro
uincia Genuæ, & præfecturȩ Prouincialis munere perfuncto, dū Romam petit ad Sixtum V.
Pont. Max. obijt anno ætatis ſuæ lxix. die verò 20. Octobris. F. Petrus Rodulphius Toſſi-
nianenſis mutuæ neceſſitudinis memor grati animi ſui monimentum poſuit.

Habet hæc Cuſtodia locum Arimini, qui erat Abbatiȩ Pompoſianæ Ordinis S. Benedi-
cti, domum & hortum Fratres emerunt pro certa portione pecuniæ: Eccleſia erat ſub titulo
Sanctæ Mariæ in Trebiò, quam Dominus Iacobus Epiſcopus Ariminenſis pia liberalitate

donauit Fratribus: & Alexander IIII. Summus Pont. hanc donationem confirmauit. habitabant Fratres in Eccleſia S. Crucis propè eccleſiam prædictam S. Marię: & quia eccleſia S. Crucis erat nimis coniuncta eccleſiæ S. Mariæ, ob idq; opportuna, D. Iacobus Epiſcopus donauit Fratribus. Erat Guardianus tunc temporis quidam F. Dominicus. Extat quoq; locus Gratiarum extra vrbem captus ad inſtantiam D. Ludouici de Comitibus, Doctoris vtr. iuris, an. 1389. Accidit tempore Pij V. Pont. Max. vt Sanctæ Inquiſitionis Officium daretur Fratribus Dominicanis, qui attentarunt velle eccleſiam S. Crucis, vbi poſſent munus ſuum exercere: eaq; de cauſa inſtiterunt noſtri Fratres, & pręcipuè Mag. Andreas Ariminenſis grauiſſimis rationibus vrgens, & probans dictam eccleſiam eſſe Fratrum Minorum, quod teſtatur lapis marmoreus affixus ad fores Oratorij his verbis:

Anno 1348. à Kalendis Iunij vſque ad Kal. Nouemb. in loco Fratrum Minorum de Arimino, vt notatum eſt à fide dignis, ſepulta ſunt circa xxiiij. centenaria hominum vtriuſque ætatis, pro quorum animabus extructum eſt Oratorium.

Demum ab illuſtri Malateſtarum familia pulcherrima eccleſia conſtructa eſt, cuius facies eſt ex quadratis, ſectiſque lapidibus ingentis magnitudinis, ſine cemento, mirabili connexura cohærentibus. Sigiſmundus Malateſta multa vi animi & corporis fuit, eloquentiaque militari & arte præditus: mali tamen mores plus apud eum valuere. Conſtruxit enim ibidem templum in honorem D. Franciſci, verum ita gentilibus operibus, vt non tam Chriſtianorum, quàm infidelium Dæmones adorantium templum eſſe videretur; in eoque templo concubinæ ſuæ ſepulchrum ſtatuit artificio & lapide pulcherrimum, adiecto titulo gentili more in hunc modum.

Sigiſmundus Malateſta.

Pietas indecens.

Diuæ Iſottæ ſacrum, ſeptuageſimum annum exceſſit, ſortem vicit communem, iniurius eſt qui plus ſibi deberi cenſet.

Ante fores eccleſiæ conditus eſt Robertus Malateſta, qui contrà cum eſſet annorum xx. aſſumpto B. Franc. habitu, angelicam vitam duxit potius quàm humanam; ſcripſit vitã eius Mag. Nicolaus Theologus Ariminenſis. Floruerunt in hoc Conuentu B. Ioãnes Baroncius, & B. Andreas miraculis clarus. Floruit Mag. Ioannes Paterna à Piſaurenſibus accitus in Epiſcopum Piſauri an. 1451. & an. 1433. floruit ex eodem Conuentu Magiſter Franciſcus Ariminenſis, ſcholaſticis diſciplinis egregiè doctus: & Ioannes Epiſcopus Feretrinus an. 1424. In ſacrario eiuſdem Conuentus in pede calicis pulcherrimi hoc expreſſum eſt. In æde prędicta extat pulcherrima Capella ſub inuocatione S. Sigiſmundi, in cuius conſtructione primarium iecit lapidem Mag. Bartholomęus Malateſta Epiſcopus. In vrbe Arimini fuit B. Franciſcus hoſpitatus in loco S. Bartholi, vbi nunc Moniales S. Clarę morantur in loco dicto Vallis, vbi extat hodie quoque eius Oratorium. Nicolaus verò V. Pont. Max. ſcripſit ad F. Angelum de Peruſia Generalem, vt animum ſuum intenderet ad reformationem Sanctimonialium S. Claræ, quę dicebantur ob corruptam vitam ab optimo inſtituto deſciuiſſe: eaque de cauſa præfecit ille Catharinam de Ordelaffis, vt maturè monaſterium illud moderaretur. Anno 1471. Ciuitas Ariminenſis fuit benedicta à Sixto IIII. Pont. Max. quæ à Paulo II. fuerat anathemate percuſſa; & die 4. Aprilis an. 1480. ignis combuſſit Sacrarium Eccleſiæ, paramenta, & vaſa argentea, fuitque grauis iactura ad quinque millia aureorum. Locus Cæſenæ, de cuius fundatione hoc habeo, quod anno 1250. Manzinus Epiſcopus dedit facultatem Fratri Alberto Fauentino ædificandi locum in vrbe Cæſenæ, in contrata Troe, in poſſeſſione dicti Epiſcopatus, qui locus iam iam erat emptus pro Fratribus Minoribus, ſub dominio & poteſtate Eccleſiæ Romanæ, & dictus Dominus Epiſcopus Manzinus cum aſſenſu Reuerendiſs. Domini Archiepiſcopi Rauennæ vendidit Fratribus, & eorum nomine Michaeli de Tura ſyndico & procuratori Conuentus. Hæc venditio fuit approbata ab Alexandro IIII. Pontificatus ſui anno 7. Sigiſmundus Malateſta inſignem Bibliothecam extruxit, egregiiſque libris manu diligentiſſimè conſcriptis exornauit. Adſunt præcipuè opuſcula Plutarchi inſigniter ſcripta, & Biblia Hebraicis literis, & Chaldaicis characterib. expreſſa. Curam habent Domini Deputati Vrbis, & Pater Guardianus Conuentus. De hoc loco exiit F. Michelinus Generalis, quẽ ſuperius memorauimus. Ioannes XXII. anathemate hunc locũ percuſſit, vt dicunt, ideo an. 1377. à Britonibus hęc ciuitas multa incõmoda tulit, & Monaſteria Fratrum & ſacrarũ Virginum diruta, ac dilapidata. Quare alij Pontifices paterna benedictione proſecuti ſunt, & Clemens VII. in itinere Bononię tẽpore coronationis Caroli V. ſua benedictione bene precatus eſt. Vidit noſtra ætas in eodẽ Conuentu Mag. Pellegrinum Fantagutiũ virum eruditũ, & Mag. Pium eius nepotẽ non ab eo liberalib. artibus

Robertus Malateſta.

Conflagratio Sacrarii Eccleſię Ariminenſis iacturam intulit maximam.

Inſignis Bibliotheca Cæſenę.

 differentem.

differentẽ, magiſtrum Chriſtophorum Prouincialem Bononiæ. Locus Longiani, vbi floruit magiſter Bernardinus Inquiſitor hæreticæ prauitatis. Locus Sancti Archangeli, cuius fundatio ignoratur fortè, quia anno 1503. ſecuta fuit depopulatio per Carolum Malateſtam, & anno 1506. maxima peſtis ſuborta eſt, vnde ſcripturæ omnes deperditæ neque accedente anathematis pœna Iulij Secundi Pontificis Maxi. inueniri potuerunt. Locus Meldulæ, de quo nulla habetur memoria, quia ab Hiſpano exercitu irruente in Italiam omnia fuerunt combuſta. Floruerunt in hoc Connentu Magiſter Marcus Antonius, ſtatura mediocri, oculis grandioribus, aſpectu terrifico, robuſto corpore. obiit Guardianus S. Laurẽtij Neapoli. ante ipſum floruit magiſter Bonauentura Eruditus. Locus Fractæ in territorio oppidi Rouerſani non longè ab Vrbe Ceſenæ ignoratur. Alij dicunt conſtructum ab Vniuerſitate. Locus Britinorij, vbi floruit magiſter Bernardinus Barilius Inquiſitor hæreticæ prauitatis. Locus Caſtricari ignoratur propter bella Florentinorum. Locus Montiſſcutuli. Locus Verruculi primus cõſtructus tempore Ioan. XXII.
Origo Malateſtarum. Pont. Maxi. ad preces Malateſtarũ, qui inde originem traxiſſe dicuntur, ſub Datum Auinione xv. Cal. Aprilis, Pontificatus ſui anno 4. Locus Sanctæ Agathæ, non conſtat de area, neque de ſolo. Verùm in Campana Eccleſiæ leguntur iſta verba, Aue Maria, anno 1258. Ante fores Eccleſiæ ſunt inciſa quædam verba, quæ ob vetuſtatem legere non potui. Quidam retulerunt mihi audiuiſſe Dominos de Caſa Faggiola, qui tunc temporis erant Domini Corneti Sarſinæ diœceſis, ſolum, & aream conceſſiſſe Religioni Sancti Franciſci, vbi Beatus Franciſcus pluries orauit, prædicauit, pœnitentiam egit, à Cella vbi habitauit Beatus Pater Franciſcus, Conuentus dictus eſt antiquitus Cellafuſti, poſtea cæpit vocari Locus Sanctę Agathæ. Floruit quidam Frater Dominicus, qui compilauit quendam tractatum de officio Inquiſitoris, habeo manuſcriptum Romæ. Locus Sanctæ Mariæ de Planeto in Galiata ſub titulo Sanctæ Mariæ Miraculorum, ignoratur fundatio quia tempore Borbonij combuſtæ fuerunt ſcripturæ. Viuit hodie magiſter Petrus Paſinus Planetanus. Locus Sanctę Mariæ de Liciano extructus fuit an. 1535. Nam Sebaſtianus, & Andreas quondam Iacobi Candoli de Villa Liciani, donauerunt iure perpetuo Conuentui Sancti Franciſci de Bertinorio tabulas terræ decẽ pro conſtructione Eccleſiæ, & Conuentus, & magiſter Bernardinus Barilius Bertinorienſis accepit nomine Religionis ad honorẽ Dei & Beatæ Virginis Marię in fundo vulgò dicto Fontana Vecchia. Locus Ciuitellæ datus Religioni circa an. 1530. magiſter Andreas de Aſciano accepit illum nomine Religionis.

PROVINCIA SANCTI ANTONII.

HAEC Prouincia intra Sinum Adriaticum, & montes Euganeos propagata ſemper fuit illuſtris tum ob inſignia quędam Cęnobia, tum etiam ob preciosiſſimum theſaurum corporis Beati Antonij de Padua à quo poſtea nomen & dignitatem accepit, habet cuſtodias quatuor.

CVSTODIA PADVAE

HABET Locum Padue, qui fuit conſtructus anno 1267. ſub adminiſtratione B. Lucę de Padua, ſocij D. Antonij: erat enim primò Oratorium. reperitur quoddam publicum inſtrumẽtum, quòd anno 1307. Vniuerſitas Paduæ dabat libras 4000. pro conſtructione dictę Eccleſię tempore Domini Hungari de Oddis de Peruſio perilluſtris viri.
Qui floruerunt. Floruerunt hoc in loco Beatus Antonius Vlyſſiponenſis. B. Lucas vir doctiſſimus, & inter cõcionatores Chriſti præcipuus, parumq; tũ doctrina, tũ morib. ducis, & magiſtri ſui diſſimilis, qui vixit in paupertate, & admirabili quodã mundi contẽptu vſq; ad ſupremum vitę diẽ perſeuerans. Adijt is aliquando Anſidiſiũ Eccelini tyranni vicarium, ipſum reprehendens, quòd multa iuſtè, & impiè contra Eccleſię libertatem, tum alijs permitteret, tum ipſemet faceret. Quam ob rem grauiter accuſatus apud Eccelinum ea occaſione ipſe & tota eius familia proſcripta eſt, & omnia eius

bona

bona publicata. Floruit quoque eo in loco Anſolinus epiſcopus Sanadienſis, & Martinus epiſcopus Albanenſis, & Henricus epiſcopus, B. Damianus de Comitibus, F. Nicolaus cognomento Graſſetus inquiſitor, & D. Antonij cultor præcipuus, de quo extat Paduæ in medio templo D. Antonij, ad columnam ſub imagine Deiparæ Virginis, partum ſuum adorātis, quædam tabella affixa, quæ & viri huius ſummam pietatem, & præclaras animi dotes teſtatur. Claruit quoque F. Rufinus Luparus, qui ſuis ſacris concionibus per totam Italiam lōgè latèque magnam ſui nominis gloriam expandit, qui præter humanarum diuinarumq; literarum non vulgarem peritiam, ob ſummam vitę probitatem maximè præſtabat, tanta quoque præfulſit in dicendo facundia, & tàm vehementi in obiurgandis vitijs; acrimonia, vt quàmplurimos à peccatis ad ſalutarem pœnitentiam, ad vitæ tranquillitatem, & ad optimā viuendi rationem euocauerit, tandem ab Adriano Pont. Maximo Arconitanus Archiepiſcopus electus, ſed corpore inualido, & concionandi labore attrito ætate licet robuſta accumulato ſibi honore ad ſuperos feliciter emigrauit. Obijt autem anno ſalutis M.D.XXII. His nō inferiorib. virtutibus præclarus extitit Magiſter Hieronymus Magnanus, epiſcopus Veſtanus, primo eximius Theologus, & in vniuerſa Italia eccleſiaſtes inſignis, cuius fama ad Iulium Secundum Pont. Max. perlata Romam accitus eſt, & in epiſcopum Veſtanum delectus. Sed in patriā reuerſus obijt tandē 1527. edidit quędā opuſcula, præter elegantem illam epiſtolam ad Adrianum Pont. Max. appoſitam in fronte operis illius, ſub titulo, Quodlibeti, fuit cum Iacobo Sadoleto viro egregio maxima familiaritate coniunctus etiā huius viri meminit Leonicus in ſuis Dialogis, vbi de precibus agit. Aderant (inquit) mecum cum alij pleriq;, cum & Hieronymus Magnanus Veſtanus Epiſcopus vir & religione conſpicuus, & literarum etiam ſtudijs in primis clarus. Hūc locum etiam plurimum exornauit Magiſter Bartholomæus Oliarius Cardinalis, & paulo poſt Magiſter Antonius Tubeta in inclyta Patauina Academia primæ Philoſophiæ profeſſor eximius, ad quem ex omnibus mundi partibus confluebant ſtudioſi omnes, velut ad mercaturam bonarum artium. Habui regentem, & præceptorem meum Paduæ Magiſtrum Antonium Pancetam, virum eximia liberalitate, & morū præſtantia inſignem, qui obijt Paduę an. 1559. Claruit quoque anno 1392. magiſter Albertus à Sancto Georgeo, qui ob inſignem eius doctrinam, & in ſacris concionibus maximam facundiam à Bonifacio octauo in Epiſcopū Feltrenſem electus fuit. Nec taceo B. Iacobum martyrem, qui dum vehemēti deſiderio fidei verbum Dei prędicaret apud Saracenos martyrio coronatus eſt. Floruit ibidem Mag. Marſilius Mainardus Philoſophus, & Theologus inſignis, qui altius quàm par eſſet, volare cupiēs temerè prolapſus eſt ad ima. nam impiū dogma ab Apoſtolica Sede dānatū miſer ſuſtinere voluit vnà cū Michaele Cęſenate hæretico ad promerendā gratiā Ludouici Bauari Cæſaris Pontificijs cēſuris à Io. XXII. grauiter oppreſſi, eo quòd nō eſſet legitime imperij diademate coronatus, & quòd Petrum Corbarienſem Pōtificē intruſum ſciſmaticū creaſſet. Quem Marſilius ipſe ſectabatur vnà cum Michaele Cęſenatenſi, Bonagratia Bergomēſi, Gulielmo Ochan Anglico: propterea grauiſſima cenſura eccleſiaſtica damnati fuerunt. Ad huius autē argutias refellendas ſcripſit nuper integrum librum Albertus Pighius Cāpēſis, homo doctiſſimus, in eo opere, quod Eccleſiaſtica Hierarchia inſcribitur, vbi dicit quod hoc vno nemo diligentius, vehementiusq́ue, aut etiam copioſius cauſa ſecularis poteſtatis aduerſus Eccleſiaſticam dignitatem egiſſe creditur quam planè ſubuertere, & ad nihilum reducere ſuo ingenio pro viribus conatus fuerat, ſed fruſtra. In Eccleſia Eremitarum D. Auguſtini Paduæ extat ſepulchrum familiæ Mainardinæ. Noſtro tempore vixit magiſter Baldaſſar Figulus, vir ingenuæ naturę, quicum plures annos Paduæ magiſter ſtudij vitam duxi. Floruit in eodem loco magiſter Paulinus, qui conditus eſt in æde D. Antonij, cuius vita qualis fuit, inſcriptio, & Epitaphium eius declarat; ſed præter alios floruit miraculis B. Fulgentius, & plerique alij viri, quorum memoria eſt mihi incomperta. Hoc ſolum dicam, quòd hæc mirabilis ſtructura, quæ antiquitus dicebatur templum Iunonis, vbi Iunō, ab idolatris colebatur, mutato titulo à D. Iacobo Patauino Epiſcopo Paduæ in honorem B. Virginis conſecrata fuit, atque demum in honorem D. Antonij ingens, & magnificum templum ſtructum eſt, & anno Domini 1475. Dominus Iacobus Zeno de Venetijs Epiſcopus Patauinus propēſa pietate in D. Antoniū petijt conſecrari eius altare, & ita die 18. Iunij die Dominico conſecrauit cum reliquijs ſanctorum Martyrum Hermacoræ, & Fortunati, Sancti Laurentij martyris, & de capite vnius ſanctarum vndecim millium. deditque quadraginta

F. Rufinus Luparus celebris.

Mag. Hieronymus Magnanus.

Leonicus author

B. Iacob. Paduanus.

Iuſtè damnatur Marſilius Patauinus quod Ioanni Pont. XXII. ſe oppoſuiſſet.

Albertus Pichius.

Templum S. Antonij cuius antea fuerit.

Reliquiæ ſanctorum, quæ aſſeruātur in ſacrario cōuentus Paduæ.

quadraginta dies de vera indulgentia, his qui interfuerunt, & venientibus tali die ad viſi-
tandum dictum altare. Sunt autem in dicto templo multæ reliquiæ. videlicet de præſe-
pe Domini, de pannis albis, quibus Dominus Ieſus fuit immolatus, de lapide, ſuper quem
Dominus noſter ſedebat, quando diſcipulos ſuos docebat, de tunica inconſutili Chriſti,
de menſa Chriſti, de lapide Columnæ, tres ſunt coronæ ſpineæ, de monte Caluario, de li
gno Crucis, pannus demadefactus in ſanguine Chriſti, de capillis Beatæ Virginis, de ve
lo, de Helia Propheta, de Iona Propheta, de Virga Moyſi, de Virga Aron, de Sepulchro
Io. Baptiſtæ, de Sancto Petro Apoſtolo, de Sancto Paulo, de Sancto Andrea, de Cilicio
S. Andreæ, de Ligno Crucis, de S. Andrea, de Sãcto Iacobo fratre Domini, de Sãcto Ioan
ne Apoſtolo, de Baculo S. Iacobi Apoſtoli, de Sancto Philippo Apoſtolo, de Sancto Bar
tholomæo Apoſtolo, de Sancto Thadeo Apoſtolo, de Sancto Barnaba, de Sancto Mat-
thia Apoſtolo, de Veſte S. Marci Euangeliſtæ, de SS. Apoſtolis, de SS. Innocentibus, de
Sancto Stephano Protomartyre, de Sancto Laurentio Martyre, de Sancto Vicentio Mar
tyre, de Sancto Fabiano Martyre, de Sancto Sebaſtiano Martyre, de Sancto Paulo Mar
tyre, de SS. Martyribus, Coſma & Damiano, & de Sancto Geruaſio & Protaſio, de San-
cto Blaſio, de Sancto Clemente Papa, de Sancto Felice, de Sancto Simplicio Martyre, de
Sancto Sixto Papa, de Sancto Hippolyto, de Sancto Symphoriano, de Sancto Agapito,
de Sancto Siſino, de Sancto Mauro, de Sancto Ruſtico, de Sancto Apollinare, de San-
cto Mario, de Sancto Vitale, de Sancto Gregorio, & Nicolao Epiſcopo, de Sancto Bonifa
cio Epiſcopo, de tunica Sancti Ludouici Epiſcopi, de Sancto Franciſco Confeſſore, de
ſanguine Lateris Sancti Franciſci, de capillis Sancti Franciſci, de tunica Sancti Franciſci,
de ſtola cum qua Sanctus Franciſcus cantauit primum Euangelium in natiuitate Domi-
ni, maxilla Sancti Antonij, lingua cujuſdam, de cute capitis Sancti Antonij, de capillis
coronæ clericalis, de Cilicio Sancti Antonij, de tunica, & de cilicio Sancti Thomæ Archi
epiſcopi, de Sancta Maria Magdalena, de Sancta Cecilia, & ſexcentæ aliæ reliquię, quas
velle enumerare nimis longum eſſet. Habet quoque hæc cuſtodia Locum Moutis Sili-
cis, Locum Atteſtis, Locum Lendenariæ, Locum Rodigij, in loco vulgò dicto Poli-
cono cõſtructum ab Illuſtri Domino Obizo Marchione Atteſtino anno 1292. cum facul-
tate manendi ibidem quinquaginta fratres ſub obedientia Prouincialis Bononiæ. Dice-
baturque locus ille Sancta Maria de Angelis. Hunc locum plurimùm exornat ſuis virtu
tibus magiſter Theophilus Burgundus Inquiſitor, & Regens Taruiſij. extat quoque locus
Plebis Sacci, vnde originem traxit (vt dicunt) Beatus Iacobus Patauinus Martyr. Floruit
quoque magiſter Iacobus Prouincialis, noſtro tempore Sancti Antonij. Locum priora-
B. Iac. Patauinus. tus Sanctæ Mariæ de Baſſiano, qui datus fuit, & vnitus cum noſtro Conuentu à Paulo
III. Ponti. Maxi. ea lege, vt conuentus ſolueret omnia beneficia, & expenſas factas in eodẽ
Conuentu, Locum Quartaroduli propè Paduam, Locum Begulentæ, Locum Galgi-
gnani ſub titulo Sanctæ Trinitatis de Galgignano, de quo reperitur Inſtrumentum, quòd
nobilis Domina Rigoborna, filia quondam nobilis viri Domini Petri de Carrari, apro exe
cutione voluntatis d. eius viri tradidit, & aſſignauit Reuerendo Patri Fratri Ioanni de Ple
be Sacci Cuſtodi, & Reuerendo Patri Reprandino Guardiano, acceptantibus pro ſe, &
cæteris fratribus Cuſtodiæ Paduanæ, Eccleſiam, Locum & monaſterium, quæ tunc de no-
uo conſtrui fecerat ſub nomine Sanctæ Trinitatis, in Villa Galgignani diſtrictus Padua-
ni, & Diœceſi pro ſubſtentatione, ad minus duodecim fratrum. Rogatus Ser Franciſcus
de Capellis notarius, an. 1347. die ſecunda Septembris. reperitur & aliud Inſtrumentum
quondam Anſolini Geradini, in quo inter cætera ordinat, quòd in loco Buolente Diœc.
Paduanæ, quidam Reuerẽdi Fratres Minores de ſuo prædio vel podere habeant victum, &
veſtitum: rogatus Donus Marcus Eccleſię Sancti Blaſij Curatus, & notarius anno 1364.
die vndecima menſis Octobris. Locus Sancti Petri de Viminaro, Locus Sanctæ Vrſulæ,
Locus Montagnani, vbi viuit hodie magiſter Ioan. Baptiſta Falaguaſta Prouincialis Pro-
uinciæ. Locus Ciuitatis Vincentię, ubi floruit magiſter Lazarus Præceptor magiſtri Iaco-
bini de Bargio, & magiſter Albertus Epiſcopus Taruiſij, vt epitaphium eius in Eccleſia
Cathedrali indicat.

Hic iacet Albertus lapidis teſta coopertus,
Frater eartq; Minor, ſed præſulis ordine maior

Doctoremque

Taruiſii præſul, ſed origine ſanguinis exul,
Ipſum nanque virum genuit Vincentia mirum.
Doctoremq; merum docuit qui lucidè verum,
Oremus Dominum ſibi quod donet Paradiſum:
Et quod lætemur pariter quando moriemur.

Hoc tempore viget Magiſter Antonius Paganus, qui illic plures ſeculares ad melioris vitæ inſtitutum, & ſtudium pietatis induxit, iuuitq; non paucorum ancipites animos doctrina ſua, conſilijs, & exemplo.

CVSTODIA VENETIARVM.

VENETIARVM Vrbs præclariſſima eſt, totius Italiæ & ſinus Adriatici nobile emporiū, Ciuitas ipſa dorſo è mari prominulo patētiq; ſita eſt, canalibus vndique diſtinguitur, in quibus aquæ ſalſæ decurrentes tanq̃ vijs quibuſdam hinc inde inter ſe diuiſis, ita alluunt vias & loca omnia, vt ſinguli vici videantur, quaſi plures triremes in vnū congregatæ, in ſummo æquore natare. Armamentarium ampliſſimum habet, quod Arſenal appellant, quaſi naualis artis repoſitorium, omni machinarum genere refertum. Cōſtans opinio eſt, quòd breuiſſimo temporis ſpatio, cùm velint, ducentas triremes inſtituūt onerarias. quod aliàs fecerunt. Quemadmodum itaque hęc Ciuitas pręclariſſima eſt, ita quoque illuſtriſſima habet cęnobia fratrum, & Monialium. ſed vt reliqua omittam, ibi eſt locus Fratrū Mino. ſub tit. Magnę Domus. Nam anno Domini 1225. ſub felici principatu Domini Iacobi Theupulo inclyti Ducis Venetiarū Ordo Fratrum Prędicatorum, & Minorum Venetijs habuit initium, & anno 1250. die 3. Aprilis, in feſto Sancti Vitalis Dominus Octauianus Sanctæ Marię in via lata Diaconus Cardinalis Apoſtolicę Sedis legatus, ad ſupplicationem fratrum Minorum de Conuentu Venetiarum, primarium lapidem in eorum Eccleſia poſuit dum erigeretur ſub titulo, & nomine Sanctæ Marię glorioſę, tribus Reuerendiſſimis Epiſcopis pręſentibus, & aſtantibus, vt patet in Bulla authentica: erat autem Iuriſdictio Sanctę Marię formoſæ, vt fama eſt. An. verò 1492. die 27. Maij cōſecrata fuit eccleſia per Dominū Petrū de Trano Ordinis Mino. Epiſcopū Telexinū. Floruerūt Viri grauiſſimi in hoc Cōuentu, B. Chariſſimus de Cluſia, & B. Gentilis de Marchia, qui ſua prædicatione multos infideles conuertit ad Chriſtū, cuius oſſa Venetias tranſlata ſunt per Dominum Marcum Cornelium, qui poſtea fuit Dux Venetiarum. Habuit quoque hęc religio plures epiſcopos Venetiarum: nam Epiſcopus Venetiarum ante adeptum titulum Patriarchatus dicebatur Epiſcopus mortuorum, Fuit itaque Thomas Francus epiſcopus Venetiarum anno 1272. Bartholomæus Quirinus 1274. F. Iacobus Contarenus 1303. F. Ioannes Barbus 1349. Frater Frāciſcus Falerus 1390. F. Marcus Lādus 1416. Floruit F. Nicolaus Mutio, qui opera D. Gregorij ordine decenti in epitomen redegit. Claruit in eodem loco Magiſter Ludouicus Donatus Generalis, & Cardinalis, de quo ſuprà. extat in Eccleſia ante fores ſacrarij Mauſoleum, vbi conditum eſſe corpus B. Pacifici ſeniores affirmant. Vidit noſtra ætas quoſdā Viros inſignes, quorum memoria gratiſſima eſt, nempè magiſtrum Cornelium Diuum, virū inſignem, & in ſacris concionibus ad populum præſtantem, non doctrina aut ſapientia ſtudio acquiſita ſolum, ſed naturæ quadam vi liberali. magiſter Marinus Claudus hæreticæ prauitatis Inquiſitor. Viuit hodie alter Marinus Mauro non illi diſſimilis, qui ſingulari prudentia Reuerēdiſſ. D. Cornelio Muſco epiſcopo Britōtino charus fuit, ſcripſit quoque quædam opuſcula, quæ à ſtudioſis deſiderantur. fuerunt alij viri, vt magiſter Stephanus Gherardinus prouincialis, magiſter Perinus de Michaelib. magiſter Federicus Vlmius, qui hodie viuit liberalium artium cultores. extat quoque oratorium Sancti Nicolai connexum cum magna Domo, quod datum fuit Minoribus anno 1453. à Domino Nicolao à Leonibus Sancti Pauli cum obligatione, vt Guardianus duodecim fratres haberet de ſua Familia. Hunc locum plurimum illuſtrauit prædictus magiſter Federicus Vlmius. Locus Sancti Franciſci de Vinea. Locus Sancti Franciſci de Contrata, quem extruxit quidam ciuis, qui

Inſigne Arſenal Venetorum.

Supplemē. Chrō.

B. Chariſſimus de Cluſia & B. Gentilis.

Epiſcopus Venetiarum olim mortuorū dicebatur.

Qui floruerunt.

in raptu excellentiam Beati Franciſci contemplatus eſt. Locus Sancti Franciſci in deſerto, quem extruxit Frangola Iuſtinlana nobilis matrona anno 1401. quæ condita eſt ante fores Eccleſiæ illius loci. Locus Sancti Iacobi de Palude, qui anno 1455. conceſſus fuit à patribus fratri Franciſco Boldù, & fratri Petro Cretenſi, quia ruinam minabatur, & Pius Secundus, anno 1459. tertio Id. Decembris, Pontificatus ſui anno ſecundo, ad preces Sereniſſimi Ducis Paſqualis Maripetro, & Illuſtriſſimi Dominij Venetorum, conceſſit hoc monaſterium Reuerēu. P. magiſtro Franciſco Ariminenſi, quod iamiam admiſerabilem ruinam deuenerat. eccleſiaque erat pene deſerta, diuinusque cultus in ea vix ſeruabatur. Moniales quædam Ordinis Ciſtercienſis eodem in loco morabantur, quæ poſtea ad monaſterium Sanctæ Margaritæ de Maiurbio tranſlatæ ſunt tempore Pauli Secundi Pontif. Maxi. qui conceſſit fratribus Min. Venetis Eccleſiam, & Monaſterium anno 1469. Kalen. Octobris, Pontificatus ſui an. ſexto, principatu Domini Chriſtphori Mauro inclyti Venetiarū Ducis, cum omnibus eius iuribus, & pertinentijs, redditibus, & prouentibus ad ſummam quinquaginta quatuor florenorum auri de Camera. Hodie eundem locum tenet magiſter Baptiſta Berna Venetus, qui eccleſiam collabentē reſtituit. Habet hæc eadē Cuſtodia locum Taruiſij, fundatum anno 1306. ab Illuſtriſſimo Domino Gerardo de Camino, ſuperiori Conuentu antiquiorem extra ciuitatem anno 1260. Floruit in hoc Conuentu Frater Albertus Epiſcopus Tarniſinus, magiſter Nicolaus, Doctor inſignis, hæreticę prauitatis Inquiſitor, qui inter cætera eius opuſcula edidit quandam quæſtionem de legitima diſpenſatione fratrum Minorum, ſtrinxitque calamum acerrimè aduerſus Ioannem Perinum, quem ſuperius memorauimus. Ibidem claruit magiſter Martinus, & noſtra tempeſtate magiſter Marcus Antonius Curſius, eccleſiaſtes clarus, & bonarum literarum cultor præcipuus, obijt Taruiſij. magiſter Stephanus Ghirardinus, & magiſter Daniel Brixianus, lapidem in Eccleſia erexerunt mutuæ eorum neceſſitudinis inſigne monimentum. Locum Coneglani ſiue Coneliani, vbi iacet Beatus Marcus Hungarus, de quo præfati ſumus. Locus erat extra mœnia, ſed pro maiori ciuium commodo intra oppidi mœnia cō ſtructus eſt anno 1367. Locus Ciuitatis Bellunæ inter Noricos, Locus quidem amænus præſertim tempore calorum, quia per totā Vrbem emanāt fontes aquæ viuæ ad humanum vſum aptiſſimi, quanuis rigeſcente hieme habitatio frigida reddatur, frigidiorque eſſet, niſi rigorem impediret mons Seruæ à parte Septentrionali oppoſitus, reperitur de eius conſtructione, quod anno 1232. die decima Februarij, Domina Benuenuta dedit quinque fratribus Locum Sancti Petri cum horto ante fores Eccleſiæ: Vniuerſitas verò Bellunenſis, anno 1289. obligauit ſe velle dare ſingulis annis per ſpatium nouem annorum libras 300. illius monetæ: Epiſcopus verò qui erat caput tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus Interpoſuit auctoritatem ſuam, & iudiciale decretum. Floruerunt eo in loco Viri grauiſſimi, & noſtro tempore viuit magiſter Bonauentura Mareſius Prouincialis Sancti Antonij, qui præter quàm quòd morū honeſtate laudādus eſt, Cōmiſſarius generalis in Prouincia Poloniæ ita ſe geſſit, vt fratres illius Prouinciæ à rectā viuendi ratione remotos magna prudentia, & dexteritate redegerit ad Regulæ Obſeruātiam, vt inferius ſuo loco dicemus. Locus Feltrij, vbi floruit noſtro tempore magiſter Aloyſius, hæreticæ prauitatis Inquiſitor. Locus Sarauallis, de quo nihil aliud reperio memoria dignū, niſi quòd ante fores Eccleſiæ leguntur hæc verba.

Locus Ciuitatis Bellunæ.

Mccclxvij. ij. die menſis Iunij completum fuit hoc opus, quod fecit fieri Ser Bartholomeus Hoſpes.

Et quędam alia verba leguntur inciſa in lapide, & hæc ſunt:

Mccccxciiij die 3. Octobris, hęc ſunt monumenta fundatoris.

Reliqua ſunt abraſa, vt legi nequeant, leguntur quædam alia verba paulò infra;

Mccclxxxiij. v. nonas Octobris.

Hæc in honore Dei ſunt, Virginis atque Mariæ,
Et præcurſoris Chriſti fabricata Ioannis,
Franciſciq; Patris, Antiſtitis & Nicolai,
Antonius cuſtos, & Chriſtophorus.

Extat locus Aſoli. Locus Motæ conſtructus anno 1488. Locus Maroſticæ, quod eſt municipium in primis Germaniæque proximis iugis, abeſtque à Patauio millia paſſuum vigin-

vigintiquatuor. Locus S. Rochi de Meſtre. An. 1480. die 18. Nouembris, indictione 14. Ioannes Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum ad ſupplicationem venerabilis F. Franciſci Albizoto, & ad preces Vniuerſitatis de Meſtre conceſſit, vt fratres poſſint erigere locum ad diuinum cultum augendum ſub titulo Sancti Rochi in loco, qui vacuus erat, intra viam publicam: habentur Literæ ducales Venetijs in archiuio Conuentus. Locus Noualis quem conſtruxit Dominus Ludouicus à Tobaleis, Iuris vtriuſque Doctor, ciuis, & habitator Taruiſii, Vniuerſitaſq; multa tribuit pro cõſtructione loci prope Eccleſiam S. Georgij.

CVSTODIA FORIIVLII.

HABET hæc Cuſtodia Locum Vtini, quem extruxit Raymundus Turrianus Epiſcopus Comenſis, & Patriarcha. Hunc locum plurimùm exornat B. Odoricus, cuius vitam, & præclara facta deſcripſimus ſuperiori libro. Viuit hodie magiſter Hieremias Buchius, qui ſcripſit quædã opuſcula, vt inferius dicemus, vernaculo ſed erudito & copioſo ſermone. Locus Portusgruarij, quem an. 1281. Fulcherius lucultus è Spilimberga Familia Epiſcopus Concordienſis conſtruxit, & ampliſſimis prędijs dotauit, qui accumulato ſibi virtutis, honore ſenioq; confectus exceſſit è vita, conditusque eſt in æde D. Franciſci ad læuam maioris aræ. Locus Ciuitatis Auſtriæ, quem idem extruxit Raymundus Turrianus, anno 1284. die 9. menſis Decembris. Nam F. Marcus de Maltrauerſis Paduanus, Cuſtos Cuſtodiæ Paduanæ, coram Domino Patriarcha Raymundo Turriano petijt ædificari locum Ciuitatis Auſtriæ; rogatus Ioannes de Lupico, notarius publicus. partem loci huius collabentis reſtituit magiſter Bonauentura Viuarucius, homo rerum gerendarum prudens. ad Marſionem amnem, qui tanta aquarum copia fluit, quantam requirunt decem molę pulſu perpetuo agitandæ; amnis non ſine ſuaui murmure ſaliens aqua criſtallina ad fundum vſque perſpicua truttas producit, & marſiones ſic dictos à nomine fluminis. Obijt ille Venetijs à ſecretis prouinciæ, anno 1584. Locus Glemonę, quem conſtruxiſſe ferunt B. Antonium Patauinum, vnde Locus S. Antonij appellatur. Narratur, quod B. Antonius cum Locum conſtruere, bubulcum quendam rogauit, vt currum ſibi pręberet ad deferẽdos lateres pro loci huius conſtructione: Ille (vt eſt ruſticorum mos) diſſimulauit ſe currum præſtare non poſſe, quòd veheret iuuenem mortuum, qui tamen dormiebat. B. Antonius diſceſſit, ruſticus verò ſubridens iuuenem dormientem cœpit excitare, dormitat ille: inſtar ruſticus ac vrget, quem cum excitare nequiret, ſenſit eſſe re vera mortuum. tũc relicto plauſtro bobusq; accurrit eiulans ad ſanctum virum, profuſis lacrymis fuſus ad eius pedes orat, obſecrat, vt ſuſcitet iuuenem. B. Vir motus prece, motus caſu, facit ſignum crucis ſuper occubãtem, ſubmurmuratq; ore & ſpiritu, & erigit ad vitam reuocatum iuuenem. Floruit in hoc Conuentu magiſter Aloyſius Pighiſinus. Locus Goritiæ, vbi eſt oratorium S. Antonij. Locus Pulcenici. Locus Caſtelli. Locus Collalti ſub titulo S. Bernardini conſtructus anno 1461. ab illuſtri Comite Antonio Collalto, filio quondam illuſtris Comitis Baſilij. Fuit cõſtructa eccleſia S. Bernardini, & anno 1469. 25. Aprilis fuit conſtructum monaſterium, & anno 1545. die 4. Ianuarij fuit combuſtum monaſterium, & ſcripturæ dicti Conuentus. Locus Motæ. Locus Aquileiæ inhoſpis eſt: neque enim ibi habitare poſſunt fratres ob aeris intemperiem, dumq; meo tempore locum capere pertentarent, quidam Poeta ingenioſè quidem hoc carmine Aſclepiadęo deſcripſit graphicè ſitum Aquileiæ, & eius incolas, vt memoria dignum mihi videatur.

Raymundus Turrianus Epiſcop.

B. Antonius Patauinus ſuſcitat mortuum.

Pinelle, egregij qui genus inclytum
Splendore ingenij clarius efficis;
Huc aduerte animum, dum tibi carmine
Pingo viſam Aquileiam.
Quãquam (heu) nulla mihi viſa Aquileia eſt,
Vix ſparſos cineres, atraq; vix datur
Aſpectare oculis buſta, fuit fuit
Tanti gloria nominis

Nil firmum penitus Cynthius aſpicit,
Occaſusq; manet ſummaq; & infima,
Et quod longa dies prouehit, inuidi
Punctum temporis abijcit,
Vrbis magnanimæ, commemorabiles
Suſtentant titulos exiguę domus,
Tectoq; & numero ſtrataq; gramine
Herbeſcentia plurimo.

Primo deſcribit ſitum, & vrbem.

Proturbataq

Proturbata putri ſaxa ſitu iacent,
Hic, illic hęderis ſumma licentia,
Quicquid fortè ſolo prominet ocyus
Tanquàm iure ſuo occupat.
Stat Templum ſpecie, quam neque temnere
Nec veris liceat tollere laudibus,

Nunc deſcribitur Incolas.

Circum ęgrè veteris tetra palatij
Se veſtigia ſuſtinent.
Hic olim imperio diuite Pontifex
Nunc dirus coluber multęq; noctuæ
Bubonesq; habitant: corda quidem mihi
Horror pertudit inſolens
Spectanti (medium Cynthius æthera
Nondum contigerat) triſte ſilentium;
Informes latebræ, fœdaq; vaſtitas
Rerum cernitur omnium.
Hæc reſtant, rapidus cætera barbarus
Ferroquè, atq; auidis perdidit ignibus,
Et cœlum æſtifero ſydere noxium, et
Clauſis multa Pelus aquis.
Deſcribam ne tibi verſibus incolas?
Paucis omnia habe; liuida corpora
Confecta, & macie & febribus improbis
Et perrara locum tenent.
Ad quid multa? Quod eſt diues opus Tyrus,
Quod Carthago ferax, quod caput vrbiũ, et
Orbis Roma, quod & protinus omnia
Fient hoc Aquileia eſt.

CVSTODIA VERONENSIS

HABET locum Veronæ, vbi floruerunt viri grauiſſimi. Viuit hodie magiſter Camillus Tachetus, qui præfuit Prouinciæ Poloniæ, & Lector regius Craconię, extat Locus Mantuæ, vbi iacet Frater Benuenutus, vitæ ſanctitate clarus. Locus Tridenti, qui tempore Sacri Concilij fuit reſtitutus anno 1560. Locus Ripæ vbi conditus fuit B. Pacificus. non longè à loco fratrum emanat fons irriguus opera Beati Pacifici. Locus Coloniæ.

PROVINCIA MEDIOLANI.

HAEC Prouincia nobiliſſima eſt inter Inſubres in Gallia Ciſalpina, populi multitudine refertiſſima, agrique bonitate feliciſſima, quæ vulgari prouerbio fertur, Lombardia pinguis, vbi ſunt præcipuæ vrbes, in quibus Cęnobia quædam præclara conſpiciuntur, & in Cuſtodias quinque diſtribuitur.

CVSTODIA MEDIOLANI.

HABET hęc Cuſtodia locum Mediolani, qui olim fuit hortus Philippi, vbi Sãcti martyres Geruaſius, & Protaſius, Nabor, et Felix, & multi alij martyres tumulati ſunt. Vnde Alexander IIII. Pont. Max. conceſſit fratrib. Minoribus Eccleſiã Sanctorum Naboris, & Felicis, an. 1255. ſupplicante ad hoc Sigiſmundo Epiſcopo Nouarienſi, & Petro Terdonẽſi. ſupplicauerũt. n. miniſter Prouincialis F. Bartholomæus, & F. Cõradus Mediolanẽſis Cuſtos, Frater Henricus Vercellenſis, Guardianus, Mediolani, Frater Rugerius Mediolanenſis Lector Conuentus, omnesque iſti precibus egerunt, vt locus fratrum, qui erat arctiſſimus, ampliaretur, Paulus Tertius applicauit prioratum Domini Galeatij de Gluſſiano, Clerici Mediolanenſis redditus annualis centum, & ſexaginta Ducat. auri de camera Conuentui noſtro Mediolanenſi. Floruerunt hoc in loco Frater Leo Archiepiſcopus Mediolani, Frater Petrus de Areagnano Inquiſitor, qui nolens delere nomina hæreticorum de libro Inquiſitorum, ab ipſis crudeliter eſt occiſus: Frater Antonius de Roſate, qui à Saracenis eſt interfectus, Frater Antonius de Ruſconibus Generalis, frater Franciſcus Creppa Prouincialis Mediolani, qui interfuit in Sacro Concilio Piſano. Locus de Laude, vbi præfuit Eccleſiæ Epiſcopali F. Leo de Laude ſanctitate pręclarus,

Prioratus Galeatii de Gluſſiano, applicatus Eccleſię S.F an.

F. Petrus de Aragnano.

qui

qui Clerum ſuum errantem corripiens, veneno fuit tentatus, nullamque vim paſſus eſt. Locus Pezzoli conſtructus per Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Petrum Peragroſſum Mediolanenſem, tituli S. Marci, anno 1295. die 14. Iulij, ſub titulo S. Mariæ, qui mandauit vt expendantur mille floreni in bonis ſtabilibus, vt alantur quindecim Fratres. Locus Galeradi, ſub Gregorio IX. Datum Peruſii ſecundo nonas Octobris, Pontificatus ſui anno octauo: Scripſit enim ad Archiepiſcopum Mediolanenſem, vt ſi quis vellet concedere locum, vbi Fratres Minores commodè poſſent offerre vitulos labiorum, non impedirentur. Locus Saroni ignoratur ob bella, quæ Regiones illas triſtes reddidere. Floruit ibi Magiſter Petrus Fuſus, Concionator acceptus in populis: viuit hodie magiſter Ludouicus, publicus Lector Ticini.

Ex Vaticano.

CVSTODIA BRIXIAE.

HABET hæc Cuſtodia locum Brixiæ, qui hac occaſione cõſtructus dicitur: nam pulſo Lambertino de Bononia Brixiæ Gubernatore per Obizonem de Vgonibus, Girardum Gambaram, Federicum Griphum, & Rizzardum Bucam Conſules, ſeditio magna extemplò facta eſt inter partes Gibellinorum & Guelphorum. Quare ſæuientibus rurſum, & in vrbe, & in prouincia factionibus, & quibuſdam tyrannis, vt hæc ciuitas à tanta calamitate liberaretur Deo, & B. Franciſco vouit, ſi ab huiuſmodi infortunijs eximeretur, Templum in Dei & Franciſci honorem quãprimùm ædificaturam, quod in ora Campi baſſi, in prædio (vt fertur) à Patritijs de Bruſatis elargito, decenti opere conſtruxit, quò Sancti Franciſci diſcipulos, qui in anguſta iam Eccleſia Sancti Georgij ſatis incommodè manebant, induxit tempore Caualcani de Salis, Patritij & Epiſcopi Brixiæ, anno 1253. quod poſtea Generalis Sanſon egregio opere perfecit, & abſoluit, Sacrarium præcipuè argenteis vaſis, & paramentis exornauit, quæ narrare longum eſſet & operoſum. Magiſter Hieronymus Girellus, quem poſteriori libro memorabimus, locum extruxit pro infirmis, & paterno ære dotauit. Viuit hodie magiſter Aemilius Bertocius, & magiſter Galeatius Valgulius. Locus Iſci prope Lacum, à quo nomen accepit, vbi Beatus Amadeus aliquod tempus commoratus eſt. Locus Calcinati, Locus Garignani, vnde oriundus fuit Magiſter Antonius, inſignis Theologus, & in Patauina Academia profeſſor primæ Philoſophiæ. Locus Sancti Petri in Biene. Locus Bergomi, qui hac occaſione conſtructus fuit: nam Beatus Franciſcus à Solthano rediens peragrata tota Syria, & itidem Italia anno 1218. Bergomi cum Beato Dominico conſtitit: Dominicus in Sanctæ Magdalenæ ſacello, Franciſcus in Sancti Vigilij conſedit. Aliquot itaque diebus manſerunt Bergomi, diurnis, nocturniſque precibus inſiſtentes: Dominico ſacrum miſſæ facienti Franciſcus prętſò erat, contra verò Franciſco interiori animo obſecrationes inſtituenti aderat Dominicus; ſtatas preces alternis verſibus recitabant, mutuiſque officiis ſe ſuſtentabant, & crebris concionibus Bergomenſes ad pietatem, & religionem excitabant, & plurimos à peccandi conſuetudine ad vitæ ſanctè, beneque agendæ ſtudium reuocarunt, quique in Chriſti diſciplina erant eruditi, eos in ſua ratione confirmarunt: vnde duo templa cum adiacentibus domiciliis publico conſilio aſſignata ſunt, in quibus vterque ſui Ordinis Collegium inſtitueret. Monaſterium S. Franciſci prius S. Io. Baptiſtę dicatum erat. merito quoque B. Bernardini, eius nominis fama vbique peruulgata, cùm nimis anguſtus eſſet locus, Petrus Alzanius domunculam, & agellum dimidij iugeri, qui ſub vrbe eſt, anno 1424. Minorum Ordini donauit: eius rei adhuc monumentum extat à familia Alzania ad declarandam maiorum pietatem ſeruatum. ibi alterum templum ædificatum, quod S. Mariæ itidem gratiarum nomine inſigne eſt, ibi etiam cœnobiũ, quod poſteri perfecerunt inchoatum; & ante templum quercus S. Bernardini manu ſata fuit, quæ ita creuit, vt proceritate, & craſſitudine quercuum naturam vincere putaretur, quæ poſtea proximis hinc dieb. elapſis vento eruta, & à radicibus diſſipata eſt, eiusq; materies in varijs cœnobii vſibus conſumpta. Non longe ab eo loco Bernardinum prolapſum cecidiſſe ferunt, famaq; tenet vbi manus, qua aſſurgendo nitebatur, extenſa eſt, inde ad numerum digitorum quinque locis fonticulorum ſcatebras emicuiſſe; ille poſtea aucta mirum in modum religione, agrum Bergomatum deſeruit, vbique cohortando ad pietatem, Euangeliumq; interpretando, & dum in Valle Seriana, in oppido Cluſono paucos mora-

Ex voto perfecto fit templũ B. Fran.

B. Franciſcus, & B. Dominicus Bergomi conſiſtunt, & prædicant.

Petrus Alzanius.

Quercus manu D. Bernardini cõplantata.

Ioan. Antonius Guarnerius de vita, & rebus geſtis SS. Bergomatum.

retur dies, Montanus quidam vita exceſſit, triduo poſtquam ſepultus eſt, immundi ſpiritus vox ex ædibus exaudita eſt, Bernardinus in ædibus ſe incluſit, commiſſoque cum hoſte certamine, non prius deſtitit, quàm illum domo eiecit. Hæc Bergómi geſta hoc loco recenſenda erant, vt hoc exemplo intelligamus, quòd Beati Bernardini opera omnis Ordo, & regularis diſciplinæ norma in hoc loco fuit conſtituta, & vbique diffuſa. Floruerunt noſtro tempore magiſter Ioannes Tertius, qui in Concilio Tridentino habitus fuit in pretio, & magiſter Matthæus Regens Magnę Domus Venetiarum. Locus Cremę, vbi floruit magiſter Marianus Concionator egregius, magiſter Cardus, magiſter Eleuterius Prouincialis Mediolani, magiſter Maximianus Beniaminus, Paduæ hæreticæ prauitatis Inquiſitor, quem Sixtus V. Eccleſiæ Clodienſi præfecit.

CVSTODIA COMANA.

HAEC Cuſtodia habet Locum de Comis, ſiue de Nouocomo: erat primò locus antiquus, quem mulieres quædam de Zerbeto conſtruxerunt anno 1277. die 16. Maij, habetque aram egregiam in Eccleſia. Vixit hoc tempore magiſter Prothaſius Prouincialis Mediolani. extat locus Variſij, vbi Beatus Antonius conſtruxit puteum, qui dicitur Puteus Sancti Antonij. Viuit hodie magiſter Thomas Arigonus, qui fuit Prouincialis bis Prouinciæ Mediolani, & Ordinis procurator. Locus Lugani, qui erat ſacellum ſub titulo Sancti Nicolai. Vixit ſuo tempore clarus, magiſter Benedictus.

CVSTODIA VERCELLENSIS.

HABET hæc Cuſtodia Locum Vercellarum, vbi floruit magiſter Antonius, qui plures ſermones contexuit. Locum Nouariæ, Locum Iporogæ, Locum Meellæ, Locum Auguſtæ Prætoriæ, vbi noſtro tempore floruit magiſter Antonius à Sapientibus Generalis, qui in Concilio Tridentino floruit vitæ probitate, & inſigni exemplo. Locum domus Oſſulæ.

CVSTODIA MODOETIAE.

Imperator conſtruxit templum.

HAEC Cuſtodia habet Locum Modoetiæ, qui fuit conſtructus à quodam Imperatore, qui contulit ingentem pecuniam pro conſtructione Conuentus Fratrũ, & Palaiij iuſtitiæ. Habet locum Opreni, quem fundauit B. Franciſcus, ibique primam Miſſam cantauit B. Amadeus, fuit deinde Guardianus ſex annos illius loci, vt patet in veſtibulo eccleſię. Habet locum Vicomercati, Locum Canturii, Locum de Eſi, Locum Mariani.

PROVINCIA GENVAE.

HAEC Prouincia celeberrima eſt ab vrbe Genuæ nomen ſuum deducens, quæ eſt Ligurum caput in Italia, ad mare noſtrum, vbi Apenninus mons initia ponit, quæ eſt diſtincta in ſex Cuſtodias.

CVSTODIA GENVAE.

F. Bellingerius de Monticulo.

HAEC Cuſtodia habet Locum Genuæ conſtructum anno 1250. die 5. Maij, ab Ill. D. Andrea de Fliſco Archidiacono, qui eſt ſepultus in medio Choro cum habitu B. Franciſci. prius habitabant Fratres in loco S. Marthæ. In eodem loco iacet F. Bellengerius de Monticulo, & F. Bonifacius de Riparolo, dictę Prouincię Miniſter, doctrina & bonitate clarus, magiſter Henricus de monte Iardino, qui egregios Commentarios ſcripſit in Diuum Ioannem, aliosque ſermones conſcripſit in Quadrageſimam. Floruit Magiſter Bartholomæus de Coturno, Cardinalis; Magiſter Antonius de Mare, qui edidit Summam in Theologia. Habet hæc Cuſtodia locum Sauonæ, quem ſuis egregiis virtutibus plurimùm exornauit Magiſter Franciſcus à Ruuere,

qui fuit Generalls, Cardinalis, & Pontifex, dictus Sixtus Quartus, Magiſter Marcus Vigerius, & alij quàmplures. Locum de Clauario, Locum Albarij anno 1304. Gaſpar Anſalius reliquit domos & terras pro conſtructione loci Albarij. Locum Chiapetæ, anno 1280. Dominus Cõſtantinus quondam filius Guilielmi Lercharii nobilis Gennenſis, dedit fundum in Valle Pulceuera, in loco vulgò dicto Chiapetta, ad honorem DEI, & Beati FRANCISCI. Locum Sextri, vel Sexti conſtructum anno 1280. à Bonifacio, Iacobo, Ioanne Alinerio filiis Guilielmi Panzani ciuibus Genuenſibus, qui conſtruxerunt Eccleſiam, dederuntque fundum pro conſtructione loci. Locum Cairi, Locum de Naulo.

Sixtus Quartus.

CVSTODIA ASTENSIS.

HABET Locum Aſtæ, vbi floruit Magiſter Aſteſanus, qui edidit ſingularem Summam, & quidam alius ſuppreſſo nomine, qui edidit poſtillam ſummæ eruditionis. Vixit noſtro tempore Magiſter Franciſcus Prouincialis Bononiæ, & Magiſter Henricus Prouincialis Genuæ. Locus Albæ Pompeiæ, vbi floruit Frater Iacobus Brancus, qui per concluſiones omnes Philoſophiæ libros compilauit ad Regem Robertum. Viuit hodie Magiſter Dominicus, qui præfuit Prouinciæ. Locum de Aquis, vbi habitant Fratres de Familia. Locum Montis Calui, Locum Cortimilij ſatis dilapidatum ob bella.

CVSTODIA ALBINGANI.

HABET Locum Albigani, vbi fuerunt quidam inſignes viri, quorum nomina deſiderantur: Locum de Nobo, Locum Ventimilij, Locum Ceuæ, Locum Montisuici, Locum Foſſani, vbi floruit Magiſter Simon de Foſſano. Locum Cunei, Eccleſia conſtructa fuit anno 1226.

CVSTODIA PEDEMONTANA.

LOCVS Pinaroli, quem plurimùm exornauit Magiſter Antonius, inſignis Concionator, & in ſcholaſticis diſciplinis non leuiter doctus, Magiſter Bartholomæus Prouincialis, & Magiſter Ludouicus Paueſius, Lector Taurini. Locus Cherij anno 1213. tempore Beati Franciſci, dum tranſiret in Franciam & Hiſpaniam. Locus Montis Calerij, vbi vixit cum laude Magiſter Philippus. Locus Suſæ, ſiue Secuſiæ, Locus Riparoli, vnde originem duxit magiſter Martinus de Sancto Georgio Generalis. Locus Clauaſij, quem ſua doctrina & vitæ probitate illuſtrauit Frater Angelus de Clauaſio, qui edidit Summam, Angelicam ab eius nomine appellatam, à qua poſteriores aliquid mutuati ſunt. Locus Bargij, vbi floruit noſtro tempore Magiſter Iacobinus Malafoſſius præceptor meus Paduæ, & locum ab exercitu vaſtatum reſtituit à fundamentis intra oppidi mœnia. Locus Taurini, vbi eſt Ducalis Sedes Philibertorum Principum: hæc ciuitas inſignis & celeberrima effecta eſt ſacra Syndone, qua inuolutum fuit corpus Chriſti ſacratiſſimum, quem theſaurum detulit Charlotta perilluſtris fœmina, quæ vltimo loco fuit hęres Regni Cypri, & familiæ Luſignanæ, quæ poſſederat aliquod tempus Regnum Hieruſalem, & matrimonio copulata fuit Aloyſio filio Aloyſij Sabaudiæ Ducis, eique reliquit omnem ſuam ſupellectilem, & Regnum Cypri. Alij affirmant Syndonem datam Aloyſio Duci Sabaudiæ à Summo Magiſtro Rhodienſium, quòd liberauerat inſulam ab impetu Turcarum. Quinquaginta ab hinc annis conflagrato ſacello, & capſa argentea, vbi ſacrum linteum aſſeruatur, nulla in eo læſio apparuit, vixque tactis extremis ipſius oris, tamen ſacra imago intaminata remanſit. quod miraculi loco habendum eſt. Locus Fratrum, qui ruinam minabatur, modò reſtituitur à Magiſtro Ludouico Paueſio de Pinarolo.

Summæ Angelicæ auctor.

Sacræ Syndonis Chriſti aſſeruatio.

Regina Cypri nubit Duci Sabaudiæ.

Miraculum de ſacra Syndone.

CVSTODIA MONTISFERRATI.

Alexāder de Alexandria Metaphyſicus.

HABET hæc Cuſtodia locum Alexandriæ, vbi clarnit Magiſter Alexander dictus de Alexandria, Theologus, & Metaphyſicus inſignis, vt declarant præclara eius opera, & præſertim egregia Commentaria in libros Metaphyſices Ariſtotelis nuper impreſſa, & falſo, mentitoque titulo aſcripta Alexandro Alenſi. Floruit quoque in eodem Conuentu Frater Franciſcus martyrio coronatus in Armalech apud Tartaros, & quidam Frater Rufinus, cuius meminit cum laude Nicolaus Quartus tempore Iacobi de Voragine. Habet hæc Cuſtodia locum de Caſali Sancti Euaſii, quæ Ciuitas dicta eſt à Sixto Quarto, vrbanitateque donata ad preces Guilielmi Paleologi Marchionis Montisferrati. Floruit eo in loco Magiſter Ioannes de Caſali, qui plures Quæſtiones edidit in Theologia, & Philoſophia, & Magiſter Gulielmus Generalis. Locum Valentiæ, de cuius origine, & fundatione nihil aliud inuenire potui præter hæc verba:

Hic iacet Dominus Ioannes de Aribaldis, de cuius bonis facta eſt hæc Eccleſia, & locus, qui obiit anno 1334. die 16. Februarij.

B.Gerardus.

Hunc locum plurimum exornauit Beatus Gerardus, quem ſuperius memorauimus, & Magiſter Antonius, qui præfuit Eccleſiæ Caietanæ. Locus Caſſini fuit conſtructus anno 1291.

CVSTODIA PAPIAE.

HABET hæc Cuſtodia Locum Papiæ, Locum Terdonæ, Locum Viguerıæ, vel Vigleuani, cuius conſtructio ignoratur: & Simon Puteus, qui ſcripſit originem illius oppidi, ignorat, & locum Caſtrinoui.

PROVINCIA DALMATIAE.

HAEC Prouincia Dalmatiæ contermina Liburniæ, quædam habet loca ſatis egena, inter prærupta ſaxa, & confragoſos ſcopulos, diſtincta in quatuor Cuſtodijs.

CVSTODIA RAGVSINA.

HAEC Cuſtodia locum habet Raguſiæ, vbi habitant modò Fratres de Familia; Locus eſt inſignis, vbi anno 1563. commoratus ſum per tempus Aduentus Domini, & Quadrageſimæ apud Illuſtres Dominos. & res quidem fuit admiratione digna, cùm in nocte Conceptionis Beatæ Virginis, quam ſemper ſummi honoris gratia appello, quòd eius ſubſidio adiutus euaſi mortem: nam non longè à Canali Iaderæ vis tanta ventorum increuit, vt nihil ei poſſe reſiſtere videretur, ſæuire inter ſe ipſos ventos, & quæque ſubuertere videbamus: coruſcabat crebris ignibus æther, intonabat cœlum, nox verò obſcuriſſima, quamuis crebri micarent ignes, qui terrorem ingeminabant. Nauclerus, cui Maccus Illyrico idiomate nomen erat, clauum tenens, cùm pręſentiret vento nauim vehementer agitari, metu attonitus miſer quid ageret ignorabat. certè parùm à ſubmerſione abfuimus, & noctem vltimam aduenisse omnes dubitabamus: fuit mihi tempus (præſtante Deo) luſtrandi ſcopulos, & miſerrima Fratrum loca, ea ratione deuotionis cauſſa, & propenſa pietate in Beatam Virginem, in eius honorem conſtruxi Aram Toſſiniani, ſub inuocatione Immaculatæ Conceptionis. Extat quoque Dyrrhachij, vbi floruit Beatus Antonius Dyrrhachinus miraculis clarus, & Epiſcopus Dyrrhachij, qui plures annos Saracenis religionem, & fidem Chriſti prædicauit, de quo priori libro. Locus Dulcini, ſeu Olcinii. Locus Cathari, vbi floruit Beatus Adam ſocius Diui Antonij Dyrrhachini in prædicatione; & noſtro tempore claruit

Auctoris æquoreus caſus.

ruit Magiſter Franciſcus, quem Gregorius XIII. præfecit Eccleſiæ Catharenſi, qui populo gratus, & ciuibus, dum iura Eccleſiæ defendere, & ablata reparare pertẽtaret, à quibuſdã æmulis veneno enectus eſt. Locus Scutari, Locus Antiuari, Locus Daxæ, Locus Corculæ.

CVSTODIA IADERENSIS.

HABET hæc Cuſtodia locum Iadere, vbi floruit Magiſter Michael de Iadera, Prouincialis Dalmatiæ, Inquiſitor hæreticæ prauitatis, & Epiſcopus Abſarenſis. Locum Pagi, Locum de Pagman, Locum Podneui, Locum Sebenici, vbi hodie viuit Magiſter Simon Muſæus, qui fuit Prouincialis Dalmatiæ, & magiſter Iulius Muſæus eius germanus frater, & eiuſdem Prouinciæ Miniſter. Locum Berberii, vbi iacet quidam B. Andreas. Locum Scardonæ, Locum Tragurii, vbi conditus eſt B. Ioannes, cuius corporis puluis ſanabat ægrotos. Locus Spalleti. B. Ioannes de Tragurio.

CVSTODIA ARBENSIS.

HABET Locum Arbi, vbi hodie viuit magiſter Simon Arbenſis, vir propter probitatem vitæ commendatione dignus. Locum Seniæ. Locum Modruſiæ, Locum Veglæ, vbi floruit mag. Matthæus Prouincialis Dalmatiæ. Locum Cherſi.

CVSTODIA ISTRIAE.

HAEC Cuſtodia habet locum Polæ, vbi Beatus Otho (Deo operante) multis præfulſit miraculis. Hunc locum plurimùm illuſtrauit magiſter Antonius Epiſcopus Polæ in Abſaro. Locum Parentij, Locum Perrani, vbi floruit magiſter Valengus Prouincialis. Locum Iuſtinopolis, vbi iacet Frater Monaldus, qui ſummam compoſuit, Monaldinam ab eius nomine dictam: multum enim valuit in Decretalibus. Locum Muglæ, Locum Inſulæ, qui anno 1576. die 13. Auguſti, à magiſtro Firmo ab Vlmo, & ab oppidanis conſtructus fuit; nam ob peſtem Venetijs graſſantem Vniuerſitas Inſulæ, & Nicolaus Mazzolius fundarunt locum ea lege, vt nulli ibi poſſent commorari præter Minores Conuentuales Sancti Franciſci. Locum Tergeſti, Locum Vallis, vbi iacet F. Iulianus, eiuſque feſtum ibidem celebratur. B. Otho. Monaldus.

PROVINCIA TERRAE LABORIS.

HAEC Prouincia olim Campania, ſed nunc ſic dicta, quia vbere ſoli diues, habetque loca ſatis opulenta, diſtincta eſt Prouincia in quinque Cuſtodiis.

CVSTODIA NEAPOLIS.

HABET Locum Sancti Laurentij in Mercato veteri: hic locus eſt fundatus in bonis Eccleſiæ Auerſanæ, datusque Fratribus anno 1234. menſe Nouembri, ſub Ioanne Epiſcopo Auerſano, cum conſenſu Capituli Eccleſiæ Auerſanæ, magiſtro Nicolao de Terracina Prouinciali pro Religione acceptanti locum vnà cum Eccleſia, horto, & domibus annexis, in honorem Dei & Sancti Franciſci, ea conditione, vt ſi quando contingeret Fratres recedere, redeant prædicta omnia ad Eccleſiam Auerſanam; & ſi Fratres vellent redire, poſſint redire, & denuo poſſidere locum illum: Rogatus Ser Ioannes Auerſanus Notarius publicus. Hanc conceſſionem confirmauit Gregorius IX. Pontificatus ſui anno 8. ſub Datum Peruſij 14. Kalen. Februarij. A Carolo I. & II. conſtructus. Carolus enim Roberti filius, & Calabriæ Dux aliquod tempus habitũ S. Franciſci detulit, vt ſuprà narratum. Ibi ſepultus eſt B. Donatus, & B. Auguſtinus Aſſiſias, primus Miniſter illius prouinciæ, qui vidit animam B. Franciſci ad cęlum euolantem. Eſt locus S. Claræ, ſiue corporis Chriſti. Locus S. Mariæ nouæ. Locus S. Crucis, quem conſtruxit Robertus tertiusgenitus Caroli II. Regis Siciliæ, conſtruxit quoque ſumma pietate templum S. Clarę. Rex Siciliæ Carolus detulit habitũ B. Franciſci, & ei templum extruxit. B. Donatus.

Caſtrum S.Ermi,& Caſtrum nouum,Locũ S.Mariæ Reginæ,Locum S.Mariæ Magdalenę, Locũ S.Mariæ Aegyptiacæ,hæc Cuſtodia habet Locũ S.Seueri, Locũ Spiritus S. Locũ S. Luciæ in Monte,Sancti Anſelmi infra monaſterium S. Martini tempore Magiſtri Ioannis Antonij Delphini à Caſali maiore.extat Locus S.Mariæ Paretis captus à magiſtro Philippo Sangeorgio Peruſino,hoc tẽpore auctus,& beneficijs plurimis cumulatus. Conuentus S. Annæ extra Vrbem Neapolis in ſuburbio ad portam Capuanam primò erat Capella ſub obedientia vnius Clerici,cui ſoluuntur annui ducati duo,& vna libra ceræ: nulla alia habetur notitia.Poſtea iſta Eccleſia fuit aucta per quoſdã confratres ſeculares,qui ibidem conueniebant ad pium opus recipiendo eleemoſynas,quam auxerunt fratres, anno 1519.

Mag. Lãdulphus.

Floruit in Conuentu S.Laurentij mag. Landulphus magnus Theologus,& concionator celebris,qui pulcherrimam poſtillam edidit ſuper omnia Euangelia , & ſuper Zachariam, & in epiſtolam ad Hebręos. Scripſit quoque collectanea ſiue collationes in quatuor libros Sẽtentiarum,iuxta ſubtiliſſimi Doctoris ſententiam,cuius doctrinam ipſe æmulatus eſt,& præfuit eccleſiæ Malphitanæ.His diebus floret magiſter Gaſpar Crilpus, qui fuit prouincialis; ſed plurimum ſplendoris attulit magiſter Octauianus Carus,Patauini Gymnaſij moderator,ingenua quadam liberalitate,& in omni diſciplinarum genere clarus. Locus Capuæ,eſt antiquus, à ciuibus conſtructus pia quadam deuotione in B.Franciſcum, qui Deo operante,miraculum fecit inſigne,Quędam enim mulier in flumen rapta eſt erepta à B.Frãciſco.

Inſigne miraculum B. Fran.

Fundatores loci fuerunt de domo Caiazæ,optimates Ciuitatis Capuæ, hodie pauci ſunt,apparent inſignia in Tribuna.Locus refectionis coquina & impluuiũ fuit Abbatiæ Sancti Benedicti de Capua,fratres ſoluunt Abbati ſingulis annis cenſum. apparet ſcriptura ſub Calixto Tertio,Pontifice Maximo, Pontificatus ſui anno 1.hoc in loco B. Franc.plura fecit miracula.Locus Auerſæ,vbi floruit Magiſter Thomas Auerſanus,Inquiſitor hæreticę prauitatis tempore Caroli Siciliæ regis Cui ſemel Gonſaluus dixit per iocum, ſcias contra te maximum concitatum odium, & ſi voluiſſem te vendere, nullum animal carius venderetur in macello.Locus Theani,Locus Sueſſæ ſub titu, S. Ioannis datus fratribus ab vniuerſitate,interueniente Apoſtolico aſſenſu.Locus Mignani captus à B.Franciſco,vt fertur, ab antiquioribus loci. Locus Madaloni erat Capella conſtructa,tranſeunti Beato Franciſco Vniuerſitas obtulit locum, dicunt quod B.Fran.ibidem plantauit citrangulum,& creuit in proceram arborem.Locus Calui,qui fuit conſtructus ab Vniuerſitate, ea obligatione vt quinq; fratres ibi manerent,& peregrinos hoſpitio ſuſciperent. erant ibidem quædam cęllulæ hoſpitatoriæ,dicunt Hoſpitale Annunciatæ Neapolis hunc locum conceſſiſſe.præfuit huic Eccleſiæ Laurentius Spatha Bononienſis, & Iulius Magnanus Placentinus,Conuentus Molę conſtructus ab illuſtriſſimo Domino Nicolao Vrſino, & ab illuſtri eius familia,primo erat ſimplex Capella ſub tit.Sanctę Margaritę iuſpatronatus dictę familię Vrſinę,& dicitur prębenda Sanctę Margaritæ,teſtantur inſignia eius domus , & lapis exciſus in Clauſtro,ſub anno 1504.nulla ibi reperitur ſcriptura authentica . Locus de Porticibus conſtructus à B.Franciſco,vt ferunt, qui à Portiuncula nomen impoſuit,vnde Vniuerſitas illa vtitur pro ſigillo imagine B.Franciſci:ibi quoque eſt puteus miræ profunditatis,quem dicunt B.Franciſcum baculo ſuo effodiſſe.Locus Caſertæ,quem fundauit princeps Caſertæ de Aqua viua.Locus.S.Felicis à Domino Ioanne Thoma epiſcopo illuſtris Familiæ, S. Felicis,eratq; Iuſpatronatus.Locus Iſchiæ ab vniuerſitate datus ſub Honorio Tertio Pontifice Maximo, extat Bulla.

B. Franciſci miraculo puteus ſcatet.

CVSTODIA SALERNITANA.

HABET Locum Salerni, cuius eccleſia conſtructa eſt anno 1238. per R. D.Abbatem Sancti Nicolai,& à diuerſis perſonis, locusq; magnificatus à Sereniſſima Margarita illius Regni Regina,cuius corpus iacet in Eccleſia,& eius nomen exprimitur in faſcia quadam marmorea.Locus fratrũ eſt pauperrimus, ſitu tamen pulcherrimus, & aeris temperie ſaluberrimus,vbi pubeſcunt herbæ , & arbores nullo tempore comas perdunt, gemmea florent varietate,in monte ſitus eſt Locus,haud nimis in altum porrectus, tremulis oliuarum vmbraculis opacus, in loco, qui Bonædiei dicitur. floruit in hoc Conuentu

Reuerendus Maſſa, vir inſignis, nam in eius ſepulchro leguntur hæc carmina.

Hic iacet in capſa dictus cognomine Maſſa
Aſtra tenent mentem, meritis nunc grata ferentem.

Locus Surrenti, Locus Caſtri ad mare, Locus Amalfiæ à Beato Franciſco captus, dum inuiſeret corpus Sācti Andreæ Apoſtoli, à quo ſtillat ſacer liquor mannæ, eo in loco Amalfiæ cameram conſtruxit, quæ hodie quoque dicitur camera Beati Franciſci. Locus Rauelli, Locus Giphonis, vbi floruit magiſter Leonardus de Rubeis, qui fuit Generalis Ordinis, & Cardinalis. Ibidem floruit magiſter Lucas Gauricus, Aſtrologus inſignis, qui Paulo Tertio charus fuit, & magiſter Valētinus Camarotus Medicus, qui claruit Paduæ. Locus Sarni à Sarno amne, penes quem fons eſt, cuius eſt tanta frigiditas quòd ferunt, ſi miſſa in eo fuerint vina nigra, albeſcūt. Locus Nuceriæ Paganorū, de quo habetur, quòd D. Petrus Philagerius conſtrui fecit anno 1287. & anno 1290. Guido Philagerius fundauit Conuentum: eſt verò in Eccleſia quædam capella ſub inuocatione Beatę Catherinæ, conſtructa per Dominum Iacobum de Burſono, ad honorem B. Catherinę, cū nobili Flamma Philagelia vxore eius. Floruit eo in loco, noſtro tempore, magiſter Lucius Baldinus, & magiſter Valerius Nucerinus, Locus S. Seuerinę, qui fuit conſtructus ab illuſtri Familia S. Seuerini ab Illuſtri Domino Ioanne Franciſco, & à Ioanne Mario, & Antonino de Infuſinis, iſti domini donarunt Religioni Sancti Franciſci, anno 1532. Locus Sancti Blaſij à fratre Mariano Caligario Tertiario erectus de ſuis redditibus an. 1571. ſub Pio Quinto, Pont. ſui anno vj. Locus Sorinę.

CVSTODIA PRINCIPATVS

HABET locum Ebuli, quem fundauit illuſtris familia de Aquauiua, vt apparent eius inſignia in Tribuna, Gulielmus Sanſeuerinus Archiepiſcopus Salerni conceſſit Locum Sancti Laurentij fratribus Ebolitanis, anno 1370. ibi floruit magiſter Laurentius de Iulianis, & magiſter Camillus, qui viuit hodie. Floruit quoque ante hęc tempora magiſter Antonius Romanus, qui prædicans ante vigiliā Annunciationis prædixit horam ſui obitus, dixitq; auditoribus ſuis, Dicite vnū Pater, quia hora xx. ab humanis decedā. Quod euenit. Locus de Muro, vbi M. Melchior vixit cū laude. viuit hodie M. Cæſar Galiardus Regens Cremonæ. Locus Diani. Floruit magiſter Franciſcus Nineus, & magiſter Marcus Balbinus. Locus Saponariæ, vbi floruit magiſter Franciſcus Gilibertus, magiſter Ioannes Aloyſius de Nouis, magiſter Michael. Locus Auletæ, primo erat capella S. Andreæ, ibi floret magiſter Antonius Regens Salerni. Locus Cuchari, quem conſtruxit magiſter Antonius Epiſcopus Acernanus, extant eius inſignia in Choro. Locus Sancti Angeli, ibi floruit magiſter Bartholomæus, magiſter Franciſchillus. Locus Agroboli, ibi eſt ſcopulus, vbi B. Franciſcus prædicabat piſcibus. Locus Monte Iarum. Floruit M. Michael literarum Chaldearum peritiſſimus, M. Ioannes Petrus Todinus Prouincialis. Locus Potentiæ, qui (vt creditur) fuit palatium Dominæ Ioannæ Reginæ II. anno 1366. ibi floruit magiſter Petrus Paulus Caporella Epiſcopus Crotonienſis. Floruit ibidem magiſter Nicolaus, & viuit hodie magiſter Ioannes Baptiſta Commiſſarius Prouincię Terræ laboris, qui præfuit Prouincię Calabriæ. Locus de Piſcopagano. Locus Biſatiarum, viuit hodie magiſter Franciſcus Caruſius Epiſcopus Sulmonenſis, magiſter Paſchalis Rubeus Prouincialis. Locus Torellæ. Locus de Capite Sileris, floruit magiſter Troianus. Locus Belriguardi. Locus Rochæ Aſpidis, Floruit magiſter Andriucius. Locus Boni habitaculi, quem conſtruxit magiſter Franciſcus de Ciuitella. Locus Sancti Angeli Lombardorum, ſub titulo Sancti Marci Euangeliſtæ. Floruit magiſter Franciſcus, magiſter Antonius, magiſter Machin, & Antonius Cęſareus. Floruit magiſter Ioannes, inſignis doctor, Regens Aluiti, quidam magiſter Bartholomæus & quidam alij.

CVSTODIA BENEVENTANA.

HABET Locum Beneuēti, eius conſtructio ignoratur, tum quia antiquus eſt ante tranſlationem corporis B. Bartholomæi de Inſula Lipparia anno 1327. tum etiam quia ſcripturæ fuerunt combuſtæ. Locus S. Agathæ Gothorum. Clemens III. Pont. Max. emit ſitũ, & dedit Fratrib. Minoribus intra vrbis mœnia, vt poſſent ibi locum conſtruere, vbi Deo præberent famulatum anno 1267. Locus Auellini conſtructus (vt fertur) tempore D. Franciſci. Locus Cereti conſtructus à Dominis Sanframundis, qui erant Comites dictæ Terræ. Viuit hodie magiſter Antonius Rillus, qui præfuit prouinciæ. Locus Ariani, Locus Aquæ putridæ vel Mirabelli captus à S. Franciſco, vbi floruit magiſter Ferdinandus Rubeus, qui edidit Concluſiones in libros Philoſophiæ. Locus Montis ſarculi, vbi floruit magiſter Ioan. Antonius. Locus Montis fuſculi non longè à Beneuento, quo in loco floruit magiſter Hieronymus Dens, qui fuit prouincialis, & ſponte ceſſit tempore magiſtri Laurentij Spàthæ. Locus. S. Mariæ Oliuetæ Terræ, Apitij vel Apicis, quem conſtruxit B. Pater Frãciſcus. Floruit magiſter Bartholomæus magnus prædicator. Locus Padulæ ſub inuocatione S. Marię de Laureto, datus ab Vniuerſitate cum aſſenſu perilluſtris Domini Ioannis Bernardini Carboni Domini Terræ Padulę an. 1538. die 14. menſis Iulij. Floruit magiſter Pardus cõcionator. Locus Aliſiarum. Locus Galatię. Locus Lapigij, quem conſtruxit vniuerſitas, anno 1504. Locus Caſtrifranci, quem fundauit illuſtris Familia de Caraciolis. Locus Flumari fundatus ab vniuerſitate, vbi floret magiſter Auguſtinus Leo, vir eruditus.

CVSTODIA S. BENEDICTI.

HABET Locum Caietę, vbi S. Frãciſcus prędicauit, & ad eius nutum nauis medio pelago conſtitit immobilis. Hic locus tempore magiſtri Iacobi Sarzuela captus à patribus de Familia. Floruit in eo Conuẽtu quidam magiſter Seraphinus. ineſt locus Traiecti. Locus de Fundis, Locus Itri, captus tempore Ioannis XXII. Pontificis, Pontificatus ſui anno octauo. Floruit magiſter Nicolaus de Itro prouincialis, magiſter Thomas Farellus prouincialis Calabrię. magiſter Ioannes Schorus prouincialis Terrę laboris, magiſter Proſper. Locus. S. Germani, ſub titulo S. Placiti, erat Ecclesia Monachorum Caſſinatum, fuitque donata Religioni (hodie vocatur Eccleſia S. Franciſci) cum aſſenſſu Innocentij Quarti Pontificis, confirmata a Gregorio Vndecimo Pont. Max. Locus Aquini. Locus Maranulę ad preces Honorati Caietaui Comitis Fundorum, & vniuerſitatis Maranulę ſub titulo B. Marię Annunciatę, Locus Lupicij Fratarũ. S. Ioannis in Carico, Locus Vicialbi, vbi eſt fons, in cuius fundo apparet ſignum Crucis impreſſę a S. Frãciſco. Locus Caſtrinoui, quem fundauit magiſter Seraphinus Græcus Neapolitanus. Locus S. Angeli de Lauriano, quem fundauit magiſter Antonius de S. Angelo. Locus Aluiti ſub titulo S. Nicolai tempore Leonis X. anno 1516. fuit applicatum beneficium rurale dictum Beneficium S. Mariæ del Campo cum aſſenſu Domini Raymũdi de Cardona Comitis Aluiti, cuius erat iuſpatronatus. Locus Rochæ ſiccę a Beatriceq́; Comitiſſa Aquini perilluſtri matrona fuit monaſterium cõſtructum in ſuo palatio, anno 1516.

PROVINCIA S. BERNARDINI.

HAEC Prouincia, quę olim Pẽnenſis dicebatur, in Capitulo Generali celebrato Mediolani anno 1457. communi omniũ conſenſu & calculo, mutato titulo vocari cœpit Prouincia Sancti Bernardini in honorem eius, diſtincta in ſex cuſtodijs.

CVSTO-

CVSTODIA AQVILAE

HABET Locum Aquilę, qui conſtructus fuit anno 1269. vniuerſitas conceſſit ſitum. Hoc in loco conditus eſt B. Thomas Hibernicus, qui ſibi ob ſummam reuerentiam in ſacratiſſimam Euchariſtiam pollicem amputauit. Extat in hoc Conuentu camera S. Bernardini, & Caputium S. FRANCISCI; cuius deuotione multi ægri conualeſcunt. Hunc locum plurimùm exornauit M. Petrus cognomento Scotellus, qui reduxit in epitomen doctrinam Scoti in 4. lib. Sentent. ſcripſit quoque alia. In Loco S. Bernardini, qui eſt de familia, conditus eſt quidam Pater Iulianus Germanus, de quo leguntur iſta carmina. B. Thomas Hibernicus.

Degerat in terris vitam Iulianus honeſtam;
Oſſa tegit marmor, ſpiritus alta tenet:
Cui placuit diuo ſanctiſsimus Ordo Minorum,
Et cęlo & terris nunc ſibi firma quies.
Fertilis ingenio tulit hunc Germania virum,
Aſt Aquila functum corpus in vrbe iacet.
Dites hunc omnes repetunt, clamantq; miſelli,
Subſidium hic miſeris, diuitibusq; ſalus.

Locus Fonticularum, Locus Offeni, Locus Caſtrіueteris, ibi reperitur de ſanguine Sancti FRANCISCI qui in die Sanctorum Stigmatum feruere dicitur, Locus Sulmonæ, vbi floruit magiſter Petrus de Conzano Ordinis Generalis, Locus Populi, Locus Piſcinæ, conſtructus a familia Rogeroni, quæ vulgò dicebatur domus Celani, ſub titulo Virginis Mariæ nomen accepit.

CVSTODIA PENNENSIS

HABET locum Pennæ, qui fuit captus tempore Beati Franciſci, quia S. Anaſtaſius Pennenſis Epiſcopus vrbis habuit in ſomnijs, quòd eo die quidam vir Sanctus ei occurreret. Factusq; eſt ei obuius in foro, & ſe mutuo cõplexi ſunt alternis inuicem delatis honoribus, cuius amoris ſignificatione Epiſcopus contulit ſponte Locum Sancto Frãciſco, & hic fuit primus locus Prouinciæ, à qua tota Prouincia nomen accepit. Multa ſunt in hoc Conuentu notatu digna; Porta Eccleſiæ lapidibus quadratis, Crux miri ponderis, & ornatus, Turris Campanaria miræ proceritatis, item de ſanguine Chriſti, quem attulit quidam medicus. Floruit ibidem magiſter Iacobus Angelinus, & magiſter Antonius Angelinus, cuius nepos magiſter Nicola Angelinus viuit nobiſcum in humanis, viri vtique inſignes, vt etiam lapis affixus in æde S. Franciſci teſtatur, cuius inciſa verba leguntur. Singularis viſio de B. Fran.

Iacobo Antonio Angelino, ex matre Maria, Theologo Minoritæ, patria Pennenſi, animi candore, & chriſtianæ religionis ſtudio inſigni, qui cùm maxima charitate hanc Minorum Fratrum Conuentualium Prouinciam per triennium rexerit, & cum in vrbe totius Ordinis procurator diligentiſſimus extiterit, hic tandem (quod ſemper optauerat) primã naturæ legem, vt orta moriantur, impleuit. A. D. M D X. Duorum M. Angelinorum Epitaphia.

Antonio Angelino ex matre Apollinaria, Theologo Minoritæ, patria Pennenſi, morũ integritate, doctrina, prudentia, & charitate ornato, qui cùm per triennium Prouinciam S. Bernardini, ea qua decuit diligentia gubernauerit, cum multas celeberrimas vrbes, tum lectionibus, tum concionibus ſumma cum laude omniumque admiratione illuſtraſſet, cum multa beneficia Conuentui huic contuliſſet, viam tandem vniuerſæ carnis ingrediens obdormiuit in Domino A. D. M D L X X I I I I.

Nicolaus Angelinus Pennẽſis, Theologiæ profeſſor, Prouinciæ Sancti Bernardini Prouincialis, ille primo conſanguineus, ſecundo ex patre nepos, & huic vni proximè, & ſecundum Deum virtutes, honores, fortunas, omnia denique accepta referens, tanquã patri de ſe optimè merito nõ ingratus monumentũ poſuit. A. D. M D L X X X I I I I. die x. Martij.

Locus Catauiari, Locus Adali, Locus Pontariæ, Locus Laureti, Locus Celani, vbi floruit frater Thomas de Celano, qui mandato Apoſtolico ſcripſit primam legendam Beati Frãciſci, & obtulit Gregorio IX. Pont. Maxi. Quem ſcribendi modum imitatus eſt Ioannes de Ceperano, notarius Apoſtolicus. ſcripſit quoque proſa illum hymnũ, qui canitur in miſſa defunctorum, Dies irę, dies illa. quamuis affirment nonnulli fuiſſe cuiuſdam Regis Hungariæ. Hic in loco S. Fran. prædixit mortem cuidam militi, apud quem hoſpitabatur. Locus de Manupello, Locus Tecti, Locus Nociani Abbatiæ Caſæ nouæ, captus præſenti anno 1586. tempore magiſtri Propertij Taliacozi.

Ioan. Maria Verratus in expoſitione Miſſæ defunctorum.

CVSTODIA THEATINA.

Monachus mulier.

SVNT in ea Cuſtodia Locus Theate, Locus Lanciani Accidit ſuperioribus annis 1584. quòd quædam mulier Boma ſub habitu S. Franciſci tegens pietatem, & religionem ſuam, (quod & alijs quibuſdam Sanctis accidiſſe fertur) inuẽta eſt mulier, cũ ab omnibus haberetur monachus. Locus Ortonæ, Locus Piſcariæ, Locus Palenę. Locus Guardiæ, vbi reperitur venerabile caput Beati Nicolai de Maiello ad altare capellæ Illuſtrium Dominorum Vrſinorum. Locus Francauillæ. Locus Ludani, vbi reperitur hoſtia carnis miraculosè conuerſa in corpus Chriſti. reperiuntur quoque reliquię ſanguinis miraculoſi.

CVSTODIA ARIDENSIS.

B. Andreas de Arida.

IN ea ſunt, Locus de Arida vnde oriundus fuit Beatus Andreas, de quo ſuperius præfati ſumus; Locus Poleni, Locus Valliſi, Locus Ciuitatis Sancti Angeli, Locus Siluici, Locus Montis ſyluani.

CVSTODIA APRVTINA

HABET Locum .S. Iuſtę, S. Homeri, Locũ Terami, Locum de Camplo, locum Ciuitellæ, Locum Muri, Locum Contraguerræ.

CVSTODIA MARSICANA.

SVNT in ea Cuſtodia Locus Marſicanus, Locus Celani, Locus Sancti Petri; Locus Auezani, qui fuit conſtructus ab illuſtri familia Vrſina. Hunc locum exornat magiſter Felix prouincialis. Locus Corbarij, Locus Bolſoranij, Locus Taliacozzi, quem conſtruxit quædam Matrona de Vrſinis, magiſter Agapitus, & magiſter Ioannes Baptiſta multis beneficijs dictum locum auxerunt. Viuit hodie magiſter Propertius Reſta, vir omnium liberalium artium virtutumque ſtudio ornatus, Prouincialis Sancti Bernardini, & Theologus Illuſtriſſimi Cardinalis Madrucij, qui à Gregorio decimo tertio, Pontifice Maximo, miſſus in Germaniam cum Senatoribus conſedit in Dięta habita Auguſtę Vindelicorum anno 1582. qui hunc locum plurimùm ſuis virtutibus, & ædificijs exornauit. Ibidem viſitur Cappa Beati Thomæ de Celano. Locus Sancti Ioannis de Varro, qui per Dominam Ioannam de Aragonia vxorem quondam Aſcanij Columnæ, qui ius præſentandi occupabat, traditus eſt.

PROVIN-

PROVINCIA SANCTI ANGELI.

HAEC Prouincia Sancti Angeli, ſic dicta, quia non multum diſtat à Monte Gargano in Apulia, vbi B. Franciſcus conſtitit in honorem Archangeli Michaelis. Habet autem hæc Prouincia quatuor Cuſtodias.

CVSTODIA COMITATVS MOLISAE

HABET locum Iſerniæ, Locum Venafri, Locum Boiani, Locum Campi baſſi, locum Angloni, locum Limoſani, locum Planitij, ſub tit. S. Nicolai.

CVSTODIA CIVITATIS

HABET locum Guillioniſij, locum Alareni, locum Ciuitatis, locum Procinæ, vbi viuit hodie magiſter Horatius Procina Prouincialis, locum Termularum, locũ Vaſti, locum Montis Oderici.

CVSTODIA MONTIS S. ANGELI

HABET locum Sancti Angeli, locum Manfredoniæ, locum Sancti Ioannis rotundi, locum Veſtarum, locum Paſqultij, locũ Rodi, locum Camani, locũ Iſchiuellarũ.

CVSTODIA CAPITINATAE

HABET locum Lucernium, locum Sancti Seuerini, locum Fogiæ, vbi iacet frater Iacobus de Aſſiſio, qui multos liberauit ab infirmitatibus, locum Caſalis noui, locum Troiæ, vbi floruit magiſter Fabritius de Troia, locum Eſtulli, locum Corneti, vbi conditus eſt B. Benuenutus, & in dicto Epiſcopatu canonizatus. B.Iacob. Aſſiſias.

PROVINCIA S. NICOLAI.

HAEC Prouincia Sancti Nicolai, nomen accepit à D. Nicolao Barij Apuliȩ oppidi, vbi conditus eſt, vulgò dicitur Prouincia Apuliæ, quæ diu diuexata eſt, multaque tulit incommoda tempore Friderici II. ex Cõſtantia Normanni regis filia olim profeſſa nati, qui defuncto Henrico V. imperauit annos xxiij. Mater videns cuncta tumultu repleri, regnum præſidio communiuit. Ottone demùm ab electoribus imperio priuato, Fridericus ſubrogatur, & ab Honorio confirmatur, & in Siciliæ regnum reſtituitur. Hic Eccleſiam lacerare cæpit, multa deuaſtauit Cænobia, & multa præſertim in partibus Apuliæ incommoda tulit. Hæc Prouincia diſtributa eſt in quinque Cuſtodijs, quarum prima eſt Fridericus II. Eccleſiæ inimicus.

CVSTODIA BAROLITANA.

HAEC Cuſtodia habet locum Barij, nõ reperitur fundatio, quia tẽpore Autrech Generalis Ducis Francorum regis anno 1528. & Renzi de Cera Ducis Francorum regis bello ſeuiẽtium ad Caſtrum deſtructa fuit Eccleſia, & locus, & combuſtæ ſcripturæ. fratres autem ſe receperunt in quandam ædiculam extra Caſtrum, deinde ad Eccleſiam S. Heliſij. locus Bitonti eſt conceſſus à Carolo huius nominis primo, anno 1284. prius dictus S. Petrus de Caſtello, locus Malfecti, locus Vigilienſis, locus Trani, vbi cõditus eſt B. Petrus, qui multa miracula fecit, locus Corati, locus Iouanatij, vbi floruit M. Ioãnes Vallonus, qui formalitates Scoti illuſtrauit, locus Conuerſani, locus Rutiliani, locus Biteti,

locus Terræ Spinazolæ, anno 1565. cum aſſenſu Domini Simonis Caraulię Epiſcopi Venuſini extructus hac conditione, vt ibi maneant tres fratres.

CVSTODIA TARENTI.

SVNT in ea locus Tarenti, vbi floruit magiſter Pyrrhus, vir doctus, quem Tarentinorum princeps miſit legatum ſuum ad Pium II. Pontif. Max. in Conuentu Mantuano commorantem. Cui Pontifex poſtquàm magiſter Pyrrhus laudauit principem ſuum de fide Catholica, reſpondiſſe fertur: Quid dicam? Dominus tuus periurus eſt & proditor, qui Turcas prouocat aduerſus Chriſtianos. Locus Oriæ à B. Frã. captus. locus Oſtunij ad męnia ſub inuocatione S. Franciſci, non reperitur eius fundatio, ſed priuilegium per illuſtrem Dominum Philippum tunc principem Tarenti, & Deſpotum filium regis Hieruſalem an. 1304. menſe Iunij. conceſſit enim ille princeps hortum vnum curiæ principalis pro conſtruenda eccleſia in loco dicto, â Colombo, ad preces venerabilis viri Fratris Falconis tũc miniſtri prouinciæ Apuliæ internæ dilectionis affectu, quo princeps illi afficiebatur erga S. Franciſcum. Viuit hodie magiſter Rugerius de Rugerijs lector in Conuentu Cracouiæ prouinciæ Poloniæ. Locus Ioiæ à B. Franciſco captus, dum in illis partibus conuerſaretur, & a Domino Luca Andrano beneficijs cumulatus, locus Monopolis.

Pius II. in Cõmentariis.

CVSTODIA BRVNDVSII.

HABET Locum Brunduſij. Conuentus Neritoni conſtructus anno 1211. erat enim caſtrum ragium, ſed cum eſſet deſtructum, placuit Carolo primo concedere fratribus: apparet conceſſio in carta membrana præſente ipſomet Carolo, primo rege Neapolis. Locus Licij fuit conſtructus à B. Franciſco, adhuc eſt locus, vbi ipſe morabatur. locus Hydronti. Locus Alyſani conſtructus a B. Franciſco, cum in illis partibus verſaretur.

CVSTODIA MATERANA.

LOCVS de Matera, vbi eſt publicum gymnaſium. Locus Grauinæ, locus Acęturæ, quem ſuis virtutibus, & egregiis moribus ornat magiſter Marius ſocius Ordinis. locus Montiſpeluſij, vbi floret magiſter Chriſtophorus. locus Tricarici. Locus Cupertini, ibi erat capella, vbi erat picta imago Sancti Nicolai, quidam frater Lucas de Cupertino & duo alij fratres cæperunt querere eleemoſynas, vnde eccleſia, & locus conſtructus fuit. Locus Meſſapiæ.

PROVINCIA CALABRIAE.

HAEC prouincia in extrema Italiæ regione Peninſulæ formam refert fertiliſſima eſt illuſtriſq; effecta inſigni martyrio S. Danielis de Beluederio Diœceſis S. Marci, & ſociorum eius: eratque diſtincta in quatuor cuſtodijs, modo in tribus diſtributa, quia cuſtodia Caſtri villarum, & Vallis, ſunt eædem.

CVSTODIA REGII.

Corpus B. Bernardini.

HABET hæc Cuſtodia Locum Regij, vbi iacet corpus B. Bernardi anno 1360. a Turcis efferæ mentis hominibus locus pluries dilapidatus, & combuſtus. Accidit tẽpore

Nicolai

Nicolai V. Pontificis Max. quòd quidam Frater Matthęus apud Fratres de Familia prædicationis gratia inſignis vigebat, quem cùm Nicolaus Pontifex Eccleſiæ Regienſi præficere ſtatuiſſet, ipſe eiulans, & lacrymans cœpit dicere ad Fratres, qui frequentes illic erant, Accurrite, adeſte, opem ferte. Interrogatus quid haberet, reſpondit, Heu miſero mihi, ætatem in religione conſumpſi, vixi pauper, & obediens, præcepta Diui Franciſci nunquã violaui, verbum Dei prædicaui populis; ò immaculata Religio, ò dulcia cellarum ſilentia, ò amantiſſimi Fratres, ò conſolationum mearum ſocij, ego vos tandem relinquam? & me dulciſſima veſtra conuerſatione priuabo? qui poſtea à Pio Secundo præfectus eſt Eccleſiæ Roſanenſi in Calabria, qui ſub Calixto triremes duas ex eleemoſynis contra Turcas armauit, atque in Aſiam profectus captiuos aliquos abduxit, nunquam interim dimittens prædicandi officium. Locus locrorum, vbi floruit Frater Thomas, & magiſter Bernardinus Barbatanus Prouincialis. Locus S. Agathæ, Locus Sancti Laurentij, Locus Bouæ, Locus Palicij, Locus Seminariæ, vbi floruerunt magiſter Thomas Fantinus Prouincialis Calabriæ, magiſter Dominicus Fantinus Prouincialis, & magiſter Leonardus Fantinus, qui hodie præeſt Prouinciæ, & magiſter Gulielmus, Concionator egregius, pręclarum ſydus vbique appellatus. Locus Palmæ, quem fundauit F. Antonius Palmenſis, vbi floruit mag. Petrus, Cõcionator acceptus in populo. Locus Nicotarę, vbi conditi ſunt quidã beati. Locus Burelli, ibi eſt Chorus cum ſubſeliis pulcherrimus. Locus Soreti, Locus Arenarũ, quem illuſtris Marchio de Concullatis multis beneficijs, & paramentis ditauit. Locus Brugnaturi, Locus Peraci, vbi viuit magiſter Bernardinus Barbatanus. Locus Siderois. Locus Meliti, extructus à D. Iulia de Azarolis, Comitiſſa Melitenſi, de bonis ſibi collatis, quę cogitãs de ſalute ſua, voluit ibi primò cõſtrui capellã ſub inuocatione S. Marię de Miſericordia, & vnum Hoſpitale pro peregrinis aduentantibus: & habuit facultatem à Bonifacio VIII. Floruit mag. Ferdinandus, doctrinæ Scoticę cultor pręcipuus. Locus Miſiani, Locus Tropeæ, quę erat collatio Epiſcopalis iuxta ripas Tropeę, & ad preces Epiſcopi & Collegij Canonicorum pro maiori animarum commodo, Fratribus fuit conceſſus, F. Rubertus de Tropeia, & F. Thomas de Morano acceperunt locum nomine Religionis, & confirmauit Bonifacius Pontifex ſub datis Anagnię 15. Kal. Iulij, Pont. ſui anno 8. Locus Lauinę, Locus Montis Leonis fuit conſtructus ab Vniuerſitate, an. 1282. in loco dicto Caſalino, ſub inuocatione S. Mariæ, cum onere ſoluendi quotannis libras xx. Fratribus ibidem habitantibus, & victũ promittẽs iuxta vires ſuas; Rogatus Ser Coradus D. Petri. hoc reperio, quòd an. 1377. tempore Roberti Regis Hieruſalem, & Siciliæ, facta fuit permutatio de loco Camberlin, vbi prius Fratres morabantur, exiſtente Guardiano F. Bartholomęo de Monte Leonũ. Floruit in hoc Conuentu F. Cęſar Epiſcopus, & F. Martellus Zombinus, modulator egregius.

Horret grandia ſimplicitas.

Sylutus lib. 4. Cõment.

Qui floreant.

CVSTODIA CVTRONIS.

IN hac Cuſtodia floruit B. Peryus. Locus Maidę an. 1451. die 8. mẽſis Iunij, extructus per illuſt. D. Aloyſium Caratiolum, Comitem Neocaſtri, & Dominum dictę terrę Maidę. Floruit in Conuentu Maydę mag. Robertus de Mayda. Locus Martirani in colle vndiq; præruptis defenſus rupibus vno tantum itinere peruius. caſas ibi habent incolæ ex materia vili, atque in his compreſſi, velut apes in aluearibus habitant. locus tamen Fratrum eſt ſatis commodus. floruerunt hoc in loco mag. Petrus de Staniis, & alij. viuit hodie mag. Frãciſcus Flaſcineus, qui fuit Prouincialis, & mag. Marcus Antonius de Paſſeribus, qui & ipſe præfuit Prouincię. Hic locus eſt in ſaltu, vbi ſolent (vt ille inquit) *Ore truces vlulare lupi ſub nocte ſilenti.* Locus Cutronis, qui erat foris, vbi iacet corpus B. Perij. ſed quia mandato Regio ciuitas fuit munita, Conuentus ſolo æquatus, & in vrbe conſtructus an. 1540. Locus Coſſentiæ captus tempore mag. Antonij Fera Generalis. Locus Mottæ S. Luciæ, anno 1566. ſub Pio V. erat primò Confraternitas S. Catherinę. Locus Rochæ Faluchę, ſub nomine Saluatoris, fundator fuit quidam Baccalaureus, ſed locus eſt inhoſpes ob aeris intemperiem. Locus Riaci, Locus Catanzarij, vbi noſtro tempore lapidicina inuenta eſt, quæ dat lapides varij, & mixti coloris. Floret hoc in Conuentu mag. Dionyſius, qui plures annos Neapoli conſtitit. Locus fuit cõſtructus ſub tit. S. Trinitatis an. 1252. tempore mag. Pauli Prouincialis, & Fortunati Epiſcopi electi Catanzarij, ea lege, vt ſi Fratres quandoq; dimiſiſſent locũ, rediret ad eccleſiã matricem, Rogatus Ser Philippus de Tipaldo de Catanzario. Locus Schylacei, vbi floret hoc tẽpore mag. Lactãtius Arcturus, de quo infrà, mag. Io. Antonius Rhodius, nobili genere

Prouincialis, Poeta egregius, & mag. Paulus egregius Sentiſta. Locus Neocaſtri, vbi clarult Mag. Thomas Porta dictus Neocaſtrenſis, cōſtructus fuit hic locus dictus S. Marię de Gratia ſub anno 1472. annuente Nicolao Summo Pont. ſub Reuerendiſs. Antonio Epiſcopo Neocaſtrenſi, Locus Stili, qui fuit patria Illuſtriſs. Gulielmi Sirleti Cardinalis doctiſs. Locus Belicaſtri, conſtructus anno 1530. vel circa: ibi erat capella ſub titulo Sanctæ Mariæ de Scanegna tertij Ordinis: Fratres abiectis tertiarijs redditum occupauerūt, Locus Sanctæ Seuerinæ, Locus Pitiliæ, Locus Cigronis, vel Ciro, fundatus an. 5362. ibi floruit magiſter Coſmus Malenus vir inſignis, qui ter fuit Prouincialis, Locus Montis Aurei ab vniuerſitate an. 1565, datus ſub Io. Antonio Fachineto Epiſcopo Neocaſtrenſi, vniuerſitas per decem annos vnicuique fratrum decem aureos aſſignauit pro victu; & veſtitu eorum, Locus Nuceriæ, Locus Petramalæ, Locus Crimaldis, Locus Altilis, quem fundauit Domus Agacius anno 1532. dię 23. menſis Nouembris, vnà cum D. Hieronymo Carario.

CVSTODIA VALLIS SIVE CASTROVILLARVM.

HAEC Cuſtodia habet locum Caſtrouillarum, vbi eſt corpus Beati Petri de S. Andrea Diœce. Fanenſis prouinciæ Marchiæ; ibidem floruit magiſter Victorius Capellus, magiſter Martialis Pelegrinus, qui plures annos interpretatus eſt primam philoſophiam Parauij: obijt autem in loco Caſtriuillarum, magiſter Philippus Geſualdus regens Neapoli, qui fuit à ſecretis Ordinis, qui ingenij facilitate præſtat, locus Scalcæ, locus Papaſideri, locus Coroliani, vbi floret frater Marinus Modulator egregius, & viuit magiſter Franciſcus Puliſius, qui fuit Prouincialis, vir doctus, & magiſter Petrus Corina, qui fuit Commiſſarius Sancti Angeli, & magiſter Andreas Prouincialis Terræ ſanctæ, Locus Roſſani, Locus Cropalati, Locus Luciorum, vbi fuit magiſter Saluator Prouincialis, Locus Speciani parui, Locus Abriliani, Locus Amanteæ, qui fuit conſtructus tempore Beati Perij ſocij D. Fran. cuius corpus iacet Crotonæ.

PROVINCIA SICILIAE.

HAEC Prouincia Siciliæ ita frugum fuit vbertate potens, vt olim Romanorum nutrix habita fuerit, alio nomine dicta Trinacria à tribus promótorijs, quibus triquetra ſpecie conſurgit, Pachynno, ſ. vnde in Peloponneſum & meridianam oram proſpectus patet: Peloro, à quo Italia cernitur occidentem verſus: Lilybeo, cui aperitur Africa: Tota inſula in ambitu capitur ſtadiorū trib. milib. in ea prominet mōs Ethna varijs Poetarum carminibus peruestigatus, in cuius vertice duo patent hiatus cratheres dicti, in quibus ſulphura æternum æſtuant, miſſoque prius fremitu elidunt flammarum globos, in eius freto ſæuit naufraga Scylla, & Charybdis. Diſtinguitur autem in quinque cuſtodijs, quarum prima eſt

CVSTODIA MESSANAE

HABET hæc Cuſtodia locum Meſſanæ, vbi eſt locus pulcherrimus à Federico III. conſtructus fratres emerūt, ſitum in vrbe ab Hērico de Calua, & à Maria de Farinato pro certa ſumma pecuniæ, & Alexander IIII. pia liberalitate conceſſit, vt fratres poſſent ibi locum erigere, & Eccleſiā in honorem S. Franc. Locus antiquus erat extra vrbē ad tria millia paſſuū ſub nomine S. Leōnis an. 1222. tempore Gregorij IX. Pont. Max. tranſlatus in vrbē, primariū lapidem benedixit Alexāder IIII. & miſit Meſſanā an. 1225. Tribuna eſt capella regia, vbi conditus eſt Federicus III. qui obijt an. 1373. die xxvij. Iulij, & Eleonora Sereniſs. eius coniunx, Ioannes Infans, & Eliſabetha mater. Conuentus verò fuit cōſtructus à tribus Illuſtriſs. Comitiſſis, Violanta de Polizzo, Eleonora de Farinata, & D. Beatrice de Belfiore. Neq; ociosum puto has matronas commemorare, & in poſterorū exemplum literis tradere. In hoc Conuentu aliquod tēpus commoratus eſt B. Antonius Patauinus, ibiq; (vt ferunt) effodit puteū profundæ altitudinis: quidā fortè fortuna (vt à quibuſdam ſenioribus Meſſanenſibus audiui, dum Meſſanæ moram traherem) lapſi ſunt præcipites in profundum puteum, & inuocato nomine D. Antonij, illæſi penitus euaſere.

Meſſanæ verſatus eſt S. Antonius de Padua.

In

In hoc Conuentu ſunt reliquiæ celeberrimæ, omniq́ue veneratione dignæ. Octauianus Præconius Meſſanenſis ibidem conſtruxit candelabrum æneum egregiè elaboratum, in medio Chori extantem. In eodem Conuentu ſuis miraculis claret Beatus Simon Aimonis, quamuis Meſſanæ nulla habeatur memoria, ſed in Conuentu Plateæ eſt caput dicti Beati, & Beatus Electus filius Domini Andreæ, cui in vita Chriſtus apparuit in ſpecie columbæ. Floruit ibidem Magiſter Petrus Calderonus Meſſanenſis, Epiſcopus electus Antiochenſis, qui obijt anno 1444. die 24. Nouembris. Locus Bauoſæ, conſtructus anno 1570. erat Confraternitas ſub titulo Annunciatæ Beatæ Virginis. Locus quidem amœnus ad mare, ſed pauper, vbi habitabant Reformati. Locus Rochæ, anno 1570. erat Confraternitas Sancti Ioannis, ibi habitabant Reformati. Locus Sanctæ Luciæ, anno 1503. de menſe Auguſti, erat Eccleſia Cathedralis oppidi, nunc ſub titulo Sanctæ Mariæ gratiarum: diſtat ab oppido mille paſſibus, nec locus à furibus eſt ſatis tutus. Locus Caſtri, Religioni datus anno 1503. de menſe Auguſti, vnde originem traxit magiſter Octauianus Pręconius, ibi eſt caput Virginis ex vndecim millium Virginum. Locus Pactarum antiquus tempore Beati FRANCISCI, anno 1222. Gregorius IX. Pontifex Maximus anathemate prohibuit, ne clerici ſeculares, & Moniales impedirent conſtructionem Loci; ſiquidem de nocte deſtruebant, quod in die erat ædificatum; titulus Eccleſiæ ſub inuocatione Sancti Franciſci: extra vrbem eſt locus ſub titulo Sancti Antonij, vbi (vt fertur) inſigne Deus eſt operatus miraculum ad Sancti tuitionem. Quidam enim odio inſequens Beatum Virum, qui ab Epiſcopo habebatur in pretio, cùm Sanctum calumniari intenderet, ſecum inuitauit Beatum Antonium feria ſexta, & apponens caponem ante illum, dixit: Manducate quæ apponuntur vobis: cumq́ue perditiſſimus homo exequeretur inſidias ſancto viro, oſſaq́ue attuliſſet ante Epiſcopum, mox in ſpinas piſcium conuerſa ſunt oſſa: quo viſo procubuit nequiſſimus homo ante pedes Sancti, & Deum magnificauit, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis. Locus eſt pauper, & vndique ruinam minatur. Floruerunt hoc in loco illuſtres viri, & magiſter Franciſcus cognomento Muſca; dicebatur autem muſca propter acrimoniam ingenij ſui in diſputado, qui floruit in Concilio Tridentino, & ſcripſit quædam opuſcula, vt inferius dicetur. Locus Veriæ, anno 1513. Indictione prima, die vndecima Iunij, ſub inuocatione Annunciatæ Virginis. Locus eſt intra montes, ad quem difficilis eſt acceſſus. Locus Caſtaniæ, anno 1570. extra oppidum ad mare, locus eſt pauper. Locus Torturicis, anno 1344. ſub inuocatione Sanctæ Marinæ, quæ poſtquàm Fratribus conceſſa eſt, mutato titulo dicitur Eccleſia Sancti Franciſci. Locus Galathiæ, anno 1570. ſub titulo Annunciatæ Beatæ Virginis, nihil eſt notatu dignum. Locus Archariæ, anno 1532. die decimatertia Octobris, ſub titulo Sancti Michaelis & Antonij. Locus Sancti Marci, anno 1564. ſub titulo Sancti Antonij. Locus Millitelli, anno 1568. die quinta Maij, erat Confraternitas Sancti Antonij, ſub eodem titulo conceſſus Fratribus. Locus Sancti Fradeli, captus anno 1568. die decimaoctaua Martij, corrupto vocabulo, nam in ea Eccleſia ſunt reliquiæ Philadelphi, & Cyrini, vnde à nomine Philadelphi nomen Eccleſiæ deductum eſt. Beata Tecla, loci huius Comitiſſa in hunc locum detulit huiuſmodi reliquias. Hic locus primò fuit conceſſus F. Ioanni Leontino, qui ibidem habitabat intra parietes incluſus, ex quo dabatur ei alimentum: ſed ſemel omnibus ſublatis, aufugit per feneſtram. Quo exemplo oſtendit ſuam hypocriſim. Locus Cæſaronis, captus anno 1582. à magiſtro Alexandro Canata, ſub titulo Sancti Rochi; nam eccleſia illa conſtructa fuit tempore peſtis. Locus Trainæ, captus anno 1374. tempore Vrbani VI. Pontificatus ſui anno quarto, qui conceſſit facultatem conſtruendi locum ſub inuocatione S. Franciſci, ea lege, vt duodecim Fratres ibi babitarent. Hoc in loco Fratres habitarunt per tempus centum annorum, deinde ab Vniuerſitate conſtructus eſt locus: eccleſia verò erat Abbatia S. Michaelis, vtrunque conceſſum eſt Fratribus, mutatoq́ue titulo, appellatur eccleſia Sancti Franciſci, eratq́ue domus intra vrbem, vbi hoſpitabantur Fratres; dicuntq́ue Sixtum Quartum, cùm eſſet Generalis, in eadem domo commoratum. Locus Capizi extra oppidum, Fratres emerunt locum, habentq́ue eccleſiam ſub titulo S. Marię della Catena: locus eſt pauper, viuit ex eleemoſynis. Locus S. Stephani di Miſtrita, an. 1580. de menſe Septemb. ſub titulo S. Mariæ de Catena; ad eam eſt magnus concurſus populorum, locus eſt ſatis amœnus. Locus Tuſæ, anno 1561. ter fuit mutatus, primò erat ſub titulo S. Michaelis, deinde an. 1563. ceperunt alium locum ſub inuocatione S. Leonardi. tertio habitant modò in loco ſub inuocatione ſanctiſſimi nominis IESV,

Decretum Gregorij IX. Pont Max.

Prouidentia Dei in S. Antonij tutelam.

Lucæ 10.

conceſſusque fuit locus Patribus Capuccinis. Locus Sanctæ Mariæ de Angelis à Marchione Ieracij fuit conceſſus Fratribus anno 1554. locus eſt nimis ſolitarius. Locus Caſtellutij à Fratre Angelo de Nicoſſia captus anno 1576. de menſe Aprilis: primò erat Fratrum Eremitarum, deinde Carmelitarum, ſed ab eis dimiſſus, captus fuit à prædicto Fratre nomine Religionis ſub titulo Sanctæ Mariæ à Succurſu: ibidem manent noſtri reformati. Locus Nicoſſiæ eſt valde antiquus, nil certi potui reperire de eius conſtructione ob antiquitatem loci, qui totus rimoſus eſt, totusque ruinam minatur; quamuis modò à Fratribus dicti loci reſtituatur. Primò Fratres habitabant in eccleſia Sancti Antonini. Guardianus illius Conuentus in publicis ſcripturis dicitur Guardianus Sancti Franciſci, & Sancti Antonini. Ante fores eccleſiæ Sancti Franciſci, eſt faſcia marmorea cum quibuſdam characteribus ex idiomate Gallico, quòd anno 1427. conſtructa eſt. Locus Miſericordiæ prope Caſtrum Ioannis, captus circa annum 1566. hominum Religione deuotus; confluunt enim populi certis & ſtatis anni diebus, & ſe ibi magna expiant veneratione. Locum Caſtri Ioannis eſt antiquus, nulla tamen habetur memoria de conſtructione: hoc habemus, quòd Caſtrum defecit à Comite, & conflagrato eiùs prætorio, datum fuit Fratribus à Rege Siciliæ cum quadam capella, ſub inuocatione Sancti Andreæ, de quo agitur feſtum ſolenne, & fuit vnita Confraternitas Spiritus ſancti, & hodie dicitur Spiritus ſanctus ea ratione. Locus Plateæ, cuius ignoratur fundatio, quamuis à Rege Martino, & Regina Maria habeatur priuilegium ſub anno 1292. Quo priuilegio aſſignant certum pronentum prò reparatione loci: ibi eſt caput Beati Simonis. Locus Calataieronis eſt antiquus; eccleſia primò erat ſub titulo S. Michaelis, ſed mutato titulo dicitur eccleſia S. Franciſci: ibi iacet B. Richardus, cuius vita & geſta deſcripta ſunt, habenturq; eodem in loco, ſed ſub multis clauibus: vnde non fuit mihi conceſſum videre miracula Sancti huius, cuius oſſa in Sacrario aſſeruantur. In Conuentu nulla habetur ſcriptura notabilis, quia ſcripta & vaſa omnia tempore peſtis fuerunt ſepulta & deperdita; locus eſt ſatis amœnus in decliui poſitus, Magiſter Franciſcus cognomento Campochiaro, locum hunc ſua diligentia apud ciues commendauit. Floruit hoc in loco Mag. Iacobus Policius, qui Prouinciæ præfuit. Locus S. Mariæ infirmorum captus à mag. Iacobo Policio, anno 1570. vbi ſeorſum cum quibuſdam ſociis habitabat tenui victu, & in ſimplicitate vitæ ſe regens. Locus Barafranche an. 1524. locus pauper, nil memoria dignum habet. Locus Calatamaſcotæ, captus an. 1507. ſub inuocatione S. Franciſci. Locus Gondigatti, an. 1554. locus amœnus, ſed pauper. Locus Nati antiquus, de quo habetur, quòd Rodericus Palmerius de Naro, cùm eſſet Aſſiſij tempore Gregorij IX. Pont. Max. in canonizatione S. Franciſci, obtinuit à præfato Pontifice facultatem conſtruendi Nati eccleſiam in honorem S. Franciſci, ſecumq; attulit deuotionis cauſſa parum de chorda eius, qua erat præcinctus. Breue Apoſtolicum erat penes D. Bartholomæum Palmerij, qui obijt an. 1574. in Conuentu nulla habetur memoria: prope Conuentum eſt eccleſia S. Barbaræ, quam poſſident Fratres. Locus Fauariæ ſub inuocatione S. Antonini, captus anno 1530. ſed à Fratribus derelictus cùm fuiſſet, illuſtris Marchio dedit Fratribus Carmelitanis, an. 1574. acceperunt alium locum ſub inuocatione S. Antonij Abbatis.

Caput B. Simonis.

CVSTODIA AGRIGENTINA.

LOCVS Agrigenti (vt creditur) conſtructus ab illuſtri familia de Claramōtis, vt oſtendunt inſignia vbiq; affixa: nulla ibi reperitur ſcriptura, quia omnes fuerunt combuſtæ: reperitur in quodam libro Chori in fine.

Explicit, hunc librum qui ſcripſit vadat in Paradiſum
Viuit in Cœlo Jacobinus de Milite in nomine felix.

Hoc opus S. Franciſci de Agrigento notatum eſt per manus Presbyteri Matthæi de Caſtro Ioanne, anno 1307. 26. Februarij, Indictionis VI.

Floruit Agrigenti F. Matthæus, Doctor Theologus & Concionator ſublimis, ſocius B. Bernardini Senenſis, qui nominis IESV fuit obſeruator feruentiſſimus, quod nomen efficaciter imprimebat in cordibus fidelium, electus fuit Epiſcopus Agrigenti, vbi omnia pauperibus diſtribuebat. Quæ res diſplicebat ijs, qui libenter comedunt bona Eccleſiæ, quare

accuſatus

accuſatus fuit apud Summum Pontificem. Quo facto ſponte renunciauit, & conſtruxit locum Panormi, vbi modò habitant Fratres de Familia. obiit Panormi in Conuentu Sancti Franciſci conditus, ſed poſt aliquot menſes corpus eius tráſlatum ad Eccleſiam nouam. Ibidem eſt de coſta Sancti Longini, de gula Sancti Blaſij, digitus Sancti Laurentij. Floruit in hoc Conuentu magiſter Andreas Scaleſo Agrigentinus. Locus Grottarum anno 1573. nil extat dignum. Locus Racaburi, nulla extat memoria, tempore peſtis anno 1576. ſcripturæ fuerunt combuſtæ: locus eſt antiquus, minatur ruinam: Don Ioannes illuſtris Comes anno 1560. iure teſtamentario reliquit neſcio quid pro reparatione eccleſiæ & loci. Locus Scuteræ, anno 1500. ſub titulo Sanctæ Mariæ IESV. locus pauper, Locus Capitis franci, anno 1580. die vigeſimaoctaua Iulij, derelictus à Fratribus, qui ibidem viuere nequeunt. Locus Muſmolis captus anno 1524. ſub titulo Sancti Franciſci, nihil ibi dignum memoria. Conuentus Policij antiquus, in campana facta anno 1300. reperitur antiquitas loci, qui minatur ruinam. Floruit ibi Beatus Gandulphus, qui obijt Policij anno 1260. in Hoſpitali Sancti Nicolai tempore Quadrageſimæ, quo tempore ſacras ad populum conciones habebat. mota pietate verò ciuitas & Regina Blanca conſtruxerunt Conuentum in honorem Sancti Franciſci, ipſaque Regina obtulit partem ligni ſanctiſſimę Crucis. Locus Petrææ inferioris, anno 1484. ab Vniuerſitate datus. Locus Hieracij, anno 1582. de menſe Nouembris, à magiſtro Iacobo Paſtura de Mezara. Locus Sancti Maziri, de quo non habetur memoria; habetur tamen locum fuiſſe côceſſum Fratribus ab Epiſcopo anno 1414. primò ibi habitabant duo Fratres: titulus loci eſt ſub inuocatione B. Franciſci. Locus eſt aſperrimus aditu in eacumine montium ſitus. Locus Pollinæ eſt antiquus, prout habetur à ſenioribus, quamuis ibi nulla habeatur ſcriptura authentica; Locus aſperrimus eſt in cacumine montis ad mare. Locus Caſtriboni, cuius fundatio hoc modo habetur: nam illuſtris D. Franciſcus Vintimillia Comes Giracij, concepta in B. Franciſcum deuotione decreuit hunc locum fundare, habuitq; facultatem à Ioanne XXII. Auinione exiſtente, anno 2. ſui Pontificatus. anno 1332. die 26. Martij, cœpit conſtruere hunc locum D. Ioannes Marchio Giracij, & Capitaneus Generalis Regni Siciliæ, anno 1448. die 16. Iunij, donauit Fratribus, & Conuentui irreuocabiliter inter viuos prouentum gabellæ, ſeu doanæ Caſtriboni, rogatus Ser Ioannes de Amiata, titulus eccleſiæ eſt ſub inuocatione S. Franc. in hac eadem eccleſia ſepultus eſt idem Marchio. Locus Aſinelli eſt antiquus, primò erat Confraternitas Magdalenæ, adhuc tamen extat ſub eodem titulo, nulla habetur ſcriptura: Locus eſt pauper, & quaſi inhoſpes. Locus Guliſani fuit conſtructus à nobilibus Dominis Guliſani, anno 1451. à Domino Gilberto Contelles Comite Guliſani, cum aſſenſu Eugenij. obijt Petrus de Cardona, ſepultusq; in eccleſia. Locus Graterij eſt antiquus ſub titulo S. Mariæ Ieſu: eſt in loco ſublimi intra montes, nihil habetur dignum memoria. Locus Cephaludi, vel Cephalæ, antiquus eſt. Quidam dicunt tempore B. Antonij de Padua fuiſſe conſtructum, ipſumque B. Antonium conſtruxiſſe. erat quædam cupreſſus, quam ipſe B. Antonius plantauit proprijs manibus: his diebus locus fuit partim reſtitutus, ſed ob aeris intemperiē pauci ibi Fratres commorantur. Locus Thermarum eſt antiquus, vbi aliquando habitarūt B. Gandulphus, & B. Ghirardus: adeſt campana tempore prædicti conſtructa, ex quo colligimus locum eſſe antiquum, quia B. Gandulphus obijt 1260. Titulus Conuentus eſt ſub inuocatione B. Franciſci: qui licèt ſit ſatis amœnus, eſt tamen pauper. Locus Cacami, habetur eius fundatio hoc modo, quòd Illuſtriſs. D. Iaimus de Prates magnus Admirantes magnæ Aragoniæ, & Siciliæ, & Dominus Cacami, & Vniuerſitas Cacami vnà cum F. Ioanne de Fermino ſupplicauerunt Ioanni Archiepiſcopo Panormitano, vt eis concederetur eccleſia S. Margharitę Cacami, prędictus Illuſtriſs. D. Archiepiſcopus, Dominus Ioannes de Procida conceſſit eccleſiam prædictam die 29. Auguſti, an. 1407. tempore Gregorij XII. Pont. Max. Prouincialis prędictus Mag. Ioannes à Nicolao IIII. Pont. Max. habuit confirmationem, cauſamq; commiſit Abbati Spiritus ſancti extra męnia Panormi. Conuentus eſt ſatis amœnus, ſed pauper. Locus Biccari an. 1500. captus à Patre F. Sebaſtiano de Irachio ſub titulo Sanctiſs. Trinitatis: locus eſt intra prærupta montium. Locus Ciminnæ ſatis antiquus ſub titulo S. Franc. locus ſatis conueniens, conſtructus à Fratribus, & ab Vniuerſitate, quodam F. Petro Turco, & F. Franciſco de Caſtella, auctoribus. Locus Marineij captus anno 1570. à Fratre Thoma Meſſanenſi: nulla habetur memoria de fundatione. Locus Meſulimelis conſtructus à Damiano de Tula Panormitano, anno 1582. die 12. Iunij, ab illuſtri Domino Comite & Comitiſſa, propenſa pietate in B. Franciſcum.

Lignū S. Crucis.

CVSTODIA PANORMITANA.

HAEC Cuſtodia habet locum Panormi, qui fuit captus tempore B. Franciſci, vt creditur: hoc pro certo habemus, quòd tempore Gregorij X. Pont. Max. an. 1235. erectum fuit, qui dedit literas ad Archiepiſcopum Meſſanenſem, vt permitteret Fratres Minores conſtruere ſibi locum in eo ſitu, qui à quibuſdã Burgenſibus fuit conceſſus fratribus propè Ciuitatem Panormi. Noua iſta conceſſio peperit inuidiam apud clericos ſeculares, qui videntes nouum habitum multis iniurijs eos prouocabant, nec permittebant ædificium creſcere. Vnde Pontifex committit Archiepiſcopo Meſſanenſi, vt occurrat morbo clericorum, & contundat ſuperbiam Moab; cogatque clericos damna ipſa reparare. Quare locus cæptus conſtrui propè mœnia Vrbis anno 1234. Verùm pro maiori commodo poſt paucos annos conſtruxerunt locum in vrbe, cuius primarium lapidem cum Dei, & ſua benedictione poſuit frater Rufinus Placentinus Capellanus, & Pœnitentiarius Apoſtolicus Vicarius Summi Pontificis, profeſſione Ciſtercienſis, teſtaturque Fratres Minores emiſſe octo caſas, cum viridario in Vrbe Panormi, in contrata vulgò dicta la Torre di Maniace. Breue autem eſt ſub anno 1255. die penultima Martij, indictione XIII. Alexander Quartus Neapoli exiſtens xij. Kal. Iunij, liberat fratres ab omni foro prælatorum, nec ſubijciãtur aliquibus niſi ſuis Prælatis, & Domino Papæ: Iulius quoque ſecundus ordinat Epiſcopo Milatenſi, vt ponat in veram poſſeſſionem Guardianum præfati Conuentus. In hoc Conuentu ſunt multa notatu digna: in ſacratio eſt imago Crucifixi pulcherrima, & egregia manu expreſſa, quę fuit Friderici Imperatoris. Ibi eſt de ligno ſacratiſſimo Crucis CHRISTI, oſſa Sancti Laurentij, & Hippolyti Martyrum, eſt capella Beati Gerardi, ibi quoque condita eſt Eliſabetha Tertiaria, quæ obijt xiij. ætatis ſuæ anno perpetuò victura in Cœlis. Floruerunt multi viri hoc in loco, floruit magiſter Lucianus Ricardus vir doctus, qui his diebus deceſſit. Adſunt quoque quędam Cœnobia Reformatorum, ibi eſt mons Pellegrinus, locus ſanè deuotus, & ſatis amænus, qui habet ſpeciem Inſulæ. Locus Carini captus anno 1546, ſub titulo S. Antonini, erat locus iſte cuiuſdam Iacobi Iacobelli, Locus Mancoſæ captus anno 1560. datus fratribus ab Illuſtri Barone Carini ſub titulo Sancti Antonij, habitant ibi fratres Reformati, Locus Alcami vltra farum tempore Beati Franciſci, vt creditur, quãuis non habeatur ſcriptura authentica, & pro certo habemus quòd Eccleſia fuit abſoluta anno 1233. In Eccleſia eſt capella ſub titulo Sancti Marci, Iuſpatronatus dominorum iuratorum terræ prædictæ: vnde pro ſeruitio dictæ Capellæ fratres quotannis conſequuntur vncias duodecim iuxta diſpoſitionem teſtamenti, Locus Calataſimo captus anno 1543. die xxix. Octobris à Ser Iacobo Gulu de Calataſimæ: dicebatur hic locus Sancti Iacobi, Locus Salemi tempore Vrbani Quinti, Pontificatus ſui anno primo, ab illuſtriſſimis Dominis Comitibus Vintimillij, Comite Franciſco, & Ioanne conſtructus.

Rufinus Placentinus.

Imago Crucifixi Friderici Imperatoris.

CVSTODIA DREPANI.

HABET hæc Cuſtodia locum Drepani, vlterioris Siciliæ poſitum in Quarterio Ciuitatis detto del Palazzo, qui captus eſt tempore B. Franciſci (vt creditur) non tamen habetur certa ſcriptura, apparet tamen in Eccleſia quædam tabula cum ſubiectis verbis, anno 1272. die xv. Martij: hęc Eccleſia fuit abſoluta ſub titulo Sancti Franciſci, Locus Montis Sancti Iuliani fundatus ab illuſtri Comite Franciſco Vintimillio, ſub inuocatione Sancti Franciſci, Locus Marſalæ citra Farum antiquus, vt colligitur ex inſcriptione in quadam ſepultura, cuius verba affixa ſunt,

Domina Aldiſia de Mizzina ſepulta eſt hic, cuius anima requieſcat in pace, anno Domini 1297.

Eſt autem hęc Ciuitas, & locus in promontorio Lilybitano, vbi aliquando fuit Sibylla, ibi quoque eſt crepido, quæ vulgò dicitur Sibyllæ, cuius ſepulchrum fuit olim ad Lilybæi oppidum, Locus S. Mariæ de alto, datus ab illuſtri Ioanne Antonio de Grignano, conſtructus

Sepulchrum Sibyllæ.

ſtructus

ſtructuſque anno 1535. & anno 1537. abſolutus fuit, Locus Mazaræ nullam habet ſcripturam ſuæ fundationis: creditur quòd ſit antiquus, vt eſt cõmunis cõſenſus ſeniorum, quod etiã oſtendit murorũ vetuſtas, inuenitur quoq; quod an. 1306. quidam Comes Vgo reliquit conuentui vncias vigintiquinq;. Locus Caſtri vetrani an. 1534. nulla inuenitur fundationis ſcriptura. Locus Partanæ, vt fertur, an. 1484. nulla tamẽ inuenitur apud fratres ſcriptura, ſed apud Baronẽ Partanæ, eccleſia eſt ſub inuocatione Sãctæ Mariæ à catena: ſitus eſt amœnus, & pulcherrimus, locus tamen pauper. Locus Gibellinæ anno 1520. nihil eſt dignum memoria, locuſque eſt deformis. Locus Burgi anno 1566. die 20. Ianuarij captus à magiſtro Ioſepho Græco Drepanenſi, eccleſia ſub titulo Sancti Franciſci, quãuis eſſet ſub inuocatione Sancti Viti. Locus Cluſi anno 1545. à magiſtro Thoma Pinarolo die 20. Aprilis, rogatus ſer Iacobus Antonius Domini Anſelmi. Locus Buſachini non inuenio fundatorem huius loci, quidam affirmant à quodam exule fuiſſe conditum, nam eum in locum ſe recepit, vt tutius euaderet hoſtium inſidias, titulus huius loci ſub inuocatione Sancti Antonij. Locus Bricij, anno 1582. à magiſtro Vincentio Peres Panormitano. Locus Caſtri noui eſt antiquus, ſub inuocatione Sancti Franciſci. Locus Cameratę, à quo fuerit fundatus ignoratur, creditur quòd anno 1500. vel circa. Locus Biuonæ anno 1394. nam Dominus Rugerius Senenſis eques, & habitator Biuonæ, conſtruxit capellam ſub inuocatione Sancti Michaelis tanquàm iuſpatronatus ſuæ Familiæ, eamque curandam dedit Domino Iacobo Clerico ſeculari, poſt cuius obitum conceſſa fuit Domino Antonio de Roſa, deinde fratribus Sancti Franciſci ope, & præſidio illuſtris fœminę Dominę Bonæ Senenſis. frater Laurentius Vaſſallus cuſtos Mazaræ, eam accepit nomine religionis. Locus Rafadali anno 1535. vel circa, locus deformis, & inhoſpes, locus Leucatę antiquus (vt creditur) de quo nulla habetur ſcriptura authentica, Locus Butoræ anno 1577. à magiſtro Matthæo Lornonaco de Terra noua penes aquæ decurſum: princeps Butorę donauit ſitum, eccleſia ſub inuocatione Sancti Franciſci. Locus Terræ nouæ, antiquus eſt: reperitur in campana anno 1261. viuit hodie magiſter Matthęus cognomento lo Monacho. Locus Vicari, anno 1519. à quodam fratre Sebaſtiano de Girachio, locus pauper, & inhoſpes. locus Coniſi, non habetur memoria de eius fundatione. Situs amœnus, fratres de Familia neſcio, quo euentu habitare ſolebant, deinde per literas Auditoris Camerę datus Conuentualibus anno 1549. Locus Claremõtis reperitur MCCCCLXXII. magiſter Antonellus de Turturice me fecit tempore Guardianatus patris fratris Ioannis de Cutaria, titulus ſub inuocatione Sãcti Franciſci. Floret magiſter Vitus Pizza. locus Raguſę, locus antiquus (vt dicitur) nulla eſt reperta ſcriptura. Viuit magiſter Petrus Guarrinus; locus Sicli conſtructus anno 1514. ſub inuocatione Sancti Antonij à magiſtro Petro Rucito de Raguſia; locus eſt pauper, hodie viuit magiſter Paulus Vaſſallus. Locus Maltę ſiue Melitę in vrbe veteri pauper, & in hoſpes, cuius fundatio ignoratur, eccleſia magna eſt, & pulchra abſque tecto, & diuino cultu, eccleſia eſt ſub inuocatione Sancti Franciſci, nec longe diſtat à columna, vbi prædicauit Paulus Apoſtolus, eo in loco qui Rabatõ dicitur, ideſt ſuburbium; ibi pauci fratres habitant, locus Gothi extra vrbem, eſt autem Gothum inſula adiacens Melitę, eccleſia eſt parua, locus eſt modicus, & pauperrimus, locus Modicæ anno 1570. à magiſtro Iacobo Baſſomi Agrigẽtino, titulus eccleſiæ eſt ſub inuocatione Sancti Sebaſtiani, eſt beneficialis, & quotannis fratres ſoluunt cenſum, locus Zeretanę anno 1414. nihil eſt memoria dignum, locus Montis rubei eſt antiquus anno 1500. nulla habetur ſcriptura, locus Licodiæ antiquus ſub titulo Sanctę Marię Ieſu, locus Bizini, de eo nulla habetur memoria, locus Minei anno 1450. locus Militelli anno 1235. ſub titulo Sancti Franciſci; locus Frãciſontis anno 1536. ſub tit. S. Franciſci, locus Buſſemię anno 1577. a fratre Franciſco Apulo, erat Confraternitas Sancti Bartholomęi, locus Noti, locus antiquus (vt creditur) fundatus a D. Antonio Patauino, quamuis de eo nulla eſt certa fides, locus eſt amœnus, vbi habitãt viginti fratres. Locus Syracuſarũ fundatus tempore B. Franciſci, non reperitur eius fundatio. Viuit hodie magiſter Henricus Gynus Epiſcopus Aliſanus. locus Sortini anno 1553. ſub titulo Sancti Petri, & deinde titulo mutato ſub titulo Sancti Antonini, locus Leontini tempore D. Fran. fundatus à D. Antonio Patauino, vt fertur, tempore Alexandri Quarti, anno 1255. ad preces fratrum Conuentus Leontini fuit vnita ædicula Sancti Andreæ cum eccleſia, & Conuentu fratrum. Narratur, quòd in conſtructione eccleſiæ magnus lapis inuerſo plauſtro percuſſit aurigam, & ita contriuit, vt vix oſſa cohærerent, ſed [illegible] cooperante per merita B. P. Franciſci ad inuocationem nominis eius ſanitati reſtitutus fuit. Viuit hodie

Colũna vbi Paulus Apoſtolus prędicauit.

Locus Rabaton.

Miraculum S. Frã. cisci.

magiſter

Mauronicus Abbas Siculus i Cronicis.

Leonora Regina Siciliæ detulit aliquando habitum S. Fran.

magiſter Simon Oſcinus, Locus Conſolationis ſub titulo Sancti Franciſci, il Vecchio, fuit prior locus Fratrum, Locus Caroliontini, anno 1562. Locus Cataniæ conſtructus anno 1258. nàm Mauronicus Abbas Siculus, qui ſcripſit res præclaras prouinciæ Siciliæ, meminit Conuentus noſtri Cataniæ. Nàm Leonora Regina religioſiſſima, poſt obitum viri ſui aſſumpto habitu Sancti Frãciſci religiosè vixit inter Moniales, annos quatuor, deinde obijt apud Sanctum Nicolaum ab Arena. Eius corpus prout ipſa diſpoſuit dum viueret, delatum eſt Cataniam ad locum Sancti Franciſci, vbi eſt monumentum marmoreum. Volunt, quòd ipſa Domina Leonora fuerit fundatrix, & ſoror quatuor Regum Sancti Ludouici Regis Franciæ, Petri, Caroli, & Friderici. leguntur autem iſta carmina ſepulchro eius affixa.

Illuſtris Regina iacet hic Aleonora
Cui Sacra Clara dedit habitum,
Quam frater honorat Sanctus Ludouicus.
Siciliæ Regina iacet hic Aleonora.
Regum nata, parens, coniux inſignis, honora,
Heu Caroli, Petri, Friderici Sancta Sororem.
Accipe en dignam Ludouice prędicando Sororem
Quamuis Arena Nicolai migrauerit æde.
Cataniæ petijt Franciſci ſiſtere ſede,
Ordinibus deuota ſuis ſydus bene mite.
Hic iacet, inſpicite.

Alij dicunt quòd in Vrbe Cataniæ erat locus ſub nomine Caſtri Orſini; ibique erat eccleſia ſub nomine Sancti Michaelis, quæ fratribus fuit conceſſa à Domino Othone Epiſcopo, & confirmata ab Alexandro Quarto Ponti. Max. Pontificatus ſui anno ſecundo. Sed anno 1264. multas paſſi ſunt iniurias. Quare Gregorius Decimus præcepit per breue Apoſtolicum, ne moleſtarentur à Mamphredo Principe Tarentino. Ceſſante itaque perſecutione fratres ædificare cæperunt. Locus Randacij, anno 1334. nàm Regina Eliſabeth mater Regis Friderici Tertij, habuit facultatem à Clemente Sexto conſtruendi locum ad radices montis Ethnæ. Itaque conſtruxit locum ſub titulo Sancti Franciſci, Locus Tauraminæ antiquitus tempore Beati Franciſci, vbi modò habitant fratres de Familia, Locus nouus conſtructus anno 1572. die xxv. Septembris, ſub titulo Sanctæ Marię à Succurſu. Dominus quidam, vulgò dictus il Signor Croce, hunc locum multis beneficijs cumulauit, locus Sauoræ ſub inuocatione Sanctæ Mariæ della Gratia, locus pauper. locus Nouaræ inhoſpes. Hæc prouincia multa incommoda paſſa eſt prę́ſertim an. 1320. quando Saraceni de Babilonia, & Africa venientes Siciliam ingreſſi ſunt, & populati.

PROVINCIA ROMANIAE.

HAEC Prouincia illuſtris effecta eſt ſanctitate & miraculis Beatorum Petri, & Matthæi: atque inſigni doctrina, & pręſtantia Alexandri Quinti Ponti. Maxi. habet autem tres cuſtodias.

CVSTODIA NIGROPONTIS

HABET locum Nigropontis, vbi iacent duo illi beati prænominati, locum Candię, locum Canee.

CVSTODIA THEBANA

HABET locum Thebarum, locum Athenarum, locum Corinthi. tota deuaſtata eſt, & in ditionem immaniſſimi Turcarum Imperatoris deuenit. Sicut etiam Cuſtodia

Cla-

Clarētina,locum Coroni.Locum de Patras. Locum Androuillæ,locum Lacinthi de ſaxaro,& Ceſeloniæ ſub ditione illuſtriſſimorum Venetorum.

PROVINCIA TERRAE SANCTAE.

HAEC prouincia illuſtris facta eſt tum prædicatione B. Patris Franciſci, qui primus prędicauit, quando cum vndecim ſocijs ſibi adiunctis Solthanum adiuit,tum etiam quia in hac Prouincia paſſi ſunt 31.Martyres noſtri Ordinis, & multi fratres claruerunt.Hæc prouincia duas habet cuſtodias.

CVSTODIA NICOSSIAE.

NICOSSIA eſt vrbs in Regno Cypri, quod ſuperioribus annis à Turcica claſſe occupatum eſt,totaque deſtructa regio deuaſtataque,occiſique,& in ſeruitutē abacti incolæ,nec ſine maxima Chriſtiani exercitus cæde.Henricus rex Cypri cū habitu S.Franciſci ſepultus eſt in Aede S. Franciſci Nicoſſiæ nō ſine opinione Sāctitatis.Locus Famaguſtæ, locus de Paphio; locus Namotij, locus de Similo. Cyprus occupatur a Turcis.

CVSTODIA SYRIAE.

HABET hæc Cuſtodia locum Montis Syon, locum ſepulchri Domini, locum de Bethleem,locum Nazareth,locum Antiochiæ,eſt Antiochia vrbs Syriæ ad Orontem fluuium, in loco qui dicitur mons niger, qui eſt conſitus arboribus, & diuerſis plantis,erat primò monaſterium S.Benedicti,cuius Monachi concepta deuotione in B. Franciſcum in manu Patriarchę Antiochiæ omnia bona temporalia renunciarunt, ſumptoq; habitu B. Franciſci in eodem monaſterio ſanctè vixerunt.anno 1269. Solthanus autem Babyloniæ Antiochiam cepit, à Turciſque monaſteria montis nigri,& Antiochiæ dilacerata ſunt.

CVSTODIA CAPHAE.

CAPHAE eſt Conuentus Caphæ ſub titulo S. Petri, In Tartaria in loco Solutaſæ eſt eccleſia S.Mariæ,vbi habitant fratres pauci, neque enim tutum eſt inter gentes tam immanes,& chriſtiani nominis perſecutrices cultum Chriſti publicè profiteri.

PROVINCIA S. IACOBI.

HAEC Prouincia tempore Pij.V.S.recordationis cum alijs duabus prouincijs defecit ab obedientia Generalis Conuentualium, & non ſine aliquo diſcrimine multorum fratrum in illis partibus.Habet autem hæc prouincia quinq; cuſtodias.

CVSTODIA S. IACOBI.

CVSTODIA S.Iacobi habet locum Compoſtellæ,locum Corugnenſem, locum Biſacenſem,locum Pontis veteris.

CVSTO-

CVSTODIA AVRIENSIS

HABET Locum Aurienſem, vbi conditus eſt Beatus Gonſaluus Santij, qui fuit nobilis genere, qui antea fuit inſignis prædo, & ſicarius, ſed conuerſus aſſumpſit habitum ſimplicem, quo vno fuit contentus, ciliciumq́ue defercbat ad nudas carnes; exemplo Sancti huius multi veſtigiis Beati Franciſci hæſerunt. fuit miræ humilitatis, viſitauit bis ſancta limina Apoſtolorum Romæ. obijt in loco Aurienſi anno 1361. miraculis clarus, multa, & hęc quidem inſignia miracula (Deo operante) fecit. Locum Lucenſem. Locum Viuarienſem, Locum Ripauienſem vulgò Riuadauia. Locum Villefranchæ, Locum Regij.

CVSTODIA LEGIONENSIS

HABET locum Legionis, vbi floruit B. Ioannes de Candia vir ſingularis virtutis. Ciuitas dicitur Legionis, quia à legione militum Romanorum extructa fuit, locum Aſtoricę, vbi ſepultus eſt F. quidam Ioannes, qui mirabilis, & illuſtris fuit, & alius Ioannes, qui etiam miracula fecit, locum Ouetenſem, locum Abulenſem, & locum Cinegienſem.

CVSTODIA ZAMORENSIS

HABET locum Zamorenſem, locum de Thauro, vbi tumulatus eſt Frater Stephanus, dictus Coruus, & quidam ſanctus frater Sacriſta, qui fracto crure à Deo miraculosè conſecutus eſt ſanitatem, locum Beneuentanum, locum Villa regodenſem, locum Maioricenſem.

CVSTODIA SALMANTICENSIS

Bartholomæus Piſanus.

Miraculum Sancti Fran.

HABET locum Salmaticēſem, in quo Beatus Franciſcus ſingulare prodigium oſtendit, referente Bartholomęo Piſano, ibiq́ue floruerunt duo fratres laici, quibus ſemel orantibus in Eccleſia viſi ſunt inſidentes quidam globi ignei, Locum Ciuitatis Rodericij, in quo B. Fran. Epiſcopum ſuſcitauit à mortuis. Locum Placētinum, Locum Begiarenſem, Locum Paracenſem, & locum Eremitorij Sanctæ Marię de Angelis.

CVSTODIA CONIBRICENSIS

HABET locum Conibricenſem, locum de Portu, locum Vimarij, vulgò Nimarais, locum Bragantij, locum Guardienſem, locum Caualienſem, locum Lamaienſem.

CVSTODIA VLIXIPPONENSIS

HABET locum Vlixipponenſem, locum Santairneſem, vulgò Sancta Rena, locum Cauelamenſem, locum Lamacenſem, vulgò Lamego.

CVSTODIA EBORENSIS

HABET locum Eborēnſem, locum Boienſem, locum Extrimocenſem, locum Tamenſem, locum Portolatrenſem.

PROVINCIA CASTELLAE

HABET octo Cuſtodias, Cuſtodia Hiſpalenſis habet locum de Hiſpalis, locum Cordubæ, locum Gircenſem, locum Inſulæ viridis, locum Gibenenſem, locum Beatienſem, vnde ortum habet pater Alfonſus Ciachonus Dominicanus Romæ charus, & in pretio habitus à viris doctis ob ſingularem eius humanitatem, & doctrinam; locum Vbetenſem,

CVSTODIA TOLETANA

HABET locum Toleti, qui captus eſt hac occaſione: Nobiles Toletani exierunt ſemel ab Vrbe animi gratia ad venationem Taurorum, quibus occurrerunt duo fratres Minores, & eis nobiles dixerunt: Experimini vos ſi taurum occurrentem capere poteſtis: mox fratres ad Deum conuerſi taurum velut agnum manſuetum reddentes facilè ceperunt. Quo exēplo admoniti nobiles, quaſi diuino conſilio id factum ſit, obtulerunt eis locum ad conſtruendam eccleſiam. Regina verò proprias domos conceſſit, vbi conſtructum eſt pulchrum cænobium, & eccleſia, in qua iacent frater Heruæus, & frater Antonius de Burgis Hiſpaniæ, qui miraculis claruerunt viuentes, & mortui. eodem in loco conditus eſt quidam primogenitus Regis Caſtellæ, & Sanctus Fernandus Caſtellæ in vrbe Ghienſi conditus eſt cum habitu Sancti Franciſci. Locum Guadalagiaræ, Locum Talauere, Locum Ciuitatis Regalis, Locum Madrienſem.

B. Herueus, & B. Antonius de Burgis.

CVSTODIA MVRTIENSIS

Habet locum Murtiæ, Locum Conchæ, Locum Liueti, Locum Optæ.

CVSTODIA SEGOBIENSIS

HABET Locum Segobiæ, Locum Abulæ, Locum Aiellaris, locum Arenoli, locum Oliueti, locum Medinæ.

CVSTODIA PALENTINA

HABET Locum Palentiæ, locum Vallis oleti, locum Carionis, locum S. Facundi, & locum Pegnaficlis.

CVSTODIA BVRGENSIS.

HABET locum Burgorum, locum Latroni, locum Caſtrixeritij, locum Beneforati, & locum Palentiolæ.

CVSTODIA VICTORIENSIS.

HABET locum Victoriæ, locum S. Andreæ, vulgò Andir, locum Medinæ Pomerij. Locum Fries, locum Bermæi, locum Mirandæ.

CVSTODIA SORIENSIS.

HABET locum Soriæ,locum Almagani. Locum Sancti Dominici de Silos, locum Acrenez.

PROVINCIA ARAGONIAE.

B. Pontius Carbonellus.

ISTA Prouincia Aragoniȩ habet ſeptẽ Cuſtodias. Cuſtodia Barchinonia habet locũ Barchinonis in quo eſt ſepultus F. Põtius Carbonelli,ſanctus homo,mag.S.Ludouici noſtri,qui totã Bibliã poſtillauit,dicta omniũ doctorũ ponẽdo.In hoc loco iacẽt cũ habitu duo Reges ſcilicet Alfonſus,& Iacobus,qui in morte habitum aſſumpſerunt,Locum Gerũdæ,Locum Vici,locum Caſtillionis,locum Villȩ franchæ, & locum Bergæ.Fuitque hȩc prouincia decorata amabili martyrio quinq; martyrũ, qui varijs miniſtrorum opprobrijs blaſphemijs exagitati per plateas fœdas & lutulentas ad locum ſupplicij pertracti ſunt, Felices primitiæ,quas aurea illa Seraphicorum tulit ætas,qui debellatis inferorũ mõſtris, & ſublato Dæmonum cultu,Eccleſiæ Dei decus pepererũt. Alij deinceps non numero,ſed virtute pares,omnibus penè ſeculis tandiu pro religionis Chriſtianæ ſanctitate decertarũt

Aragonia acquiritur fidei per Minores.

vt Aragoniam ſua conſtanti virtute ad S.R.Eccleſiæ fidem & religionem adiecerint. Nam viuente adhuc B.P.Franciſco,multi(vt ſæpius dictum eſt) ex ſuis fratribus ad infidelium partes tranſmiſſi ſunt,bellum tũc erat inter Chriſtianos,& Saracenos.Sed iſti armis,inter Chriſtianos autẽ fratres orationibus,ieiunijs,& aſſiduis prȩdicationibus pugnabãt.Vnde Dominus illis præſidio fuit. Nam an. 1219.Nonis Nouembris,capta eſt Damiata,cũ menſes 20. fuiſſet obſeſſa. eſt autem Damiata Vrbs ad orientem à Babylone noua diſtans tribus diȩtis

Anto. Hiſtoriarũ par.3.ti.19. ca.3. §.3.

inter mare,& Nilum amnem iacens.Quam cum Solihanus Aegypti Imperator à Chriſtianis occupatam vidiſſet,ingenti terrore concuſſus,ſua caſtra combuſſit, & cum paucis turpiter receſſit.Chriſtiani verò vrbem ingreſſi, vbi Paganorum ſeptuaginta millia interierant ſuſtinere non potuerunt intolerabilem cadauerum fœtorem, graueolentiam, vnde pleriqúe eorum perierunt.nec multo poſt anno 1230.duo fratres,F.Ioannes ſacerdos, & F.Petrus idiota,& ſimplex,viri ſanctitate clari,ob quam Tiroli à populis humaniter excepti locum ſibi,& ſuis acquiſiuerunt; poſtea in Hiſpaniã progreſſi ſunt in regnum Aragoniæ,cui prȩerat Azotus perpetuus Chriſtianorum hoſtis,fratres zelo fidei ſuccenſi,& martyrij deſiderio feruentes Valentiam fertiliſſimam regni vrbem ingreſſi ſunt, palam verbum Dei prædicant,& falſitatem legis Maomethi conclamant. quod audiens Azotus efferato animo

Azotus Immanis hoſtis Chriſtianorum.

comprehendi eos, & carceribus mancipari præcepit,qui eos blanditijs à fide Chriſti auertere pertentauit,ſed fruſtra.Quare in forum adductos decollari iuſſit.Quam rem Deus iuſtus iudex non dimiſit inultam. Si quidem Azotus a Iacobo Aragonum Chriſtianiſſimo Rege pulſus, & regno priuatus eſt.In vigilia Sancti Michaelis ingreſſus eſt ille Valentiam

Azotus per Minores ad Chriſtũ conuerſus.

anno 1238.fugatis inde ſaracenis,& abiecto prorſus Maomethanorũ cultu.Azotus vero in tanta fortunæ aduerſitate cum in ſe paulum redijſſet,diuino illuſtratus numine, per Minores fratres conuerſus eſt ad Chriſtum,ac indoluit de eorum tentata morte,eumq; pȩnituit,

Valentiæ cõſtruitur cænobium celebre Minorum.

& palatium ſuum in celeberrimum Cænobium Minorum conſtruxit in honorem B. Franciſci,& ſeruorum eius,qui beato fine quieſcunt.Quorum ſanguis effuſus religioni multum profuit.Sic granum frumenti cadens in terram,infidelium manibus compreſſum, & mortuum vberem conſurgit in ſpicam.Sic botrus in torculari calcatus liquoris redundat in copiam.Sic aromata pilo contuſa odorem plenius circunfundunt. Sic granum ſinapis contritum virtutem ſuam multipliciter demonſtrat. Sic beatorum martyrum ſanguis profuit ad attrahendos infideles ad Chriſtum,cuius cauſam agebant. Abundat obſeruationis huius exemplis Chriſtiana religio.Quamplurimi enim martyrio cœlum adepti ſunt. Alij ſerra dimidiati, alij voraginibus immerſi,ignibus conſumpti,beſtijs obiecti,ferro truncati: quibus tamen vnum fuit propoſitum, ne à pietate, ne à fide deflecterent. Cuius vera obſeruatio eſt non terreſtrium admiratio rerum, ſed cœleſtium cura, & aſſidua meditatio.

Floruerunt

Floruerunt quidam alij inſignes viri in Hiſpania tempore Gregorij XI. anno 1372. vt magiſter Arnaldus de Campania, frater Bernardus de Gariſono, Didacus de Palentia, Gonſaluus de Opta, & plures alij, quorum memoria deſideratur. Qui floruerunt.

NICOLAVS QVARTVS SVMMVS PONTIFEX

Deputat Minores Inquiſitores.

ANNO MCCLXXXVIII. Nicolaus Quartus, Pontifex Maximus, deputauit quoſdam Fratres Inquiſitores his verbis: Turbato corde audiuimus, & narrauimus, quòd non ſolùm quidam de Iudaicæ cæcitatis errore ad lumen fidei Chriſtianæ conuerſi ad priorem reuerſi perfidiam dignoſcuntur: verùm etiam quàmplurimi Chriſtiani veritatem Catholicæ fidei abnegantes, ſe damnabiliter ad ritum Iudaicum tranſtulerunt; quod tanto magis reprobum fore cognoſcitur, quantum ex hoc CHRISTI nomen ſanctiſſimum quadam familiari hoſtilitate ſecurius blaſphematur. Cùm autem huic peſti damnabili congruis & feſtinis deceat remediis obuiare, vobis Apoſtolica auctoritate mandamus quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos, contra Chriſtianos, & Iudæos, contra fautores, & receptores: Iudæos autem qui Chriſtianos vtriuſque ſexus ad eorum ritum execrabilem induxerunt, aut inueneritis de cætero inducentes, pœna debita puniatis, contradictores per cenſuram compeſcendo. Datum Reate &c. Ex Vaticano.

CVSTODIA HILERDAE

HABET Locum de Hilerda, vbi iacet Rex Alfonſus cum habitu noſtro, quem ſumpſit ante mortem. In hoc loco Sanctus FRANCISCVS Ioannem quendam nomine, graui vulnere affectum à morte liberauit, locum Taraconenem, locum Dercuſæ, locum Zeruaſiæ, locum Morellæ, locum Montis albi, locum Montis oni, & locum Terragem.

CVSTODIA CAESARAVGVSTAE

HAbet locum Cæſerauguſtæ, in quo cum habitu ſepultus eſt D. Petrus infans primogenitus Regis Aragoniæ, locum Oſſæ, locum Ciraſchiæ, locum Iaccæ, locum Oxoę, locum Babaſtri, locum Burgi, & locum Carthagenæ.

CVSTODIA MAIORICARVM

Habet locum Maioricarum, locum Ciuitadellæ, locum Iuſſę.

CVSTODIA VALENTINA

HABET locum Valentiæ, vbi duo fratres noſtri Ordinis tempore infidelium à Saracenis pro fide martyrizati ſunt, vt paulo ante diximus, locum Zacinæ, locum Muriueteris.

CVSTODIA NAVARRAE

HABET locum de Pampilone, locum Tudellæ, locum Sanguoſæ, locum Olitę, & locũ Stellæ. Hęc cuſtodia Nauarræ hæreſibus pullulabat tempore Gregorij Noni, Pontificis Maximi, qui deſtinauit Minores, & Prędicatores ad deſeminandum verbum Dei, & coercendos hęreticos, vt patet per ſubiectas literas Apoſtolicas.

MAGISTRO ORDINIS FRATRVM MINORVM in Nauarra, & Magiſtro Petro de Leodegaria de Ordine Fratrum Prædicatorum, Pampiloniæ commoranti.

Ex Vaticano.

RVMOR, qui de Regni Nauarræ partibus auribus noſtris nuper inſonuit, amaritudinis abſynthio nos potauit; quia ſicut ad nos fama, immo infamia referente peruenit, inimico homine in Regno ipſo ſemen iniquum meſſi Dominicæ ſeminante, ſegetes zizania pullulant, & vulpes moliuntur vineam Domini demoliri. Nam hæreticæ labis morbus paulatim ſerpens vt cancer, ferè totum prędictum Regnum aſſeritur grauiter infeciſſe, nec iam hæretici latenter, vt vulpes, demoliri vineam Domini ſunt contenti, ſed quaſi equi parati ad prælium, manifeſtè præſumunt inſurgere contra eam: ex qua venenata radice videtur proculdubio proceſſiſſe, quod in eodem Regno conculcatur libertas Eccleſiaſtica, & claues Eccleſiæ contemnuntur. Cùm igitur ex iniuncto nobis officio de Regno Dei corrigere ſcandala teneamur, & quantum in nobis eſt, huiuſmodi beſtias oppugnare, Nos ponentes in manu veſtra gladium verbi Dei, quem iuxta Prophetæ ſententiam non debetis à ſanguine prohibere, mandamus quatenus cum Phinees Catholicæ fidei zelo ſuccenſi, de peſtilentibus ipſis, & credentibus, ac receptatoribus, & defenſoribus eorundem ſollicitè inquirentes, contra illos, quos per inquiſitionem ſuper præmiſſis conſtiterit eſſe reos, tam iuxta ſanctiones canonicas, quàm ſtatuta noſtra; quæ ad confundendam hæreticorum prauitatem edidimus, procedatis, inuocato contra eos ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Datum Laterani, ix. Kal. Maij, anno 12.

Mos hæreticorũ ab orbe condito eſt Catholicos inuadere.

CVSTODIA SARANIAE

HAbet locum Calataiud, ideſt Ciuitas Iudæorum. locum Tiroli, locum Deroſſæ, & locum Molinæ.

ADDITIO.

Frater Petrus de Villa Vallotenus, & Frater Petrus Santoys reduxerunt Hiſpaniam ad Regulæ obſeruantiam; diuinitus ſiquidem Fratri Petro reuelatum fuit, vt deducerent Fratres ad obſeruantiam. Quod fecerunt auctoritate Apoſtolica, & in Cuſtodia Toletana conſtruxerunt quædam, adducto prius ad frugalitatem Conuentu Valloletano.

PROVINCIA AQVITANIAE dicta Aquitania ab aquis Rodano, & Ligure.

AQVITANIA creditur appellata ab aquis, pręcipueque Rodano, & Ligure alluitur. Ea habet decem Cuſtodias. Cuſtodia Tholoſana habet locum de Tholoſa, in quo requieſcunt ſ. F. Stephanus Inquiſitor, & martyr cum ſocio ab hæreticis interfectus, & anno 1334. obijt Tholoſæ frater Michael Mogottus, vir ſanctitate vitæ celebris. fuit.n. vir miræ abſtinentiæ, feruens in zelo, perfectione, & moribus, in nocteque pluries ſe fuſtigabat in memoriam paſſionis CHRISTI. Locum de Sarano, in quo floruit Magiſter Arnaldus, qui fuit Miniſter Aquitaniæ, & multæ lectionis, Locum Riuorum, Locum Caſtrinoui, de quo fuit Magiſter Gulielmus de Podio, ſuo tempore clarus, Locum Apamiarum, Locum Murelli, Locum de Inſula, locum de Miraſpice, & Locum Vauri.

CVSTODIA ALBIENSIS

HABET Locum Albium, Locum de Riſpaſtagno, Locum Lauſtricij, & Locum de Caſtris.

CVSTODIA AVXITANA

HAbet locum de Auxo, locum de Tarbia, locum de Lectora, locum Valliſcaprariæ, locum de Nugarolio, & locum Mittandæ.

CVSTODIA AGENENSIS

HAbet locum de Ageno, locum de Maſo, locum Candonij, locum Marmadæ, locum Neriaci, locum Caſtrigeloſij, & locum de Penna.

CVSTODIA RVTHENENSIS

HABET locum Ruthenæ, de quo fuit magiſter Gerardus Oddonis, Generalis Miniſter Ordinis Minorum, Patriarcha Antiochenus, & Eccleſiæ Cathanenſis adminiſtrator, qui multa quidem opera edidit, vt ſuperius commemorauimus. Locum de Figiaco, in quo iacet Frater Aldemarius, qui mortuos ſuſcitauit, & alia miracula fecit. Fuit etiam de iſto loco Frater Beltrandus, vir præclarus, & valde eruditus, qui à Gregorio XI. Cardinalis creatus fuit. Locum Aureliaci, in quo iacet Frater Rigaldus, homo ſanctus, qui multa miracula egit. locum Sancti Africani, in quo obijt F. Gulielmus, qui multa miracula operatus eſt. locum Villæfranchæ, & locum Amoliaci.

Qui claruerunt

CVSTODIA CATVRCI

HABET locum de Cathurco, locum de Gordomo, qui locus perilluſtres habuit Fratres, videlicet magiſtrum Fortonerium Archiepiſcopum Rauennatem, Patriarcham Aradenſem, & demum per Innocentium VI. Cardinalem F. Gulielmum, qui poſtea per eũdem Pontificem creatus fuit Epiſcopus Cardinalis. locum Marcelli, locum Montis Albani, locum S. Antonij, locum Montiſcaſi.

Mag. Fortonerius Cardinalis.

F. Gulielmus Cardinalis.

CVSTODIA PETRAGORICENSIS

HAbet locum Petragorarum, locum de S. Fide, locum Montinaci, locum Brãgeniaci, locum de Albaterra, locum Salati, & locum Oxidolij.

CVSTODIA LEMONICENSIS

HAbet locum Lemonicarum, locum S. Iuniani, locum Nuntronij, locum Donzimaci, locum Briuiæ.

CVSTODIA BAIONAE

HAbet locum de Baiona, locum Montis Martiani, locum de Aquis, locum de Morlauiis, locum Oleri.

CVSTODIA BVRDEGALENSIS

HAbet locum Burdegalæ, locum Regulæ, locum Sancti Macharij, locum Aſſarij, locum S. Aemiliani, & locum Linorij. Iſta Prouincia habuit viros egregios, & præſertim F. Petrum Aureolum, qui luculenter ſcripſit ſuper lib. Senten. Multa quoque miracula in hac Prouincia operatus eſt Beatus Franciſcus.

PROVINCIA PROVENCIAE.

HAec Prouincia Prouenciæ, quam Galliam Narbonenſem appellant, habet ſeptem Cuſtodias.

CVSTODIA MARSILIAE.

EA habet locum de Marſilia, in quo quieſcit Sanctus Ludouicus per Eccleſiam canonizatus, digni germinis digniſſima proles, qui tanta humilitate ſe ſubdidit, vt ſalua morum honeſtate, nihil de dignitatis priuilegio vendicaret. Erat ad obediendum paruulus, & ad vitia calcanda maturus. extat quoque in eodem loco alius ſanctus F. Vgo de Signia', qui mirabilis fuit doctrina, vita, & ſignis, qui claruit multis, & ingentibus miraculis. Acta ſunt plurima, vt inter diuos referretur, ſed poſtmodum res vltra non eſt proceſſa. Duo inter alia eum prædixiſſe vulgi fama proclamat. Vnum, cùm ſemel iret ad domum Templariorum, illi oſtenderunt refectorium de nouo conſtructum tantæ amplitudinis, vt eo gloriarentur inaniter: ſeruus Dei deambulando paſſibus menſurare videbatur; quieſcentem deinde à menſuratione interrogant, Quid ſibi videretur: mox ille reſpondit, Videtur mihi quod erit pulchrum ſtabulum equorum. Templarij tulerunt hoc moleſtè; ſed rei non fefellit euentus, quia tempore Clementis V. Pont. Max. Templariorum ordo deſtructus fuit. iſti Templarii initium habuerunt in Hieruſalem, & diffuſi ſunt per Franciam: demum ſpoliati ſunt magnis eorum poſſeſſionibus, quibus affluebant, Rhodienſiumque Militum Religio ſucceſſit. In eadem Eccleſia honorificè ſepulta eſt ſoror eius nomine Dulcetina, quæ ad Fratris Vgonis exemplum, & exhortationem, mundum, & eius concupiſcentiam derelinquens ſub honeſto, & religioſo habitu ſatagebat facere dignos pœnitentiæ fructus; ad quam multæ matronæ, & adoleſcentes filiæ virgines confluentes ſe diuino ſeruitio pariter dedicarunt, quibus Frater Vgo ſcripſit quaſdam Regulas, & Conſtitutiones, quibus Deo magis deuotè inſeruirent, quæ adhuc Maſſiliæ conſpiciuntur. Locum Brignolæ, in quo B.Ludouicus ortus eſt, & ibidem, cùm ad renunciandum Epiſcopatum Romam adiret, diem clauſit extremum. Locum Righignani, locum de Aquis, in cuius medio choro tumulatus eſt quidam ſcutifer cum habitu Sancti Franciſci, Roſtagnus nomine. locum de Praſſa, locum Arearum, & locum de Nicia.

Templariorum militum ordo ſublatus.

CVSTODIA ARELATENSIS

HAbet locum Arelatæ, vbi B.Monaldus ibi Deum vidit, & B.Franciſcum in aere Fratribus benedicentem in Capitulo, dum S.Antonius de titulo Crucis prædicaret. Locum Terraſconis, locum Solonis, locum Maiuaſſe, & locum Relauiæ.

CVSTODIA AVINIONIS

HAbet locum de Auinione, locum Auaraice, locum Valriaci, locum Montiliorum, locum Inſulæ, & locum Aptæ.

CVSTODIA ALESTI

HAbet locum de Aleſto, locum Marologij, locum Minatis, locum S.Aegidij, locum Argenterij, locum Albenarij, locum Vſeciæ, locum Balneolis, & locum Anduſiæ.

CVSTODIA MONTISPESSVLANI

HAbet locum de Montepeſſulano, vbi narrat Bartholomęus Beatum Ludouicum multa miracula fecisse; ibiq; ſepultus eſt F. Bernardus Belega Lector, & omni ſanctitate perſpicuus, qui obijt anno Domini 1306. Locum de Aquiſmortuis, locum Neumaſi, locum Lunelli, locum Agare, locum Giuci, locum Florenziaci, locum Landonę, locum Agantici.

F. Bernardus Belega.

CVSTODIA CISTARIACI

HAbet locum Ciſtariaci, vbi floruit magiſter Franciſcus de Mayronis. locum Carpetraſſi, locum Dignæ, de quo fuit F.Vgo de Digna, locum Folqualquerij, locum Vapinqui, locum Brundunij, & locum Regij.

CVSTODIA NARBONENSIS

HABET Locum de Narbona; in hoc loco iacet F. Electus laicus, qui multa miracula fecit. Inter cætera narratur, quòd vna die ſeptem Fratres à diuerſis infirmitatibus liberauit. Locum de Bituris, de hoc loco fuit Frater Petrus Ioannis valde eruditus. Locum Villæfranchæ, Locum de Pirpignano, Locum Auxiliani, Locum Carcaſonæ, Locum Limoſij, Locum Podij, Locum Fordani. In hac Cuſtodia Narbonæ multa miracula fecit Beatus Franciſcus. De iſta Prouincia fuerunt viri famoſi, & ſanctitate præclari, F. Raymundus Gaufredi, & F. Rugerius, & quàmplures alij, vt narrat Bartholomæus. F. Electus laicus miraculis clarus.

PROVINCIA BVRGVNDIAE

HABET ſex Cuſtodias. Cuſtodia Lugdunenſis habet locum Lugduni, in quo iacet Beatus Bonauentura de Balneoregio, Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalis. Locum Maciſcenſis, Locum Cariloci, Locum Montis Briſonis, Locum Villæfranchæ, & Locum Burgi.

CVSTODIA DIVIONIS

HABET Locum Diuionis, Locum Belnæ, Locum Caſtillionis, Locum Bati, & Locum Caſtriuillarij.

CVSTODIA BISVNTINA

HABET locum Biſuntinum, locum Salinenſem, locum Ledonenſem, locum Graiaci, & locum Dolenſem.

CVSTODIA LAVSANAE

HABET locum Lauſanæ, locum Gebennenſem, locum Granipolis, locum Gamberiaci, locum Niuiduni, locum Grandiſoni, locum Moierenſi, & locum Cameræ.

CVSTODIA VIENNAE

HABET locum Viennæ, in quo iacent duo ſancti Fratres, ſcilicet F. Michael, & Drodo. locum de Podio, vbi Beatus Antonius habetur in maxima reuerentia. locum Annomaci, locum Valentiæ, in quo iacent martyrio coronati duo ſancti Fratres, Petrus, & Cathalanus. locum de Romanis, locum Dienſem, in quo F. Electus ſanctiſſimus iacet cum honore. locum Criſtæ, & locum Montilij.

CVSTODIA ALVERNIAE

HABET locum de Claramonte, locum Vriuatenſem, locum S. Portiani, locum Xidomi, locum Montisferradi, & locum Siluimaci. In hac Prouincia Burgundiæ, & Flandriæ his diebus ſunt cœnobia xv. virorum, ſed inſtituta fœminarum ingenti numero, quæ modo ab Hugonotis hæreticis delapidata ſunt, vt vix quatuor, vel ad ſummum quinque domiculæ manſerint.

PROVINCIA TVRONIAE

HABET quinque Cuſtodias. Cuſtodia Santonenſis habet locum de Santonibus, locum de Rupella olerum, locum de Inſula, locum S. Ioannis, locum Berbetilli, locum de Pontibus, & locum Compriaci.

CVSTODIA BITVRICENSIS

HABET Locum de Biturigibus, vbi narratur B. Antonium feciſſe quoddam miraculum, locum Turonis, locum Niueris, locum Eſolduni, locum Andegauis, locum Lothas, locum Caſtricadulfi, & locum Falmuti.

CVSTODIA BRITANNIAE

HABET Locum Burginoui, locum Nannetum, locum Rodonis, locum Giuncampi, locum Corrizopici, locum Venetum.

CVSTODIA PICTOVENSIS

HABET locum Pictonum, vbi iacet M. Gualterius, qui ſanctitate, & doctrina fuit clarus, vt patet apud Bartholomæum, locum de Morto, locum S. Maxentij, locum de Mirabello, locum Ioſduni, locum Columbæ, & locum Caſtri.

CVSTODIA AVRELIANENSIS

HABET locum Aureliani, locum Caſtriduni, locum de Cenomanis, in quo iacet S.F. Electus, locum Vendocini, locum de Alloſis. In hac prouincia ab hęreticis plures interempti ſunt, vt frater Franciſcus Dudauiæ, frater Franc. Butæ laicus, apud Boſcum malcherbatum occiſus eſt machinis, frater Nicolaus Irieti Prædicator, frater Petrus Holet octogenarius Prædicator in Conuentu Viriæ eodē die, quo miſſam celebrabit captus, & coactus abnegare Sacramentum, & Sum. Pont. cum nulla ratione adduci poſſet, in arcem ſuperiorem Caſtri ductus cingulo eius ſuſpenſus eſt, & hoc martyrio frater Ioan. Lumes Diaconus, frater Io. Bunius, frater Ioan. Liet, frater Ioan. Oliuerius, frater Ioan. Bruſo, frater Dominicus Godar, in Monaſterio Mauritaniæ, Sororum Sanctæ Claræ, machinis necata eſt Soror Ioanna Petit, in Conuentu Barcheſeli, prouinciæ Turoniæ, in die Veneris ſancto, habito ſermone de paſſione, frater Petrus Goſeth ſtipiti ligatus, occubuit frater Gulielmus occiſus in Conuentu Salmutij.

PROVINCIA FRANCIAE

HABET ix. Cuſtodias, Cuſtodia Pariſienſis habet locum Pariſij, quē Ludouicus abſoluit, vbi floruit tempore Honorij Quarti, frater Diodatus de Pruuino Theologicæ facultatis. In hoc loco iacent multi viri egregij, vt Alexan. de Ales, Nicolaus de Lira, & alij quàmplurimi. Narratur quiddam admiratione dignum, quod his temporibus accidit Pariſijs. Nam quidam clericus lubricus, & immundus, eximius tamen Philoſophus, graue infirmitatem incurrit, admonentibus eius ſociis ad Sacramentum Euchariſtiæ, ille obaudiebat: admonitus hac de re quidam Frater Minor in Conuentu Pariſiorum, ad pedes Crucifixi prouolutus ſtatim quaſi per ſomniū vidit impenetrabilem abyſſum. Quo exemplo commotus æger, expurgata conſcientia, ſacramentali confeſſione Sacramentum Euchariſtiæ deuotus ſuſcepit, Ordinemque Minorum intrauit, vbi multum profecit cum omnium admiratione, locum Medanti, locum Carnoti, locum Pontiſere, locum de Meldis, locum Siluaneti, & locum de Stanipis.

CVSTO-

CVSTODIA CAMPANIAE

HABET Locum de Senonis,locum de Trechis,locum Antiſiodori,locum Priuini,locum Verſiliaci,locum Senzaniæ.

CVSTODIA ATTREBATENSIS

HABET locum de Attrebato,locum Tornaci, locum de Valenzenas, locum Inſulis, locum de Montibus,locum Cameraci,locum Bettunij,locum Duraci.

CVSTODIA VEROMANDIAE

HABET locum de Roio,locum Irduni,locum Abbatisuallis, locum Sancti Quintini,locum Beluaci, locum de Ambianis, locum Noueani,locum Peroni.

CVSTODIA LOTHORINGIAE

Habet locum Nouicaſtri,locum Vlduni,locum Tulli,& locum de Methis.

CVSTODIA FLANDRIAE

HABET locum de Brugis,locum S. Odomari Domati,locum de Gaſdauo, locum de Ipris,& locum Aldendi.

CVS TODIA NORMANNIAE

HABET locum de Falegio,locum Vernonacentẽſem,locum Vernolij,locum Rethomagi,locum de Boiocis,locum de Eboracos,locum Cadonię,locum Faſij,locum de Bernaio.

CVSTODIA LEODIENSIS

Habet locum Leodij,locum Niuelli,locum Hoij,locum Dinacij,& locum Namurci.

CVSTODIA VEMENSIS

HABET locum de Remis,locum Lauduni,locum Cathalani, locum Cōpendij,locum Sueſſionis.His nouis temporibus inferior Germania,& Gallia multos martyres Chriſto pepererunt,qui contra hæreſes pugnarunt,& ſpretis mundi fallacijs,Diabolum,& miniſtros eius vicerunt, & illuſtre teſtimonium Deo reddiderunt, & conſtantiæ exemplar nobis reliquerunt.Hoc anno 1574.die 22.Auguſti, & anno 1581. 16. Februarij Antuerpiæ ſub horam decimam noctis arſit cænobium Franciſcanorum,& maxima ex parte conflagrauit,vſque adeo ſectarij ardent odio monachorum. Data ſanè opera eſt, vt illi patres per calumniam,tanquam qui carnes in Quadrageſima comediſſent,traducerentur, huius

Sectariorum dolus, & calumnia in religioſos.

huius rei perſuadēdæ cauſa iactatis in hortum illorum oſſibus, & carnibus. Sed & honeſtę quædā matronæ, vel (ut magis aliis placet) meretriculæ, ſectariis ſummiſſæ ſunt, ſectarii te terrimo in vulgus ſparſo rumore, tanquam illorum patrum ſcorta comprehenderunt, cū tamen proprii illarum mariti teſtarentur eo ipſo temporis momento illuc eas fuiſſe à ſuis domibus introgreſſas.

PROVINCIA ANGLIAE

Laurentius Surius in Commentario rerū geſtarum.

HABET ſeptem Cuſtodias. Cuſtodia Londinienſis habet locum Londini, locum Cantuariæ, de quo Archiepiſcopus fuit M. Io. Peccam, vir ſummæ ſanctitatis, & ſcientiæ. Fuit Cātuaria olim à Dānis impiis capta, & incēſa magna Chriſtianorum cæde, locum Vberrinchelſiæ, locum ſub Cantóne, locum. Vuarræ, de quo fuit magiſter Ioān. Vuarro, qui ſcripſit ſuper Sen. fuit etiam locus ortus, vt dicitur, magiſtri Doctoris ſubtilis, locum Leuiſię, locum Michefen, locum Saliberij, & locum Vuintoniæ.

CVSTODIA EBORACENSIS

HABET Locum de Eboraco, vbi factus fuit Archiepiſcopus magiſter Bonauentura de Balneoregio à Clemēte Quarto Pont. Max. ſed ipſe abnuit Pariſiis, vbi tunc erat, locum Duncaſtrię, locum Linconię, locum Sancti Botulfi, locum Beuerlaci, locum Cantabrigię, locum Germiſcentię.

CVSTODIA CANTABRIGIAE

HAbet locum Cantabrigię, locum Noruici, locum Colceſtriæ, locum Sancti Edmundi, locum Dumuici, locum Balſingin, locum Gernermicæ, locum Gepnici, locum Lenniæ.

CVSTODIA BRISTOLENSIS

HAbet locum Briſtolii, locum Gloceſtriæ, locum Burgeualctri, locum Erphordiæ, locū Exoniæ, locum Cannerdiæ, locum de Oceſte, locū Verdiniæ, locum Hodminię.

CVSTODIA OXONIENSIS

HAbet locum Oxonię, quem locum primum ędificauit frater Agnellus de Piſis, factus primus miniſter Angliæ, à Beato Franciſco, vbi ſepultus fuit miraculis pluribus decoratus, locum Radigię, locum Bedfordię, locum Stanfordię, locum Hotingamię, locum Natatonę, locum Leiceſtrię, locum Graanuę.

CVSTODIA NOVICASTRI

HAbet locum Nouicaſtri, locum Dundę, locum Dunfris, locum Adintoniæ, locum Carlioli, locum Herripellę, locum Beruici, locum Totiſburgię, locum Richemundię.

CVSTO-

CVSTODIA VIGORNIAE

HABET locum de Vigornia,locum Preſcenç,locum Biguitæ,locũ Salopiæ, locũ Coniunctoriæ,locũ Ceſtriæ,locum Herefordiæ,locum Lamaſiæ,locum Staford iç.In hac prouincia floruerunt viri præclari.M. Io. Duns Scotus, Doctor ſubtilis,cuius memoria erit perpetua.Magiſter Alexander de Ales, Gulielmus Ochã, & multi alij,vt refert Bartholomæus,

ADDITIO.

Hac noſtra tempeſtate multi ex noſtris paſsi ſunt ſub Eliſabetha Regina, Catholicæ fidei, & Romanæ auctoritati infenſa.Sed pœnarum varietatem, & acerbitatem deſcribere non eſt, vel calami, vel penicilli. Solus iuſtiſsimus omnium iudex Deus ea ſigillatim videt, & recordatur ſanguinarias leges, & edicta crudelia lata ad ruinam & euerſionem non ſolùm fortunarum & prædiorum, ſed vitæ præſentis pariter & futuræ. Vnde Ioannes Foreſtus, cuius alias incidit mentio, ob fidei Catholicæ confeſsionem viuus ſuſpenſus, igneque ſubiecto combuſtus fuit flamma ſicco pede tranſeunte.

PROVINCIA HYBERNIAE

HABET quinque Cuſtodias. Cuſtodia Dublinenſis habet locum Dublinij,locum Kildariæ,locum Gianæ,locum de Mortoto,locum Deſerti,locum Bachilo, locum Vveisfordiæ.

CVSTODIA CASSELENSIS

HABET locum de Caſſello,locum Bullieniæ, locum Yochil, locum Roſſæ, locum Vvaterfordia,locum Clonmel.

CVSTODIA CORCAGENSIS.

HABET Locum Corcagiç,Locum de Ardach,locum Bathoniæ,locum Luaſiæ,locum Tagmolagi.

CVSTODIA VENETENSIS.

HABET locum de Venath,locum Clararoi, locum Killeich,locum Galuiç, locũ Elonramada,locum Bleſſiniæ,locum Armachi.

CVSTODIA PONTENSIS

HABET locum de Ponte,locum Trun,locum Dundalchi,locum Maliſernan,locum Durni,locum Occagfregis.

PROVINCIA DATIAE

HAbet octo Cuſtodias. Cuſtodia Noruegiæ habet Locum Meſtracis, locum Orugellæ, locum Tuſterim,locum Afloiæ,& locum de Bergis.

CVSTO-

CVSTODIA OCTONIENSIS

HABET locum Octoniæ, locum Miſtach, locum Simerbuch.

CVSTODIA LINDENSIS

HABET locum Lindenſe, locum Tralburch, locum Vſtach.

CVSTODIA LANCOPENSIS

HAbet locum Imcopiæ, locum de Scaris, locum Vucriſſa, locum Lincopiæ, & locum Senircopiæ.

CVSTODIA RIPENSIS

HAbet locum de Ripis, locum Sclerich, locum Flensburch, locum Caldis, locum Tanduæ.

CVSTODIA VRBEGENSIS

Habet locum Vrbing. locum, Randet, locum Orfuis, & locum Alarbuch.

CVSTODIA SCOTONENSIS

Habet locum Scotonæ, locum Crebi, locum Pſallan, & locum Nicopiæ.

CVSTODIA RISCHILDENSIS

Habet locum de Riſchildis, locum Caludburch, locum Neſtueth, & locum Annis.

PROVINCIA COLONIAE

HAbet vij. Cuſtodias. Cuſtodia Colonienſis habet locum Coloniæ, vbi iacet mag. Ioan. Duns Scotus, Doctor ſubtilis, locum de Miſſia, in quo iacet frater Nicolaus, qui in vita, & pòſt ſignis multis claruit, ibidem quoque referente Bartholomæo, reconditus eſt frater Electus, qui ſuo tactu ſanabat infirmos, locum Dulbrich, locum Roremundæ, locum Bumiæ, locum Vallis felicis, locum Diui, locum Aquiſgrani.

CVSTODIA TREVERENSIS

HAbet locum de Treueris, locum Lucilburch, locum Merliæ, locum Confluentiæ, locũ Viſaliæ, locum Leporth, locum Ardenati, in quo iacent Sancti Viri frater Theodoricus, & frater Hogerus de Saxonia, locum de Veſteparma.

CVSTODIA BOFFALIAE

HABET locum Tremoniæ, locum Fuſſari, locum Paderburiæ, locum Heruordiæ, locũ Vxariæ, locum Hoſmæ, locum Bruggæ, & locum de Monaſterio, in quo iacent, vt refert Aut. Con. F. Henricus de Africa, & F. Ioan. de Peima, qui mira fecerunt.

CVSTODIA HOLANDIAE

HAbet locum Traiecti inferioris, locum Doſdaci, locum Zirxæ, locum Buſcridis, & locum Midilburch.

CVSTODIA BRABANTIAE

HAbet Locum Thenis, locum Machilnæ, locum Bruſellæ, Locum Derſtæ, locum Sãcti Tridonis, & locum Midilburch.

CVSTODIA DAVENTRIAE

Habet locum de Folda, locum Filtlariæ, locum Griſmariæ.

CVSTODIA ASIAE

HABET locum de Querohing. locum de Gronemberg. locum de Erfellia, Locum Marpurg. locum Fiſclariæ, Locum Subdæ, & locum Gerſmariæ. In hac prouincia, vt narrat Bartholomęus, fuerunt viri, qui ſanctitate, & doctrina fuerunt præclari. Hoc tempore anno 1554. Holandi iterum tumultuari cæperunt. Delphis oppido Holandiæ fœminæ, vel certè viri fœmineis veſtibus Franciſcanos expoliantes ab vrbe eiecerunt. in hac prouincia Holandiæ Girardus Berchenoye impius Apoſtata exercuit multa ſupplicia in Guardianum, & reliquos fratres: erat ſi quidem ipſe Commiſſarius principis Oranges: oſtẽdit enim Guardiano hoſtiam dicẽs, Hic eſt Deus veſter, quem vos adoratis? mox ille reſpõdit, ſi hæc hoſtia eſt conſecrata à legitimo ſacerdote, fateor quidem ibi eſſe realiter, & ſacramentaliter corpus Chriſti Domini mei. Impius tyrannus audita hac publica confeſſione, ſtatim iuſſit in vincula cum alijs fratribus trudi Guardianum qui inter anguſtias cæpit dicere, In manus tuas Domine cõmendo ſpiritum meum. Quorum fama excitati cuncti eos videre, & audire ſitiebant tanquam ſpectaturi quippiam inſolitum. *Minores ab hæreticis occiduntur.* *Surius in Commẽtarijs.*

PROVINCIA ARGENTINAE
ſiue Alemaniæ ſuperioris.

HAEC Prouincia inter Septentrionales populos ſita eſt, Rheno fluuio à Gallis, Alpibus ab Italis diſcreta. dicitur autẽ hęc prouincia Argẽtinę à potiori illa vrbe, quæ eſt vrbs Galliæ, vt Ptolæmeus affirmat ad Rhenum fluuium, quãuis Germani eam habitent, & habet hæc prouincia ſex Cuſtodias iuxta deſcriptionem antiquam.

CVSTODIA LVCERNAE

HABET locum Lucernæ, quæ eſt Ciuitas Catholica, vbi habitant ſex fratres, locum Feriburgi, viuit hodie frater Ioannes Michael Commiſſarius Argentinæ, locus Cõſtantiæ, qui fuit ab Huſſitis dilapidatus. Vuerlinghę, vbi habitant ſex ſacerdotes, Soluturris, vel Solutorrũ, vbi habitant tres ſacerdotes. Montis ſancti Victoris, vbi habitant duo fratres. eſt hic locus amænus in cacumine montis, vnde conſpicitur lacus Acronianus, ibi habitant duo fratres, locũ Vuillenghæ habitãt duo fratres cũ fratre Ioanne Kircher Cõcionatore ſtrenuo.

CVSTODIA ALSATIAE

HABET locum Alſatiæ, quæ eſt Ciuitas imperialis, & hæretica, à qua etiam fuit expulſus Epiſcopus, Canonici, & Fratres. locus Rubiacti, quæ eſt ciuitas hæretica.

locus Priſael, quæ eſt ciuitas Archiducis Auſtriæ, locus Strasburg, locus Columbariæ, eſt ciuitas hæretica, locus Oſtemburgh, quæ eſt ciuitas Archiducis Ferdinandi, locus Aganoæ, ciuitas Archiducis hęretica, ſed adhuc extant monachorum Cœnobia, locus Selethſtadium ciuitas hæretica.

CVSTODIA BASILIENSIS

HAbet locum Baſileæ, quæ eſt ciuitas hæretica. Epiſcopus fuit expulſus à ſede, & deletæ eccleſiæ: eſt tota Giuingliana. eſt locus Thanis, locus Friburgi Briſchoiæ, vbi habitant Fratres de Familia, locus Milhuſen, eſt ciuitas hæretica, locus Tolodori, locus Bernę, eſt ciuitas Caluiniſtica, et eſt principalis Ciuitas in Heluetia, locus Friburgi in Ochtlaad.

CVSTODIA LACI

B. Andreas.

HAbet locum Cõſtantiæ, vbi floruit frater Andreas de Bondors, qui ære paterno conſtruxit locum Cõſtãtiæ. Locũ Lendauiæ, illa ciuitas eſt tota hæretica, ideo, occupauit locum, & fratres depulit, locum Vuillingæ, vbi floruit frater Conradus de Bondorf, qui fuit miniſter prouinciæ, et Bononiæ ſtuduit an. 1502. habentur ſcripta eius Vuillingę, quem locum ipſe ornauit, & beneficiis multis cumulauit, floruit ibi quoque frater Henricus Karrer Concionator Cæſareus, & prothonotarius, qui multa literis mandauit, frater Ioannes Hoim, floruit literis Theologię, & nobili genere natus, & frater Henricus Stollijſſen, locus Campiregis, qui nunc occupatur ab hæreticis Caluiniſtis.

Henricus Karrer Cõcionator Cæſareus.

CVSTODIA BAVARIAE

HAbet locum Bauariæ, & Ratiſponę, vbi fuit ampliſſimum monaſterium occupatum ab hęreticis pulſis monachis, ſed nunc reſtitutum: ibi floruit Beatus Bertoldus, qui miraculis claruit viuẽs & mortuus: Locũ Norimbergę, quę ciuitas hęretica eſt, locũ Auguſtę, Vindelicorum, vbi habetur monaſterium monialium. Ibidem iacent frater Dauid, & frater Tertericus, qui fuit Argentinæ miniſter, ambi ſanctitate clari.

CVSTODIA SVEVIAE

HAbet locum Herbipolis, vbi viuit illuſtris Dominus Iulius, vir prudens rerum gerendarum, & catholicæ fidei cultor pręcipuus, qui locum fratrum multis gratiis, & commodis opportunis proſecutus fuit: Locũ Pforzen, ſub Marchione ab Aoden, locũ Rotenburgh, eſt ciuitas imperialis, ſed hęretica, locũ Tubingẽſem, quę eſt ſedes Lutheranorum, locum de Hallis, locum Gamũdię, locum Vlmę, quę eſt ciuitas imperialis hęretica, locum Reitlingenſem, ciuitas eſt hęretica, & imperialis.

CVSTODIA RHENENSIS

B. Ioãnes Spirenſis.

HAbet locum Tieburg, quę ciuitas eſt in Gallia orientali, locus eſt Spirarum, vbi iacet B. Ioannes Spirenſis, qui quendam (Deo operãte) à mortuis ſuſcitauit, & frater Colinus magiſter Argentinę, qui multa miracula fecit, locus Franfordię, quę eſt ciuitas imperialis, & hęretica, locus Opinhaim, locus Heedelbergh, ciuitas hæretica, locus Maguntiæ, vbi floruit frater Ioannes Ferus, qui ſolus in illis partibus reſtitit hæreticis, vir eloquentiſſimus, vt eius monumenta declarant, quæ cenſura catholica repurgata fuerunt, multis ſiquidem erant reſperſa erroribus, & hęreſibus. Accidit hoc tempore, quòd Abbatiſſa quędã monaſterii Maguntini, nobili genere nata, è monaſterio exiens cuidam nobili in matrimonio collocata fuit: deinde ab ipſo repudiata, quæ rediens ad monaſterium noluit amplius viſitari ab Archiepiſcopo, cui monaſterium ſubijciebatur: propterea ſupplicatum fuit Romæ Sixto V. Pont. Max. à fratre Ioanne Michaele Feriburgenſi, Commiſſario Argentinæ, vt

B. Ioannes Ferus claret.

Animaduerte.

vt Monaſterium illud Religioni reſtituatur. In iſta Prouincia ſunt duæ domus S. Franciſci abolitæ ab hæreticis, vna eſt in Pago Sipplingenſi, altera in Pago Iglingenſi, quam modo poſſidet Abbatiſſa Ordinis S.Benedicti. Miror quomodo multa cœnobia fuerint deſtructa inter Heluetios, qui ſemper defenſores & propugnatores dicti fuerunt Romanæ Eccleſię, vt Iulius II. Pont.Max. proteſtatus eſt in ſacro Collegio Cardinalium. In Conuentu Maguntino ſitus eſt B.Volandus Prior Cœnobij Argentinæ, vir ſanctitate ſumma præfulgens. Extat in eadem prouincia Epternaci Monaſterium S. Claræ, à Ioanne Boemiæ Rege conſtructum. B.Vollandus. Vide Petrū Merſæum pag. 280.

PROVINCIA SAXONIAE.

HAEC Prouincia Saxonię habita eſt inter illuſtres Alemaniæ populos, non longè à Cimbris ad Oceanum Septentrionale. Hāc Prouinciam illuſtrem reddiderunt B.Conradus Saxo vnà cum F.Stephano Hungaro, qui in Vieria ad montes Caſpios pro fide Chriſti martyrio coronati ſunt, qui neq; tyrannorum minis petiti, neque falſis blanditijs illecti potuerunt deterreri à prædicatione diuini verbl, quin ad prędam currentes libenter pro Chriſti amore mortem ſubiere. Habetque duodecim Cuſtodias.

CVSTODIA BRENENSIS

HAbet locum de Brena, vbi iacet B. Electus, qui dum cantaretur Aſcendo ad Patrem, emiſit ſpiritum. Locum Bamburgh, locum Vermemburgh, vbi iacet F.Ioannes, locū de Stadio, locum Kiliuem.

CVSTODIA BALBERSTRATENSIS

HAbet locum de Allonſtarth, locum Heldeſem, vbi iacet B. Conradus cognomento PATER SANCTE, locum Honeuer, locum de Brunfruch, locum Quodcliburg.

CVSTODIA MAINDIBVRGENSIS

HAbet locum Maindiburgh, locum de Octeruuerlinburch, locum Seruiſt, locum de Arebi, locum Halus, locum de Aſcharia.

CVSTODIA LVMBICENSIS

HAbet locum de Lumbech, locum de Righa, locum Gerpoſualde, locū Verenę, locum de Sundis, locum Roſtach, locum Parchem, & locum Viſmæ.

CVSTODIA STENTINENSIS

HAbet locum de Stentin, locum de Piris, locum Aruſtrualdere, locum Nouabrendeburch, locum Priniszlauæ, locum Grifonberch, locum Anguermudę, locum Trauemburch.

CVSTODIA LIPSENSIS

HABET locum de Lipſſe, vbi habita eſt tempore Caroli V. Imperatoris maxima diſputatio inter Martinum Lutherum, & Ioannem Echium, qui acerrimè eum expugnauit, & fregit. locum de Aegra, locum Ceiech, locum Suicaniæ, locum Cutiæ, locum Vnereidæ, locum Aldenbrich, locum Viſenulſæ. Ioannes Echius impugnat Lutherum.

CVSTODIA MISNENSIS

HAbet locum de Miſna, vbi iacet F.Odoricus Saxo. locum Codiber, locum Vtirbuch, locum Dreſcanden, locum Oſſem, vbi iacet B.Ioannes ſignis glorioſus in vita, & poſt mortem, locum Terrecon, locum de Suſelis.

CVSTODIA AVREI MONTIS

HAbet locum de Gedeborich, locum Leuicherith, locum Legenis, locum de Ferlis, locum Lubani, locum Agani, locum Budeſin, locum Traſne, locum Itauię, locū Satouiæ.

CVSTODIA PRVSSIAE

HAbet locum de Brumisberich, locum Nouæ, locum de Culmen, locum Toruniæ, vbi eſt Monaſterium, quod extruxit Pompo Magiſter Cruciferorum, qui aream ad habitandum Fratribus primo conceſſit anno 1239.

CVSTODIA VRATISLAVIENSIS

HABET locum de Vratislauia ſub titulo S. Iacobi Apoſtoli, quem Dux Henricus ſecundus erexit: ſed Anna vxor occiſo viro in bello Tartarorum pro fidei defenſione perfecit, in cuius eccleſia corpus viri decenter condi curauit, anno 1240. locum Siuenes, locum de Stralim, locum Noui fori, locum Niſzæ, locum Nanclauię, locum de Muntiſta, locum de Brega.

CVSTODIA BRANDEBVRGEN.

HAbet locum S. Heliſabeth, locum Lobauiæ, locum Salmodil, locum Antiquæ Bradeburch, locum de Berliz, locum de Seenidal, locum Vverraulcenordæ, locũ de Karis.

CVSTODIA THVRINGIAE

HABET locum de Meinegæ, locum Erfordię, vbi iacet Frater Benedictus, locum de Aruſtede, locum Couburch, locum Iſenach, locum Moluſin, & locum Aluel. Floruit aliquando hæc prouincia viris literis & ſanctitate claris; ſed Lutherana hæreſi non multis ab hinc annis, quæ adhuc graſſatur & magna ſuſcipit incrementa, non modo hęc noſtra Familia Franciſcana deperdita eſt, ſed (noſtris culpis exigentibus) tota illa Prouincia à fide Catholica deſciuit.

PROVINCIA POLONIAE.

POLONIA inter populos Septentrionales fertiliſſima regio, in Ruſſiam diſtincta, quę olim ſuperior Miſia dicta eſt; & Pruſſiam, quæ olim Vlmerigia dicta eſt. In hac eadem Prouincia eſt Lituaniæ pars, quę hodie paret Poloniæ Regi: & vtitur proprio idiomate, & ritu Romano, tametſi eius incolæ bona ex parte Rutheni ſunt. Vvilna eſt eius regionis caput, ea ciuitas præcipua eſt ſita intra colles. Hæc Prouincia Cuſtodias habet quatuor.

Polonia quæ regio ſit, vide Plin. & Strab.

CVSTODIA CRACOVIAE

HABET locum Cracouię, quæ pręclara & regia vrbs eſt, à Craco Duce illius regionis, qui occidit Draconem infeſtantem totam illam regionem. Hunc locum ſub inuocatione S. Franciſci conſtruxit Boleslaus Pudicus à teneris annis perſuaſu ſuę genitricis: nam precibus matris adductus Fratribus Praga accitis, & anno 1258. de conſenſu procerum, & ad preces Salomeę ſororis ſuæ olim Galatiæ Reginæ, erexit Monaſterium Sanctimonialium in Zauicoſt ad ripam Viſtulæ: quod hodie temporum iniuria deſtructum eſt, & Moniales Cracouiam tranſlatæ in Monaſterio S. Andreę commorantes, quibus donauit ampla prędia, & pręcipuè villam Zauicaſt, oppidum cum villulis xxv. prędia, lacus, gabellas, & alia. Hoc tempore an. 1579. die 20. Octobr. erectum eſt Gymnaſium Cracouiæ, cui à Sanctimonialibus antiquæ Sandecię Ordinis S. Clarę donata eſt villa vulgò dicta Mocradabroua, quod ſonat apud nos Villabagnada, & pro ſubleuandis neceſſitatib. lectoris & ſtudentium aliud Monaſterium S. Andreæ conceſſit florenos lxx. qui quotannis ſoluuntur ad feſtũ Purificationis B. Virginis. Idq; ope R. Patris Mag. Bonauenturę Marelij à Belluna, Commiſſarij generalis & Viſitatoris Apoſtolici, qui ad frugalitatem & obſeruantiã illius Prouincię egregiè intendit animum. Quem plurimùm imitatus fuit Mag. Camillus Tachetus de Abbate Veronenſis, Prouincialis illius Prouincię, Prædicator, & Lector, Theologus Regius in Cracouię Collegio, cum ſtipendio ducentorum florenorum. Habet quoque hæc Cuſtodia ciuitatem nouam Corzin, nouam & antiquam Sandeciam, locum Radonſchij, locum Zauicoſt, qui nunc eſt deſtructus, Chencinium, Leloniam.

Cracouia vnde.

Gymnaſium Cracouiæ.

Mag. Bonauentura Mareſius.

Mag. Camillus Tachetus.

CVSTODIA RVSSIAE, SIVE LEOPOLIENSIS

HABET locum Leopolis, vel Rubeæ Ruſcię, vbi habitant quindecim Fratres, Kamenetiæ in extremis Regni Poloniçi verſus Valachiam ſitu natura munitiſſimã, vbi ſunt plures turres, ibiq; ad tuendos fines & terminos Chriſtianitatis Sixtus IIII. Pont. Max. turrim munitiſſimam extruxit, quam incolæ appellant Papeſcã turrim in Caſtro Szebrzeſſin, Gredechũ, Pręmiſlia, Halitium, Croſnæ Sanochię.

CVSTODIA GNESNENSIS.

GNESNA eſt metropolis Polonię maioris. Inouulatisclauia in Pruſſia, Nieſſouię ad amnem Viſtulam Dobrzinum Vviſſogrodecum Caliſię Culmę in Pruſſia ad mare glaciale, & eſt antiquior ciuitas in illa Prouincia Piſdris Szrem, Obornicũ, Raziouia.

CVSTODIA LITVANIAE.

LITVANIA, quæ eſt contermina Polonię in Sarmatia. Vidit noſtra ætas Vlatislaum Vvitoldum, qui à principio cùm eſſet paganus & idolatra, opera Fratrum Minorum ſuſcepit ſacrum baptiſmum, & multa cœnobia extruxit. Hęc Cuſtodia dicitur contrata Lituanię, ſiue Vicaria; habet primum locum Vilnę, vbi eſt inſigne Monaſterium Fratrum ſub titulo S. Marię in Arena, ibique quieſcunt triginta ſex Fratres martyres, qui pro fide Chriſti ſanguinem effuderunt. Quorum quidam tumulati ſunt in cimiterio ſub columna lateritia. Quidam eorum proiecti fuerunt in Viliam amnem, intra montes, propè vrbem. Quidam ante fores S. Crucis, vbi affixa eſt tabella, & quædam carmina leguntur, quibus Sanctorum Fratrum martyrium exprimitur.

REVERENDVS D. IOANNES ANCHVSSENIZ electus Kyouuienſis, febre acuta correptus, in maximoq; vitæ diſcrimine poſitus, ad Franciſcanos primos fidei plantatores, pro fide Chriſti mortem oppetentes, voto facto ereptus tabellam cum ſubiectis verſibus appoſuit, anno 1543.

BARBARA gens olim ſtygijs adoperta tenebris
Luminis ignara candide Chriſte tui,
Renuit ah demens luſtrari lumine vitæ
Renuit, & ſacri tangere fontis aquas;
Heu quantis igitur manſit tum cæca periclis,
Cæcutijt cæcis non minus Andabatis:
Tollere dogma tuum quando pie Chriſte parabat,
Sacrę diſturbans relligionis iter.
Horrida bis ſeptem id Fratrum docuere pericla,
Hoc miſerè innocui qui cecidere loco.
Hic igitur proceres inter Caſtolde refertur
Familię encomium, & gloria prima tua.
Millia qui populi miſeratus multa ruentis
Tartarici fraude in pallida regna ducis.
Huc huc bis ſeptem curaſti ducere fratres,
Qui populos regerent Chriſte benigne tuos.
Vt per quem caperent vitam, caperentq; ſalutem,
Et quicquid veri perpetuiq; boni eſt:
Vulgabant igitur cæleſtis numina patris,
Vulgabant plebi dogmata ſacra rudi,

Vt Pater omnipotens prolem mortalibus ægris
E ſumma celſi miſerat arce poli.
Pertulit vt noſtræ (heu) terrentia crimina vitæ
Ac diræ fregit ſqualida regna ſtigis.
Aſt gentis rabies conirritata furebat,
Dentibus infrendens talia verba refert.
Numina iam noſtra én toto ſpoliantur honore,
Factaq; iam turbæ fabula funigerę.
Morte reos igitur clamat, quando optima monſtrant,
Exitium cupiens impia turba ſuum.
Tum male perquirunt furibundi pectore cæco
Qua perimant ſanctos conditione viros.
Et quia vulgabant Crucifixi nomina Chriſti
Orbis quem vaſti tartara, & atra tremunt.
In cruce fige viros clamant, iterantq; loquelas,
Ne pereat noſtri gloria prima fori.
Accurrunt igitur ſuccenſi protinus ira,
Atque manus ſæuas fratribus inijciunt.
Poſt, ne quis tentet ſtringentia vincula captis,
Conſtituunt vinctos iudicis ante pedes.
E quibus eximios manibus poſt terga reuinctis
Tres crucis horrendæ compoſuere neci:
Et cruce confoſſos (heu quàm miſerabile dictu)
Immerſere vndis Velia magna tuis;
Tum cædunt gladijs reliquos, flammiſq; perurunt,
Funditus vt perimant nomina Chriſte tua;
O ſcelus, ò gens infelix, ò pectora cæca,
O plebs, quæ diram te tua fata manent:
Audebas tam grande nephas, vt perdere velles
Nomen, quod mundi climata cuncta colunt.
Perdere dum Chriſtum affectas, te perfida perdis,
Perniciem ſponte en corruis in miſeram.
Nunc perpende precor tecum celeberrime Præſul
Quàm viuat Chriſti vinea tota fide.
Cernis quàm iaceam denſis obducta tenebris,
Nec ſunt qui releuent commoda lapſa mea.
Nam meus agreſtes hortus iam parturit herbas,
Sentes, ac tribulos, malaq; peſtifera:
Erue quæſo igitur ſentes, aconita, cicutas,
Et pangæa ſeras cynnama, balſamaq;.
Sic facies hercle magno rem preſide dignam,
Grataque poſteritas tum feret encomia.

Extat quoque in eadem Eccleſia Reuuna, Oſmiana, Drohicinium Pinenſum, ſiue Pinſcum à Pina amne ad mare Euxinum, & eſt in Alba Ruſſia. hęc prouincia floruit multis viris inſignibus, de quibus tamen non habeo certam notitiam: claruit quoque multis miraculis

Beata

Beata Codegunda, perilluſtris fœmina, de qua ſuperius incidit mentio, quę ſpiritu prophetiæ præſtitit, & habuit gratiam raptus. Rapiebatur enim ſæpenumero in ſpiritu, vnde in aere ſuſpenſa diuinis contemplationibus paſcebatur, & adeò extra ſe acta, vt expuncta, percuſſaque nihil omnino ſentiret, idque frequenter ei contingebat, cùm diuiniſſima reficeretur Euchariſtia: vnde magnum, & ſanctum erat in plebibus nomen eius, & vndique ad eam ægroti, & malignis vexati ſpiritibus confugiebant. B. Codegunda.

PROVINCIA AVSTRIAE.

HABET hæc Prouincia ad Danubium ſita maiori ex parte quatuor Cuſtodias, quarum prima eſt Viennæ, quam priſci Flauianum appellabant. Vienna vrbs nobilis mercatura, & liberalium artium ſchola illuſtris, illuſtriorque redditur, quia aduerſus Turcarum irruptiones, munitiſſimum eſt Germaniæ propugnaculum.

CVSTODIA VIENNAE

HAbet locum Viennæ, qui eſt pulcherrimus, non inuenio fundatores, vel aliquam ſcripturam authenticam: nam ſcripturæ & loca ipſa fuerunt combuſta ab hæreticis, ſpoliatæ eccleſię, & domus ſolo æquatę.

CVSTODIA MORAVIAE.

HAec Cuſtodia Morauię anno 1263. iuncta eſt prouincię Auſtrię, habet Conuentum Brunenſem. Olmionzenſem, qui datus eſt Ieſuitis his diebus, & Fratres habuerũt Monaſterium Monialium S. Iacobi. locum Opauienſem deſtructum, locum Iglauenſem. Conuentus Olmiozenſis.

CVSTODIA STYRIAE

HABET locum Petouienſem, qui fundatus eſt ab illuſtriſſimis Dominis de Stombergh. Marchpugenſem, hic locus à ciuibus fundatus fuit ſub titulo S. Mariæ, in cuius feſtiuitate confluebant quinque millia hominum. Locum Cilienſem, qui fundatus fuit à Comitibus Ciliæ, eccleſia bis combuſta. locum Villacenſem in Vvalſperch, qui ſatis dilapidatus, nec reædificari poteſt, ibi tantum Guardianus habitat: Conuentus ſub titulo S. Mariæ, ad maiorem aram eſt ſepulchrum cuiuſdam Epiſcopi Ordinis Minorum, cuius Epitaphium affixum his verbis:

Anno Domini 1257. obijt Dominus Henricus Epiſcopus Palbergenſis, Ordinis Fratrum Minorum, fundator huius loci.

CVSTODIA CARINTHIAE

HAbet hæc Cuſtodia locum Lumdeburgenſem in Comitatu Tiroli. In hac Cuſtodia ſunt deſtructa penitus quinque cœnobia, vbi Fratres habitare nequeunt.

In ſuperiori Auſtria, in ciuitate Vvelss conſtructum eſt Hoſpitale mandato ſacræ regiæ Maieſtatis. Floruit hæc Prouincia aliquando egregiis & inſignibus viris, nunc erroribus vndiq; ſcatet.

PROVINCIA BOEMIAE.

HAec Prouincia, quæ in anguſtum angulum redacta eſt, Turcis riliqua occupantibus, ſub eodem regimine Auſtriæ, cuius Vicaria eſt, continetur, quatuor habet Cuſtodias iuxta Maiorum noſtrorum partitionem.

CVSTODIA OPOLIENSIS

Habet locum de Opolis, locum Bladis lauici, locum Glohouiæ, & locum de Boton.

CVSTODIA PRAGENSIS

Habet locũ S. Iacobi Pragę, quẽ extruxit Rex Vincislaus, frater germanus Agnetis, de qua

ſuperius mentio habita. Locum Sancti Franciſci, locum nouæ domus, locum Bechinam, locum Boſclauiæ, & locum Beneſſau, ab hæreticis occupatur.

CVSTODIA GESNENSIS

HABET locum Geſnæ, locum Kaliſz, quem fundauit, & muro coctili erexit Kazimirus Rex Poloniæ ſub titulo Sancti Staniſlai, anno 1339. locum Ologouię, locum Bernaſię, quem extruxit Boleslaus Pius Kaliſcienſis Dux, anno 1259. & villis pinguibus, ac prædiis plurimis exornauit. locum Croauiæ, locum Rodicon, locum Sereni, locum Piſdiæ, quem extruxit Boleſlaus Dux Bergenſis in oppido Berga, quem Nancherius Epiſcopus confirmauit auctoritate Ioannis XXII. Pont. Max.

CVSTODIA GREMENSIS

HAbet locum de Muta, locum de Grez, locum Bilzoniæ, locum Ciaslauiæ, & locum Glaci.

Tempore autem Nicolai V. Pont. Max. Fratres Minores Praga & Boemia pelluntur, & per Sigiſmundum reuocantur. Nam in ea Prouincia illuſtres ex noſtris viri fuere, quorum memoria digna eſt, vt B. Gerardus apud Priſcilauiam, & B. Marquirdus apud Vranzlauiam, & F. Ioannes Lombardus cognomento Plancheroth.

PROVINCIA HVNGARIAE.

HANC Prouinciam inſignem reddiderunt præclari viri, quorum fama vbique peruagata. B. Ioannes apud Villamfrancam, B. Marcus Hungarus Coneglani ſepultus in Prouincia S. Antonij, B. Gallus, cuius ſepulturæ puluis (vt fertur) ſanabat ægrotos, Strigonij, B. Ioannes & Henricus apud Villamcaram, præter merita B. Stephani Hungari, qui in Sarai pro fide Chriſti mortem ſubiit. Hæc autem Prouincia habet octo Cuſtodias.

CVSTODIA IAVERIENSIS

Habet locum Suproni, locum Poſomi, locum de Leuca.

CVSTODIA ZAGABIENSIS

HAbet locum Zagabiæ, locum Virouiticæ, locum Neſicę, locum de Poſega, locum Conſtantiæ, locum Gurbonich.

CVSTODIA GIRMIENSIS

B. Ioānes primus Miniſter Hungariæ.

HABET locum Bachini, locum Voilach, locum ad S. Demetrium, locum de Tadua, locum Franchquillę, vbi iacet B. Ioannes primus Miniſter Hungariæ, qui (vt fertur) tres à mortuis ſuſcitauit, quorum duo Ordinem S. Franciſci ingreſſi magna cum laude profecerunt; diuinitus curru corpus eius tranſuectum eſt ad Villamfrancam, & ſignis claret. locum ad S. Irenem, locum Zemlini, locum Monaſterij, locum Bani in metis Græciæ, locum Cud.

CVSTODIA STRIGONIENSIS

HAbet locum Strigonij, locum Nitriæ, locum Ternauiæ, locum Seznę, locum Lipſę, locum Tinchinij.

CVSTODIA QVINQVE ECCLESIARVM

HAbet locum Variſdini, locum quinque Eccleſiarum, locum Campuce, locum Lubrici, locum Falcas, locum Semeniæ, locum Segeſdini.

CVSTODIA AGRIENSIS

HAbet locum de Agria locum Ceps ſuperioris, locum Ceps inferioris, locum Zatmar, locum Potoci, & locum Varadini.

CVSTO-

CVSTODIA TRANSILVANA

HAbet locum de Biſtriza, locum Temẽti, locum Voraſini, locum Clicenferri, in metis Tartariæ.

CVSTODIA ALBIENSIS.

IN ciuitate Budæ ſunt quatuor loca, locus Alberegalis, locus Sigeth, noſtro tempore captus à Turcis, cum locis adiacentibus.

DE VICARIIS.

HActenus quot & quas habeat Religio Seraphica prouincias, recenſuimus, quæ cum iam finem conſecutæ ſint, earumq́ue nomina, cuſtodias, & loca omni, qua potuimus diligentia, & fide, expoſuimus: ad Vicarias enarrandas, quæ reſtant, vertemus ſtylum, tenorem ſimilem ſuperioribus obſeruantes.

VICARIA BOSNAE.

BOSNENSE nomen apud Veteres non inuenio, nouum eſt à Boſna fluuio receptum, qui regnum Boſnæ præterfluens Sauum influit. Hæc prouincia à Miſia initium capit Occidentem verſus, media inter Pannoniam, & Dalmatiam. tempore Pij Secundi paſſa eſt tota illa regio multa incommoda: à Turcis enim fuit capta, templa Sanctorum diruta, viri religioſi omni contumeliarum genere afflicti, nobilitas omnis ad ſeruitium in Aſiam miſſa, Regi Boſnæ paucis pòſt diebus caput abſciſſum, & cũ eo alij necati ſunt. Ea ratione parum habeo, quod certò proferam, de prouincia, & de locis eius ea quæ tamẽ iuxta maiorum diſtributionem habetur, ſubijciam. Habet prouincia ſeptem Cuſtodias. Boſnæ nomen.

CVSTODIA DVLMNAE

Habet locũ Stagni, locum Nouicaſtri, locum Semotæ, locum Cetinę, locum de Clamozh.

CVSTODIA DE GREBEN

HAbet locum Corbauiæ, locum Crupæ, locum de Greben, locum de Glas, locum de Otech, locum Sanctæ Catherinæ Podnoui.

CVSTODIA BOSNAE

Habet locum Guriæſoani, locum Sancti Nicolai, locum Laſcioue, locum Plumbi.

CVSTODIA VSSOIAE

HAbet locum de Diaco, locum S. Helię, locum Verbici, locum Schachouę, locum Linduæ, locum Buchouicæ.

CVSODIA MAZVAE

HAbet locum de Alſan, locum de Biblina, locum de Lab, locum Mazuæ, locum S. Mariæ de Campo, locum Coſich, locum Veracopuus, locum de Streberniza.

CVSTODIA BVLGARIAE

HAbet locum de Sceurio, locum Orſcianæ, circa portam ferream, locum Febes, locum Frini, locum Cheniſdi.

CVSTO-

CVSTODIA COVINI

Habet locum Armenes,locum Couini,locum Crani.
Hæc loca à Turcis penè deuaſtata ſunt,ubi pauci fratres habitant.

VICARIA RVSCIAE

HAEC Vicaria habet Locum Lemburgæ,locum de Grodech,locum de Celonia, locum de Galcith, locũ de Noſtin,locum Cuſminemi,locum Cerech,locum Medolauiæ,locum Camiuix,locum Senetorix,locum Chaechã,locum Liceſtoni,locum Albicaſtri, in loco Cereth duo fratres martyrio coronati ſunt.

VICARIA ORIENTIS

HAbet Cuſtodias tres. Vix enim in ipſis penetralibus Turcarum licet religioſis viris ſpiritum ducere.

CVSTODIA CONSTANTINOPOLITANA

HABET locum Conſtantinopolis,locum Piræ,locum Theſſalonicæ,locum de Fogianoua,locum in Metalino, retinet locum Pirę;

CVSTODIA TRAPEZVNTIS

Habet locum Trapezuntis,locum de Simiſo,locum de Sinopi.

CVSTODIA CHAVSTRENSIS

B. Gẽtilis, de Marchia.

HABET locum de Chauritio,locum Alzaroni, locum Triſuſij, locum Acalceke. In Trapezuntis loco F. Gẽtilis,de Marchia,qui iacet Venetijs,multa ſigna fecit in Salmaſtro Vicariæ huius,qui Sanctus Frater,cùm in vita miracula faceret,tandem gloriã ad martyrij fuit glorioſè ſublimatus.

VICARIA AQVILONIS

Habet tantum duas Cuſtodias.

CVSTODIA GAZARIAE

HAbet locum Sancti Franciſci de Capha,locum S.Mariæ de Capha, locum de Soldaia locum de Cymbalo,locum de Ilice, locum de Solcath,locum de Caraſſu.

CVSTODIA SARAIAE

B. Stephanus Vngarus.

Catoganus.

HABET locũ de Thana, locũ Agitarcẽ, locũ de Sarai,vbi martyrizatus eſt F. Stephanus de Hũgaria, in quo iacet Cathogati frater Imperatoris Tartarorum,conuerſus ad fidẽ per fratres noſtros, qui dicto loco dedit multa iocalia, & coruſcat miraculis, locum de Comuch , locum de Tarchis, locum Mamucci, locum de Mager, locum de Vgueth, locum Aeſarai, & locum de Organe.

VICARIA TARTARIAE

HAbet in Cepton duo loca,in Cambalech habent fratres locum in palatio magni Canis.In magna Tartaria iuxta Cõtratam Milliſcorsæ fratres habebant plura, in quibus

expellendo dæmones ab infidelibus, qui ad ipſos ducebantur, multos ad fidem catholicã ſua prædicatione deducebant: In Armalech in medio imperio Tartarorum, vbi martyrizati ſunt ob fidem catholicam frater Richardus Epiſcopus Armalech, frater Franciſcus de Alexandria, frater Paſqualis Hiſpanus, frater Raymundus de Prouincia, frater Laurentius Laicus de Alexandria, F. Petrus Laicus de Prouincia, magi. Ioannes Indus, tertij Ordinis Beati Franciſci, conuerſus per fratres, qui ibi habebant locum, ſed in martyrio eorũ à Saracenis eſt deſtructus. Multa loca erant in dictis partibus tàm immobilia, quàm mobilia. In Regno Iucriæ erant duo loca fratrum immobilia, & quinque mobilia, in Taurico erant duo loca, nam in Taurica Cherſoneſſo, Gazaria dicta eſt, terra Salutaſſi nominata, vbi eſt locus fratrũ, in quo in præſentia habitat frater Hercules de Speculo Apulus non ſine labore proprij corporis, & fructu animarum, vt potè qui callet Tartarorum, & Circaſſorum linguam: locus autem eſt ſub titulo Sanctæ Mariæ, vbi (vt ferunt) eſt corpus Beati Theodori, cuius feſtum celebratur vltima die Decembris, nõ ſine frequenti concurſu Chriſtianorum, Turcarum, & Tartarorum. In Maxeria erant duo alia loca, & plura alia loca fuerũt in Vicarijs præfatis tam Orientis, quàm Aquilonis, quæ hodie non habitantur à fratribus propter impetum Barbarorum.

In Tartaria Minores claruerũt martyrio.

VICARIA SARDINIAE.

AIVNT dictam Sardiniam à Sardo filio Herculis. In ea ſerpens nullus, tantum animal perexiguum araneis ſimile forma peſtiferum, quod ſolifuga dicitur, quòd diem fugiat. Noxia eſt ſimiliter herba Sardonia, quæ in riuis prouenit, quam qui comederint contractis neruis ita intereunt, vt ridentibus ſimiles videantur, vnde prouerbium fuit, Riſus Sardonicus. Quas autem habet aquas, varijs commodis ſunt idoneæ.

HAbet itaque locum de Algerio, locum Areſtani, locum Saſſari, locum Villæ Eccleſiarum, locum Caſtri Challaris.

VICARIA CORSICAE.

AEQVORE Liguſtici ſinus alluitur Corſica, Ligureſq́; feruntur eius incolendæ auctores fuiſſe. Marius quoque & Sylla in ea colonias deduxerunt, in quam radices fixit etiam noſtræ religionis propagatio.

Habet enim locum Bonifacij, locum Caluij, locum Nunciæ, locũ Biguliæ, locum Auenzolaſchæ, locum Aliſani, locum Ornani, & locum in Sardinia Montisraſi. In hac Vicaria floruit aliquando Beatus Ioannes de Taliacotio, prouinciæ Sancti Bernardini, & ſocius B. Ioannis à Capiſtrano, qui fuit in Hungaria aduerſus Turcas.

Qui floruerint.

EXTENSIO FRANCISCANAE RELIGIONIS, in partes Indiarum vi doctrinæ fidei, & martyrij, conſtantia captarum.

IN nouis quoque Indiarum partibus creuerũt multa monaſteria, & prouinciæ, quemadmodum in naturalibus euenit, vt vnius corruptio ſit alterius generatio, & iuxta B. Pau. ſententiam, fractis per infidelitatem Iudaicis ramis inſertæ ſunt gentes, radiciſque, & pinguedinis olearum ſociæ factæ. Nam cum Chriſtophorus Columbus Genuenſis nouũ per Oceani vaſtitatem aperuit orbem ad polum Antarcticum, & Antipodas, tàm magnæ ad meſſem repertæ ſunt ſegetes, vt in xij. prouincijs D. Franc. diſtributa ſit illius amplitudo. Vbi quoque frater Ioannes Caycedus, & frater Ioannes Vincentus Britones religionis cauſa multa paſſi ſunt pro defenſione catholicæ fidei: ibique quinque Conuentus acquiſiuerunt anno plus minuſuè 1527. Qualem autem fructum fecerunt fratres, clarum cuique eſſe debet, nam ad rectam viuendi rationem deuios, & nefarios quoſcunque deduxerunt.

Loca nouarum Indiarum.

QVAN-

QVANTVM JN PARTIBVS JNDIAE pro fide Chriſti propaganda profecit Frater Martinus Valentinus Minorita cum duodecim alijs.

Didacus Vallades in Rhetor. Chriſ.

FRATER Martinus Valentinus diuino inſtinctu commotus, nihil aliud in votis habebat vnà cum duodecim viris animo Apoſtolico præditis, & ad id muneris peridoneis cum ſpeciali mandato & auctoritate ſummi Pontificis, & piæ memoriæ Caroli Quinti Imperatoris, quàm vel infideles vel hæreticos ad fidem Chriſti adducere. Vnde peruecti in eas regiones ſacramēta eccleſiæ prędicabant multosq́; attraxerunt ad fidem Chriſti, nec ſine ingenti labore per montes, & deſerta diſſipatos Indos congregauerunt, & ad vitæ ſocietatem conuocauerunt, mores, & inſtituta vitæ, rerum familiarium, ac domeſticarum rationem illis ſolicitè tradiderunt. Areæ illis aſſignabantur ampliſſimę, templa mirifico artificio, & excellentia elaborata. Sunt autem ſacræ Aedes ab alijs ſeparatæ in modum inſularem, vicos vndiq; habentes, & altos parietes ſaxeos, & calce interlitos. In ſingulis aūt viculis exiſtunt ædiculæ, ad quas diebus ſolēnioribus, in quibus publicę ſupplicationes decretæ ſunt, accedunt, & quando adeundū eſt ad rem ſacrā, ordine quodā ducuntur, & in tēplis magna cū elegātia verſantur. Areę nūquā cōfluenti populo carēt: nulla. n. dies pręterit, quæ nō ſuas religioſis adferat occupationes: religioſi pōdus diei, & æſtus perferūt, eſtq́; res iucundiſſima in illis partibus videre animorum conſenſum, & mutuum amorē, quo iſti tres ordines D. Auguſtini, D. Dominici, & D. Frācifci, ſe copulātur, atq; indè magnos fructus reportāt, quoniā ea res Indis, & Hiſpanis optimo exemplo eſt: nullę enim uigent (vt par eſt) inter eos diſcordiæ, ſed mutuo ſe inuiſunt, alijq́; aliorum monaſteria frequentant. Ipſi aſſiduis ſuis prædicationibus, & probatæ vitæ exemplo inſerunt, atque ex animis Indorum naturalem feritatem extirpāt. Qui poſt orationes illico tranſeunt ad labores & nulla interpoſita quiete, à laboribus viciſſim ad orationes, laceri, pannoſi, diſcalceati humi quieſcunt, Mariæ Marthæque officia ſedulo exercentes, magna (diuina diſponente clementia) ſacra Religionis incrementa protulerunt, proferuntque in dies per merita IESV CHRISTI cui eſt honor, & gloria.

Mos Indorum in ædib. & templis.

Magna inter religioſos charitas.

QVO TEMPORE F. MARTINVS Valentinus fidem Chriſti apud Jndos plantauit.

EODEM anno, quo Martinus Lutherus impijſſimus hæreſiarcha catholicam fidem impugnare cæpit, anno 1517. tempore Leonis X. Pont. Max. eodem tempore Martinus Valentinus in Hiſpania exortus eſt, qui Indis Chriſtianam doctrinam inculcaret, nam Indorum fama percrebuit, quos Chriſtophorus Columbus primus explorauerat. igitur Martinus Valentinus diuino ſpiritu cōmotus animū ſuū adiunxit ad peregrinationem in illas regiones ſuſcipiendam, aliosque fratres eiuſdem profeſſionis, & voluntatis ſecum adduxit. Vnde à Carolo V. piæ memoriæ imperat. huic vocationi præfectus eſt. Facta eſt autem fama nominis eius, diuina cooperante pietate, magna in populis, & mirum eſt quomodo Deus ſua benignitate linguę facultatē præſtitit. Vnde qui in hac meditatione animaduertit, fateatur neceſſe eſt in pręſentia nō poſſe maius prodigium edi, quàm tantillo temporis ſpatio innumeras animas Chriſto acquiſiſſe. ſumma eſt, quia viri Apoſtolici vitę exemplo Indis prodigioſi, & miraculoſi videbantur. Vnde multos, ſtupentibus & admirantibus cunctis, ſua ſimplicitate ad fidem Chriſti trahebant. Nam Regnum Cælorum non in eloquentia, ſed in fide conſtat, & ſalus ſeculo non ab oratoribus, ſed à piſcatoribus annunciata eſt. Neque id fruſtra, vel ſine magno negocio facere potuerunt: ſiquidem hęretici, & mali homines ſimplicium animos miſerabiliter illaqueant, poſt ſe trahunt in damnationis interitū, & fictis adinuentionibus ſacrarum ſcripturarū intelligentiam peruertentes Eccleſiæ catholicę vnitatē reſcindere moliuntur, quia tali contagione, quæ paulatim velut cancer irrepit,

mentes fidelium inquinant,& veluti vulpes nitũtur vineã Domini deuaſtare. Habent quidem hæretici diuerſas facies, ſed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate cõueniũt in idipſum. Quare ſanctis viris magnum fuit negocium deuios in viam ſalutis adducere.

FRATER DIEGVS DE HERRERA transſit ad Inſulam Senarum cum alijs ad propagandam Chriſti fidem.

ANNO 1573. Frater Diegus de Herrera, vir tàm doctus quàm pius ab origine ſanguinis lineam ducens; inter primos fuit, qui habuit notitiam peregrinarum Inſularum, vbi explorauit illorum animos: nouit quàm dociles ſint, vt in eis dogmata Chriſti imprimantur: nouit quoque quàm facilè cuique ſit, Deo adiuuante, in viam veritatis deducere. Quem ſecutus eſt Frater Aluarus Sibillenſis Prouincialis prouinciæ Inſularum Philyppicarum, vnà cum tribus alijs, qui anno 1580. die quarta Iunij peruenerunt in inſulam Helocos. Aderat quoque cum eis frater Ioan. Baptiſta Piſaurenſis, frater Sebaſtianus de Breca, qui obijt in Cantone fertiliſſima Senarum vrbe non ſine flagranti martyrij deſiderio. aderat quoque frater Auguſtinus de Tordeſſilia, ij omnes vix mare ingreſſi, maximis ſunt procellis, & ventorum rabie agitati, multa quoque pro CHRISTO à Barbaris paſſi ſunt, guadentes à conſpectu Concilij, varijsque hinc inde ſupplicijs affecti multos filios CHRISTO pepererunt. Quorum opera nomen Dei longe, lateque inclaruit, deſtructis vanis Idolis. Non deſunt alij in illis partibus laborare in vinea Domini, quæ in dies eorum inſigni opera vberes fructus producit, & profundas demittit radices.

DATVR ADITVS, ET FACVLTAS Fratribus Minorum, ad infideles, ad propagandam Chriſti fidem.

NON ſolum autem his temporibus patuit aditus noſtris Fratribus ad infideles conquirendos, & alliciendos, ſed ſuperioribus etiam ſeculis conatus eorum, & labor inter infideles pro Chriſti fide impreſſus eſt. Nam Alexander Quartus Pont. Max. maximã facultatem præbuit Minoribus à principio exorientis noſtræ religionis, in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Aetiopum, Sirorum, Hiberorum, Alanorum, Gazarorum, Gathorum, Zichorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorinorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum Moſcelinorum, Tartarorum, Hungarorum. Dedit enim Minoribus facultatem prædicandi verbum Dei, conuerſandi in terris infidelium inter excommunicatos, ac promouẽdi ad Ordines ſacros, excommunicatos abſoluẽdi, & diſpenſandi cum illis, qui excommunicati receperint ſacros Ordines, diſpenſandi in caſibus, in quibus ſolum Legati Sedis Apoſtolicę diſpẽſare ſolẽt, abſoluendi occiſores perſonarum religioſarum, fundandi Eccleſias, cauſas matrimoniales cognoſcẽdi, & omnia faciendi, quæ ad augmẽtũ Dominici nominis, & amplitudinem catholicæ fidei facere videtur. Inno. quoq; IIII. inſtituit duos fratres Minores, & duos Prædicatores, à ſuis ſuperioribus ad hoc ſpecialiter inſtitutos, vt poſſint capere hæreticos, & ab eis eorum bona auferre.

Bull. par. prima, pag. 18.

MINORES ET PRAEDICATORES miſſi ad Tartaros mirificè proficiunt.

TEMPORE Innocentij IIII. Ponti. Maxi. Tartari Orientales, & Aquilonares partes aſſiduis infeſtationibus deturbabant: Vnde à ſummo Põtifice cum F. Anſelmo ex Ordine Prædicatorum miſſi ſunt duo Minores Frater Ioannes de Plano, & F. Benedictus Polonus, vt ſuperius expoſuimus, qui fidei zelo accenſi an. 1247. peruenerũt in Perſidem, vbi aderat bona pars exercitus Tartarorum, Baiothnoi Princeps (eſt enim Noi eorum lingua dignitatis nomen) audita fama nunciorum Domini Papæ, qui honoris gratia

Vincentius in Speculo.

ad eum peruenerant, vix dici poteſt, quanta ipſe lætitia fuerit perfuſus, quos ad ſe vocari fecit, ab eiſque percunctatus eſt cauſam ſui aduentus. Statim illi dixerunt, quòd Dominus Papa Innocentius audiuit non ſine animi ſui moleſtia ſtragem in Chriſtianos fieri contra ius gentium, ideo Dominus Papa, vt Pater amantiſſimus & compatiens de conſilio fratrum ſuorum Cardinalium ipſos deſtinauit ad eum, quem rogabat, vt à crudeli Chriſtianorum cęde abſtineret. Sed cum Baiothnoi ſuperbię ſpiritu inflatus, vt eſt eorum mos tyrānorum, vellet trina genuflexione ab ipſis fratribus adorari tanquàm filius Dei ſuper terram: Tartari ſiquidem eò venerunt amentiæ, vt eorum Cham exiſtiment eſſe filium Dei ſuper terram ſibimet ipſis illud prophetæ attribuentes, Cœlum Cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum, Illi verò abnuerunt non id ſolum ob reuerentiam Sedis Apoſtolicæ, ſed ne eſſent cauſa ſcandali Iorgianis. Ij populi ſunt Chriſti cultores, Græcorum ritus per omnia obſeruantes, Perſis c..ntermini, quorum Imperium ad Caſpios montes extenditur, hominesque ſunt bellicoſi vſum armorum habentes, Demum ob id pauperes fratres varijs tormentis affecti, triennio pòſt, à ſuo receſſu redierūt cum literis Baiothnoi ad ſum. Pontificē quarum tenor talis eſt.

Pſal. 13.

Attende Tartarorum ſupercilium.

EXEMPLVM LITERARVM

Baiothnoi ad Innocentium Quartum, Summum Pont.

Baiothnoi ſcribit ad Innoc. IIII. per nuncios Pontificis.

HOC eſt diſpoſitione diuina ipſius Chã tranſmiſſum Baiothnoi verbum. Papa ita ſcias, tui nuncij venerunt, tuas literas attulerunt, tui nuncij maxima verba dixerunt, neſcimus vtrum iniũxeris eis ita loqui, aut à ſemetipſis dixerint. Et in literis taliter ſcripſeras.

Homines multos occiditis, interimitis, & perditis: Præceptū Dei ſtabile, & ſtatutum eius, qui totius faciem orbis continet, ſic eſt. Quicunque ſtatutum audierint ſuper propriam terram, aquã, & patrimonium ſedeant, & ei, qui faciem totius orbis continet, virtutem tradant. Quicunque autem præceptum, & ſtatutum non audierint, ſed aliter fecerint, illi deleantur, & perdantur. Nunc ſuper hoc iſtud ſtatutum, & præceptum ad vos tranſmittimns, ſi vultis ſuper terram veſtram aquam, & patrimonium ſedere, oportet vt tu Papa ipſe in propria perſona ad nos venias, & ad eum, qui faciem totius orbis continet accedas, & ſi tu præceptum Dei ſtabile, & illius, qui faciem totius terræ continet, non audieris, iſtud nos neſcimus, *Deus* ſcit. Oportet vt antequam venias nuncios præmittas, & nobis ſignifices ſi venies an non, ſi velis nobiſcum componere, aut inimicus eſſe, & reſponſionem pręcepti citò ad nos tranſmitte. Iſtud pręceptum per manus Aybez, & Sargis miſimus menſe Iulij, vigeſima die lunationis in territorio Sitiens Caſtri ſcripſimus.

QVOD IN PLVRIBVS PROVINcijs Minores pro fide Christi ac religione multas paſſi ſunt afflictiones.

QVOD autem Minores in exteris barbariſque nationibus ſæpe malè mulctati ac perempti fuerint, neque nouum, neque mirandum eſt; quin lætandum quòd eorum cruciatus & mors per inſertionem religionis Chriſto, & fidei auxerunt cultum & gloriam. Contrà verò hoc nouum, hoc mirandum maximè videtur, eoſdem pauperes inſonteſque fratres à ſuis gentibus & domeſticis populis veſana hæreſi ac lethali extra ſe raptis ſimiliter fuiſſe tortos, atq; peremptos; quorum caſu, cùm ab interfectoribus eorum emolumentum nullum religioni acceſſerit, maximè dolendum eſt. Hiſce nanque diebus noſtris multa acciderunt triſtia, & ſæua in partibus Daniæ: anno enim 1572. multi fratres pro fide Chriſti paſſi ſunt, conſpirantibus contra fidem catholicam ferè omnibus Holandiæ Ciuitatibus, occupata autem Ciuitate Alckmaria, quæque eſt in Holandia armata manu irruerunt ad collegium fratrum, & poſt multas comminationes, & illatas iniurias, eos proprijs funibus, quibus pro inſtituti ſui ratione cinctierant, ligarunt; Tyrannus autem clamabat ſlaetdoot, ſlaetdoot quod ſonat, occide, occide. Ita interiere multi gladio immanis tyranni, inter quos hi clariores

Surius in Commētario rerum geſtarum.

In Dania Multi fratres occiſi pro fide Chriſti.

riores fuere, Frater Nicolaus Pijok Gortomianus, Guardianus, Frater Hieronymus à Vbeert, Frater Guilhadus Danus octogenarius, olim ex Dania in has partes religionis cauſa profugus, Frater Nicaſius Heſius, vir ſingulari ſanctimonia præditus, & in ſacra Theologia, & ſpeculatiua plurimùm verſatus, F. Theodoricus in Gorzomio, F. Antonius Horuaer Prædicator inſignis, Frater Petrus ab Aſcha laicus. Hi martyrio coronati ſunt.

His miraculum haud pridem factum adijciam. Matthias Thoranus Gorgomenſis, cùm hernia, qui morbus eſt inteſtinorum erumpentium, grauiſſimè laboraret, adeoque periculosè, vt nulla ſpes eſſet ſalutis, Diuinam opem implorauit pèr merita martyrum, qui Briele pro fide Catholica Romana mortem oppetijſſent: Id vbi fecit, continuò à periculo, in quo verſabatur, liberatus, & ſanitati priſtinæ reſtitutus eſt. Quo ſanè miraculo declaratur eorum martyrium Deo comprobatum & acceptum fuiſſe.

Miraculũ factum ab occiſis ab hæreticis.

Eodem anno 1572. menſe Iulio, die 23. Frater Reynerius à Lintris, Sacerdos & Prædicator in ciuitate Ruremundenſi ab aduerſarijs fidei proditione comprimitur, gladiiſque impiorum ante venerabile Sacramentum per latera transfoſſus, feliciter obdormiuit in Domino: Frater Guilielmus à Ganda fuit martyrizatus anno 1573. quarto Septembris. Nam Marlian carceris præpoſitus cùm annunciaſſet ei mortem, flexis poplitibus, & facie ad Deum defixa, irreuerberatiſque radiis protenſus, gratias agebat Deo, & lictori, qui manus fortiter ligabat, fortis athleta dicebat, Liga quia paratus ſum non ſolùm vinci, ſed & mori martyr. poſt multa verba ad Chriſtum, & ad populum magna fidei conſtantia, orans dicebat, In manus tuas Domine: & poſt, Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. cuius martyrij conſtantia plures hæretici conuerſi ſunt. Frater Ioannes Schurremanus ab hæreticis crudeliſſimè occiſus, Frater Ambſteredamus à Conuentu Deieſtem Louaniæ, ab hæreticis occiſus, Frater Ioannes Puteanus, inter Louanium, & Thenas oppidum ab hæreticis ſtrangulatus, Frater Ioannes Graij ægrotus ſeptuagenario maior in Cœnobio Bruxellenſi ab hæreticis multis confoſſus vulneribus. Vnde (noſtris culpis exigentibus) incidimus in admodum mala tempora, cùm non modò Flandria, ſed tota ferè Germania & Gallia à fide Chriſti, & vero cultu religionis defecerint. Aduerſus quos armis ſæuientes acerrimè pugnat pro Catholico Rege Hiſpaniarum Alexander Farneſius Princeps Parmæ, indefeſſi laboris Heros, & magnæ prudentiæ.

Notabile martyriũ F. Guilielmi.

Nullus ſatis exprimere poteſt, quot incõmoda paſſi ſunt Minores, vel fortè credere quot funera ſuſtinuerint pro fide Chriſti Ieſu profitenda, & pręſertim in prouincia Aquitanię. Nã in Conuentu S. Macharij tres Fratres martyrio coronati ſunt ab hæreticis crudeliter trucidati. in prouincia Francię F. Dionyſius de Ponte Prędicator eximius, F. Aloyſius Grip ſacerdos, F. Nicolaus Loteringus, F. Petrus Pichet in Prouincia Turoniæ Pictouenſis, F. Franciſcus Drubadauienſis, Guardianus in Conuentu S. Martini, F. Franciſcus Brutus, F. Iulianus Gubier, F. Rodulphus Giciameth, F. Ioannes Lumer. In Monaſterio Mauritaniæ, & in prouincia Turoniæ F. Guilielmus Cantibius. in prouincia S. Bonauenturæ F. Iacob Gayeth, F. Paulus Vaſelator, F. Vincentius in prouincia S. Ludouici, Guardianus montis Peſſulani vnà cũ ſuo ſocio fuerunt ab hęreticis crudeliter lacerati; & multi alij, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Longũ enim eſſet ſigillatim recenſere, quanta paſſi ſunt ſerui Dei pro Eccleſia ſancta Dei; quorum opprobria & diuexationes ſi narrare pertentarem, labor ſcribendi creſceret in immenſum.

In aliis Prouinciis occiſi pro religione.

PERNICIOSA ET HAERETICA SEDITIO a' quibuſdam Doctoribus Pariſienſibus excitata, contra Fratres Mendicantes,

E' quorum acerrima defenſione, ampliſsima virtus & dignitas conſequuta eſt.

CIRCA annum MCCLVI. tempore Alexandri Quarti Pontificis Maximi, criminoſum libellum fecerunt ac peruulgauerunt quidam Doctores Pariſienſes, qui aduerſus Minores inſurrexerunt, mala arte, & dolo accuſantes, temereque affirmantes eo in ſtatu minimè poſſe ſaluari, illumq; damnatum eſſe. Quorum dux, & anteſignanus fuit Guilielmus de S. Amore cum Sigerio, qui Magiſtri erãt Pariſijs, eosq; alij ſecuti ſunt falſam doctrinã adducentes; Id quoq; per amplius impietatẽ illorum augebant, quoniã varias ſophiſticas rationes, quibus adniti videbantur, obijciebant. Qua voce noua, & inaudita

Guilielmus de S. Amore ſeditioſus.

Perſecutio facta nō fidei zelo, ſed liuore inuidiæ.

valde commotus eſt Pontifex: Qui certior factus, quòd iſti Doctores, non zelo fidei, ſed liuore inuidiæ ducti hęc impudenter aſſerebant, varios Doctores aſciuit, quorum conſilio agnita eſt & retecta frans, & temeritas. Aderant Albertus cognomento Magnus, & Diuus Thomas Aquinas, & plerique alij ex noſtratibus cum D. Bonauentura, cui inerat tanta dignitas morum, tantaq; in conuerſatione ſuauitas, vt etiam ſummi viri egregiè de illo ſentirent, neque verò indignum arbitrarentur, qui erant in maximis dignitatibus conſtituti, eius rogare ſententiam: qui illorum mendacia, & confictas fabellas haud difficulter reprobarunt, oſtendentes ſtatum Mendicantium vtilem eſſe Eccleſiæ. Vnde ex ſummo zelo religionis peramicè ſuſcipiens cauſam Mendicantium, Diuus Thomas acerrimè ſtrinxit calamum aduerſus pręfatum Guilielmum, & Libellum diſertiſſimum compoſuit contra eum, latè; copioſeque nefarium illud Paradoxon refellens; cui opuſculo titulus eſt, Contra impugnantes Religionem. Ex quo Summus Pontifex exaltauit Ordines Mendicantium, & priuilegiis cumulauit, hoſteſq; Religionis depreſſit, Guilielmum & coniuratum ſocium à magiſterio depoſuit, & quacunque dignitate priuauit.

Παραίνεσις *ad reſiſtendum aduerſitatibus, & ad ferenda animo Chriſtiano incitamenta ad malum.*

Quantum poteſt amor Dei in Sanctis ſuis.

Chriſtianæ charitatis efficacia, quanta ſit.

CHARITAS effecit in Sanctis Dei, vt non modò diuitias, & dignitates ſeculares contemnerent, ſed & vt interim nomen Dei prędicarent, & extollerent: diuerſis enim licet tormentis abſumerentur, illis dulcia erant tormenta, per quæ aſcenderunt ad Chriſtum, & ei iungi properabant. Nihil illis formidini, nihil pauori eſſe poterat, quoniam perfecta charitas foras mittit timorem: acerbiſſimas pœnas experti ſunt, vt maioris amoris teſtimonium redderent; grauiora tolerare parati erant, quàm nouerat inferre rabies inimici; multis, magniſque & varijs afficiebantur ſupplicijs, quorum ſpecies enarrare difficile ac horribile eſſet. Poſt quos multi etiam dati ſunt martyres è Seraphica Religione noſtra, his diebus, qui multa pro Chriſti gloria ſuſtinuerunt, vt prędicti ſumus, eoſq; Diabolus non eſt auſus laceſſere amplius, quos Diuina bonitas dignata eſt adiuuare.

CHRISTI exemplo & Sanctorum, qua ratione reſiſtendum ſit Diabolo.

VT vincamus, quoties ad lautiores cibos auiditas vrget, meminerimus;
Marul. lib. 5. Quia non in ſolo pane viuit homo: quoties ad ſubeunda pericula temeritas prouocat, ſtatim occurrat, quia Deum tentare non debemus: quoties honorum, opulentiæque cupidine ſolicitamur, protinus ad mentem reuocetur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: poſtremò
Matth. 4. quoties pernicioſarum cogitationum ſtimulis agitabimur, ſemper reſiſtendo, ac repugnando clamemus, Vade retro Sathanas: iam ſatis certi eò Angelos acceſſuros, vnde Diabolus victus deiectus fuerit.
Ibid.

At victo etiam Sathana, impensè cauendum eſt, ne qua ex hoc ſurreptet inanis gloriæ iactatio. Mirabantur ſe Apoſtoli, quòd Dæmonijs imperarent, & audiunt, Nolite gaudere
Luc. 10. in hoc, quia dęmonia ſubijciuntur vobis: gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in
Ibid. cęlis. Et videbam Sathanam (inquit) ſicut fulgur de Cęlo cadentem, qui quanto ſe altius erexerit, tantò inferius corruit. Qui ergo acceptam gratiam ſemper integram cõſeruare cupit, ſemper humilitati ſtudeat, in omnibus Deo gratias agat, & ſi malarum tentationum victor
Ioan. 15. euaſerit, illi ſoli acceptum referat. Ait enim, ſine me nihil poteſtis facere.

Sathanas quippe iſte nequiſſimus, cùm Domini diſcipulos ſicut triticum cribrare expe-
Ioan. 22. tijſſet, non eſt permiſſus niſi in eum, qui de ſe multum prę ſumpſerat, dicens: Domine tecum paratus ſum in carcerem, & in mortem ire. Petrus ergo, & tentari, & labi dimiſſus eſt, vt per pęnitentiam humiliatus diſceret iam non ſibimet confidere, ſed ei, cuius beneficio, etiam poſt lapſum ſubleuatus eſt, ne periret. Igitur quiſquis aliquid boni operis propria virtute ſe effecturum promiſerit, Diaboli vanno concutietur; & cùm triticum mundum ſe eſſe crediderit,

diderit inter recrementa computabitur. Fruſtra aliquid conatur quis, niſi Domini auxilium
affuerit cum illo. In carcerem, vel in mortem ire tunc poterimus, cùm ipſe audendi præſti-
terit fiduciam: vt autem pręſtet rogari vult dicens, Petite, & dabitur vobis. Ibidem 16.

Nec ſolùm Diabolus, verùm etiam corpus noſtrum aduerſatur nobis. Vas electum Pau- Rom. 7.
lus, Video (inquit) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & capti-
uantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Deinde exclamat, Infœlix ego ho-
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quia ipſe per ſe non ſufficit, reſpondet,
Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. ſed cùm gratia iſta ſolicitis, non ocio-
ſis opitulari ſoleat, ipſe quoque non ceſſat, quantum poteſt, reluctari aduerſario ſuo, & fla-
gellationum iugo premere illum, atque imperare volentem ad obedientiam compellere:
Caſtigo (inquit) corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Igitur ſi pugnat caro, caſtigatione 1. Corint. 9.
reprimenda eſt, reprimentem Dei gratia adiuuabit: carnis autem caſtigatio eſt ieiunium,
vigilia, verberatio, labor, deprecatio.

Ad hæc idem Apoſtolus etiam à Sathana verbera ſuſtinuit, neq; hoc ſine Domini volun-
tate. Sed ne magnitudo reuelationum (inquit) extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis 2. Cor. 12.
meę angelus Sathanę, qui me colaphizet. propter quod ter Dominum rogaui, vt diſcede-
ret à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Qui Apo-
ſtolo gratiam dederat, dedit & ſtimulum. Nulla enim poteſt eſſe victoria, vbi nulla eſt pu-
gna: non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Rogemus ergo Dominum, non vt ſubmo 2. Tim. 2.
ueat nobis tentatorem, ſed vt ſuppeditet vincendi facultatem.

Supradicta confirmantur altero exemplo inſigni.

IN illos autem pręcipuè Diaboli inſurgere ſolet malignitas, qui terrenis contem-
ptis, religioſè vitam inſtituere decernunt: idcirco pręceptum eſt, Fili accedens
ad ſeruitutē Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & prępara animam tuā ad tentationem. Eccl. 2.
Duo iuuenes Ioannem Apoſtolum ſequuti, cùm deinde angi animo cœpiſſent,
quod facultates ſuas in pauperum vſus erogaſſent, nec iam Apoſtolo meliora, certioraque Exemplum.
ſperare iubenti acquieſcerent, virgis in aurum mutatis, & lapillis in gemmas plus etiam re-
ceperunt, quàm reliquerant: Mox cuiuſdam (cui Stacteo nomen erat) à morte ſuſcitati ver-
bis credentes, quibus ille ſe vidiſſe affirmabat, quam ingentem gloriam in Cœlo paratam Stacteus.
ſibi ipſi amiſiſſent, ad quam contrà infelicitatem deuoluendi eſſent, quòd retro ceſſerint;
Rurſum ad populum reuerſi, reſtituto quicquid ab eo acceperant, paupertatem in vita co-
luere, vt potius poſt obitum diuites fierent. Reuocauerat eos Diabolus ad priſtinæ conuer-
ſationis vomitum: ſed Apoſtoli precibus, & Dei diſpenſatione factum eſt, vt deprehēſis ini-
mici fraudibus, ac dolis, quod impudentius repetierant, conſtantius refutarent. ſic in tem-
pore reſipiſcentes gloriam illam, quam ſibi in Cœlo futuram audierant, iam amiſſam recu-
perarunt. Ad quam reſipiſcentiam vtinam Dei miſericordia perueniant quoque perſequu-
tores Eccleſiæ, ac ſuis relictis & abiectis erroribus, ad eandem gloriam, quæ in cœlo fideli-
bus parata eſt, ſimul cum nobis vnanimiter aſpirent.

LOCA FRATRVM DE FAMILIA,

quorum notitiam habere potui.

PROVINCIA S. FRANCISCI.

PRIMVS locus eſt S. Marię ab Angelis prope Aſſiſium, vbi ſacer Ordo
Minorum ſumpſit exordiū, ibi iacet B. Cherubinus de Spoleto, magnus
Pręedicator. Locus S. Damiani, vbi iacet B. Antonius de Stroncone. locus
Carcerum, locus S. Franciſci Montis Peruſię, locus Timeri, locus Eugu-
bij ſub tit. S. Hieronymi. Floruit ibi F. Ioſeph, virtute diuina ergumenes
liberator, ſepultus Spoleti. locus S. Sepulchri ſub tit. S. Marię ad Niues.
locus Bonrepoſſi prope Tifernum, locus Fractę ſub tit. S. Mariæ Pietatis. locus Inſulæ, vbi
habitauit Beatus FRANCISCVS, vnde nomen eius retinet. locus Cibotoli ſub inuo-
catione Sancti Bartholomæi, locus Scarſolæ, locus Spineti, locus Montis Sancti prope

Tudertum, locus ſancti Iacobi prope Tudertum, locus Pantanelarum, locus ſancti Franciſci de Lungano, locus ſancti Io. Baptiſtæ prope Ameriam, locus Spenazzolæ ſub titulo ſancti Vrbani, locus Natniç ſub titulo ſancti Hieronymi, locus Stronconi prope Interamnam. locus ſanctç Mariæ gratiarnm apud interamnã, locus ſanctç Mariæ de Auro apud Interamnam, locus Eremitæ ſub titulo ſanctæ Mariç Annunciatæ, locus s. Bernardini Montis Franci, locus ſancti Pauli apud Spoletum, ibi floruit F. Cherubinus, vir doctus, iuris canonici non ignarus. locus S. Catherinæ Montis Luci apud Spoletum, locus S. Mariæ Gratiarum apud Caſſiam, locus Annunciatæ apud Nurſiam, ibi iacet B. Honuphrius de Si.[no] locus ſancti Bartholomęi de Buliano, locus ſancti Antonij de Piſtignano, locus S. Martini apud Treuiũ, locus ſancti Fortunati apud Montem Falconum, locus S. Bartholomæi apud Fulgineum, ibi iacet B. Paulutius, pater primæ familiæ in Italia. locus ſancti Hieronymi apud Hiſpellũ, locus S. Mariæ apud Meuaniam, locus ſancti Enuphrij apud Britonium, locus Annunciatæ prope Caſtellum. Loca huius Prouinciæ ſunt numero xxxviij.

PROVINCIA ROMANA.

LOcus Aræcœli ſub titulo S. Mariæ ad Aramcœli, locus ſancti Franciſci Tranſtyberim. locus Viterbii, locus Tibnris, locus Velitrarum, locus Celentini, locus Trinitatis, locus inſulæ Vulſiniæ, locus Ortæ, locus Sublacus, locus Verularum, locus S. Suſannæ, locus Canini, locus Senſtini, locus Campagnani, locus Nizani, locus Rocbæ antiquæ, locus Reatis, vbi iacet B. Thomas de Florentia laicus, locus Montis Palumbæ, locus Grecii prope Reatem, locus Podii Baſtonis, locus Ciuitellæ, locus Vallis Montonis, locus Palumbariæ, locus Narcai, locus Palaciolæ, locus Sermoneti. Quæ loca ſunt numero xxvj.

PROVINCIA MARCHIAE Anconitanæ.

LOcus Eſculi ſub inuocatione Annunciatæ Virginis. floruit ibi Frater Lucas, Prædicator feruens. locus ſancti Sabini prope Eſculum, locus Conuentus Montis Falconis, locus Camerini ſub titulo ſancti Petri, & alius ſub titulo ſancti Franciſci, vbi ſepultus eſt B. Ioannes Parmenſis: & B. Petrus de Muliano Picens obiit cum magna opinione ſanctitatis, paſſusq́; eſt multas tentationes. locus Montis ſancti extra Camerinum, locus ſancti Seuerini, locus Maceratæ Conuentus Muri ſub titulo ſancti Franciſci, locus Anconæ, vbi iacet Beatus Gabriel de Ancona. locus Forani, locus de Auximo ſub titulo Annunciatæ, locus de Recaneto ſub titulo S. Mariæ de Varano, locus de Cingulo, locus Caſtri Millij ſub titulo S. Franciſci, locus Siroli ſub titulo ſancti Franciſci, locus Eſij, locus Senogalliæ, locus Maſſatij, locus Firmi ſub titulo Annunciatæ, locus Montis Brandoni, locus Cæſç Palumbæ, locus de Maſſa, locus ſancti Elpidij, locus Fani ſub titulo S. Mariæ Nouæ. locus Foriſempronij in loco dicto Foxa bruna ſub titulo Annũciatæ, locus Piſauri ſub titulo ſancti Ioannis Baptiſte, locus montis Rubei, locus moutis Barocij, aliàs Scottoneto, locus Vrbini ſub titulo ſancti Bernardini, locus Durantis, locus Fabriani ſub titulo Eremitæ extra, & alius locus intra Fabrianum, locus montis Florentini.

Summa locorum ſunt xxxiiij.

PROVINCIA TVSCIAE.

LOcus Aluernæ, vbi Beatus Pater Franciſcus ſacra Chriſti ſuſcepit inſignia. locus Florentiæ ſub titulo ſancti Saluatoris, locus Feſolarum ſub titulo ſancti Franciſci, locus ſancti Michaelis de Ducia apud Feſulas, locus Senarum ſub titulo ſancti Bernardini, locus Lucrani ſub titulo ſancti Franciſci, locus Cerboni prope Lucram, locus Piſciæ ſub titulo ſanctæ Crucis, locus Piſtorij ſub titulo ſancti Hieronymi, locus Bibienæ ſub titulo ſancti Laurentij, locus Prati ſub titulo ſancti Franciſci, locus Caſtileoni Aretini ſub titulo ſancti Franciſci, locus Aſſiani ſub titulo ſancti Bernardini, locus Montis Politiani, ſub titulo ſanctæ Mariæ de Gratijs, locus Sartiani ſub titulo ſancti FRANCISCI, locus ſancti Floris ſub titulo ſanctæ Trinitatis, locus Cetoni ſub titulo Sancti Franciſci,

Locus

Locus Columbari,ſub titulo Sancti Franciſci,locus Nauis,ſub titulo Sancti Benedicti,locus Groſſeti,ſub titulo Sanctę Mariæ de Gratiis, locus Scarlini montis Muri, ſub titulo S. Franciſci,vbi iacet B.Gaſpar de Florentia,locus Maſſæ in maritima, ſub titulo Sancti Bernardini,locus Caſſiani,ſub titulo Sancti Franciſci,locus Emporii,ſub titulo S. Mariæ de Angelis,locus Foriani, ſub titulo Sancti Franciſci, locus S. Ioannis montis Caroii, locus Sancti Viualdi, locus de Petra ſancta ſub titulo Sanctæ Mariæ, locus Montis Ilicini, locus Randitonali, locus Villæ Francæ.

Summa locorum xliij.

PROVINCIA BONONIAE.

LOCVS Bononiæ, ſub titulo Sancti Pauli in Monte: alius locus Bononiæ, ſub titulo Annunciatæ,locus Ferrariæ,ſub titulo S.Spiritus, locus Centi, ſub titulo Sancti Franciſci,locus Mirandulę, ſub titulo Sancti Franciſci,locus Carpi, ſub titulo S.Nicolai,locus Mutinæ,ſub titulo Sanctæ Ceciliæ, locus Arimini,ſub titulo S.Mariæ de Gratiis,ibi floruit frater Antonius Magnus Prædicator in præclaris ciuitatibus Italiæ,fuitque Vicarius prouinciæ S.Franc.locus Ceſenæ,ſub titulo S. Crucis, locus Foriliuij,ſub titu. S. Hieronymi, locus Fauentiæ,ſub titulo S.Hieronymi, locus Imolæ,ſub titulo Sanctæ Mariæ,locus Cotignolæ,locus Rauennæ,ſub titulo Sancti Iob, locus Regii Lepidi,ſub titulo Sancti Spiritus, locus Parmæ, ſub titulo Annunciatæ, locus Caſtelli Arquati,locus Placentiæ,ſub titulo Nazareth,locus Burgi noui,ſub titulo Sancti Bernardini,locus Robi, locus Buſſeti,locus Cremonæ,locus Brendani, locus Cortæ maioris.

Summa locorum xxv.

PROVINCIA S. ANTONII.

LOCVS à Vinea Venetijs ſub titulo Sancti Franciſci. Item alius locus ſub titulo S. Iob, alius locus ſub titulo Sancti Franciſci de Stigmatibus, locus Grozæ, ſub titulo Sancti Franciſci, locus in Tigolis, ſub titulo Sancti Franciſci, locus Ciuitatis, ſub titulo Sancti Georgij,locus Portus Gruaril,ſub titulo Sanctæ Agnetis,locus montis Feretri,ſub titulo S.Spiritus, locus Taruiſij,ſub titulo Sanctæ Mariæ de IESV, locus Paduæ, ſub titulo Sancti Franciſci, ibi floruit frater Dominicus,cuius fama illuſtris fuit in tota Italia ſcripſitque de meditationibus vitæ Chriſti, locus Sanctæ Vrſulæ,In agro Patauino,locus Sancti Alliminarij,locus Campi Sancti Petri, ſub titulo Sancti Ioannis, locus Caſadelli, ſub titulo Sanctæ Crucis, locus Plebis Sacci, ſub titulo Sanctæ Mariæ de Gratiis, locus Vincentiæ,ſub titulo Sancti Blaſii,vbi eſt corpus cuiuſdam Beati Marci,& vbi viget Frater Antonius Paganus,qui ſupra falsò relatus eſt inter antecedentes, locus Scledi, ſub titulo Sancti Franciſci, locus Leonici, ſub titulo Sancti Danielis, locus Arcighani, ſub titulo Sanctæ Mariæ de Gratijs,locus Maroſticę,ſub titulo Sancti Sebaſtiani,locus Veronę,ſub titulo Sancti Bernardini,locus Arte rutæ,ſub titulo nouiciorum Sancti Franciſci,locus Liniaci,ſub titulo S.Antonii, locus Tridenti,ſub titulo Sancti Bernardini,ibi iacet B.Bartholomæus Triden.locus Mantuæ,ſub titulo Sancti Franciſci,vbi iacet Beatus Sixtus Mediolanenſis,locus Sanctæ Mariæ de Gratiis,in agro Mantuano,locus S.Spiritus in agro Mantuano,locus Riperij,locus Glemonæ,in Foroiulio, ſub titulo S. Mariæ.

Summa locorum xxix.

PROVINCIA BRIXIAE.

LOCVS Brixiæ ſub titulo Sanctę Apollonię, locus nouus S. Rochi, locus Bergomi, Sanctæ Mariæ de Gratiis, locus Cremæ, S.Bernardini, locus S. Bernardini de Sale, locus Aſolæ S.Franc.locus Loueri S.Fran.,locus Chiari S.Bernardini,locus Lomili,S.Marię Annunciatę,locus Martinenghi S.Marię,locus Candini,S.Marię de Gratiis,locus Piagneni S. Mariæ, locus Iſolæ de Garda S. Mariæ de IESV, locus Gaidi, Sanctæ Mariæ de Gratiis,locus Prateolini,S.Marię de Gratiis. Summa locorum xix.

PROVINCIA MEDIOLANI.

LOCVS Mediolani ſub titulo S.Mariæ de Angelis, vel S. Angeli, locus Comi ſub ti.S.Crucis. Habuit hic locus fratrem Vincentium, Locus Nouariæ ſub tit.S.Nazarij, locus Vercellarum ſub ti.S.Mariæ de Bethleem, ibi iacet B.Antonius Cremonen. locus Laudij, ſub titu. Sancti Ioannis, ibi iacet B. Michael Mediolanenſis, locus Modoetiæ ſub ti.S.Mariæ de Gratijs, ibi floruit F.Chriſtophorus de Modoetia, & obijt Mediolani, locus Iuporegiæ ſub ti.S.Bernardini, locus Leuci ſub ti.S.Iacobi, locus Implellæ Miani ſub tit. S. Mariæ, locus Variſij ſub titu. S.Mariæ, ibi floruit frater Chriſtophorus ſocius B. Ioannis de Capiſtrano, vir doctus, qui declarauit regulam, & priuilegia ordinis, locus Palmagiæ ſub ti. S.Bernardini, locus Varalli ſub ti.S.Mariæ, locus Legnani ſub eodem titu. locus Morterij, ſub ti.S.Bernardini, locus Abraiæ ſub ti.S.Mariæ, locus Vigleueni ſub eodem ti. locus S. Gati, locus Marignani ſub ti.S.Mariæ Miſericordię, locus Carauazi, ſub ti.S.Bernardini, locus Saniani ſub ti.S.Mariæ Annunciatæ, locus Brianci, locus Benzoni, Locus S. Georgij, locus Meliti, locus Montis lauri, locus ſepulchri apud Varallum. In loco Brixiæ Floruit frater Paulus magnus Prędicator.

Summa locorum xxv.

PROVINCIA GENVAE.

LOCVS Papiæ ſub ti.S.Iacobi, vbi iacet B.Bernardinus Feltrinus. locus Binaſchi, ſub ti.S.Mariæ de Cāpo, vbi iacet B.Baldaſſar Confeſſor, locus Chiaſtegæ, locus Riuæ Nezani ſub ti.S.Fran. locus Vezani ſub ti. S.Marię della Pieue, locus Noui ſub ti. S. Franciſci, locus Botheræ ſub titu. ſanctę Mariæ de Angelis, locus Salę, ſub ti.S.Bernardini, locus Alexandriæ ſub ti.S Bernardini, locus Aſtę ſub ti.S.Bernardini, locus Raricij montis ſub tit. S. Marię de Angelis, locus de aquis ſub ti.S.Fran. locus Sancti Gorię ſub ti.S.Marię de Gratijs, locus Caſalis ſub ti.S.Marię de Angelis, locus Creſantini ſub ti.S.Marię, locus Clauaſij ſub ti.S.Bernardini, locus Taurini ſub ti.S.Mariæ de Gratia, locus Gorij ſub ti.S. Mariæ de Angelis, locus Pinaroli ſub ti.S.Mariæ de Angelis, locus Salucij ſub ti.S. Bernardini, locus Sauiani, ſub ti.S.Fran. locus Cunij, ſub titu.S.Antonij de Padua, alius locus Cunij ſub ti.S. Marię de Angelis, locus montis Regalis ſub ti.Sanctæ Mariæ de Angelis, locus Caierę ſub ti.S.Franc. locus Genuæ ſub ti.Annunciatæ, locus S.Mariæ de monte, locus Chiauari ſub ti.S.Franc. locus Monetij ſub ti.S.Mariæ, locus Leuanti ſub ti.S.Mariæ de Gratia, locus Sauonæ ſub ti.S.Iacobi. locus Arlegnæ ſub ti.S. Bernardini, locus Areſæ ſub ti.S.Mariæ, locus Porti ſub ti.Annunciatæ, locus Sancti Rhemi ſub ti. S.Mariæ, locus Roti ſub ti.S.Mariæ miſericordiæ, locus Cerachi ſub ti.S.Mariæ, & locus Nouus cum ſequentibus ſub ti.S.Mariæ, locus Buſchæ, locus Vigoni, Locus Carcagnoli, locus Villanouæ ſub ti. S. Mariæ de Gratia, locus Baſſignani, locus Doronæ ſub tit.S.Mariæ de Angelis, locus Terlinij, ſub ti. S.Bernardini, locus Bertagroſſi, locus Vintimillij, locus Soſpelli. Summa locorum xlviij.

PROVINCIA TERRAELABORIS.

LOCVS Formeli ſub titu.Sancti Franciſci, locus Gaietæ ſub titu. Sanctæ Agnetis, locus Sapheth ſub titu.Sancti Franciſci, locus Traiecti ſub eodem titulo, locus Annunciatæ montis Maioris, locus Carnioli, ſub titu.Sancti Franciſci, locus Sueſſæ ſub eodem titulo, locus Rochæ Monſari ſub titulo S. Mariæ de Letanijs, locus Theani ſub titulo S.Antonij de Padua, locus Prati ſub titulo Sancti Franciſci, locus Miſij ſub titulo S.Mariæ de Gratijs, locus Capuæ ſub titulo S. Catherinæ, locus Auerſæ, ſub titu.San.Mariæ Magdalenæ, locus Puteoli ſub titulo ſancti Ioannis Baptiſtæ, locus Neapolis ſub titu.ſanctæ Mariæ Nouæ, ibi iacet B.Iacob. de Marchia, locus ſanctæ Crucis, locus ſanctæ Trinitatis, locus Caſtri maris ſub titu.ſancti Franciſci, locus Surenti ſub eodem titulo, locus Suſpirij ſub titulo ſancti Saluatoris, locus Muris ſub titulo ſancti Franciſci, locus Tramonti ſub titulo ſanctæ Mariæ de Angelis, locus Salerni ſub titulo S. Nicolai, locus ſancti Seuerini ſub titulo ſanctæ Trinitatis, locus Lauri ſub titulo S. Ioannis Euangeliſtæ,

locus

locus Nolę ſancti Angeli, locus montis Sarculi ſanctæ Mariæ pietatis, locus Beneuenti ſancti Laurentij, locus Ariani ſancti Franciſci, locus Ebuli ſanctę Trinitatis, locus Campaniæ ſub titulo ſanctę Mariæ de Auiliano, locus Polani, locus Padulæ ſanctæ Lucię, locus Decani ſanctæ Mariæ pietatis, locus Zoię ſancti Ioannis Baptiſtę, locus Celenti ſancti Franciſci, locus Miriuelli, locus Caſtellucię.

Summa locorum xxxviij.

PROVINCIA CALABRIAE.

Locus Coſſentię ſancti Franciſci, locus Regi Annunciatę, locus Seminarię ſanctæ Mariæ de Angelis, locus Terrænouę ſancti Fräciſci, locus Nicodori ſanctæ Mariæ de Gratiis, locus Tropiæ ſancti Sergii, locus Ticii ſancti Antonii de Padua, locus Quilacii ſancti Antonii de Padua, locus Neocaſtri ſancti Franciſci, locus Catanzarii ſanctæ Mariæ de Gratiis, locus Miſoraci ſanctæ Mariæ, locus Policaſtri ſanctæ Mariæ, locus Cariati B. Franciſci, locus Roſciani Beati Bernardini, locus Biſſignani ſancti Fräciſci, locus Morani ſancti Bernardini, locus Citranii ſanctæ Mariæ de Gratia, locus Liccati Annunciatę. locus Fluminis frigidi ſancti Franciſci, locus Amantis ſancti Bernardini, locus Agelli ſanctæ Marię de Gratia, locus Siliani ſancti Petri, locus Dixintiani Annunciatæ, locus Lugaris ſancti Bartholomæi.

Summa locorum xxv.

PROVINCIA APVLIAE.

Locus Aliciæ Sanctæ Mariæ de Templo, locus Gallipoli Sancti Franciſci, locus Vgentis S. Mariæ, locus Sanctę Catherinę, locus Caſtri S. Franciſci, locus Taranti S. Antonij de Padua, locus Caſtrioneti Sancti Franciſci, locus Inſulę S. Marię, locus Monopolis S. Marię, locus Martini S. Stephani, locus Caſſani S. Franciſci, locus Bizotti ſanctę Mariæ, locus Bitonti ſanctę Mariæ de Para, locus Vari ſancti Petri, locus Malfectæ S. Bernardini, locus Biſelli S. Laurentij, locus Traui S. Marię de Columba, locus Rubi ſancti Angeli, locus Andriæ S. Mariæ de Conceptione, locus Barolettæ ſancti Andreæ, locus Alti muri ſancti Franciſci, locus Spinazzolę S. Franciſci, locus Grauinæ ſanctę Mariæ, locus Venuſæ ſanctæ Mariæ, locus Melfiæ omnium Sanctorum, locus Lagelli ſanctę Marię de Angelis.

Summa locorum xxvij.

PROVINCIA S. BERNARDINI.

Locus ſancti Bernardini Aquilæ, conſtructus anno 1454. 28. Iulij, locus ſancti Iuliani anno 1415. hunc locum conſtruxit Lucius de Fontis ciuis Aquilanus, tempore Fratris Ioannis de Stroncone, & Fratris Dominici de prouincia Genuæ. Locus Thetis ſub titulo ſancti Andreę, captus anno 1420. per F. Dominicum de Genua. locus ciuitatis Pennę ſancti Chriſtophori 1420. locus Saluatoris 1443. locus Terreni ſanctę Marię de Gratiis, locus ſancti Leonardi, locus ciuitatis ſancti Angeli ſub titulo ſancti Bernardini anno 1460. locus Lanciani ſub titulo ſancti Angeli Pacis anno 1430. locus Ortonæ ſub titulo S. Marię de Gratiis anno 1440. locus Ceremani ſancti Franciſci, locus Capiſtrani S. Franciſci, locus Campli ſancti Bernardini, locus Montis plani anno 1420. ſub titulo S. Ioan. Baptiſtę, locus Lorſoniæ ſub titulo Annunciatæ, locus Cimicelli S. Mariæ luminum 1470. locus Toni S. Mariæ Paradiſi, locus S. Angeli de Ocra apud Aquilam 1479. locus Francauillæ ſanctæ Mariæ de Gratiis 1495. locus Sulmonę, vbi conditus eſt Beatus Philippus Aquilanus.

Summa locorum xix.

PROVINCIA S. ANGELI.

Locus de Anglone ſancti Bernardini, locus Auxę ſancti Mõtis Doriſi ſancti Bernardini, locus Vaſti ſancti Honuphrij, locus Colionifii s. Eremi, locus ſancti Boni ſub titulo ſancti Antonij, locus Caſę ſub titulo ſancti Honuphrij, locus Moroni, ſancti Nazarii, locus Rupis ſancti Petri, locus Campouaſa ſancti Ioannis, locus Campouaſa ſanctę Mariæ, locus Lucari ſancti Petri, locus Troiæ ſancti Bernardini, locus Luceriæ ſancti Saluatoris, locus ſancti Seueri ſub titulo ſancti Bernardini, locus Serrę ſancti Angeli, locus Iſchitelli ſancti Franciſci, locus Lecij ſanctæ Marię.

Summa locorum xviij.

PRO-

PROVINCIA BASILICATAE.

LOCVS Potētiæ S. Mariæ de Sepulchro, locus Tricarici S. Antonij de Padua, locus Mellionici S. Fran. locus Vrſi S. Frā. locus S. Mariæ Vrſuleæ, locus S. Martini S. Fran. locus Stilliani, S. Antonij de Padua, locus Policaſtri, locus Vigiani, locus Petræ partiatæ S. Fran. locus Oppidi S. Mariæ de Ieſu. ſumma locorum xj.

PROVINCIA CORSICAE.

LOcus Calui, locus Baligni, locus Nepii, locus Nuraz, locus Pini, locus Gramoſi, locus Biguliæ, locus Maranæ, locus Lauengelaſchæ, locus Orenghæ, locus Alliciani, locus Corti, locus Vici, locus Omani, locus Tellę, locus Bonifacii, Summa locorum xvj.

PROVICIA SARDINIAE.

LOcus Saſſari S. Petri, locus Piligni S. Michaelis, locus S. Luſugii S. Marię de Angelis, locus Oriſtani S. Mariæ Magdalenæ, locus Calari S. Mariæ de Ieſu, Summa locorum v.

PROVINCIA SICILIAE.

LOcus Meſſanæ S. Mariæ de Ieſu. Item alius locus Caſtri, locus Prati, locus Naſi, locus Thermarum, locus Panormi, vbi floruit F. Laurētius magnus Prædicator. Omnia hæc Monaſteria ſub eodē titu. locus Mazariæ, locus Mecami S. Marię de Ieſu, locus Sacci S. F. locus Drepani S. Marię de Ieſu, locus Agrigenti S. Viti, locus Cumini S. Mariæ de Ieſu, locus Cariarati, locus Syracuſarum, locus Modicæ, locus Noti, locus Laſiroli, locus Plateę, locus Calataieronis, locus Bizini, locus Nicoſſiæ, locus Leontini, locus Cataniæ, locus Aderni, locus Tauromini, locus Randacii. Omnia hęc Cęnobia ſunt ſub eodem titu. S. Marię de Ieſu, Summa locorum xxvij.

PROVINCIA CANDIAE.

LOcus Candię ſub tit. S. Fran. locus Candię extra ſub tit. S. Ioannis, locus Retinni S. Athanaſii, locus Caneę intus, locus Caneę extra, ſub tit. S. Saluatoris, locus Lecareſſe S. Antonii, locus Rhodi S. Marię de Victoria. Summa locorum vij.

PROVINCIA RAGVSII.

COnuētus Raguſii S. Fran. locus Stagni S. Nicolai, locus Daxæ S. Seuini, locus de Vmbla S. Mariæ, locus Selami S. Hieronymi, locus Canalis S. Blaſii, locus Inſulæ de medio S. Marię, locus Ponti S. Mariæ in Sabioncelli, locus Raguſii antiqui, ſub tit. S. Mariæ. Summa locorum ix.

PROVINCIA DALMATIAE.

LOcus Iaderæ S. Fran. locus Palati S. Mariæ de Palude, locus Antiberis S. Nicolai, locus Cathari S. Bernardini, locus Sebinici S. Crucis, in ſcopulo, locus Arbi S. Bernardini, locus Leſinæ S. Mariæ, locus Veglæ S. Mariæ, locus Pirani S. Bernardini, locus Curtiolæ S. Mariæ de Portiuncula, in Scopulo, locus Rubini S. Andreæ, locus Otrelani S. Hieronymi, locus S. Mirii S. Mariæ in Scopulo, locus Paſmani S. Hieronymi in inſula Paſmani, locus Sormonigrat S. Catherinæ, locus Piſcinii S. Mariæ, locus Inſulæ Orlani S. Hieronymi. Summa locorum xvij.

PROVINCIA AVSTRIAE.

LOcus Viennę ſub titu. Sanctorum Thebaldi, & Bernardini, locus Norinbergę, S. Iacobi, locus Interburg S. Io. Baptiſtę, locus Grez S. Leonardi, locus Leui S. Bernardini, locus ſancti Hippolyti ſub ti. S. Trinitatis, locus Eſſemburg S. Mariæ de Candellariis, locus Engisfert S. Mariæ Magdalenæ, locus Nouæ Ciuitatis S. Rhodeguntis, locus Longaucæ S. Mariæ de Gratijs, locus Paradiſi S. Mariæ de Paradiſo, in nemore Viennenſi, locus Rudelfrone ſancti Leonardi, locus Vuelſperch S. Michaelis, locus Loiboi, ſanctæ Mariæ Aſſumptionis. Summa locorum xv.

PROVINCIA BOEMIAE.

LOcus fratris Lathiæ, ſancti Bernardini, locus Brumulæ ſancti Bernardini, locus Vulmōs Conceptio Virginis Mariæ, locus Criſenij, ſanctæ Mariȩ Longouiæ maioris, locus opauiȩ. S. Barbaræ, locus Zetanæ zuoyme ſancti Franciſci, locus Ligini, ſanctæ Trinitatis, locus Miciæ, s. Crucis, locus Bithiz. sāctì Nicolai, locus Cozel, ſanctæ Mariȩ de Angelis, locus Zēnis ſancti Viti, locus Tarcouiæ, ſanctæ Eliſabeth, locus Cailani, locus Seupichiæ ſub tit. omnium ſanctorum, locus Slatzi ſanctæ Crucis, locus nouæ domus ſanctæ Catherinæ, locus Seuuor Sanctæ Mariæ, locus Nazadorf, ſanctæ Mariæ, locus Catiboriæ, locus Lopeſtoz, ſancti Egidii, locus Bechinæ, locus Cadiſti, locus Raſco, locus Kamitonz ſanctæ Annæ.

Summa locorum xxvii.

PROVINCIA POLONIAE.

LOcus Cracouiæ, vbi iacet B. Simon, qui nouem a mortuis ſuſcitauit, locus Pozamæ, locus Villæ, locus Leopolis; locus Varſouiæ. locus Coſtā. locus Ffraroſtad, Locus Cobilini, locus Caliz, locus Varchæ, locus Colii, locus Louii, Locus Bidgoſtiæ, locus Eremitorii, locus Tarnaro, locus Sanborchi; locus Coſni, locus Tigrizin, locus Lublin, locus Pezerborſon. Summa locorum xxii.

PROVINCIA BOSNAE.

LOcus Viſosbi, locus Sotiſch, ſub ti. S. Gregorij, locus Argētinæ, locus Foilizare, locus Chreſceui; locus Zorich, locus Mōſtar, locus Lobuſch, locus Zaſtrok, locus Plūbi, eſt ibi imago B. Virginis, locus Ozæ, locus Belgradi in Hungaria, locus Bernech, locus Liuaſch, locus Zuebai, locus Creben, locus Seia, locus Zerzeri, locus Corbauiæ, locus ſancti Ioannis de Mōte, locus Byykyy, locus Othok, locus Zirini, locus Craſtolæ, locus Cliſſarȩ, locus Citaræ, locus Cardoni, locus Vviſſonath, locus Veothorini, locus Trii, locus Karai, locus Segnæ, locus Citini, locus Stenij czmath, à Turcis multa loca iam enumerata dilapidata ſunt de nouo capta quædam alia, locus Villicæ, & Medrizæ.

Summa locorum numero xxxvj.

In Regno Luſitaniæ ſunt quinque aliæ Prouinciæ.

Prouincia Portugalliæ, Pietatis, Algarbiorum, Arrabidorum, ſancti Antonij.

Loca Monialium Prouinciæ S. Franc.

PEruſij Monaſterium Montislucij, Fulginei S. Luciæ, Montis falconis Paradiſi. Nurſiæ ſanctæ Claræ. Fulginei B. Margaritæ. Monaſterium ſanctæ Heliȩ, Augubij, Caſtelli, Burgi, Tuderti.

IN PROVINCIA TVSCIAE

Florentiȩ, Arétij, Lucæ, Sarazanæ, Piſtorij, Prati, Cāpatij, Senis Monaſteriū Caſtri veteris.

ROMAE.

MOnaſterium S. Silueſtri, & vbique in prouincijs ſunt penè innumera monaſteria ſanctimonialium ſub obedientiæ Generalis de Familia, quȩ velle enarrare ſingillatim longum eſſet, & operoſum, ideo conſultò omitto.

LOCA PATRVM CAPVCINORVM

Prouinciæ Romæ.

ROmæ Fraſchati. Nemo Velitrarum. Setiæ. Priuerni. Mons S. Ioannis. Alatri. Anticolis. Anagniæ. Paleſtrinæ. Tiburis. Montis rotūdi. S. Candrigliæ. Reatis. Ciuitatis Ducalis. Aſpræ. Collis ueteris. Ciuitatis Caſtellanæ, Galeſij. Campagnani, Baſſani. Roucilionis. Viterbij. Mōtis faliſci. Vrbeuetani. Ficulle. Aquipendij. Procenis. Mari Riani, Bracciani. Balneoregij, Palliani, Farneſij.

Summa locorum xxxv.

PROVINCIA S. FRANCISCI.

BVRGI S.Sepulchri, Citernę, Tipherni, Montoni, Paſſignani, Panicalis, Caſtri Plebis, Peruſiæ, Montiſmollis, Aſſiſij, Hiſpelli, Fulginei, Treuii, Montis Falchii, Meuanię, Vettonæ, Collepepii, Tuderti, Aquęſpartæ, Amerię, Spoleti, Interamnę, Narniæ, Leoniſſę, Amatricis, Nurſię, Caſcię, Viſſę, Aquę pręmulę, Nucerię, Gualdi Nuceriæ, Augubii, Lugnani, Abbatię, Montis Realis, Spoleti locus antiquus.

Summa locorum xxxvj.

PROVINCIA MARCHIAE.

CAmerini, Renacauata, hic ſacer Capuccinorum Ordo initium ſuſcepit, Tolẽtini, Lauri s.Geneſii, Sarnani, Amandolæ, s.Victoriæ, Aſcoli, Ripętranſonum, Firmi, s. Elpidii, Montis granarij, Montis ulmi, Maceratæ, Mortis vallis, Ciuitatis nouæ, Montis ſancti, Recineti, Mõticuli, Cinguli, Montis Filetrani, Auximi, Anconæ, Eſii, Montisbodii, Senogalliæ, Scapezzani, Corinalti, S.Helię, Fani, Piſauri, Montisflorũ, Petrærubię, s. Angeli in Vado, Calii, Crucichii, Vrbini, Foriſempronij, Montiſucteris, Rochæ Cõtractę, Fabriani, Matelicæ, s.Seuerini, Saxoferrati, Mondauii, Durantis s.Marini.

Summa locorum nume. xlv.

PROVINCIA BONONIAE.

LOcus Bononię, Placentię, Burgi, s.Donini, Parmę, Caſalis maioris, Sabioneti, Regii, Mutinæ, Finalis, Butrij, Imolę, Fauẽtiæ, Modilianæ, Foriliuii, Bertinorii, Cęſenæ, s.Agathę, s.Archangeli, Arimini, Rauennę, Lugi, Argentæ, Ferrarię, s. Ioannis Verruculi, Comaclii, Mirandolę, Rozzoli, Beſſeti, Caſtri Bononienſis.

Summa locorum nu. xxx.

PROVINCIA S. ANTONII.

VEnetiis, Taruiſij, Paduæ, Caſtrifranci, Baſſani, Rodigii, Vtini, Portus Gruarij, Portus Naonis, Vdercij, Vicentiæ, locus de Schio, Mõtisfortis, Veronæ, Mantuæ, Roueredi, Aquæ nigræ, Oſtiæ, Montagnanæ. Summa locorum xix.

PROVICIA MEDIOLANI.

MEdiolani, Bergomi, Brixlæ, Cremonæ, Comi, Vercellarum, Vigleueni, Nouaræ, Cremæ, Modoetiæ, Marignani, Caſal Puſterlenghi, Brellis, Aronii, Canobii, Variſii, Lugani, Albigorii, Herbæ, Leui, Vertonæ, Soueri, Iraſcorræ, Soncini, Milcii, Rezati Brughi, Sallodii, Manerbii, Dumaſi, Carolani, Perlezze vera, Laudii, Cerro, Romani Abiatæ, S. Iacobi Soreſinę. Summa locorum xxxix.

PROVINCIA GENVAE.

LOcus Genuæ, locus Sauonæ, locus Nicię, Papiæ, s.Remi Quiliani, Viltri, Sarazanę, Tortonæ, Voghenię, Aleſſandriæ, Aſtę, Tirini, Cherii, Montis Calerij, Pinaroli, Foſſani, Mondeuini, Ceuę, Caſalis, Finalis, Salucii. Summa locorum nu. xxij.

PROVINCIA TVSCIAE.

LOcus Florentiæ vetus, locus Florentiæ nouus, Senarum, Piſarum, Aretii, Volaterrarum, Lucę, Cortonæ, Piſtorii, Montis Policiani, Mõtis Ilcini, Prati, Piſcię, Montis s. Sauini, Sartlani, Collis, Montis Varchii, Ficini, Montis acuti, Caſtellionis, Peccioli, Sancti Caſſiani. Summa locorum nu. xxij.

PROVINCIA NEAPOLIS.

LOcus Neapolis s.Efframi, Auerſę, Capuę, Teani, Sueſſę, Caietæ, Itri, Arpini, s.Germani, Pedis Montis Alifarum, Caſertę, Madaloni, Arienſis, Montis Sarchi, Beneuenti, Apicis, Ariani, Auellini, Zolofra, s.Seuerini, Cauarum, Nucerię Paganorum, Amalphię, Caſtri ad mare, Turris del Greco, Nolę, Puteolorum, Cereti.

Summa locorum xxix.

PRO-

PROVINCIA BASILICATAE.

FErrandinæ,Melphiæ,Salerni,S.Cypriani,Montis Coruini,Eboli,Campaniæ,Sicugnani.S.Mennæ,Vietri Sale Lacus nigri,Saponariæ,Marſici,Viniolæ, Potentiæ, Tricarici,locus Turſorum. Summa locorum numero xviij.

PROVINCIA CALABRIAE.

LOcus Filocaſtri,Coriliani,S.Catherinæ,Catanzarij,Montis Leonis,Stili,Mileti,Coſẽtiæ,Moromani ſiuę Morani,Caſtrouillarum, Caſſani, Roſſani, Meſorace, Squilaci, Caſtri vitre,Geracij,Terræ nouæ,Poliſtenæ,Coſolitò,Seminariæ,Regij,Palatri,Neocaſtri, Roliani,Dypignani, Torani,Maidæ,de Fiommana di muro,Filogati, Biſſignani, Rogiani.
Summa locorum numero xxxj.

PROVINCIA S. ANGELI.

LVcerę,Fogię.S.Ioannis Vicij.Mamphradonię,Rodiorum,Turrismaioris,Serrę,Rinę, Vaſti,Triuenti,Froſolonis, Eſerniæ,Venafri. Summa locorum xiiij.

PROVINCIA S. NICOLAI.

BArolitæ, Andriæ, Malfictæ, Bitonti, Barij,Monopolis,Conuerſanij,Putignani,Materæ, Grauinæ, Alti muri, Tertiæ Caſtellanetæ, Maſaffra, Tarenti, Martina, Grotarum,Francæ Villæ, Caſalis noui,Miſſanę,Canphlecij,Rugij, S.Petri, Naritonæ, Caſarani, Saluæ,Gallipolis, Montis Peluſij.
Summa locorum xxix.

PROVINCIA PANORMI.

PAnormi,Thermarum,Pollicij,Calataniſſetta,Leucatæ,Narij, Agrigenti,Cameratę,Caſtrinoui,Biuonæ,Cauillione,Chiuſa,Burgij,Sclacca,Caſtriuetrani,Marſalci,Drepani, Montis Alcamij,Montis Realis. Summa locorum xx.

PROVINCIA MESSANAE.

MEſſanæ,Cataneæ,Villacij,Caſtoi,Pactarum,Naſi,Turſoni,S. Marci, Lalcara,Petini, Meſtritæ,Tuſæ,Gibelmannæ,Goliſani,Caſtri Boni , Ganci,Nicoſſiæ, Trainę,Randazzi, Franca villæ, Taurminij,Sauoca,Alij,Aquiliæ,Paterno.
Summa locorum xxv.

PROVINCIA SYRACVSAE.

LOcus Syracuſæ,Noti,Auola,Palazziolæ,Sicli, Modicæ,Raguſi,Clarmontis, Terræ nouæ,Mazzerini,Plateæ,Caſtri.S.Ioãnis.S.Mariæ de Angelis,S.Philippi, Calataieronis, Manei,Siccodiæ,Bizzini,Millitelli,Franci fortis Leontini,Ferla,Sciortini.
Summa locorum xxiij.

PROVINCIA CORSICAE.

Locus Baſtiæ,Brandi,Capocorſo, Nebij,Caſſigha.
Summa locorum numero v.

PROVINCIA S. BERNARDINI.

LOcus Aquilæ,Cicoli,Taliacozzi,Luci,Vezani,Celani,Sulmonis,Tocci,Lanciani,Ortonæ, Thetis,Catignani,Ciuitatis Pennenſis,Atrii,Terami,Campli,Montorij.
Summa locorum numero xvij.

Prouincia

PROVINCIA PARISIORVM.

Loeus Pariſiorum, Medonæ, Ordiens, Cam, Eſtampes, Roan.
Summa locorum, nu. vj.

PROVINCIA S. BONAVENTVRAE.

LOcus Lugduni, Auignionis, Maſſiliæ, Salinarum, Chiamberi, S. Ioannis de Moriane, Roana, Arles. Summa locorum, nu. viij.

PROVINCIA CATALONIAE.

LOcus Barcellonæ, Sanctæ Eulaſiæ, S. Salon, Parpiniani, Samboy, Villefranzæ, Manres Valles. Summa locorum, nn. ix.

PROVINCIA HELVETIAE.

Lucera, Altorff, Onderzzand.
Summa locorum, nu. xxiij.

PROVINCIA THOLOSAE.

Locus Tholoſæ, Biſiers.
Summa locorum, nume. ij.

VLTERIVS non procedit hoc ſacrum Sodalitium, cuius opera, & vitæ exempla multos ad fidem cultumq; Chriſti attraxerunt, multiq; legem Chriſti confeſſi ſunt B.P. Fran. merita agnoſcentes. Summa itaq; locorum capit numerum 485. Prædicatores ſunt numero 352. Fratres profeſſi ſunt numero 5344. Quorum ope ſacrum inſtitutum mira ſuſcepit incrementa, quia Religioſorum vita Virorum, quò eſt meritis clarior, eò voce celebrior eſt: nam dum illi benè viuēdo cæteris beneficia tribuunt, in ſuam laudem linguas excitant.

Admonetur pius Lector circa nominum propriorum varias appellationes.

HVC curam omnem adhibui (amice Lector) & ſummæ cōſiderationis vires, vt Conuentuum, & Locorum nomina diſtinctè ſubijcerem. Verùm id minimè fuit mihi conceſſum ſine ingenti labore, cui totum me vacare haud fortè decebat, permiſſum quidem à maioribus curis minimè fuit. Scio itaq; multa nō attigiſſe, tum facilè errores ſcriptionis potuiſſe cōtingere, vel ob locorum diſtantiam, & rerum varietatem; vel etiam, quia nomina propria varia perplexaq; appellatione à Tranſalpinis exprimuntur. Quicquid potui, libenter effeci. Tu interim ſi quid occurret magis explorati, labori meo adijcias, rogo: neque enim ego indigne feram, ſed potius inuentoris curam & opem collaudabo.

Libri Secundi Hiſtoriarum Seraphicæ Religionis

FINIS.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

AVCTOR huius operis, dum imprimeretur (benigne Lector) procul aberat, & Romæ pluribus curis iniuncti ſibi muneris intendebat. Itaque cùm properantius vrgeretur impreſſio, haud quidem ſcio noſtra ne culpa, qui plures diuerſasq; paginas componendo verſabamus, an illius, qui pro auctore manu ſcripta curabat, eaq; fruſtatim nobis ſubminiſtrabat, contigerit, vt hæc, quæ modò ſubijcimus, latuerint, nec in tempore fuerint nobis animaduerſa. verum hîc ea, tametſi extra ſuum locum, maluimus adijcere, quàm prętermittere: ſic tu eadem hîc cognoſcere, quàm penitus ignorare, pluris ducito.

Hęc ſubijcienda fuerunt car. 101. a.

NOMINA LOCORVM FRATRVM

De Familia, de quibus aliqua certius haberi potuerunt.

PROVINCIA S. FRANCISCI:

CONVENTVS S. Mariæ de Angelis, vbi B. Franc. obijt. locus S. Hieronymi Peruſij, qui erat Clarenorum ſub tit. S. Hieronymi conſtructus expenſis, & beneficio Senatus Peruſini. Conuentus S. Pauli extra Spoletũ. Floruit in hoc Conuentu F. Cherubinus Spoletanus Verbi Dei prædicator inſignis. locus S. Franc. montis Lucus inter confertas arbores à B. Fr. acceptus, & conſtructus eſt, ibi conditus eſt B. Demetrius Inſuber, & frater Antonius de Zegrinis Piſanus, & B. Franc. Papienſis vt ferunt. Adeſt quoque in Spoletanis finibus ſub titu. S. Franc. locus S. Bartholomæi Apoſtoli prope Fulgineum cõſtructus ab illuſtri Domino Nicolao Trincio Fulginate; ibi iacet F. Franciſcus Brixianus, qui obijt non ſine opinione Sanctitatis. locus S. Ioannis Tiferni conſtructus à quodam Abbate Scalochienſi Ordinis Benedictini anno 1473. quem nõ minus liberaliter, quàm piè contulit Minoribus, ſuperædificatus poſtea fuit munificentiſſima liberalitate Vrbis accedente conſenſu Siſti IIII. Pont. Max. locus Sanctæ Crucis bonæ quietis incliuo nemoroſi montis à Tiferno diſtans circiter duo millia paſſuum conſtructus maiori ex parte à Guelfucio, locus ſanè orationi aptus, ibidem Sepultus F. Paulus Aſſiſias profeſſione laicus. locus S. Mariæ Magdalenæ S. Sepulcri Biturgiæ an. 1530. ſub Clemente VII. Conuentus Interamnæ S. Mariæ de Gratijs conſtructus ex eleemoſynis an. 1472. ſub Sixto IIII. Hunc locum commendatiſſimum reddit B. V. Mariæ Imago ibidem recta, quæ miraculis coruſcans ab incolis habetur in veneratione. locus S. Mariæ Aureæ tempore B. Bernardini de Senis, & Eugenij Quarti. Conuentus Annunciatæ Nurſiæ, an. 1524. conſtructus publicis ciuium facultatibus: iacet in loco antiquiori F. Honufrius de Sarezana maximus B. Franc. imitator. Conuentus S. Mariæ de monte S. Tuderti tempore Innocentij VIII. qui habitationẽ, & vſum fratribus contulit. Conuentus S. Iacobi Tuderti an. 1428. quẽ conſtruxit Nicolaus de Vffreduzis. locus S. Martini Treuij, quem Abbas Monaſterij S. Petri in Boario conceſſit, Sixtus IIII. confirmauit, & tit. S. Martini inſigniri voluit Narniæ. locus S. Mariæ de Plano, quẽ beneficijs plurimis exornauit Angelus Cęſius, Sixtus IIII. confirmauit, ſed temporis ſucceſſu in Clarenorum fratrum poteſtatem deuenit. Verùm tempore Pij V. Generali de familia reſtitutus fuit. locus S. Hironymi Narniæ an. 1489. locus S. Io. Baptiſtæ Ameriæ intra ciuitatis mœnia ex publicis priuatisque piorum ciuium eleemoſynis accedente conſenſu Pauli II. Pont. Max. locus Annunciationis B. Virginis non longe ab vrbe Amerina an. 1460. conſtructus, ibidem cõditus eſt F. Paulus Capetonius vir ſummę abſtinentiæ, F. Franc. Ouarius qui horã ſui obitus prędixit, cuius ſepulchrũ ſuauiſſimè redolebat, vt oẽs circunſtantes mirũ in modũ recrearẽtur. Cõuentus S. Hieronymi Eugubij ad primum lapidem exurgens, erat locus Auguſtinianorũ, ſed illis loco pulſis cuidã cõfraternitati cõceſſus fuit à Martino V. & Eugenio IIII. Minoribus datus; eo in loco tunicula religioſè aſſeruatur, quã dicunt fuiſſe B. Ioannis à Capiſtrano, Baptiſta, Philippus, & Hieronymus Biſcazzarij Eugubini ciues maiorẽ adiacẽtis ſyluæ partẽ fratrib. dono dederũt. Cõuẽtus Crucifixi Citernæ, vbi eſt imago ſanctiſs. Crucifixi, in cuius honorẽ Citernẽſes oppidani ædiculã cõſtruxerũt, beneficijs plurimis cumulatus ab Angelo Proſpero, ex Citerna oriũdo, qui maiorem ſuarũ facul-

tatum partem ad loci eius ampliationem moriens ex teſtamento reliquit. conſtructus eſt autem locus ea occaſione; nam cùm imago Crucifixi ſanguinem eduxiſſet, & lacertæ contentiosè, auidiusque ſugerent, viſo hoc miraculo Citernenſes prædictam ædiculam conſtruxere. locus ſanctæ Mariæ de Pietate Sæpis ſiue fractæ, extat locus ſub titulo Beatiſſimæ Mariæ de Pietate conſtructus anno 1481. ope, & opera Bartholomæi Buſelli à Nello Sæpienſis, & ciuis Peruſini, cuius hæredes hodie quoque loci huius ſtudioſi cultores ſunt. locus Sanctæ Mariæ de Gratijs Caſſiæ publicis prouentibus extructus in monticuli ſupercilio diſtans ad mille paſſus ab oppido Caſſio anno 1450. Aſſeruatur hodie eodem in loco tunica B. Ambroſij à Miliano, qui ibidem obiit miraculis coruſcans. locus ſancti Bartholomæi prope Collem floridum: hic locus conſtructus eſt a Beato Paulutio Fulginate. Huic loco adiacet ſacellum, vbi B. Pater Ioannes de Valle requieſcit, vir ſummæ obſeruantiæ. locus S. Ioannis Baptiſtæ Nuceriæ in editiore colliculi parte ſitus, conſtructusque ſumptibus ciuitatis anno 1500. locus Annunciationis Beatæ Mariæ Gualdi, Gualdenſium ſumptibus tempore Leonis X. locus ſancti Antonij de Padua Beronij, publicis & priuatis facultatibus ciuium anno 1494. locus ſancti Fortunati Montis Falcij ſub Martino Quinto. iacet ibi Beatus Seuerus à Martanis loci huius fundator: iacet quoque corpus Beati Franciſci a Stronconio, cuius ſanctitas magna extitit, vbi Deus Optimus Maximus plura per eum miracula operari dignatus eſt. locus Sancti Franciſci prope Stronconis oppidum anno 1328. publicis, priuatisque oppidanorum eleemoſynis conſtructus. Ibi eſt glorioſæ Virginis Mariæ Imago erecta plurimis coruſcans miraculis. locus ſancti Simeonis non procul a Stronconio oppido prius ſub Clarenorum obediētia. locus ſancti Franciſci prope oppidum Lunianum conſtructus tempore B. Franciſci hac occaſione; nam B. Franciſcus tranſiens ad proximam ſyluam huius loci, vtpote qui ſolitudine potius, quàm populi frequentia oblectaretur, cùm ad hunc locum quieſcendi gratia diuertiſſet, confluentibus populis prædicare cœpit, lupus autem Sathanæ opera ex nemoris penetralibus ad concionantis locum impulſus arreptum puerulum ad interiora trahere nitebatur: re viſa Sanctus Franciſcus cætui ſilentium indicens pręcepit anſeri, qui fortè illic aderat, vt ereptum ex lupi faucibus puerum incolumem ſibi reſtitueret, quod & ille ſtatim effecit, non abſque maxima omnium admiratione: cœpit populus tunc locum conſtruere in honorem Beati Franciſci. locus Sancti Franciſci prope lacum Sumenum: in hac inſula aliquando habitauit Beatus Franciſcus, de quo narratur illud inſigne: Cùm enim habuiſſet in animo Quadrageſimam celebrare, rogauit Nauclerum, vt illuc traiicere vellet; deinde peracto quadrageſimo die ad eum tranſuehendum rediret, ſupplicauit. Animaduerterat interim Nauclerus, quòd Beatus Pater nil ſecum attulerat præter vnicum panem: reuerſus poſtea dimidiatum adhuc panem ei ſupereſſe inuenit. Quam rem Peruſini cognoſcentes locum conſtruxerunt, pluribusq; beneficiis Burgalutiorum familia cumulauit anno 1480. quo anno reſarciuit: In ſacrario aſſeruatur religiosè brachium Sancti Andreæ Apoſtoli: pileolus quoque & tunicula, quam dicunt fuiſſe Beati Bernardini. extat quoque fons vberrimus, qui ſitienti Beato Franciſco potum ſubminiſtrans ab eodem nomen accepit, ad quem febricitantes confluunt deuotionis cauſa. locus Sancti Hieronymi Hiſpelli, quem Bracius Baliónus Peruſinus extruendum curauit. locus S. Catherinæ anno 1502. publicis facultatibus conſtructus primo ſub obedientia Clarenorum. Conuentus Annunciationis B. Virginis Meuaniæ ab Vniuerſitate cum aſſenſu Innocentij VIII. Pont. Max. ſitus erat Monachorum Benedictinorum: extructus an. 1487. locus Annunciationis B. Mariæ in deſerto Cęſienſi, vbi eſt mons aſperrimus contemplationi maximè idoneus, vbi Sanctus Franciſcus aliquando habitauit humili caſula ex arbuſtorum ramis contexta, contra rigorem aeris, & frigoris inclemētiam: ibi habitauit Paulutius Fulginas cum Fratribus quaſi cum tironibus educandis, religioſeque inſtituendis. conſtructus eſt locus anno 1355. ibi eſt ſpecus, quam ſibi ad orationem prælegit B. Franciſcus; & bina oratoria, alterum B. Franciſci Papienſis. in eccleſia eſt quędam imago B. Virginis, chorda B. Bernardini de Senis: aſſeruatur baculus inſuper, & pileolus B. Iacobi de Marchia. locus Montis Franci captus a B. Bernardino, vbi petiit a quadā muliercula buccellam panis, vt fami ſatisfaceret, illa verò accurrens ad arcam, quam vacuā reliquerat, pane repletā inuenit: inuulgato miraculo oppidani ad Bernardinū accurrunt, illisq; habuit concionē. in honorē autem eius locū iidem extruxerunt. locus S. Marię de Spineto ſub tit. S. Mariæ, Tudertinæ diœceſis, extructus anno 1498. à Monaldo de Monaldeſchis ciue Vrbeuetano extructus inqua ſumma liberalitate cum pari pietate coniuncta, ære paterno. Conuentus S. Angeli

de Pan-

de Pantanellis inter condenſas arbores ædificari cœpit anno 1216. à Beato Bernardino reformatus, & refectus fuit; eoque in loco aliquando habitauit Beatus Iacobus Tudertinus, qui & Iacoponus dictus, & carmina plurima ibi compoſuit. locus Sanctæ Mariæ de Ferneto datus Ordini Sancti Franciſci à Monachis Benedictinis, ibi iacet Beatus martyr Iuſtinus. locus ſancti Bartholomæi prope Cibotolam agri Peruſini ſub inuocatione ſancti Bartholomæi anno 1480. conſtructus. Sunt qui affirment Beatum Bonauenturam hunc locum inhabitaſſe. locus ſancti Angeli de Monte, quem conſtruxit Blandinus de Blandinis domeſticis, proprijsque facultatibus in honorem ſancti Angeli de Monte anno 1521. locus ſancti Antonij Pacciani, quem Bracius Balionus vnà cum vniuerſitate in honorem B Antonij de Padua dicarunt anno 1496. Conuentus Sanctæ Mariæ de Scarzola, quem Comites Marſciani Peruſinæ Diœceſis propriis ſumptibus conſtruxerunt. ibi quandoque habitauit Beatus Franciſcus, & ruinam minantem Paulucius Fulginas reſtituit. locus Sancti Franciſci de Specu prope Caſtellum ſancti Vrbani Narnienſis Comitatus in aſperrimo monte, vbi Pater Franciſcus commoratus eſt, & ſemel graui infirmitate conflictatus cupiuit aliquid oblectamenti ad excitandum in Deum animum, quare Angelus lyram plectro ſuauiſſime pulſans, quod eremus denegabat, illi ex tempore præſtitit. ibique aliquantulum vini affectans ad vires corroborandas, nec omnino adeſſet, ſigno Crucis aquam in vinum optimum conuertit. ibi quoque habitauit Beatus Antonius de Padua, & Beatus Bernardinus Senenſis, ibi Beatus Petrus Arietenſis diem clauſit vltimum anno 1464. locus ſancti Antonij prope Piſcinianum inter condenſas arbores à Ioanne de Monte Falabio Spoletano Epiſcopo ſub inuocatione B. Antonij de Padua ab Vniuerſitate anno 1360.

PROVINCIA ROMANA.

CONVENTVS Sanctę Mariæ ad Aram Cœli, de quo ſuperius diximus. Conuentus Sancti Franciſci Transtyberim, vbi parua erat Eccleſia in honorem Sancti Blaſij, & domus hoſpitatoria ad pauperes, peregrinosque excipiendos, quorum dominium, atque proprietas penes Benedictinos Patres. Conuentus Sanctorum Coſmi, & Damiani inquilinus erat. Hæc autē Benedictina Religio de familia noſtra Franciſcana benemerita eſt cui multa monaſteria contulit præter locum S. Mariæ de Angelis, vbi ſacer Ordo initium cœpit, & augmentum. ſanè hunc locum anno 1229. conſtruxerunt illuſtriſſimi Amuillaræ Comites ſub inuocatione Sancti Franciſci, vt produnt eorum arma in parietibus Eccleſiæ inciſa. locus Sancti Petri de Monte Aureo, qui Ianiculus dicitur a Iano, vt dicunt, amœnitate, & aeris ſalubritate laudandus, cuius eccleſia eleganter exornata eſt, de quo etiam ſuperius præfati ſumus. locus Viterbi ſub titulo Sanctæ Mariæ de Paradiſo à Ioanne Florentino Cardinale anno 1439. locus Vrbeuetanus ſub titulo Sanctiſſimę Trinitatis an. 1445. locus Sanctæ Mariæ Maioris Tyburis, vbi habitabant quædam Moniales Benedictinæ. locus ſancti Laurentij Velitrarum an. 1460. locus S. Antonij Montis Reatis à Sixto Quarto. locus Sancti Franciſci Præneſtis. Hunc locum Fraticelli de fide Catholica malè ſentientes habitarunt per aliquot annos, quibus pulſis à Martino Quinto conceſſus eſt Fratribus de Familia, ab oppidanisq; conſtructus. locus S. Franc. Choræ à Clemente Septimo publicis prouentibus. locus ſancti Martini Verularum à Benedictinis Monialibus ad nos translatus eſt opera Ioannis Capiſtrani. Conuentus Sancti Franciſci Sermoneti. locus Sancti Franciſci Sublaci. locus ſancti Franciſci Ciuitellæ anno 1438. locus Sancti Angeli Vallis Montonæ à montibus, quibus circundatur, ſic dictus. Habita Apoſtolica auctoritate à Patribus Benedictinis ad noſtros transfertur. locus Palaccioli ſub titulo S. Marię non longè a Tuſculo olim Latij inſigni vrbe. locus S. Franciſci Palumbariæ, eccleſiam conſecrauit Ioannes Bithontinus Epiſcopus ex Ordine Minorum aſſumptus. locus S. Pauli Podij Donadei ex antiquiſſimo oppido. locus S. Iacobi Podij Buſconis, vbi Seraphicus Pater conuerſatus eſt. locus Sanctæ Mariæ de Prato Campaniani ab Vrbe Roma parum diſtans, vbi ſitus eſt Beatus Stephanus profeſſione laicus, locus ſanctæ Mariæ Morlupi, quem conſtruxit Aldobrandinus Vrſinus eiuſdem oppidi Princeps anno 1500. propriis ſumptibus, Apoſtolica auctoritate. locus ſanctæ Mariæ de Lilijs Manlianæ prope Manlianam Tuſcorum vrbem. locus Sancti Bernardini Ortarum anno 1463. die xxij. Maij. locus Sancti Franciſci Corythi anno 1510. à deuoto Senatu in vrbe Crogneti, vel Corneti. locus Sancti Franciſci Canini,

ſiue potius Tuſſaninum habuit auctorem. locus Inſulæ Biſentinæ ad Lacum Volſinium. locus Sancti Franciſci Pitiliani, quem ex beneuolentia Ludouicus Vrſinus, & Iulia erexerũt. locus Sancti Petri Scanſani, anno 1560. locus Caprarolæ ſub titulo Sanctæ Mariæ de Conſolatione. locus ſancti Antonij Ciſternæ ſub titulo ſancti Antonij Abbatis. locus Sanctæ Mariæ Foreſtæ. locus ſancti Silueſtri Montis Soractis, qui apud veteres Apollini olim ſacratus fuit, nunc ſancto Silueſtro, quòd ibi olim tempore Conſtantini Imperatoris cauſa perſecutionis latuerit. locus ſancti Liberati apud ſanctum Angelum. locus Sanctę Mariæ de Gratijs Scaudiliæ, vbi olim eremitorium quoddam fuit ſub titulo Sanctiſ. Trinitatis, vbi Amadæus, quem ſuperius memorauimus, aliquod tempus commoratus eſt. locus Sancti Franciſci fontis Columbæ in ipſa Valle Reatina, locus celebris, vbi dictante Spiritu ſancto Minorum Regulam idem B. Pater conſcripſit, fuit conſecrata eccleſia 1450. locus Sancti Franciſci Grecij de quo ſuprà facta mentio. locus Sancti Franciſci Roche Antimi. locus Sancti Franciſci Nazani ſub titulo Sancti Franc. medio in nemore, quem conſtruxiſſe ferunt Beatum Antonium de Padua. locus ſancti Silueſtri in campo. locus ſancti Bernardini, & ſociorum. locus S. Crucis ſiue montis Cithori.

PROVINCIA MARCHIAE.

LOCVS Sãcti Frãciſci Anconæ ſub Honorio Tertio 1220. locus Annunciationis Beatæ Mariæ Aſcoli. locus Sancti Sabini. locus ſancti Georgij non longe anno 1568. fuit enim ſub obedientia Clarenorum. locus Sanctæ Mariæ Gratiarum Montis Prandoui. locus Sancti Franciſci offidę, à Venerabili vniuerſitate. ibi habitabant primo Moniales deinde Fratres habitare cæperunt accedente conſenſu ſanctiſſimi Domini Papæ Leonis X. anno 1515.

Locus Sanctæ Mariæ Ripę Tranſonũ ſiue Cupramontanę, erat Xenodochium accipiendis pauperibus & peregrinis expoſitum, anno 1495. datus Fratribus ab Alexan. VI. locus Annunciationis Beatæ Mariæ Firmi acceptus à Beato Iacobo de Marchia ab vniuerſitate collatis ad hoc mille aureis ex publico ęrario, anno 1450. Antonius Lucenſis Firmanus & ſindicus ad operis conſummationem totidem nũmos aureos reliquit ex teſtamento. locus Sanctę Marię de Ieſu apud ſanctum Lupidium nil certi ſeniorum traditione, vel ex ſciptu-ris habetur. locus Sanctæ Mariæ de Monte ciuitatis nouę nil habet memoria dignum, quod ad poſteros tranſmittatur. locus ſancti Antonii Montis ſancti ſub Thoma de Auximo Vicario prouincię ab Vniuerſitate conſtructus ſub inuocatione Sancti Antonij in octaua eiuſdem ſancti anno 1500. locus Sancti Franciſci Siroli, qui maritimis fluctibus Anconitani maris alluitur, tempore ſancti Franciſci captus, cuius manibus plantata arbor, quæ adhuc virentibus foliis viſitur, ab incolis paſſim nuncupatur arbor ſancti Franciſci. obiit eo in loco Frater Petrus de Monticulo, quod demonſtrat epitaphium, in quo leguntur iſta verba; Hic iacet B. Petrus de Monticulo. locus Annunciationis Auximi ab Vniuerſitate ob ſingularem deuotionem in Beatum Iacobum de Marchia, anno 1439. locus Sanctæ Marię de Varano Recanati, quem conſtruxit Nicolaus de Actis ex Foroliuio oriundus Recanatenſis Epiſcopus ſuis ſumptibus. Guardianus huius loci tenebat vnam ex tribus clauibus Gazophilacij ſacratiſſimę domus Lauretanę ex pio inſtituto Clementis VII. locus Muriuallis vel Mordiuallis. noſtro tempore ſub Pio IIII. Pont. incenſo neſcio quo euentu templo, inuentum eſt ſacramentum integrum atq; illęſum ſub altari, de qua re pontifex certior factus plenariam illi eccleſię conceſſit indulgentiam. Floruit eo in loco frater Ioannes Minius dictus de Muro Card. in eodem loco ſitus eſt F. Maſſæus ſocius B. Franc. locus Puritatis apud S. Iuſtũ primo Clarenorũ. locus Dominę noſtrę Montis Vlmi, an. 1510. ſub Iulio II. ab vniuerſitate & priuatis eleemoſynis cõſtructus. locus S. Colũbę Moliani ſub Paulo III. publico ære. locus S. Liberati apud S. Liberatũ primo Clarenorũ locus S. Mariæ Magdalenę de Specu. locus Colſani, quẽ fundauit S. Pater: extat adhuc fons ab eo foſſus in amęna ſylua, quę hunc locũ amęniſſimum reddit. locus S. Marię, Ceſſoleni à Ceſſolone fluuio, cuius ſtructura modica, alias ſub Clarenis. locus Sanctę Marię de Gratijs S. Seuerini, an. 1434. locus S. Franc. Camerini erat primo locus eorundem, vbi nunc munitio eſt. locus experimenti ab vniuerſitate. locus Matelicę, quem cõſtruxit B. Fran. vt fama eſt. Cuius rei nec certa indicia

nec

nec ſcriptura aliqua fidem aſtruunt; anno 1518. datus Fratribus de Familia. locus ſanctí Ioannis prope Matelicam prius Clarenorum. locus Vallis ſaxeæ Fabriani ad radices montis Apennini à ſaxorum multitudine ſic dictus, qua vicinus mons ſcater, vel à Saxo fundatore: vbi prius Benedictinæ Moniales annos tercentum habitauerant. Fuerat locus hic Munitio. Hoc in loco habitarunt D. Bernardinus de Senis, Iacobus Picens, Ioannes Capiſtranus, Marcus à Sancta Maria in Gallo. locus Annunciationis Beatæ Virginis Fabriani anno 1488. cùm eſſet Monialium Beati Romoaldi. locus Sancti Maſſatij, vbi prius habitarunt Fraticelli, quorum maledicta ſecta tempore Ioannis XXII. Pontificis pullulabat. locus ſub forma ſacelli, qui erat Camaldulenſium, datus fuit Iacobo de Marchia ex eleemoſynis publicis, priuatisq́;. locus ſaucti Iacobi Cinguli ſub Eugenio Quarto anno 1446. tempore Fratris Iacobi de Marchia, quem locum prius incolebant Moniales ſanctæ Catheriuæ. locus ſanctæ Mariæ de Valcenegia anno 1450. ære publico. locus ſanctæ Crucis Maceratæ amœnus, atque ſaluberrimus ſub Iulio Sccundo & Paulo Tertio nomen accepit a ſanctiſſima Cruce, nam ibi eſt particula ſanctæ Crucis, quam (vt ferunt) detulit Frater Baptiſta Frontonus. locus Sancti Franciſci Forani in media ſylua ſitus, vbi aliquando habitauit Beatus Conradus Offidanus, & ibi pucrum Ieſum de glorioſiſſimæ Virginis manibus per iactum lapidis ab eccleſia amotus accipere meruit: In cuius rei memoriam conſtructa eſt ædicula anno 1443. Dicunt hunc locum conſtruxiſſe Beatum Franciſcum. locus ſanctæ Mariæ de populo montis Bodij primo Clarenorum tempore Leonis X. datus fuit Fratribus de Familia anno 1516. locus ſanctæ Marię de Gratijs Senogalliæ captus hac occaſione: nam Ioannes à Ruuere Sixti Quarti Summi Pontificis nepos, Romę Senogallięq́; Præfectus, Dux Soræ, & Franciſci Mariæ Vrbinatum Ducis pater, cùm ipſe filios ſuſcipere non poſſet ex vxore ſterili, Deo ſe voto obſtrinxit ſi optatam prolem obtineret, Minoribus conſtructurum eſſe locum: qua obtenta, votiq́ue compos effectus in media ſylua non longe ab vrbe Senogalliæ anno 1491. ædem ſub inuocatione genitricis Mariæ de Gratijs conſtruxit, ibiq́ue cum habitu Franciſcano ſepeliri voluit. locus Sancti Franciſci Corinalti tempore Pij Quinti datus Fratribus de familia; locus eſt ſatis amœnus, & capax. locus ſanctæ Mariæ miſericordiæ ex voto Mariotti Saiani illuſtris viri, cùm ipſe prole careret anno 1523. locus ſanctæ Mariæ Nouæ Fani, qui prius attinebat ad Camaldulenſes Patres Anconitanos, datusq́ue Fratribus ſeruato interim ſibi paſtorali iure. locus Sancti Ioannis Baptiſtæ Piſauri anno 1537. ſub Paulo Tertio intra mœnia conſtructus eſt locus publicis ſumptibus ope ſubſidiaria Guidi Vbaldi illuſtriſſimi Ducis. locus Scotaneti Montis Barocij ſub titulo Sanctæ Mariæ à Beato Franciſco, vt fertur, vel ſaltem ab eius ſocio. ibi conditus eſt Frater Sanctes profeſſione laicus, qui viuens, & mortuus miraculis clarus. locus Foriſempronij ſub titulo Annunciationis, non longe à Metauro amne conſtructus anno 1472. locus ſancti Georgij Pontis Robij, quem gratijs cumularunt illuſtres Comites Montis veteris. locus ſancti Martini Rochæ contratæ ſub Paulo Tertio. obijt Frater Pacificus ex Roea contrata non ſine aliqua opinione ſanctitatis. locus ſanctę Mariæ de Pace Sentini ſiue Saxiferrati; ſub Iulio Secundo Cherubina Alberia Sentinenſis proprijs ſumptibus eccleſiam conſtruxit: plura quoque addidit Bernardina de Humanis ad conſummationem, abſolutionemq́ue operis. locus ſancti Bernardini Vrbini, quem extruxerunt Guido Antonius Feltrius Comes, & Anna eius ſoror anno 1425. Abſoluit Guido Antonius alterius Guidi Antonij filius primus Dux Vrbinatum. locus ſancti Ioannis Baptiſtæ Caſtri Durantis in media ſylua amœnus ſub titulo Sancti Ioannis Baptiſtæ, ſumma liberalitate illuſtris familiæ Brancaleonis. locus ſanctæ Mariæ de Angelis ſub Iulio Secundo anno 1511. à Fratre Thoma ab Auximo Miniſtro Prouinciæ. locus Sancti Franciſci Montis Florentini, quem volunt Beatum Franciſcum conſtruxiſſe: conſtat locum eſſe antiquum ex Bulla Innocentij Quarti anno 1248. locus Sanctæ Mariæ de Oliua Maciani non longe à Marida fluuio anno 1553. ſub Iulio Tertio. locus Sanctæ Mariæ Nouæ Anconæ ſub Eugenio Quarto anno 1443. cùm prius eſſet Monialium Benedictinarum. locus Sanctæ Margaritæ Arpini anno 1390. locus Sancti Franciſci Cupramontanæ ſub Leone Decimo.

obitum B. Bartholi de Sancto Geminiano hunc locum elegit anno 1499. locus Natiuitatis Sanctæ Mariæ Groſſeti anno 1482. locus Aſſumptionis Beatæ Mariæ prope Empolim Hetruriæ oppidum in Arni crepidine ſitum anno 1482. non ſine expenſis Adimarorum Florentinorum ciuium, vt produnt eorum inſignia ad fores eccleſiæ. locus ſancti Michaelis prope Feſulas a Fratre Franciſco Aretino anno 1483. locus Sanctæ Mariæ de Gratiis prope Petram ſanctam à nobili Rubeorum familia oppidi Petræ ſanctæ. locus Sancti Franciſci Villæfrancæ ab illuſtriſſimis Marchionibus de Malaſpina vt creditur. locus ſancti Coſmæ & Damiani Aximæ, vbi prius habitabant moniales, ſed cuius ordinis fuerint, ignoratur, ſub Leone X. datus Fratribus. locus ſanctæ Mariæ à Sancto Romano iuxta Montopolim Hetruriæ oppidum anno 1518. locus Sanctæ Mariæ a Cerbaiolo dicebarur Eremitorium Sancti Pauli, vbi Beatus Franciſcus, & Beatus Antonius de Padua aliquando commorati ſunt. locus montis Celonici anno 1523. locus Sancti Franciſci extra pontem Aſſeuæ anno 1519. locus Sanctæ Mariæ pulchri aſpectus anno 1487. ab vniuerſitate Ceconenſi datus F. Petro Paulo Senenſi cognomento Barbarubea prouinciæ Tuſciæ Vicario: erat prius eremitorium vbi Tertiarij habitabant. locus ſancti Franciſci Burgi Lucenſis anno 1523. locus ſancti Saluatoris Ilbenſis Inſulæ tempore Coſmi Medicis magni Hetruriæ Ducis, cum portum Ferrarium apud Ilbam Tirrheni maris inſulam conſtruxiſſet ad Turcarum, & Piratarum violentiam edomandam cohibendamque, ne ſacrificia diuina illis deeſſent, voluit ibidem extare conuentum Minorum. locus S. Petri in Balneo 1523. locus ſanctæ Crucis Anglari Hetruriæ oppidi à Zenobio Anglarienſi intra mœnia oppidi Anglari anno 1449. conſtructus eſt.

DE PROVINCIA BONONIAE.

LOCVS Ferrariæ anno 1391. in circo empto ab illuſtriſſimo Comite Alexandro de Sagrato ſumptu Alphonſi Ducis ſub titulo ſancti Spiritus. locus ſanctæ Mariæ Gratiarum Arimini anno 1391. in colle cui nomen Scolca eſt. locus ſancti Hieronymi Foriliuij ſub Martino Quinto, tempore Fratris Iacobi de Primaticiis anno 1421. locus conſtructus eſt ex publicis, priuatiſq; eleemoſynis, præſertim Franciſcæ Ordelafię, atque Pini Foroliuienſi ciue; iacet eo in loco Frater Iacobus Vagarellus Patauinus, qui obiit anno 1517. vitæ probitate, & doctrina inſignis; nam Summam Angelicam doctiſſimis quibuſdam additionibus colluſtrauit. locus Annunciationis Beatæ Mariæ Parmæ, tempore Pauli Tertij, & tempore Pij Quinti nouus cœpit extrui locus maxima ope Octauij Farneſij Parmenſium Ducis. locus ſancti Angeli Cremonæ ſub Eugenio Quarto. locus ſancti Spiritus Regij Lepidi ſub Eugenio Quarto. locus ſancti Hieronymi Fauentię ſub Eugenio Quarto, ſed ope, & præſidio Guidacci Aſtorgij, & Ioannis Galeatij fratrum. locus Annunciationis Beatę Marię Ceſenæ ſub iure Abbatis Benedictini ſub Eugenio Quarto, confirmatus à Pio Secundo. locus ſancti Nicolai Carpi ſub Nicolao Quinto cum aſſenſu, & eleemoſynis Alberti Pij, & Galeatij Pij fratrum. locus ſancti Bernardini de Burgo nouo, quem beneuolentia, & affectu quodam in Franciſcanam familiam Lazarus Arcedius Valtidonenſis Comes conſtruxit ſub titulo ſancti Bernardini anno 1456. floruerunt hoc in loco præſtantiſſimi quidam Patres, vt Pater de Valle Franciſci Licheti imitator, Frater Aloyſius Puteus, Frater Archangelus Puteus cognomento Pannoſus habuit Fratrem Georgium Venetum diſcipulum. locus ſanctę Marię montis Olíueti Caſtri Arquati Inſubrum oppidi, erat locus Monialium Ciſtercienſium ſub titulo Diui Dionyſij, ſub Nicolao Quinto Pontifice Maximo, poſtea datus Fratribus Minoritanis ad deuotam petitionem Catherinę Sfortię Sanctę Florę nobilis Comitiſſę à Gregorio Tertiodecimo. locus ſancti Franciſci Plebis in margine Rheni fluminis conſtructus anno 1452. ex eleemoſynis Antonię de Bonellis.

F. Iacobus Vagarellus.

Qui floruerunt.

Locus huius fuit car. 296, b, poſt exemplum literarum.

MARTYRIVM ALIQVOT MINORVM apud Indos.

EX noſtratibus itaque Fratribus, qui longinquos barbaroſque populos cauſa religionis petierunt, quotumquemque credimus incolumem ſaluumque rediiſſe? Iam audiuimus in priori libro à Religionis vſque primordio didiciſſe, morte contempta, ſanguinem pro fide vitamque fundere: idque feciſſe eos operæpretium eſt cognoſcere, non eo quòd forte fortuna ipſos ignaros occupauerit, oppreſſeritque vis aliqua improuiſa & inopina malorum hominum ac tyrannorum, vt ſubterfugere euitareque paratum nequiuerint caſum, ſed quia vltrò diſcrimina adierint, conſultò appetierint per violentam mortem tantum decus & præmium, ſuiq; proprij ſanguinis ob nomen Chriſti, eiuſq; fidei ampliationem fuerint voluntariè prodigi, nedum liberales. Nec tamen omnium, qui apud infideles pro religione occiſi ſunt, notitiã percipere poſſibile fuit: quorum certè quidem, vel nomine ſacri Martyrij, memoriam retineri, celebrarique ſcriptis maximè expediebat. Fuiſſent enim religioni ſuæ ornamento non mediocri, omnibus præterea fidelibus magnum exhibuiſſent exemplum, teſtimoniumque conſtantiæ in fide Chriſti, atque æmulationis incitamentum adiecisſent. Ergo aliquorum hic etiam recordari decebit, quos apud Indos fidei ſtudio martyrium conſequutos fuiſſe percepimus: decebit ſimiliter æquæ memoriæ deinde commendare eos, qui noſtris iniquis temporibus apud hæreticos dira paſſi ſunt: quorum ſingulorum nomina memorare tum ſuperfluum videtur, tum longioris operis labor eſſet. ſæuitum enim eſt in omnibus hæreticorum præſentis memoriæ locis non ſolum in religioſos, vt exponemus, ſed quandoque etiam in ſeculares omnes, qui Romanæ Eccleſiæ veritatem ſectari dicti fuiſſent. Illis enim ita aſſertores fidei Romanæ ſunt inuiſi atque exoſi, vt ijs minimè tutum ſit inter illorum dolos, inſidias, & odia, in locis illis commorari. Itaque inter Indos quidem

Martyres apud Indos Oriẽtales. Orientales Frater Antonius laicus profeſſus, vir ſummæ conſtantiæ in Chaulica obſidione Gentilium impiorum gladio occubuit, Frater Ioannes Clericus a Malauaribus ob fidei confeſſionem in mari occiditur, a quibus etiam Frater Sixtus ſacerdos morti adiudicatus: quibus adiuncti ſunt Frater Melchior Vlyſſiponenſis Cuſtodiæ Sancti Thomæ Cuſtos Iaphanapatani Barbarorum ſagittis confoſſus: Frater Franciſcus Sacerdos Caphroris à Gentilibus occiſus: Frater Stephanus Sacerdos Cochimum petens a Malauaribus prædictis oppreſſus; Frater Martinus Guardienſis capite truncatus.

Apud Indos Occidentales. Apud Indos quoque Occidentales Frater Petrus Burgenſis poſt exantlatos, & perpeſſos labores, ab Indis Chichimecis crudeliter tortus: Frater Franciſcus Donzelus Guardianus: Frater Ioannes Calerus, Frater Auguſtinus laicus profeſſus, Frater Bernardus Coſin Gallus a Chichimecis illuſtri martyrio coronatus, Frater Ioannes a Sancta Maria Catalanus, & Frater Ioannes à Tapia occiſus ab Indis Guachichellis. Iſti itaque ac plures alij procul a ſuis, nullo alio quàm cœleſti præſidio freti, inter feras quodammodo magis quàm homines diuino auſu progreſſi, tormenta mortiſque cruciatum religionis zelo ſuſtinuerunt, dum non ſua commoda inquirunt, ſed in vinea Domini laborant, ſuoſque perſequutores ac interfectores in ea pro ſalute animarum illorum conantur inſerere. Fuerunt autem alij quoque Fratres ſuccenſi amore propagandæ Religionis, vt animaduerti per totam noſtram hiſtoriam poteſt, qui licet inter pericula non adfuerint, habuerunt tamen non ſegne deſiderium per glorioſum martyrium oppetendæ mortis. Fuerunt profectò tales viri celſi animi, & humana prorſus deſpicientis, & altiſſimi Dei veri cultores, fideleſque ſerui, qui pro eius gloria

— corpora ferro

Virgilius. *Obiectant, pulchramq; petunt per vulnera mortem.*

Harum

Harum litterarum locus erat in xv. Capitulo Lugdunenſi car. 239.

ANNO MCCLXXIIII.

TEMPORE F. IORDANIS SAXONIS,
vel (vt alijs viſum eſt)

F. HVMBERTI, BVRGVNDI EX VICO DE ROMANIS GENERALIS MINISTRI ORDINIS PRAEDICATORVM,

ET MAGISTRI BONAVENTVRÆ ORDINIS MINORVM GENERALIS,

Admonentur Prædicatores, & Minores à ſuis Generalibus communibus iiſdemq; litteris, vt pari voto & vnanimi conſpiratione ſe exerceant in concordia Eccleſiæ, quæ per veram prædicationem, & probatæ vitæ exempla donis ſpiritualibus ditatur, & augetur.

CHARISSIMIS & dilectis in Chriſto IESV Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus per vniuerſum orbem diffuſis: Frater Bonauentura Fidanza eorundem Minorum Generalis Miniſter, & Frater Humbertus eorundem Fratrum Prædicatorum vniuerſis ſalutem, in ſancta vocatione dignè, & laudabiliter ambulare. Saluator ſeculi, qui amat omnes, & neminem vult perire; poſt primam humani generis ruinam ad eandem reparandam multimoda remedia per miniſtros varios generationibus ſingulis adhibens inceſſanter; nouiſſimè diebus iſtis in fine ſeculorum duos noſtros Ordines in miniſterium ſalutis, prout indubitanter creditur, ſuſcitauit vocans ad eos viros non paucos, & ditans eos donis cœleſtibus: per quæ non ſolum ſuam, ſed & aliorum efficaciter poſſent operari ſalutem verbo pariter, & exemplo. Hi ſunt (vt ad gloriam Dei loquamur non noſtram) duo magna luminaria: quæ lumine cœleſti ſedentes in tenebris, & vmbra mortis vbique terrarum illuminant, & miniſtrant. Hi ſunt duæ tubæ veri Moyſi Chriſti Dei noſtri: quorum miniſterio multitudinem populorum iam ad ſuum principium conuocauit. Hi ſunt duo Cherubin pleni ſcientia mutuò ſe reſpicientes, dum idem ſentiunt, & alas ſuas extendentes ad populum, dum ipſum verbis, & exemplis protegunt, & diſcurrunt ſecundum obedientiæ volatum ſuper omnem populum diſſeminare ſcientiam ſalutarem. Hi ſunt vbera Sponſæ, ex quibus paruuli in Chriſto lac ſugunt, quo nutriantur, & augmenta recipiant in ſalutem. Hi ſunt duo filij oliuæ ſplendoris, qui adſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ; prompti ad eius imperium, quocunque voluntas eius eos duxerit, ſuam legationem implere. Hi ſunt duo teſtes Chriſti, qui ſacris amicti iam prædicant, & teſtimonium perhibent veritati. Hi ſunt illæ duæ ſtellæ lucidæ, quæ ſecundum Sibyllinum vaticinium habent ſpecies quatuor animalium; in diebus nouiſſimis nomine agni vociferantes in directionem humilitatis, & voluntariæ paupertatis. Quid plura? Quis enim enumerare plenè valeat ſacros binarios, qui his ſacris Ordinibus poterunt coaptari: dum dignè quæ ad ſuam creationem pertinent, exequantur? Non caret autem ratione binarij huius productio, ſi quis excutiat diligenter. Noluit ſi quidem illa ſapientia, quæ prudenter in certo numero cuncta fecit vnicum ordinem producere: ſed duos ſimul, vt emolumentum ex ſocietate mutua tam ipſis, quàm alijs proueniat. Ipſis quidem, dum in calore ſancto ſeſe mutuo confouerent; dum contra inſurgentes ſe alterutrum adiuuarent; dum ſancta æmulatione ad meliora ſe inuicem prouocarent. Aliis verò quorum ſaluti daturi erant operam, dum virtus duplicata reperitur magis efficax in opere ſalutari: dum quod vni deeſſet ex ſui perfectione, abundanter reperiretur in altero: dum teſtimonium quod perhibituri erant veritati,

B. Dominicus & B. Franciſcus ſunt duo luminaria ſpiritualis firmamenti Eccleſiæ.

Præconia Sanctorum Dominici & Franciſci.

Pia exhortatio.

veritati, ex ore duorum tanquam verius, & credibilius redderetur. Penſate dilectiſſimi: pẽſate quãtũ debet inter nos dilectionis ſinceritas abundare; quos eodẽ tẽpore genuit mater Eccleſia: quos ad id opus ſalutem ſanctarum animarum communiter operãdo æterna charitas ordinauit: quos profeſſiones in modico differentes ſic aſſimilant, tanquam fratres nos intime diligamus. Deniq; quomodo veri diſcipuli cognoſcemur, niſi dilectionẽ habuerimus ad inuicem euidenter? Quomodo charitatem illam mutuam, quæ ante omnia ab omnibus eſt habenda, prædicationibus noſtris aliorum cordibus inſeremus, ſi læſa, vel deuiãs reperiatur in nobis? Qũo ſtabimus cõtra tot ꝑſecutiones imminẽtes, ſi inter nos perturbatione aliqua diuidamur? O quantum exemplum mutuæ charitatis, & pacis requirunt

B. Franc. & B. Dominicus alternis delatis honorib. ſe mutuò proſequebantur.

à nobis patres noſtri B. FRANC. & B. DOMINICVS, cæterique fratres noſtri primitiui: qui ſic in vita ſua ſe tenerè dilexerunt, tamque ſinceræ charitatis indicia oſtenderunt, videndo ſe ſicut angeli Dei, ſuſpiciendo ſe inuicem ſicut Chriſtum: honore inuicem præueniendo, in profectu mutuo congaudendo, altis ſe præconijs extollendo: vtilitates mutuas promouendo, fideliter à ſcandalis, & turbationibus alterutris cauẽdo cum ſumma diligentia. Et (quod antiquus vidit, & inuidit hoſtis) quanta efficacia populi, quanta vtilitas noſtra: quãta materia glorificandi Deum ex ſupradictæ charitatis glutino ſequebatur. Vidit hæc proculdubio, & inuidit leo iratus, & conatur charitatem antiquam ſuis machinationibus perturbare. Cauete benedicti Domini: cauete ne quando glorietur, & dicat. Præualui aduerſus eos, quia recedẽtes à patrum veſtigijs iam ſecundum aſſuetam non ambulãt charitatem. Inueniat nos ille nequam viros virtutum, ſibi vtiliter reſiſtentes in defendendo precioſiſſimam ſubſtantiam prædictæ charitatis relictam à patribus, & omni cuſtodia obſeruãdam. Quod vt fiat implorãdum eſt adiutorium Altiſſimi, quòd nunquàm nos deſerat contra hoſtem, & cauendum ab omnibus diligenter, quæ turbare poſſent illam, quã adinuicem habemus, charitatem. Proinde cauendum eſt, ne veſtrum aliqui propriam adeò ſe-

Diſtinctè monẽt quæ obſeruanda ſint pro communi ſocietate et beneuolẽtia tuẽda.

quantur commoditatem, quòd cum graui turbatione aliorum loca nimis notabiliter eis vicina recipiant. ſed potius ſecundum legem amicitiæ damnum proprium propter amicũ diligant in hoc caſu: Et rurſus cauendum, ne propter iniquitatem aliorum, alij ſic ſe abominentur, quòd hoſtilitas inter nos non fraternitas videatur. Cauendum iterum ne conceptũ tranſeundi ad alterum noſtrorum ordinum, quem aliquis inuenerit in aliquo, debilitet, vel extinguat zelo ipſum attrahendi ad ſuum ordinem, ſed potius inceptum propoſitum foueat, & confirmet. Item ne familiares, & benefactores alterius ordinis aliquis à ſua deuotione audeat auertere, & ad ordinẽ ſuũ conuertere, vt ad alterum ordinẽ deriuetur fructus

Ne alter alteri loca & domos ſurripiat.

deuotionis huiuſmodi, qui alij proueniret. Item ne loca, quæ aliqui pro domibus cõſtruendis accipere proponunt, præſentientes hoc alii cautè ſurripiant alios excludendo. Item ne eleemoſynas, quas deuotio fidelium aliquibus ſacere proponit, alij impediant, vt ipſi habeãt, ſed potius cũ interſũt teſtamẽtis, aut alijs negotijs, bona fide ſint memores aliorũ, pias ſubuentiones alijs fieri procurando. Item ne alij ſermones impediant aliorum, vel auditores ſubtrahant, aut ipſos ſermones ſibi ſurripiant alternatim. Quæ enim eſſet charitas ſub-

Ne inter ſe ſint diſſidia ſed amor & mutua beneuolentia.

trahere perſonas? ſubtrahere animos? ſubtrahere loca? ſubtrahere ſermonem? quum ſecundum charitatis regulam non quæ ſunt noſtra, ſed quę ſunt alterius (ſuadente Apoſtolo) quærere debeamus. Cauendum etiam ne quis veſtrum ſic ſanctos ſuos, ſic ſtatum ſuum imprudenter extollat, quod in aliorum depreſſionem laus talis fieri videatur. Itẽ ne quis obloquatur de alijs non ſolum in publico coram multis, ſed ne clanculo coram extraneis, nec inter fratres proprios in ſecreto. Item ne ſi ſiniſtrum aliquid alii ſciuerint, aliis denudent, vbi nulla eſt vtilitas nec fructus, ſed potius ſic culpabiles charitatiuè corripiant, vel oſtendant correptoribus eorundem. Quis enim neſciat quantum per huiuſmodi depreſſiones,

Fraterna charitas multũ læditur criminationibus.

oblocutiones, criminationes lædatur charitas, immò procul pellatur ab omni genere amicorum? Cauẽdum inſuper ne quis mala ſibi relata de alijs, facta, vel dicta, vel iniuriam aliorum leuiter credat, vel huiuſmodi inter fratres ſuos referat, & referendo aggrauet, corda fratrum concitet, & ſic in eis charitatem concutiat, in quibus potius ſuerat confirmanda. Cauendum præterea, ne veſtrum aliqui, ſi læſi fortaſſe fuerit interdum ab aliis minus iuſtè

Pia & rationabilis cautela.

patientiæ quæ de charitate producitur, obliti ſic ſuam extendant impatientiam, quòd propter vnius, vel paucorum ſtultitiam contra alterius, ſiue aliorum fratrum innocẽtiam moueantur. Illud omnino cauẽdum ne fratres, qui in ſe abhorrent hęc, & ſimilia, in aliis diſſimulent, ſed potius ſi tale quid viderint in aliquo, zelo ſancto ſuccenſi, ſtatim fraterna correptione vtantur, vel per illos, quorum intereſt, corrigi faciant huiuſmodi delinquentes.

Illos

Illos autem, qui curam habent aliorum, ſuper omnes reprehenſibiles iudicamus, ſi in prædicta correptione fuerint negligentes. Obſecramus igitur fraternitatem veſtram per charitatem, qui Deus eſt, vt ab huiuſmodi, & ſimilibus offendiculis ſolicitè præcauētes ſectemini diligenter quæcunque valere poſſunt ad pacem noſtram, & mutuam in Domino charitatem, & indiſſolubilem vnitatem: ſcientes quòd vterque noſtrum pleno corde vult, & deſiderat plenè hoc à ſuis ſubditis obſeruari fideliter, & tranſgreſſores, tanquam inimicos vnitatis, & pacis à ſuis correptoribus corrigi diligenter, & dignè, ſecundū ſuorum exigentiam meritorum. Et proponimus contra correptionem huiuſmodi opportuno tempore non inueniri deſides, vel remiſſi, ſed inuigilare cum zelo non modico, & feruore. Hæc autem vobis ſcripſimus, vt exhortationis paternæ debitum, quod ore nō poſſumus, ſaltem ſcripto vobis omnibus redderemus, & incitaremus corda veſtra, de quorum bona voluntate plenam habemus fiduciam, ad id, quod ordinibus nobis commiſſis perutile reputauimus ſuper materiam ſupradictam, & in extremi iudicij examine, cùm de vobis nos oportebit reddere rationem, noſtras poſſimus animas liberare. Ne autem per ignorantiam, & obliuionem circa ſupradicta frater aliquis de prouincia, poſſit ſe aliquatenus excuſare, ego F. Humbertus Magiſter Ordinis Prædicatorum iniungo vobis priori prouinciali eiuſdem prouinciæ, quatenus circa iſta de confirmanda charitate inter nos, & chariſſimos fratres Minores, literas has, vel conſcriptum ſub ſigillo noſtro faciatis legi per omnes domos prouinciæ, vobis commiſſæ, & excluſis nouitijs, & Fratribus illiteratis exponi vulgariter, & in domibus ſingulis ad horum habendam memoriam retineri. Sciatis autem, quòd per ſingulas prouincias Ordinis noſtri ſimiles literas deſtinaui. Sed & venerabilis Pater Miniſter Generalis Minorum idem fieri per prouincias ſui Ordinis ordinauit.

Cauſæ exhortationis.

Præceptū ad prædictorum executionem.

308A

HISTORIARVM SERAPHICAE RELIGIONIS

Liber Tertius.

IN QVO VIRI, QVI DOCTRINIS CLARVERVNT, ET NOSTRA AETATE, ET MAIORVM NOSTRORVM TEMPORIBVS, ORDINE SERVATO MEMORANTVR.

CVM EXPRESSIS AD VIVVM multorum imaginibus.

A Fratre Petro Rodulphio Toſsinianenſi Conuentuali Franciſcano,

In florentiſſimo Magnæ Domus Venetiarum Gymnaſio Prælectore.



M D LXXXVI.

Scriptores Seraphicos, qui Ordini ſuo, & Chriſtianæ religioni amplitudinem acquiſierunt, imitandos eſſe.

EN mihi reſtant modò, qui Latinis
Litteris culti, ſapientiaque,
Poſteros ſcriptis voluere in æuum
Omne iuuare.
Splendidis horum ingenijs perinde
Fulget exemplo pare ſanctitatis,
Atque doctrinæ ſtudijs Minorum
Inclytus Ordo.
Splendidis horum ingenijs honores
Additi Chriſti fidei, ſuoſq;
Noſtra tutamen capit in rebelles.
Lex ſibi fidum.
Hic ſuę ponens igitur Minorum
Terminum laudi hos imitetur Ordo;
Hic mei voti ſimul & laboris
Terminus eſto.

PROOEMIVM.

TERTIVS hic Liber tandem vt finem huic Hiſtoriæ præfiniam, ordine alphabetico digeſtus comprehendit omnium Scriptorum, qui in Seraphico Ordine extra omnem ingenij aleam cæteris virtutibus præſtiterunt, nomina, cognomina, genus, dignitates, tempora, varietatem, ſtylum, atque eruditionem; quiq;

Phœbo digna locuti,
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes.

Quę ex varijs Bibliothecis non ſine magno labore & ſumptu collegi. Nam veteres bibliothecas perluſtraui, & multorum diplomata aut præſens inſpexi, aut certè abſens amicorum beneficio cognoui. Nulla enim res vel non planè ardua, quæ illuſtri patrocinio non indigeat. Scio tamen me non potuiſſe complecti omnes, neque eorum nomina, quæ ſi inueniri poſſent, multas occuparent paginas, cùm ad poſteritatis notitiam minimè ſint tranſmiſſa. Hoc tamen habeatur, multo plures extitiſſe, qui fortè ab alijs ſine multo negotio poterunt ab obliuionis iniuria vendicari. Innumeros enim Scriptores immortali memoria dignos vel hæreticorum rabies abſorbuit, vel temporum varietas detruncauit, ac mutilauit, vel ob Barbaricas incurſiones omnis fermè vetuſtatis librorum copia iamdiu deperdita eſt. Quare mihi venia danda, ſi quid fortè omiſſum videbitur, & labori huic meo adijcere debet quicunque alia ex ijs amplius explorata habuerit; Ego ad tanti Ordinis gloriam non inuidè feram me quemcunque reperiſſe conſortem; qui ſine aliqua priuata temeritate, aut ſpe humanæ gloriæ omnes meas cogitationes & ſtudia inſumens in Beati Patris noſtri FRANCISCI conſilijs contemplandis nullatenus permiſi antequàm illuſtrium virorum memoriam in tenebris conſeneſcere, atque in ipſa vetuſtatis corruptione exoleſcere; cùm nulla ſit (meo quidem iudicio) opportunior, aut rebus præſentibus aptior cognitio, quàm eorum nomina & inſignia adnotare, qui & vita moribus, & litterarum ſtudijs tam amplam gloriam, dignitatem, & claritatem inclyti huius Ordinis auxerunt, & validum illi firmamentum affixerunt. Quorundam inſuper icones, & veras imagines (quas tamen habere licuit) non omnium appoſui ad ipſum prototypon ſumma fide expreſſas, non ad inanis gloriæ fucum; ſed quia ad virtutem amplexandam plurimùm habent adiumenti quotidiana exempla, & vt ex tantorum ingeniorum dotibus quiſque habeat, qua ratione quibusq; artibus veram gloriam ſibi parare poſsit. Nam, vt quidam carmine cecinit.

Humanis oculis cerni virtutis imago
Si poſſet, miro illa ſui inflammaret amore
Pectora. Platonis ſentētia producta a Cic. in primo Offic.

Vnde innumerabiles ijdemq; eruditiſſimi & eloquentiſſimi Concionatores fluxerunt, qui ſuſcepto pietatis patrocinio Euangelium toto terrarum Orbe diſſeminarunt: qui & ſuggeſtis, copioſaq; & frequenti audientia digni erant propter dicendi grauitatem, & co-

piam, & propter vitæ integritatem, ſanctitatemq́; ſummis honoribus digniſsimi habebantur, qui præterea Spiritus ſancti oracula ita verbis explicarunt, vt eos qui audirent, ad Chriſtianum viuendi ritum, & ad opera pia perficienda impellerent. Quos potui intra numerum conſtringere, eos breuiter, accurateq́; adnotaui, multumq́; laboris & ſtudij adhibui, vt hanc Hiſtoriam omnibus ſuis numeris abſolutam euulgarem. Sed illud meam auget admirationem, neminem (quem ego ſciam) aut charitate incenſum, aut domeſticæ laudis captum ita fuiſſe, vt hæc retulerit; porrò quorundam inſcitiam vehementer riſi, animaduertens triuialia quędam ab ipſis conſcripta, quæ potius in ſpongiam (vt dici ſolet) incumbere digna ſunt, quàm in lucem prodire, eo quod nullum emolumentum præſtant, quin potius ad riſum vel oſcitantiam legentes concitant; & quæ ab eis ſcitè & probè geſta ſunt, ſicco (vt aiunt) pede prætereunt. Hæc ſanè non ſine dolore ingenti adduco, deplorans inſignium virorum ſortem, quorum origines, & egregia per ipſos geſta obliuioni traduntur. Ad hæc itaque me iuſto hoc deſiderio contuli, & quod potui libenter præſtiti, in reliquis quę deſiderentur, excuſationem meritò petens.

SCRIPTORVM SERAPHICAE RELIGIONIS ENVMERATIO

Per alphabeticam ſeriem diſpoſitorum incipit.

FRATER Adã Sasbuoth, vel Sasbodus, Delphis Batauiæ oppido, Græcis, Latinis, & Hebraicis literis imbutus, qui plurimos annos in inclyta Louanienſi Academia prælector publicè literas ſacras eſt profeſſus, edidit ſuccintã expoſitionem in Eſaiam, & in omnes Paulinas epiſtolas, ex omnibus tàm Græcis, quàm Latinis orthodoxis patribus collectam. In qua multos hereticorum errores cònfutauit. Claruit anno 1540.

F. Adamus Godam Anglus ſcripſit in textum Sen. lib. 4. Determinationum lib. vnum. Vixit anno 1320. citatur à Tartareto lib. 11. Sent. Diſt. 3. Quæſt. 1. pag. 127. vir ſanè admirandæ eruditionis, & ſolidæ doctrinæ.

F. Adamus de Mariſco, Anglus, ſcripſit elucidarium ſcripturæ, lecturas in Theologia lib. vnum. Hic vnà cum D. Antonio Patauino habuit præceptorem in ſacris literis, & præcipuè in myſtica Theologia, Abbatem S. Andreæ Vercellenſem, qui eo tempore tranſlato in eam vrbem Ticinenſi Gymnaſio inſigni doctrina præſtabat, vt Commentarij eius in Dionyſium, & Cantica Salomonis declarant.

F. Albertus de Marcheſijs, de Cotignola, Romandiolæ oppido, edidit Cæliloquium morale.

F. Albertus Methẽſis, Doctor Pariſinus, floruit cum Ioan. Scoto ſub Gonſaluo Generali.

F. Albertus quondam Abbas Ordinis S. Benedicti, dimiſſa Abbatia Ordinẽ S. Franciſci ingreſſus eſt, in quo multum quidem profecit, ſcripſit annales ſui temporis in Saxonia, vixit anno 1238.

F. Albertinus (cognomento non addito) edidit Quadrageſimale, & de Sanctis.

F. Albertus de Sartiano, Guarini Veronenſis alumnus, virtutibus, & literis clarus, ſcripſit librum elegantem Epiſtolarum, in quo miſcuit Græca cum Latinis. A diuo Bernardino, cuius diſcipulus, & imitator fuit, edoctus diuina myſteria, cum multa gratia populis prædicabat. Quem Eugenius IIII. Pont. Max. Hieroſolymam tranſmiſit, vt acta reſque Solthani exploraret.

F. Alexander Alemanus Saxo edidit quaſdam extractiones, de reuelationibus B. Ioannis Euangeliſtæ.

DE ALEXANDRO ALENSI.

F. Alexander Alenſis ex oppido Alẽſi Britannus, D. Bonauēturæ Cardinalis pręceptor, qui in Pariſiorũ florentiſſimo palladio parẽ non habuit. Nàm in ſeculari Philoſophia nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, in diuinis ſcripturis eruditiſſimus fuit. Quem Minores Chriſto, & Seraphico Ordini, piſcati ſunt hac arte, ac diuino conſilio. Conſtituerat enim in animo Alexander nihil ſe cuiquam negaturum, qui precibus ſuis interponeret Diuam Mariam. Viderunt fratres excellentiſſimum virum, & in vrbe nominatiſſimum. Vnde incidit in animũ alicuius ex ipſis, vt virũ de Religione pertentaret. Obſecro (inquit) excellentiſſime Magiſter, vt paucis me audias pauperem fratrem. cumque ille auſcultaſſet: Inueniſti (inquit) famam mundo chariſſimã, & magnum habes vbique nomen; ſed interim vide ſi hac via itur ad æternitatem, cernis pauperem Minorum Ordinem, vbi ſimplices, & idiotæ multi, ſed pauci docti exiſtunt: ſitu in Religione eſſes, multi tua opera proficerent: quare ne deſis, obſecro te per Dinam Mariam, huic pio voto. Adfuit illi inſpirator caſtorum votorum Deus, à quo ſimplicem hominem miſſum credidit. Venit ei in mentem, quod per nomen D. Mariæ admonetur, ideo ſancto afflatus ſpiritu mox conſenſit, ſecutus eſt fratres, & ad vexillum Crucis aduolauit militaturus ſub inſtitutis B. Patris Franciſci, de quo leguntur illa carmina.

Hic placito ſuperum prognatus gente Britanna,
Quiq; Magiſter erat, fit pius ecce Minor.

VARIA SCRIPSIT ALEXANDER,
quibus nomen ſuum longè lateq; inclaruit.

EDIDIT primò iuſſu Innocentij Quarti, Pontif. Max. Summam in quatuor partes diuiſam, quam prænotauit Summam Theologiæ, in qua mirificè ſplendet tanti viri lumen, non tàm ſcientiæ profunditate; quàm titulorum varietate, quem ſcribendi modum nullus attigerat, à quo poſtea mutuatus eſt D. Thomas eius auditor, & D. Bonauētura, qui (de religioſis loquor) primò doctoratus inſignia Pariſijs ſuſceperunt. Hanc Alexãder Quartus approbauit per Bullam à 70. eruditis ſubſcriptam, atque appenſis ſigillis ſubſignatam, vnde Doctor irrefragabilis, & fons vitæ meruit appellari. Idem Alexander totam ferè ſcripturam poſtillauit, & expoſuit. Edidit in Pſalmos Dauidis luculentiſſimos Commētarios, qui falsò aſcribuntur Hugoni de S. Theodorico. Scripſit vitã S. Thomæ Chantuarienſis, Vitam Regis Richardi, Annotationes Bibliorũ. In xij. Prophetas; librum vnum: in Epiſtolas D. Pauli, li. 14. in Metaphiſica. In lib. de Anima Ariſt. De factis Maomethis. Egregiũ tractatum Conceptionis Beatæ Virginis, in quo ſuſtinet fuiſſe immunem ab originali labe. Repetitiones lectionum, lib. vnum, quibus longè lateque inclaruit.

DE VITAE, ET MORVM EIVS
inſigni probitate.

POrrò venerabilis vir ſpretis mundi huius illecebris eam ſapientiam adeptus eſt, quam Græci, [illegible] σοφιαν appellant. vnde ſe ad Religionem tanquam ad tutiſſimum portum huius tempeſtoſæ vitæ, atque ad ſalubre tutamen recepit. Omnes ſuis ornatiſſimis moribus, & vita nitida ad ſe amandum alliciebat, & ad orationis affectum, paupertatis ſtudium, & obedientiæ promptitudinem ardentius hortabatur: ſciebat enim quòd tumens Philoſophia non attingit ſimplicitatem, quę eſt in Chriſto IESV. Nunquam religionis noſtrę tyrunculi, qui hęſitarent ac labarent in ſancta cõuerſatione, ad ipſum deducti ab eo niſi firmi, & roborati diſceſſerunt, & in ſancto propoſito conſolidati. Rumores vani, & ſermones minus vtiles coràm citò dirimebantur, nullum inane verbum ab eo effluebat,

vt

vt potè qui interiorē lucem haberet, qua hominum perfectorum corda menteſq; in hac la bili vita illuſtrantur, quemadmodum exteriores oculi hac luce delectantur.

DE EIVS OBITV.

FAto itaque ceſsit Pariſijs, anno 1245. 12. Kalen. Septembris, tumulatus in Aede Diui Franciſci, ante Crucifixum, cuius tumulo quidam pius Vates hoc carmen malè politum affixit.

Clauditur hoc ſaxo formam ſortitus abundè
Gloria Doctorum, decus, & flos Philoſophorum.
Author ſcriptorum, vir Alexander variorum
Norma modernorum, fons veri, lux aliorum,
Inclytus Anglorum, fuit Archileuita, ſed horum
Scriptor Clericorum, frater collega Minorum,
Factus egenorum, ſed Doctor primus eorum.

Item incerti Autoris carmen.

Siquis honos meritis, ſi qui virtute coluntur,
Hunc animo præfer, hunc venerare Patrem,
Nec ſorde, & culpa pigritere per ocia deſes,
Nanciſci ſtudio, quæ minor iſte refert.

DE FRATRE ALEXANDRO ab Alexandria.

F. Alexander ab Alexādria, ſcriptor illuſtris, & Generalis Miniſter Ordinis, de quo ſuperius pręfati ſumus, ſcripſit Poſtillam, cuius initium eſt, Annunciabo tibi. Scripſit quoque in Euangelium Ioannis, & in epiſtolas diui Pauli elegantes Commentarios, pręter alia multa quę deſiderantur à doctis viris, ſcripſit quoque in Metaphiſicam Ariſt. de quibus latius ſuperius meminimus.

F. Alexander Arioſtus edidit Enchiridion, & minorica elucidatiua, caſus omnes ad animarum curam attinentes breuiter complectens.

F. Alexander Bonannus Panormitanus Siculus edidit Quadrageſimale, quod Portum Panormitanum prætitulauit anno 1574.

F. Alexander Villadeus Normœinus Gallus vel (vt alijs placet) patria Dolenſis, vir vndequaque exercitatus, humanarum litterarum doctiſſimus, ſuo tempore, & calculator inſignis, poeta leonini carminis, quod olim in pretio fuit, facilè princeps, edidit primo Doctriuale puerorum, de computo Eccleſiaſtico, de Sphera, de arte numerandi, Totius diuinę ſcripturæ compendiolum. edidit quoque tam metro quàm proſa multa opuſcula, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam tranſmiſit. Claruit magna doctrina, & religione, ſub Friderico ſecundo imperante an. 1240. Dolenſium Epiſcopo charus fuit, cuius nepotem humanioribus literis inſtruendum ſuſceperat. Abbas Tritemi⁹.

F. Alexius Salamanca Zamorenſis Hiſpanus edidit tres Dialogos de Republica Chriſti.

F. Alonzus à Mantua Hiſpanica (vulgò Madrid dicitur) edidit libellum de arte inſeruiēdi Deo, & ſpeculum illuſtrium, lingua Hiſpanica.

F. Alfonſus à Caſtro Zamorenſis, acri ingenio vir, ideo acerrimus Hæreticorum oppugnator, & egregius concionator, edidit aduerſus Hæreticos librum inſignem, de iuſta Hæreticorum punitione, ad Carolum V. in Pſal. 50. & 31. Homilias declamatorias, & de poteſtate legis pœnalis pulcherrimum librum. Claruit anno 1546.

F. Aluarus Pelagius natione Hiſpanus, Ioannis Scoti auditor, iuris vtriuſque, ſimul & diuinarum litterarum eruditiſſimus, pœnitentiarius ſummus, atque omnium diſciplinarum

narum ſcientiſſimus, antequàm togam ſanctæ conuerſationis acciperet: deinde factus Epiſcopus Syluenſis in Luſitania à Ioanne XXII. à quo in pretio fuit habitus, qui ſi ſuperuixiſſet, nulli dubium quin ille in Cardinalium collegium fuiſſet cooptatus, ſcripſit Auinione (ipſo auctore teſte in procemio ſui operis) de planctu eccleſiæ inſigne opus, ſcripſit quoque Speculum Regum, librum vnum, ſuper Sent. lib. 4. Apologiam contra Gulielmum Ocham, pro defenſione Ioannis XXII. Summi Pont. aduerſus quem ipſe Ocham temerè ſtrinxerat calamum, ideo damnatus iuſto iudicio, & ab eodem excommunicatus. S. Anto. 3 par. hiſto. notat ipſum

B. Amadeus compoſuit librum Viſionum, cuius initium eſt, Ego Amadeus fui raptus, in quo ſpiritu prophetiæ plenus explicat futurum ſtatum Eccleſiæ, ſed eius lucubrationes vſque adeo corruptæ ſunt, vt non amplius eiuſdem habeantur.

F. Amandus apud Belgas in inſula natus ſcripſit ab exordio mundi, ad annum 1534. libros ſex, de quadraginta manſionibus librum vnum. Commentarios in Geneſim, in Eccleſiaſten, in Iob, de Ebdomadibus Danielis Prophetæ, lib. 1. Dominicæ paſſionis librum vnum, de Reſurrectione, & Aſcenſione librum vnum, obijt an. 1534.

F. Andreas de Cortili, edidit Concordantias ſiue Tabulã, ex patribus collectam, quę habetur Paduæ in Bibliotheca S. Antonij.

F. Andreas Nicolai Hungarus de Conuentu Cathouienſi, edidit pulchram expoſitionẽ ſuper Geneſim, floruit an. 1474.

F. Andreas de Nouocaſtro Lotheringus, maturus, & ſanus Theologus, ſcripſit in iiij. Sent. lib. Vidi expoſitionem ſuper primum Bononię, in Bibliotheca S. Saluatoris.

F. Andreas Vega, ſcripſit lib. xv. de Iuſtificatione cum xv. quæſitis de fide, gratia, & meritis, Col. Impreſſa, an. 1572. Vide Tritemium.

F. Anfredus Gonterius Lector Barchinone, edidit pulcherrimam quæſtionem de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum.

F. Angelus Cingulanus, Ioannis Climaci opus pijſſimum, B. Macharij dialogum, & libellum quendam Ioannis Chriſoſtomi, latinitate donauit.

F. Angelus à Clauaſio Ligur, vita & moribus Angelicus, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, vtriuſque iuris conſultiſſimus, ingenio præſtans, vita & conuerſatione deuotus, Vicarius Generalis regularis Obſeruãtię Ciſmontanus, edidit Summam notabilem, vulgò Angelicam, vbique locorum iamdiu receptam, à qua cæteri poſt ipſum mutuati ſunt, & opuſcula præclara excudit, quibus nomen ſuum diuulgauit. Floruit an. 1495. obijt Cunij non ſine opinione ſanctitatis.

VERA

VERA ANGELI CHII EFFIGIES.



Angelus hic almo ſplendeſcens lumine terris,
Non ſinit hæreſeos morte perire Deos.

DE

DE FRATRE ANGELO CHIO.

FRATER Angelus Chius, ex nobiliſſima Iuſtinianorum Familia natus Regu. Obſeruantiæ æmulator feruentiſſimus ab Aloyſio Puteo, Generali Miniſtro Commiſſarius electus in Conuentu Pariſiorum, quem ipſe maxima dexteritate,& rerum gerendarum prudētia, ad frugalitatem,& obedientiam traduxit. Vir ſanè omni diſciplinarum genere conſpicuus, ſiquidem vel in ſacris Concionibus ad populum, vel in peripateticis, & ſcholaſticis diſciplinis inſignis vbique habitus fuit, muſicæ quoque non ignarus, præter Latinarū,& Græcatū literarū peritiam. Habuit ſemel orationē Aquilæ in Capitulo Generali, cuius ſupra meminimus, qua nō ſolum omnium animos commouit, ſed magnam inde laudem reportauit. Vnde ob ſummam eius eruditionem, animiq́ue probitatem à Pio Quarto Pont. Max. miſſus fuit Lutetiam cum Hippolyto Cardinali Ateſtino, vbi in Aula Regia cū hæreticis publicè congreſſus Bezam hæreſiarcam ita proprio confodit gladio, vt ille rubore confectus vrbem exiens, amplius coram aſſiſtere auſus non fuerit, ibidem quædam capita D. Ioannis interpretatus eſt magna cum omnium admiratione, aduerſus fidei refractarios, quorum acerrimus erat vbique impugnator. Deinde Philiberto Sabaudienſium Duci à confeſſionibus, & ab eleemoſynis ſecretis extitit, Demūm Epiſcopus Gebenenſis, creatus ſuis cohortationibus multos hęreticos conuertit, atque Chriſto acquiſiuit, neque erubuit ſæpius veluti alter Hieremias populi ſui calamitatem deflere. Qui tandem laboribus feſſus Eccleſiæ ſponte ceſſit, vt quietius lectioni vacaret, viuit hodie ſexagenarius podagrę morbo laborans, cunctoſq́ue iuuare ſtudet, vel re ipſa, vel conſilio, nam triſtes conſolatur, ęgris compatitur, eos fouet, cunctiſq́ue humaniter ſe obuium præſtat, vt hac via vitam ipſam promereatur, quæ fine caret.

F. Antonius Aretinus, magiſter Pariſienſis ſcripſit ſuper Sententias, & Sermones varios prædicabiles.

F. Antonius Andreæ Aragonius edidit in Logicam,& Metaph. Ariſt. & in 4. lib. Senten. floruit anno 1320.

F. Antonius Atrienſis, prouinciæ Aprutij, edidit tractatum de quatuor beneficijs Chriſti ſermone vernaculo et rudi.

F. Antonius Aſſiſias edidit Tabulam Bibliæ, cuius initium, Abſtinentia. floruit an. 1466.

F. Antonius Bitontinus collegit ex Nicolao Lyrenſi poſtillam in omnes lectiones veteris, & noui teſtamenti,& ſermones Dominicales, qui per totum annum recitantur, quibus addidit quaſdam quæſtiunculas non ſpernendæ lectionis, ſcripſit ſuper 4. libros ad Nicolaū V. Pont. quem Pont. Maxi. doctoratus corona donauic. Cōpoſuit quoque Summā Caſuū.

DE F. ANTONIO BRVICHIO.

FRATER Antonius Bruichius, Konyſteyn Maguntinæ Diœceſis oppido collegit breue Euangeliorū Monoteſſaron ex quatuor Euangeliſtis decentiſſimo ordine deſumptum, ſcripſit in quatuor Euangelia libros quatuor enarrationum ſtylo ferè ſcholaſtico, ſed aliquantulo cultiore in aliquot Diui Pauli Epiſtolas Commentaria, facturus idipſum in reliquas, ſi ſuperuixiſſet, obiit laterum dolore. 1541.

DE F. ANTONIO DE CVCHARO.

FRATER Antonius de Cucharo Regnicola, prouinciæ terræ laboris, cuſtodiæ Principatus, primò Capellanus maior D. Ioannæ Reginæ vtriuſq; Siciliæ, deinde Epiſcopus Acernenſis, non longè à Neapoli, edidit librum vnum de B. Virginis Conceptione, qui inſcribitur Elucidarius Virginis, cuius principium eſt, Cūncter fideles, vixit an. 1506. ſunt multa in inſigni eius opere nō ſolū ex media Philoſophia, ſed etiam ex altiſſima Theologia deprompta, quæ ab eo mirificè explicantur.

F. Antonius Guerreſcus Procenſis, prouinciæ Romanæ, compilauit Summulam de Sacramento pœnitentiæ, viuit hoc tempore 1580.

DE F. ANTONIO GVEVARA.

F. Antonius Gueuara Alauæ, nobili Hiſpaniæ vrbe natus, Epiſcopus Mēdonenſis, Caroli V. Auguſti Concionator, Chroniſta,& à conſilijs, Vir pius, qui vt communiter omnibus

nibus conſuleret,& cuiq; prodeſſet,ſcripſit lingua Hiſpanica cultiore hiſtoriam Dominicę paſſionis ex quatuor Euangelijs collectam, opus ſanè eruditiſſimum in duas ſectiones diuiſum ſub titulo Montis Caluarij,& alia multa opuſcula,nempè de Marco Aurelio,de Principe Chriſtiano,& epiſtolas varias,ſermone vernaculo,in quibus multa ex ſacris prophaniſque literis lectu ſcituque digna continentur,quæ ob ſermonis elegantiam,& argutam ſententiarum grauitatem Galli,Germani,& Itali in ſuas quique linguas tranſtulerunt,quæ nuper depurgatiora in lucem prodiere.Claruit anno 1540.

F.Antonius Lucẽſis, Etruſcus,edidit Quadrageſimale,cuius initium eſt: Cum ieiunatis, habetur manu ſcriptum Fulginei in ſacrario Conuentus Minorum.

F.Antonius de Mare Genuenſis compilauit ſummam Theologiæ.

F.Antonius à Mathelica Picens édidit pulcram expoſitionem in Orationem Dominicã ſtylo medio inter Scholaſticos & Scripturales.

F. Antonius Monclianus Ligur edidit inſigne opus prætitulatum Surſum corda, & commentarios in myſticam B.Dionyſij Theologiam anno 1522.

F.Antonius de Padua,vir in diuinis ſcripturis exercitatiſſimus, quippe qui ante ingreſſum Ordinis.Tholoſę,Bononiæ,& Patauij multo tempore docuit,& diſcipulos poſt ſe inſignes reliquit,ſcripſit inter cætera ingenij opuſcula ſermones de tempore,libros duos, Initium operis eſt: Erunt ſigna,& de Sanctis librum vnum. Doctrinam,& ſanctitatem huius viri ſuperius commemorauimus.

F.Antonius Paganus Venetus edidit quędam opuſcula,de quibus iſta feruntur De ordine, iuriſdictione,& reſidentia Epiſcoporum. Diſcurſus de pœnitentia,de lege canonica, & quoſdam verſus ſpirituales lingua vernacula,& quędam alia ſcripſit, quæ tamen non vidi , viuit hodie Vicentiæ 1586.de quo etiam ſuprà.

F.Antonius Poſius à Monteilcino Regens,& moderator Gymnaſij Patauini, Vir docili,& acuto ingenio,edidit tabulam vtilem in omnes Auer.libros. Deinde plures annos vixit Romæ ordinis procurator. Obijt hydropiſi Montilcini , in patria,anno 1580.

F.Antonius Raudenſis Mediolanenſis,poeta , Theologus, & in omni ſtudiorum genere egregius,correxit Lactantium Firmianum, & quædam alia ſcripſit.

F.Antonius,quidam Prouincialis prouincię ſancti Antonij,edidit quaſdam Quęſtiones naturales ad Illuſtriſſimum Dominicum Grimanum protectorem.Floruit an. 1499.

F.Antonius de Abbate edidit ſermones de Aduentu,& alia.

DE F. ANTONIO SYRRETO.

Formalitatũ Scoti laus & utilitas.

F. Antonius Syrretus , vir grauiſſimus , & ſubtiliſſimus ex doctrina Scotica, edidit ſubtiliſſimas formalitates , quæ ſternunt iter ad doctrinam Ioannis Scoti,& ſunt admodum neceſſariæ præcipue ſtudioſis. Nã fuit antiqua ſatis,& nõdũ penitus abſoluta diſputatio apud veteres de diſtinctionibus Philoſophantes,quos Plato nuncupat in Parmonide Theologos,negauerunt omnium rerum diſtinctiones, in quorum numero fuerunt Parmenides , & Meliſſus, quorũ rationes acerrimè oppugnat Ariſto. in primo de Phyſico auditu,& illas irrationales & oneroſas appellat. Hæc antiquorum diſputatio à recentioribus innouata eſt , præſertim à Thomiſtis,& Scotiſtis,qui conſentiunt vnà cum Ariſt. citra vllam contradictionem dari plura entia, ſed nunquid ſola ratione diſtinguantur, vel diſtinctione quæ eſt inter rem , & rẽ,vel media,adhuc ſub iudice lis eſt. Ad hęc ſubtilia perſcrutanda vir iſte nobis viam muniuit: Cui habere debent ingentes gratias ſubtilitatum omnes amatores. Claruit non tam ingenij facilitate,quàm doctrinæ ſubtilitate.

Varia dicta de diſtinctionibus.

F.Antonius Valentinus ſcripſit in primum lib. Sen. citatur à Ioanne Picardò in ſuo Theſauro Theologorum.

F. Antonius Vercellenſis edidit Quadrageſimale ſatis eruditum,& de duodecim myſterijs Chriſtianæ fidei .

VERA F. ANTONII TVBETAE PATAVINI EFFIGIES.



Præclarum Antoni tibi præbet buccina nomen,
Cui ſuperis animas ore ciere datum.

DE F. ANTONIO TVBETA.

FRATER Antonius (cognomento Tubeta) Patauinus Archiepiſcopus Athenarum,& Epiſcopus Vrbinas,edidit formalitates ex doctrina Scoti: Quæſtiones ſubtiliſſimas in methaphiſica Ariſt.& de futuris contingentibus.claruit an.1442. obijt Paduæ adhibita honeſta funeris pompa, cuius epitaphium cernitur his verbis imagini eius affixum.

Epitaphium 1 *Antonio Tubetæ Patauino Athenarũ Antiſtiti, qui publicè Methaphyſica annis quadraginta duobus profeſſus eſt, D. Antonij prouinciæ annos duos ſupra xx. præfuit, plura monumenta edidit. An.ætatis altero & lxxx.naturæ ceſſit, Hoſpitium hoc ad diem nunquam reuerſurum.*

Hic vbique locorum diſputando, docendo, & ſcribendo omnium iudicio primas obtinuit, quem multoties inuidia retraxit, ne ad ſummos honores conſcenderet: cum Petro Bembo nondum Cardinale maxima neceſſitudine coniunctus fuit, à Iulio II. Pont. Maxi. ad Concilium Romanum accitus: tandem in patriam poſt paucos menſes reuerſus longo morbo è vita deceſſit anno ſalutis 1518. ſepultus Paduæ in Aede D. Antonij.

F. Archangelus Puteus F. Aloyſij Putei quondam Reg. Obſer. Generalis vterinus à Burgo nouo compilauit quẽdam tractatum de nomine IESV ſermone vernaculo; & quandam Apologiam; In quibus præſefert peritiam hebraicarum literarum.

DE F. ARLOTTO.

FRATER Arlottus Generalis,& ſcriptor illuſtris (de quo ſuprà) in diuinis ſcripturis egregie doctus, & in ſeculari philoſophia inſtructus, dialecticus ſubtilis, & diſputator acerrimus, in declamãdis quoque homelijs ad populum excellentis fuit ingenij. Vnde magnam doctrinæ ſuæ laudem conſecutus eſt: edidit concordantias veteris & noui teſtamenti,& ſermones varios. Claruit ſub Adolfo imperat. anno 1290.

F. Arnaldus de Claramonte uir doctus,de quo ſcripſit Ioannes xx. ad Cancellarium Pariſienſem,vt eum recipiat ad magiſterium.

F. Arnaldus Royardi Archiepiſcopus Salernitanus edidit lib. diſtinctionum, & de Arca ad Robertum Illuſtriſſimum Siciliæ Regem. interfuit diſputationi coram Ioanne XXII. ſemper adhærens opinioni & ſententiæ Domini Papæ.

F. Aſcenſius Aquitanus theologus non obſcurus, poſtillam in Apoc. & ſupra 4. Sent. & ſermones eruditos compoſuit, quibus longe lateque inclaruit.

F. Aſteſanus de Aſta vir vtriuſque iuris ſimul & Theologiæ conſultiſſimus, ſcientia clarus ingenio profundus, conſilio cautus, ſermone compoſitus, ſummam edidit de caſibus vulgò ſumma Aſteſana dicitur. Scripſit quoque quædam alia, quæ tamen non vidi. Claruit multa doctrina & religione ſub Ludouico Imperatore IIII. anno Domini. 1330.

F. Auguſtinus Alueldenſis ſcripſit Malagma aduerſus Lutherum, cum quo diſputauit & vicit. ſcripſit de confeſſione ſacramentali.

F. Auguſtinus Milius Cædicus edidit deſcriptionem montis Aluernæ lingua hetruſca & interrupto dialogo.

VERA

VERA AVGVSTINI RIGHINI EFFIGIES.



Ore tones, an grandiloquo magis ore loquare
Incertum, omnis erat concio tanta tibi.

DE F. AVGVSTINO RIGHINO.

FRATER Auguſtinus Righinus Ferrarienſis, ex Bartholomæo Righino,& Lucretia parentibus quidem honeſtis legitimeque coniunctis natus,ab Hercule primo Ferrarię Duce ex duodecim, quos ille ex voto induendos ſuſceperat,in Franciſcanã Familiã, annos vix decẽ natus receptus fuit,in qua breui nõ mediocriter proficiens,& iuuenis admodũ,ad Religionis munera, atque inprimis ad Saxoniæ, Hiberniæ, Romaniæ, Terræ ſanctæ, Orientis, Bononiæ adminiſtrationẽ adiectus,ac demùm totius Italiæ Generalis Commiſſarius vocatus fuit: ſiquidem cum eſſet Theologus, & Eccleſiaſtes ſuo tempore inſignis,tanto ſpiritu in auditores, qui certatim ad eum confluebant, ferebatur, atq; in dicendo ita vehemens, & acris fuit, vt fulmen ciere, aut intonare potius quàm loqui videretur, vt ſæpius mihi atteſtatus eſt excellens Doctor Bernardinus Tomitanus Paduæ, qui eum prædicantem audiuerat. Ab illuſtriſſima Eſtenſium Familia in pretio fuit habitus, præſertim verò Herculi patri, & Alphonſo filio, perpetua fide, & charitate cõiunctus fuit. At illud inter minima nõ eſt, quòd Chorum Eccleſiæ noſtræ Ferrariæ à fundamẽtis penè vnà cum ſubſellijs non ſine ingenti labore ac diligentia, ſed maximo ſumptu, hoc eſt decem millium aureorũ,& eo amplius erexit, Eccleſiam maximo terremotu anni 1570. collabentem fornicibus,& arcubus abſolutis reſarciuit. Icona Chriſto Domino aſcendẽti ſacras veſtes, candelabra, crucem, pedalia vtrinque argentea, ac alia adiecit, vir ſanè noſtra tempeſtate omnibus ſuis numeris abſolutus, ſcripſit ſermones egregios ab Aduentu Domini, ad feriam Paſchatis tertiam, ſtylo medio inter ſcholaſticos, & ſcripturales, cuius initium eſt, Sicuti dormientes, vixit vt alter Xenophilus Pythagoricus commoda corporis valetudine: deceſſit enim nonagenarius, anno 1583. ſepultus ante aram maiorem,& ſtrato lapidi hæc verba affixa ſunt.

Eius vehementia in dicendo.

Epitaphium.

Flens veni in terras, & flens diſcedo, fuitq;,
Dum vixi, fletus, vita, dolor, gemitus.

DE F. BALDO VBALDO
Peruſino Iuriſconſulto.

FRATER Baldus honeſta Vbaldorum gente Peruſij natus, Bartholum præceptorẽ ſubtilitate ingenij,& varietate doctrinæ ſuperauit, qui primò à patre medico celebri prius, quã ius ciuile attingeret, dialecticæ atq; philoſophiæ præceptis haud mediocriter imbutus fuerat: pręcoci enim ingenio penè puer non ad optimam modò frugem, ſed rariſſimo naturæ dono ad ſeniũ peruenit. Qui cũ Seraphicam Religionem ſingulari amore fuiſſet proſecutus, ad extremum, habitum D. Franciſci induit, vt demonſtrat inſcriptio rudis ſanè eius tumulo in Aede Diui Franciſci Ticini inciſa, hoc carmine.

Epitaphium.

Conditur hic Baldus Franciſci tegmine fultus,
Doctorum princeps, Peruſina conditus arce.

F. Balthaſſar Olympius à Sentino, cui hodie Saxoferrato nomen eſt, edidit quædam quæ eleganter,& ſcitè octonario modulo numeroue decantauit.

F. Baptiſta de Salis Ligur, diuinarum literarum erudititiſſimus, ſcripſit Summam de caſibus vulgò dictam (iuxta nomen auctoris) Summam Baptiſtianam. Claruit an. 1494.

F. Baptiſta cognomento Trouamal, edidit Summam Roſellam ordine alphabetico, floruit Louanij. 1483.

Bartholomæus Piſanus vir doctus.

F. Bartholomæus Albiſij Piſanus, ſcripſit triginta volumina ingentia, & eo amplius, inter quæ extat opus pulcherrimum Conformitatum, ſuper 4. Sen. de laudibus Sanctorum, de caſibus conſcientiæ, de laudibus B. Virginis, de verbis Domini, librum Cõformitatum B. Virginis cum Chriſto,& Quadrageſimale, floruit anno 1380.

F. Bartho-

F.Bartholomæus Baphius Lucinianenſis etruſcus in Ticinenſi Academia ſacrę Theologiæ profeſſor edidit quaſdam orationes latinas, anno 1570. Deinde depoſito Conuentualium & aſſumpto Capuccinorum habitu inter eos obijt.

F.Bartholomęus Burgundus ſiue Anglicus ſcripſit xix. lib. de proprietatibus rerum, & ſermonum variorum librum vnum impreſſos Argentinę, anno 1491.

F.Bartholomęus Brondolinus prouincię Sancti Antonij tranſtulit Regulam S. Frãciſci, ex latino idiomate ad linguam communem vernaculam.

F.Bartholomus Metuna Mothẽſis prouincię S.Antonij edidit libellum de vita B.Virginis etruſca lingua, & de Chriſti humanitate, ſcripſit quoque librum in gratiam Iuuenum cuius titulus eſt lo ſcolare.

F.Bartholomęus de Chaimis Mediolanenſis edidit opus interrogatorium ſiue cõfeſſionale in quatuor ſegmenta diſtinctum, cuius initium. Cum ars artium ſit regimen animarũ, impreſſum Venetijs, anno 1486. Hic in Varallo monte condidit ſepulchrum ad ſimilitudinem veri Hieroſolymitani Domini noſtri, quo nil nobilius cernitur.

F.Bartholomæus Vrſinus Romanus edidit Quadrageſimale valde vtile.

F.Bartholomæus Seraphinus de Caſtro nouo prouinciæ Genuæ vir doctus & eruditus, qui poſt religionis adeptos gradus Epiſcopus creatus eſt.

F.Beltrandus à Turre Cardinalis, & ſcriptor illuſtris vt ſuprà etiam indicauimus, edidit ſuper quatuor lib. Sent. collationes ſuper epiſtolas totius anni, de epiſtolis per annum, & de ſanctis, & Dominicale, & Quadrageſimale.

F.Benedictus Sangallus Bergomenſis edidit ſermones Dominicales per anni circulum, ex innumeris philoſophorum monumentis correctos à fratre Ioanne Mapello. vidi Bononiæ mann ſcriptos.

F.Bernardinus de Aſta Ligur egregius Theologus qui annos nouem fuit Miniſter Generalis, edidit quaſdam orationes ſpirituales lingua vernacula.

F.Bernardinus Cardinalis citatur in Angelica per ea quæ ſcripſit in ſacra Theologia.

F.Bernardinus de Buſto Mediolanenſis alumnus fratris Michaelis de Carcano edidit Mariales ſermones, & Roſarium, compilauitque officiũ Conceptionis B.Virginis à Sixto IIII. ont. approbatum, anno 1480. pontif. ſui an.x.

F. Bernardinus Feltrenſis edidit quoſdam ſermones vernaculo ſermone de quo ſupra.

F.Bernardus de Beſſa Aquitanus ſocius D.Bonauenturæ generalis miniſtri, & quodam magiſter in moribus Bertandi Cardinalis compilauit quandam legendam Beati Franciſci, quæ inſcribitur de triplici religione Sancti Franciſci, & Chronicam Generaliũm vſq; ad Bonamgratiam, qui fuit decimus Generalis, & tractatum de triplici ordine, cuius initiũ eſt. Plenam virtutibus. B.Franciſci vitam ſcripſit in Italia. abſoluit librum illum inſcriptum ſpeculũ diſciplinæ: ſcripſit quoque vitam B.Chriſtophori de prouincia Romandiolæ.

F.Bernardinus Florentinus edidit dialogum de laudibus caſtitatis & virginitatis, quam ſuis monitis & cohortationibus celebrat, ad Franciſcum Cardinalem titu. Sancti Petri ad Vinc. qui fuit Sixtus IIII. habetur Florentiæ in Bibliot. Crucis manu ſcriptus.

F.Bernardus Lauinetha redegit in Epitomen artem generalem Raymundi ordine cõpoſito & facili, quam quidem artem tanta ſcientię multiplicitate, eoque ingenij acumine Raymundus conſtruxit, vt methodus ſit ampliſſima ad inuentionem omnium rerum, ac longe alijs principijs, quam Ariſtotelicis inſtructa ſit. Audio, quicunque ſuum illi ſtudium applicuit, breui facultatem copioſè de quacunq; re differendi cõſequutũ: vt mirũ ſit hominis certè peritiſſimi opus (vt inquiunt) in hac re fructuoſiſſimum vt ignotũ latere. Ars Raymũdi Lulij.

F.Bernardinus Senenſis concionator inſignis de quo ſuprà præter præclara eius opera quæ ſuperius recitauimus, edidit multos tractatus, nempè de Euangelio æterno, de Chriſtiana religione, de virtutib. & vitijs, de mundana proſperitate, de fructib. eleemoſynæ, de paſtorali gubernatione, de triplici ſtatu animæ, de Ioſeph Sponſo Virginis, de triplici amore Magorum, de circunſtantijs nationum, de ſacrificio Abraham, de diuino amore, de veritate, defenſorium veritatis, de triplici Chriſti natiuitate, de tribus tormentis peccatorum, de amore Dei & animæ, de Spiritu ſancto de Obedien. de caſibus proprietarijs.

F.Bernardinus Vrſatus Glemonenſis Aſtrologiæ callentiſſimus cuius monumenta laude digna à doctis deſiderantur.

F. Bertandus de Turre presbyter Cardinalis edidit quæſtionem de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, atque alia opuſcula laude digna.

F.Bertoldus Ratiſponæ in Bauaria ortus à teneris dedit literis operam, & magnam eruditionis ſuæ laudem reliquit, qui vitæ integritate & doctrina nemini fuit ſecundus, & tantæ fuit gratiæ, vt cum habiturus eſſet ſacrã concionem ad populũ (vt ſcribit Auentinus) ſexaginta & amplius millia hominum frequentarent. apud Hungaros magni habitus fuit.

F.Biga Salutis Pannonus cuius nomen non inuenio, edidit ſermones eruditos per omnes ferè feſtiuitates totius anni, quos contexuit in Cõuentu Peſtienſi, quorum initium eſt, Venite poſt me. edidit quoque ſuper præcepta Decalogi, & quædam miracula. Floruit anno 1516.

F.Bindus Senenſis edidit quoſdam ſermones prædicabiles.

F. Bonauentura Aeſinus compilauit ſermones Dominicales per annum, qui habentur Paduæ.

F.Bonauentura Blancus de Cotignola Romandiolæ oppido vir diſertus, edidit Quadrageſimale, & per annum, & de illuſtribus rebus noui & veteris teſtamenti.

F.Bonauentura Brixianus edidit regulam muſicæ planæ.

F.Bonauentura à Callio ſcripſit quoſdam tractatus, qui habentur manuſcripti Bononiæ n Bibliotheca Franciſcana.

F.Bonauentura à Cellano prouincię ſancti Bernardini ſcripſit quoſdam ſermones.

F.Bonauentura à Cineribus edidit tabulam copioſam in lib. D. Bonauenturę Cardin.

F.Bonauentura Fidanza Cardinalis reliquit monumenta clariſſima, de quo plura ſuperius diximus. Fuit enim auditor Alexandri Alenſis vnà cum Diuo Thoma, licet memoriæ proditum ſit Thomam annos nouem militaſſe Pariſijs ſub diſciplina Alberti cognomento Magni.

F.Bonauentura Gonzaga à ſecretis ordinis edidit quoſdam verſus ſpirituales lingua etruſca, & ſuper Magnificat. Claruit anno 1576. ſcripſit in prædicamenta Ariſt.

F.Bonetus edidit formalitates ex doctrina Scoti, Itẽ in Metaphyſica Ariſt. ſcripſit quoq; iuſſu Clementis V. Pont. Max. tractatum de Conceptione interrupto dialogo.

F.Bonifacius de Cęua Ligur, prouinciæ Franciæ Miniſter fuit, qui prouinciã Thuroniæ, S.Bonauenturæ, & Conuentum Pariſienſem reduxit ad obedientiam: ac reliquit libellũ ſuarum conſtitutionum, quibus ad continentiam atque obſeruantiam ipſam prouinciam Franciæ compoſuit: præterea edidit Quadrageſimale, & pauca quædam. ſub hoc prouinciali orta eſt diſſenſio inter fratres dictos de Obſeruantia & Conuentuales, ſub Ludouico XII. Francorum Rege. Obijt autem Pariſijs & iacet in eccleſia in conſpectu maioris aræ: eiusque tumulo inciſum eſt hoc epitaphium. Fratris Bonifacij de Cęua clariſs. natalibus orti omniſque diſciplinarum gloria eminentiſſimi, ac prouincię Franciæ Ordinis Minorũ Miniſtri præſtantiſſimi hic ſita ſunt oſſa 1507. Aprilis 12. Prouinciam Franciæ rexit an. Domini 1507. 1508. 1509. 1510. vt ex diplomatibus liquet.

F.Brandolinus ſcripſit ſuper regulam B. Franciſci quandam declarationem.

F.Bridus edidit ſermones in Cœna Domini.

F.Britto edidit de expoſitione vocabulorum ſacrorum Bibliorum carmine ſatis cultum: nam ad cantanda ſacra carmina videtur eſſe à natura progenitus. Initium operis eſt.

Difficiles ſtudeo partes quas Biblia geſtat.

FRATER Calixtus Neapolitanus ſacrę Theologię profeſſor ſcripſit libellũ de triplici ſtatu animæ humanę iuxta principia Theologorum, & Philoſophorum.

F.Camillus Cæſareus Ebolitanus ſcribit de Chriſtiana amicitia lingua vernacula.

F.Cæſar Lanza Patauinus edidit in prędicabilia Ariſtotelis, & quæſtionem de Reactione, ſcripſit quoque de ſacrificio miſſę.

B.Carlinus de Craſſis de Caſtronouo Epiſcopus Malech, vir literis inſignis, obijt Caſtri noui prouincię Genuæ, & ſepultus eſt in Cathedrali Eccleſia.

F.Chriſtophorus Bandellus de Caſtronouo primo Prouincialis Orientis, deinde prouincialis Genuę, vir tantę eruditionis, vt tempore Alex. IIII. Pontificis, & Innocent. VIII. Romę confutauerit multas hęreſes.

F.Chriſtophorus à Capitefontium Brito Generalis reg. Obſer. ſcripſit de libero hominis arbitrio, de meritis bonorum operũ, de reali pręſentia corporis Chriſti, ſcripſit etiam fidei maiorum noſtrorum defenſionem, & alia quędam. Claret hoc tempore & à Gregorio XIII. Pont. Max. Archiepiſcopus Cęſarienſis creatus eſt.

F. Clarus Summiſta citatur in Angelica. Vidi Venetijs manuſcriptum.

F. Claudius Medulla Mediolanenſis compilauit librum Conſtitutionum,& alia ſcripſit.

F. Cometius Hiſpanus ſcripſit de cuiuſcunque ſcientiæ,& præſertim de naturalis Philoſophiæ ſubiecto, cuius initium eſt: Verum ſecundum Philoſophi, & ſui Commentatoris ſententiam.

F. Conradus Clingius Doctor & concionator facundiſſimus apud Erfordiam in Thuringia aduerſum hæreticos edidit locos communes, in quibus ſunt quædam,quæ indigent maiori dilucidatione, de ſecuritate conſcientiæ Catholicorum in rebus fidei, ſummam doctrinæ Chriſtianæ, Catechiſmum Catholicorum, alia non vidi.

F. Conradus de Saxonia edidit ſuper 4. Sentent. ſuper orationem Dominicam librum vnum, de ſalutatione Angelica librum vnum, ſermones de tempore librum vnum, ſermones pro Quadrageſima librum vnum, cuius initium: Emitte manum tuam de alto, de Sanctis librum vnum. Extendam palmas meas. in multos Bibliorum libros edidit Commentarios.

F. Conſtantius Porta Cremonenſis Muſicus hoc tempore inſignis Magiſter Capellę Lauretanæ modulationes quaſdam laude dignas compoſuit anno 1578. Reliquit poſt ſe inſignes diſcipulos, inter cæteros floret ſub hoc tempore Paduæ Ludouicus Balbus Venetus eius æmulator, qui ſuis modulationibus vbique acceptus eſt.

F. Conſtantius Sarnanus Vmber lector publicus Peruſiæ edidit quaſdam lucubrationes in vniuerſalia Scoti, & ſuper formalitates Antonij Syrreti quaſdam illuſtrationes marginales, qui præter publicas lectiones, in quibus magna cum laude verſatur, in dies laborat vt veterum auctorum integritas, & memoria reſtituatur. Viuit hodie anno 1586.

Frater Cornelius Bellanda Veronenſis edidit itinerarium ſpirituale lingua vernacula:& nonnullas orationes Latinas, vt de compendiaria Venetiarum Vrbis origine, eiuſque Patrum laudibus, geminas de Romanæ & Venetæ Rerumpublicarum, eorundemq; Patrum laudibus, & alia quædam.

VERA

VERA F. CORNELII MVSSI EFFIGIES.



Muſſus, quem Pallas dicendi inſigniјt arte,
Vnde Minoritas auxit honore Patres.

DE CORNELIO MVSSO.

SALVE Corneli Muſſe, verè à muſa totus muſeus, ſciĉtiarum Pater, Chriſtianæ Religionis hæros inſignis, & immortale præconium, qui & viuens, & mortuus vbiq; velut Muſa Attica cum Muſis abſque vlla corporis tui concretione loqueris. Nam ſingulari virtute, vitæ probitate, & lectiſſimis moribns noſtro hoc ſeculo, tũ Latina, tum Hetruſca lingua ita clariſſimus extitiſti, vt nemo fuerit, qui tibi eſſet facilè comparandus: Nihil enim vſquàm vel Latinorum, vel Græcorum Scriptorum habetur, vt interim omittam Philoſophica, & diuina, quæ non volueris, legeris, excuſſeris. SALVE iterum Franciſcanę Religionis Decus, qui luculenter & fouiſti Muſas, & feliciter exercuiſti, ob id voluptates omnes tum maximè carnis oblectamenta adeo ſeuerè reieciſti, vt ne horã quidem extra naturæ neceſſitatem ſtudijs ſubtraherere. Vnde tanta rerum copia, & fœcunditate pręfulſiſti, vt pleriq; demirati ſint, quod in puſillo corpore tam graue, præclarum, altum, inuictum, & infatigabile ingenium enituerit, cuius ingenuo ſudori plurimùm debemus, quem declamandi gloria, & linguarum peritia, inſigni, inuſitato, & planè portentoſo conſpirantium ſyderum concurſu ad dicendũ ab ipſa natura progenitum eſſe fatemur, cum à prima ſtatim iuuenta admirabilis ingenij nomen adeptus ſis. Nã à 12. ætatis tuæ anno publicum ſacrarum Concionum munus aggreſſus, effectus es Cõcionator illuſtris, & cũctis admirandus. Cuius quidem teſtes ſunt pręclariſſima tua monimenta, & diuina hiſtoria, de qua egregiè cecinit Honophrius de Palo Phyſicus eleganti hoc carmine.

Sic Franciſcum Philelphum, qui Franciſci Sfortiæ Mediolanenſium Ducem cauſam perorauit in Cõuentu Mantuano Pius II. Põt. Max. Muſã Atticã appellauit.

Vidit, & obticuit raptus ſuper æthera Paulus,
Diuina vt Muſſi diceret Hiſtoria.

Item teſtantur ſacræ Conciones, Hetruſca lingua, in quatuor volumina digeſtę graui, ornato, atque eleganti ſtylo elaboratæ: in quibus, & in ea præſertim, quæ eſt de beneficio, Chriſti, omnes eloquĉtiæ tuæ vires exercuiſti, quibus ſummopere mouebas, docebas, & ad rectam viuendi rationem traducebas animos ad ſacra myſteria intelligenda, & amplexanda, præter alia præclara ingenij tui monimenta, quæ in admirantiũ manibus habẽtur auideque leguntur, quibus nomen tuum longè lateque propagaſti.

Sed SALVE iterum Antiſtes celeberrime, qui à Paulo Tertio, Pontifice Maximo, Epiſcopus Brittonorienſium factus, deinde (mutato titulo) Bitontinenſium eccleſiam non modò rexiſti, ſed erexiſti, quam ſingulari affectu ſponſam ſanguinũ vocitabas. Tandem circulo, & curſu vitæ tuæ confecto, exceſſiſti vita dignus Cœlo, Romæ apud Alexandrum Farneſium Cardinalem Ampliſſimum, tanquam beneficiorum & dignitatis memor ab ipſa domo acceptorum: ibi enim voluiſti finem imponere, vbi fortuna initium habuit. Fato itaq; ceſsit Cornelius Romæ accumulato felicis ingenij merito Anno MDLXXIIII. in Eccleſia Sanctorum xij. Apoſtolorum, vbi viuens diſpoſuerat, ad lęuam maioris aræ cõditus. Vbi Ioſephus Muſſus de tanto viro benemeritus hoc epitaphium, inſigne quidem, & meritum elogium cum imagine eius ad viuum expreſſa ad organa affixit.

Epitaphium.

Cornelio Muſſo Placentino Minoritæ, Bitontinenſium epiſcopo, vitæ innocentia, morum integritate, & ſanctitate, inſigni doctrina, omniumq; ſcientiarum eruditione præclaro, Concionatori facundiſſimo, atque incomparabili, catholicæ fidei propugnatori acerrimo, cuius ingenij, & eloquentiæ præſtantiam nunquam interitura monumenta teſtantur.

Vixit Annos lxiij. Obijt V. Idus Ianuarij, Anno MDLXXIIII.

Quidam non minus ſui ipſius, quàm primęuæ Religionis immemor, in qua annos 40. coaluit aculeato, & liuido dente tantum virum, & clariſſima eius monimenta expungit, & adulatione parum ſobria clariſſimum hunc virum adumbraſſe videtur: ſed hęc eſt naturę humanę peruerſitas, vt quę imitari nos poſſe diffidimus, falſa putemus, aut debita laude defraudemus. Sic inuidia virtutis hoſtis perpetuus iudicium peruertit; & ſuperbia, vitiorũ omnium mater, virtutem obſcurare nititur. Sed quis cum mortuo contendit, vel mortuo inuidet?

Clariſſimi huius Viri obitum quidam egregius Vates panegyrico carmine proſecutus eſt.

Dum morti inſidias fatumq́ euadere Muſſus.
Tentat, in aduerſum mors inopina furit.
Dat Muſſo clypeum Pallas, dat Phœbus & arcum,
Mors propera inuictæ pleureſis arma iacit.
Occidit heu, Muſſus, mors occidit, hoc tumulo mors
Conditur, hoc Muſſus conditur, & tumulo.
Ergo Mors moritur? moritur, cum fama ſuperſtes,
Candida, quem ipſa vorat, non ſinit illa mori.
Quid Muſſus, viuit? viuit ſuper æthera clarus,
Viuit, & æternùm docta per ora virum.

F.Chriſtianus Honſius Prouinciæ Coloniæ edidit quoddam confeſſionale Germanicum, floruit anno 1550.cætera eius quæ circunferuntur, non vidi.

F. Corradus Probus, Lector Coſtantiæ & epiſcopus Tullenſis.

F.Creſcentius Aeſinus Picens de quo ſuprà, edidit Summam in iure.

F DAMIANVS de Capella edidit quendam tractatum.

F.Daniel Agricola Germanus edidit Monoteſſaron paſſionis Chriſti Latine.

F.Dauid Teutonicus humanarum diuinarumque literarum non ignarus, ſcripſit de cõpoſitione luminis exterioris, librum vnum, ſermones de tempore, librum vnum, de Sãctis librum vnum, claruit non longè poſt Beatum Franciſcum. Obijt Auguſtę Vindelicorum.

F.Didacus Valades redegit in epitomen Magiſtrum Sentẽ. & in partibus Indię ſub hoc tempus ſtrenuè laborauit in vinea Domini, ediditque rhetoricam Chriſtianam, ad orandi vſum accommodatam, vixit anno 1579.fuit Ordinis procurator in Vrbe.

F.Diegus Stella, Luſitanus, ſcripſit de contemptu mundi lingua Hiſpanica, & ſuper Euãgelium D.Lucę inſigne opus maxima eruditione, & pręſtanti eloquẽtia elaboratum: ſcripſit quoq; modum concionandi Latino ſermone, qui nuper Venetijs impreſſus eſt, & expoſitionem in Pſalmum, Super flumina Babilonis.

F.Dominicus Bonauenturę feſti ex Fabriano Beati Franciſci Fabrianenſis nepos compilauit quædam de Ordine Minorum.

F.Donatus de Sancta Agatha, prouincię Romandiolę edidit tractatum in materia hęreticorum, cuius initium eſt, Spiritus ſancti gratia. Erat enim in partibus Romandiolę hęreticę prauitatis inquiſitor.

F.Durandus Campanus Gallus confeſſor Reginę Francię, & Nauarrę, edidit Summam confeſſorũ, quæ inſcribitur Directoriũ, in quatuor partes diſtinctã, vidi etiã in quartũ Sent. opus inſigne: habentur Bononiæ manuſcripta in Bibliotheca Franciſcana. Obijt in Gallia.

B EGIDIVS Aſſiſias Beati Franciſci ſocius, de quo ſupra.

F.Egidius Gulielmus Miſſalius Aquitanus edidit quandam abbreuiationem, & dearticulationem in omnia opera Ioannis Scoti.

F.Egidius Hiſpanus edidit Sermones Sanctorum, quorum initium, Philoſophia eſt humanarum, & diuinarum rerum ſpeculatio.

F.Egidius de Lugnaco Doctor Pariſienſis floruit tempore Ioan. Scoti, & Gonſalui Generalis.

F.Egidius Zamora Hiſpanus edidit Summam de caſibus.

F.Euangeliſta Marcellinus Etruſcus Eccleſiaſtes hoc tempore inſignis, edidit tractatum de conuerſione peccatoris in Deum, impreſſum Florentiæ: ſcripſit quoque vernaculo ſermone, ſed aperto, & erudito ſtylo Metamorphoſin ſtudioſi viri, de vanitate mundi, de virtutibus lectiones varias, in Ionam Prophetam, Abacuc, in Ruth, in Pſal.109.ad Hebræos meditationes de quinque diebus creationis mundi, expoſitionem myſticam in Pſalmũ, Exurgat. Concionem de paſſione Domini, ſub titulo Septẽnarij, in Apocalyp. ſuper libros Regum, ſuper Cantica Zachatiæ, & B.Virg. viuit hodie ſua ſorte contentus.

VERA F. FRANCISCI XIMENII
CARDINALIS EFFIGIES.



Inclytus in rebus geſtis, virtutis amator,
Doctus, & Hiſpani gloria magna ſoli.

DE F. FRANCISCO XIMENIO Cardinale.

FRATER Franciſcus Ciſneros ille, Ximenius, Cardinalis Hiſpanus, ſtatura corporis non magnus, oſſibus, & neruis magis quàm carne ſuffultus, ab ipſa pueritia religionis ſtudioſus, cuius rei ſuperiori libro facta eſt mentio. Præter præclara eius geſta ſingulari doctrina præditus fuit, & moribus: erat enim in homine grauitas quædam humanitati, atque benignitati coniuncta; qua omnes ad quandam erga ſe reuerentiam inuitabat, vt nulla ambitio, nulla factionum diſſenſio, nullaq; hominem priuata gratia, vel odium promoueret. ita profectò animum inſtituerat in omni re, vt paſtoris optimi, & venerandi Antiſtitis officiis, & muneribus fungeretur. Commiſſi quippe gregis omni ſtudio, & diligentia curabat negotia; plerunque enim monendo, ſæpe ſuauiſſimè adhortando, nonnunquàm etiam liberaliter obiurgando, vel caſtigando leuiter, aut ſingulorum infirmitatibus compatiendo, omni enitebatur ſtatui, & negocio prouidere. Scripſit varia ingenij ſui monimenta, à ſtudioſis plurimùm exoptata, quibus apud omnes, præſertim apud Hiſpanos ſuum nomen inclaruit. vir certè ſummus, & omnium temporum memoria dignus.

DE FRATRE FAVSTINO TASSO.

FRATER Fauſtinus Taſſus Venetus naturali propenſione ſe iam à pueritia exercuit ſcribendo, dicendoque tum carmine tum ſoluta oratione, maluit tamen Italico idiomate vti. Nam puer luſit verſibus amabilibus, quos poſtea damnans ingreſſus religionem Obſeruantium alium alio animo peperit libellum metro itidem Italico omni pietate refertum, & orationem Hieremiæ Prophetæ. Duas habuit orationes funebres, vnam Pragæ in Ferdinandi Imperatoris obitu, alteram verò Nauariæ in morte Marchionis Montis Cribelli, in quibus non paruam laudem adeptus. Genuæ fuit Theologiæ & ſacræ ſcripturæ Lector, Taurini quoque, vbi Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux eum voluit ſibi concionatorem habere, poſtea etiam Niceæ habuit: quo tempore eiuſdem Principis rogatu res inter Catholicos, hæreticosq; tranſactas XIII. libris complexus eſt. Scripſit de conuerſione peccatorum ad Deum: in honorem Deiparæ Virginis XII. Sermones, quos prædicauerat Venetijs in æde Diui Franciſci à Vinea, totidem ſuper Cantico eiuſdem Virginis, Magnificat. Item viginti Sermones de Sanctiſſimæ Trinitatis myſterio, & aduentu Meſſiæ Neapoli habitos. Diuerſarum concionum ad diuerſos Italiæ Principes librum. Sed alia quoque ab eo ſcribenda ſperantur. ſic in dies ſcribendo, dicendoq; ſe exercens, eiuſque laudis cupidus, in concionando egregiè profecit.

FRATER Fauſtinus de Commilionibus Venetus, ſuperioris Fauſtini nepos, anno decimoſexto ætatis ſuæ compoſuit, ac publicè Paduæ recitauit orationem de Domini Natiuitate: præbueratq; ſuæ eruditionis atq; ingenij non vulgarem expectationem.

DE

DE F. FELICE PERETTO.

FRATER Felix Perettus Cardinalis, & nunc Pontifex Summus, quam ingenij & eruditionis claritatem indeptus ſit, ex ſuperioribus de eo narratis colligitur. Elaborauit enim & ipſe ac inuigilauit doctrinarum bonarum ſtudijs, & veræ ſacræq; Sapientiæ penetrauit receſſus, eiusque amore atque veneratione incenſus non ſua tantùm propriaque opera quædam voluit ſcribere atque edere, ſed etiam perpolire aliena, & quaſi ad clariorem lucem ſua cura atque indagine reuocare. Itaque ſtudia ille quidem atq; eruditionem ſanam, elegantem, non vulgarem cogitabat, meditabatur, & ſectabatur: ſed viri prudentiam, ingenium, ſolertiamq; in rebus agendis amans & magniſaciens ſuus Franciſcanus cœtus traduxit eius ſtudium & cogitationem ad maiora Religionis officia ac munera, ad maiora adhuc elegere Pontifices, ad ſupremum denique dignitatis Eccleſiaſticę gradum Altiſſimus Deus ſublimauit.

F. Florentius Leijdanus collegit hiſtoriam martyrum noſtri temporis in inferiori Germania.

DE B. P. FRANCISCO.

SANCTVS Franciſcus Seraphicæ Religionis Fundator, quamuis idiota, ſimplex & elinguis fuiſſe viſus ſit: Scripſit tamen Regulam, & breue ac ſpirituale Teſtamentum, & multa Cantica ante, & poſt confirmationem Regulę, ſcripſit quaſdam epiſtolas ad Capitulum generale ad omnes Chriſti fideles, tantumq; ei placuit ſtudium ſacrę Scripturę, quod B. Bonauentura narrat ſe audiuiſſe à quodam Fratre, quòd cùm nouum Teſtamentum veniſſet ad manus ſuas, & plures Fratres nō poſſent ſimul habere, diuidebat per folia, & ſingulis communicabat, vt ſigillatim cuncti legerēt citra faſtidium alterius. In eius verò obitu mandauit Fratribus, vt Doctores, qui verba vitæ annunciant, eſſent illis in magna reuerentia. Itaque nullus quidem in eo floruit eloquentiæ color, nulla adfuit pronunciationis venuſtas, nullus ſcriptionis ornatus, nec in eius animo vlla inſedit humana eruditio, nec ſtudio acquiſita doctrina, in eius tamen Cōcionibus, & paucis ſcriptis, ijsq; rudi ſatis ſermone exaratis, viget tanta animi efficacia doctrina cœleſtis, tanto ſpiritus ardore æſtuat Euangelica pręceptio, tanta intellectus ſublimitate emicat diuina ſapientia, vt vndique per totum orbem terrarum ad ſuum Ordinem attraxerit, & Chriſto ipſi addixerit innumerabilem hominum multitudinem, ad hoc vt per humilem ſui deiectionem ad ſublimia creaturarum aſpirent. Quòd ſi Oratoris officium, ſi eloquentiæ finis eſt, appoſitè dicere ad perſuadendum, B. P. Franciſcus in hac re ſummam laudem & gloriam conſequutus poteſt videri, qui ſcriptis & Concionib. ſuis animos penetrauit, eos finxit, formauit, & flexit. Non ſolùm igitur inter Scriptores ac eruditos hic annumerandus fuit, ſed inter eos primas tenere meritò cenſendus.

F. Franciſcus ab Aqua putrida, Beneuentanus, quædam etiam conſcripſit digna lectu, quæ tamen non vidi.

F. Franciſcus de Ampullis citatur in Angelica, & ſcripſit de iure canonico.

F. Franciſcus de Abbatibus de Aſta ſcripſit ſermones per annum, cuius initium, Erunt ſigna in Sole. Itē Quadrageſimale, Cùm ieiunatis, ſicut apparet ex multiplici experimento

Frater Franciſcus Aeſinus, Picens, edidit de circulo diuini amoris, ſermone vernaculo fertur alia edidiſſe, quæ tamen non vidi.

F. Franciſcus Aſculanus, magiſter eximius in Theologia, compilauit opus Contradictionum Iacobi de Carthago.

F. Franciſci Aſculani Improbationes quædam habentur Florentię in Bibliot. S. Crucis.

Frater Franciſcus Bartholus Aſſiſias, edidit de Paſſione Domini, & hiſtoriam S. Marię de Portiuncula.

Frater Franciſcus Burgonius Pariſienſis edidit indicem omnium inſigniter à B. Auguſtino dictorum.

Frater Franciſcus cognomento Feuardentius, Pariſien. Theologus, edidit Commentarios in Ruth.

DE F. FRANCISCO GEORGIO.

FRATER Franciſcus Georgius Venetus, vir Platonicæ Philoſophiç cultor eximius, & ſacrarum litterarum ſtudioſus edidit quoſdam locos totius diuinæ ſcripturæ, Problematum libros octo, Platonicis & Thalmudicis opinionibus hinc inde reſperſos. Elaborauit quoque inſigne opus de Harmonia Mundi, & alia quædam, in quibus maximam Hebraicarum literarum eruditionem oſtendit. alia quoque opera decreuerat in lucem proferre, ſed cogitationes eius repentinus obitus interuertit. Qui rebus ſuis more Chriſtiano rectè compoſitis obdormiuit in Domino. Fleuere docti bonitatem eius. floruit anno 1510.

F. Franciſcus Florentinus, cognomento Paduanus, compilauit quædam opuſcula erudita, præſertim verò ad vniuerſos Inquiſitores hæreticæ prauitatis de Incantatoribus & diuinatoribus, ad S. Pontificem Nicolaum V. Item tractatum de Beato Franciſco ad Plebem Veronenſem, de Chriſtiana Inſtit. ad Bracium Martellum Patricium Florentinum: habentur Florentiæ manuſcripta in Bibliotheca S. Crucis.

Cur Doctor illuminatus ſit dictus. Vir quadratus.

F. Franciſcus Maronius ex Prouincia Prouinciç, ſiue Sancti Ludouici, Ioannis Scoti auditor, & ſcholaſtica eruditione præſtantiſſimus, qui tanta auctoritate & opinione floruit, vt acutiſſimus in Gymnaſio Pariſienſi diſputator, & Doctor illuminatus vbique vocatus ſit: tantæ enim extitit ſapientiæ, vt in immenſis operibus, quæ condidit, vix deſtiterit vnquàm à ſuo quaternario: nam opere quadrato vtitur, ſicut ipſe inter cæteros Theologos ex toto ferè quadratus extitit: de rebus Theologicis tot & tanta ſcripſit, vt benè inſtitutis ingenijs amori ſemper ſit & honori: vndè acutis telis ſuperbos Gigantes, & Philoſophos, qui Deũ bello petunt, proſternere ſolet. Hic Scoti ſubtilitates auxit, vt aiunt, actum Sorbonicum Pariſiis prior inſtituit, in cuius rei memoriam actus ipſe ſemper ab vno Minoritano inchoatur, & à Dominicano abſoluitur. Scripſit ſubtiliſſimè ſuper quatuor Sententiarum libros, Quæſtionum variarum librum vnum, de veritatibus Beati Auguſtini librum vnum, cuius initium, Flores B. Auguſtini. quandam Epitomen ſuper libros naturales Ariſtotelis. Quadrageſimale, & poſtillas per annum, & de feſtiuitatibus Sanctorum. Annotationes memoria dignas in totam ſacram Scripturam, determinationem paupertatis Chriſti, & Apoſtolorum, & de virtutibus, de vitijs capitalibus hoc initio, Circa multiplices manſiones: de articulis fidei, initium faciens, Circa articulos fidei, de decem præceptis explanationem. edidit quoque compilationem Auguſtini de Ciuitate Dei, ſuper librum Dionyſij de Angelica Hierarchia. ferunt etiam ediſiſſe ſuper Decretales. Floruit anno 1324. obijt Placentiç, in cuius commendationem Sanſon Generalis monumentum extruxit hoc carmine.

Conditur obſcuro lumen res pulchra ſepulchro
Doctrinæ hic ſacræ gloria, luxq́; iacet.
Dogmata flete, quibus Franciſci de Mayronis
Extremam conſtat impoſuiſſe manum.
Et quibus arma dedit cæleſtia, flete Minores,
En cecidit noſtri firma columna Chori.
Qui quantò excellit fulgentia ſydera Phœbus,
Tantò alios ſuperas lumine Doctor, Auc.

F. Franciſcus Maurus Hiſpellas, Vmber, edidit poema inſcriptum Franciſciados lib. 13. ad Sereniſſimum Coſmum Medicem, Magnum Hetruriæ Ducem.

F. Franciſcus Nouarienſis, ſcripſit Summam de caſibus, Iuris vtriuſque peritus.

F. Franciſcus ab Oſſuna, Beticus, ſcripſit ſuper Miſſus eſt; & Sermones in Euangelia totius anni. Claruit anno 1530.

F. Franciſcus Ortitius Hiſpanus, ſcripſit ſuper Pſal. 50.

F. Franciſcus Picardi, Doctor Pariſienſis, edidit enarrationes in Euangelia.

F. Franciſcus Polyntius de Ciuitate Pactarum, Siculus, ſcripſit de Iuſtificatione, & ſacramento Euchariſtiæ. floruit Tridenti in Concilio apud Petrum de Aragonia Cardinalem, & Archiepiſcopum Panormitanum.

F.Franciſcus de Platea Bononienſis, iuris & ſacrarum ſcripturarum egregiè doctus, & prædicator ſuo tẽpore eximius, ſcripſit opus inſigne de Reſtitutionibus, librũ vnum, cuius initium eſt, Reſtitutio primò, vtrũ reſtitutio ſit de neceſſitate: De cenſuris librum vnum, de vſuris, & actu matrimoniali, & varios ſermones, edidit etiam Summam myſteriorum Chriſtianæ fidei. claruit an. 1442.

F.Franciſcus Polygranus, edidit enarrationes in Euangelia, & aſſertiones quorundã Eccleſiæ dogmatum.

F.Franciſcus Ragatius Cremonenſis Theologus, & iuris vtriuſque Doctor inſignis, interfuit in ſacro Concilio Conſtantiæ, deinde factus Epiſcopus Bergomenſis vixit in Epiſcopatu an. 34. qui apud Philippum Mariam Vicecomitem Mediolanenſium Ducem, fuit in pretio habitus, & in Concilio Baſilienſi orator fuit pro Religione Franciſcana, obijt Bergomi.

F.Franciſcus Rubcus de Apugnano Picens, ſcripſit ſuper primum Sent. Scoti.

F. Franciſcus Salazar Epiſcopus Salaminenſis, edidit orationem in exequijs Illuſtriſſimi Cardinalis Creſcentij; cuius initium eſt, Mecum ipſe, & ſi animo conſternatus, reuoluens.

F. Franciſcus de Sancto Simone de Piſis, dictus de Empolim, ſcripſit quaſdam doctas & reſolutas determinationes, floruit Oxoniæ.

F.Franciſcus Sauonenſis, qui poſtea Sixtus IIII. Pontifex Maxi. reliquit ingenii ſui lucidiſſima monumenta, habuit preceptorem in humanioribus literis Galeottum Martium, quem Narnia genuit, eumque poſtea Summus Pont. periculo exemit, graui tamen contumelia. Nam in foro Veneto, ad geminas columnas, ad tribunal perductus eſt, vt impetrata venia ſe falſa ſcripſiſſe fateretur. Sed accidit, vt id iudicium exortus in turba riſus euerteret ſalſo ac repentino Galeotti dicterio excitatus. Nam cum fortè non ignobilis Venetus è turba proximus ſtrigoſa proceritate, & impudicæ vxoris probro inſignis, traductum ludibrio præpinguem porcum appellaſſet, ex templo Galeottus renidenti q; ore, pinguis, ait, porcus, quàm macer hircus eſſe malo. Quo ille confuſus conſtitit. *Salſum dicteriũ.*

F.Franciſcus Ximenius Ciſneros Cardinalis, & ſcriptor inſignis, vt ſupra, qui vt erat acris ingenij ad ea quæ religionis, & literaturæ erant appulit animum, in rebus agendis ſolers, & prudens, in cunctis moribus mitis, in conuerſatione ſuauis, vt etiam ſummi viri egregia de illo ſentirent. De quo plura ſuperius diximus.

F.Franciſcus Titelmanus, ex Haſſel agri Leodienſis oppido, vir in omni genere diſciplinarum eruditus, Græcarum, & Hæbraicarum literarum non ignarus. Cum primũ puer eſſet, vtroque parente orbatus, Caroli Carondileti opera adiutus, & quaſi in filium adoptatus Louanij humanioribus literis operam dedit, breuique temporis interiecto ſpatio inſignis doctor euaſit. Qui poſtquàm plures annos Haſſellenſis Academiæ Philoſophorum apud Louaniã moderator illuſtris, & prelector extitiſſet, diuino ſpiritu commotus Ordinem Sancti Franc. ingreſſus in eo multum profecit. Sed audiens, cum eſſet in Conuentu Pariſij, in Italia factam eſſe reformationem regulę, vnà cum fratre Franciſco de Solctro, Romam appulit, vbi inter Capuccinos aſperam vitam duxit, & velut homo deſpicatus, & abiectus in domo Dei, vilibus ſe mancipabat obſequijs. Leproſis, & infirmis, cũ omni humilitate ſeruiebat, vilibus indutus, nudis pedibus ambulabat, & quàuis eſſet Vicarius prouinciæ Romanæ, omnibus tamen ſe ipſum humiliter ſubijciebat. Tandem morbo correptus vitam cum morte commutauit, obijtque Anticoli prouinciæ Romanæ. Narratur, cum corpus eius annos x. humi iacuiſſet, inuenta eſt dextera eius recens, & incorrupta. Vir ſanè maxima pietate preditus, vt ſcripta eius, & doctrina, & varietate maxima declarant: ſcripſit. n. plura pijſſima, & doctiſſima Syntagmata videlicet, Summã myſteriorum Chriſtianæ fidei, Elucidarium in Iob, in Eccleſiaſten, in Pſalmos, in Hymnos, in Cantica, in omnes Beati Pauli Epiſtolas, in omnia Euangelia, de cõſideratione rerum naturalium, & plures tractatus de ſacramentis, tum demùm compendium Dialecticæ ad libros logicorum Ariſt. Qui concionibus ſacris & interpretamentis docẽdo, & ſanctitate clarus ante multò clarior euaſit. obiit cum opinione Sanctitatis. Cuius ingenuo labori multum debent ſtudioſi omnes.

F.Franciſcus ex Valentia Padi, edidit Quæſtiones in Metaphyſica Ariſt.

F.Franciſcus Venetus (cognomento Surianus) edidit Sermonem egregium de Indulgentia Sanctæ Mariæ de Angelis; cuius initium eſt, Indulgentiam eius fuſis lachymis poſtulemus. vidi manu ſcriptum ad exemplar.

F. Franciſcus Knaialus, ſcripſit aduerſus Eraſmum ex Roterodamo Olandiæ oppido. qui ſpreta Religione Canonicorum Regularium, quam profeſſus fuerat, furens in religioſos ab eadem exiuerat.

F. Franciſcus Lachetus Brixianus, edidit Commentarios eruditos in primũ, ſecũdum, tertium, & Quolibeta Doctoris ſubtilis: vidi etiam quædam Theoremata ab eodem diſputata Neapoli aduerſus Auguſtinum Sueſſanum.

F. Franciſcus Maurus de Montegranario, edidit ſcholam Monichalem, an. 1578.

F. Franciſcus Maria Pugnettus, Iuuenis bonę indolis, Placẽtinus, noſtri Gymnaſij auditor, edidit quaſdas orationes non ineleganti ſtylo concinnatas, obijt an. 1583. Bononiæ.

F. Franciſcus Feuardentius, Theologus Pariſienſis, edidit Commentarios in librum Ruth.

F. Franciſcus Spenatus, de Aqua putrida, edidit quaſdam Quæſtiones.

F. Franciſcus Gothus, collegit Compẽdium Biblicum diuinorum capitula ſingulis quatuor dimetris Iambicis perſtringens, neglecta tamen pedum, & ſyllabarum menſura.

F. Franciſcus Cordubenſis, edidit Annotationes catholicas in Chriſtianæ Religionis articulos contra Hæreticos.

F. Franciſcus Guthumanus Tholetanus, de ſacrorum Miniſtris altaris, & celibatu, edidit opus inſigne.

F. Franciſcus Maniconius Somninenſis, edidit quaſdam Conciones lingua vernacula.

F. Franciſcus Horantius Hiſpanus, edidit locos catholicos pro orthodoxa fide ad Carolum Hiſpaniarum Principem.

F. Franciſcus Ferrarienſis, edidit Quadrageſimale.

F. Franciſcus Krauendonus Concionator percelebris, collegit ex Concionibus Ioannis Spangenbergi Lutherani conciones, ſiue potius explicationes Euangeliorum, ab erroribus vindicatas per propoſitas Quæſtiones, & ad eaſdem reſponſiones. Obijt Maguntiæ, anno 1572. ſuffectus in locum Ioannis Feri.

F. Franciſcus Maceratenſis Picens, ſcripſit Argumenta ſingulórum capitum in 7. lib. Ioſeph de Bello Iudaico.

F. Franciſcus dictus de Marchia, edidit Quæſtiones in 12. lib. Methaphiſicales, ſuper libros naturales Ariſt. & in quatuor Sententiarum libros.

VERA

VERA F. FRANCISCI PANIGAROLAE
EFFIGIES.



DE F. FRANCISCO PANIGAROLA.

FRATER Franciſcus Panigarola Mediolanenſis nobili genere, ſed motibus clarior, egregiè doctus, Eccleſiaſtes hoc tempore celeberrimus, ingenio prompto, & facundia grata; cui vel inaudita, vel rara laus obtingit. Primò Ticinij Iuri ciuili operam dedit, deinde Bononiæ annos quinque, ſtudiumque ſuum ita breui perfecit, quòd in virum doctum cum omnium admiratione, & pari conſenſu euaſit. Qui tamen Monaſticam vitam ſeculari anteferens Florentiæ ingreſſus eſt Ordinem B. FRANCISCI Reg. Obſer. vbi poſtquam litteras Philoſophiæ Pariſijs, & ſacræ Theologiæ inexhauſtos fontes ebibit, in ſacris ad populum concionibus ita eminet, vt omnes ad illum concionantem non aliter quàm ad eum, in cuius ore inſideat Πειθὼ illa flexanima, quæ Suadela dicta eſt à Latinis, vel confugiant vel attrahantur. Ita auidè, & intentis auditur animis, vt nemo à concionantis vultu oculos ſuos auertat, nemo non breuem eius orationem exiſtimet, nemo non inuitus finem accipiat. Ob id omnibus Principibus Chriſtianis charus habetur, præcipuè Cardinali Borromæo gratus fuit, qui eius facundia, & doctrina mirificè delectabatur, illumque in monte Varallo, & in viſitationibus comitem ſæpe habere voluit. Scripſit ad præſentem diem præclara quædam ingenij ſui opuſcula contra Caluiniſtas. Quatuor volumina de Paſſione Domini vernaculo, ſed preſſiori ſermone, breuem Paraphraſim ſuper Pſalmos, modum concionandi, Paraphraſim ſuper lamentationes Hieremiæ, plura ſcripturus, ſi ſuperuixerit. A' Sixto V. Pont. Max. Epiſcopus Chryſopolitanus creatus eſt, & coadiutor Eccleſiæ Ferrarienſium.

VERA

VERA F. FRANCISCI VICEDOMINI
EFFIGIES.



DE F. FRANCISCO VICEDOMINO.

QVIS, & qualis fuerit frater Frãciſcus Vicedominus Ferrarienſis ab ipſius ferè incunabulis perſpici poteſt. Nam puer egregia quadam indole candidis, & virgineis moribus ornatus, circiter duodecimũ ætatis ſuæ annum nõ ad omnes modò actiones, ſed ad quaſlibet ſerias diſciplinas capeſcendas aptus videbatur, qui Latina cum Græcis pariter coniungens effectus eſt Magiſter inſignis, & concionator tota Italia celebris: fuit ſiquidem in eo ſumma eruditio, & eloquentia incomparabilis, quãuis inuita & prorſus reluctante natura ob linguæ, & naturalis vocis perpetuum offendiculum. Quod eo magis mirum videtur, cũ in familiari ſermone hæſitante lingua balbutire eſſet ſolitus, nec orantem tamen (quod de Pomponio læto fertur) aut clara voce lectitantem vlla omnino oris titubantia deformaret. Cũius ingenij acumen, & ſtyli felicitas in confrãgoſa materia plurimum admiranda eſt. Vnde Cornelius Muſſus ſplendidũ illud lumẽ, qui priſcũ illũ concionãdi modũ Baſilio Magno vſitatum multis poſtea ſeculis extinctum primus apud Italos reuocauit in lucem, ſuggeſti delicias, & Cytharam noſtræ ætatis appellare conſueuerat. Audiniſti quis, & qualis apud nos fuerit, idemque conjecta nunc quantus ſit apud Deum. Obijt Franciſcus Bononiæ accumulato felicis ingenijs merito anno ſuæ ætatis 59. (ſic dira vorago conſumit nos mortales) anno verò Domini 1573. die xxix. Octobris hora viij. noctis tanta pietate, vt collacrymantibus cunctis, qui aderant, admirationi eſſet, & dolori, cum ſine voce labia mouens dulci quodam ſub murmure exprimeret verba illa. Me expectant Iuſti donec retr. mihi, quibus expletis diẽ clauſit vltimum. Reliquit clara ingenij monumenta, Homelias vernaculo ſermone conſcriptas. Item Quadrageſimale latinum, & per aduentum, necnon cathechyſin, & quædã alia quæ à ſtudioſis viris deſiderãtur. Bononię in eccleſia D. Franciſci, vbi ipſe conditus eſt, erexi lapidem in titulum ſuarum laudem, quo tẽpore eram ibi cõmiſſarius generalis & regens, vt hac ſignificatione ſaltẽ explicarem virtutes tam egregij viri, præter ea quæ ſcripta ſua omni laude digna declarant.

Cornelij Muſſi dictum de F. Franciſchino.

F. Fraciſcus Vuiler ſcripſit inſigne opus, quod repertorium Sancti Hieronymi prætitulauit, & alia inſignia opuſcula. floruit anno 1495.

F. Franciſcus Zamora Hiſpanus conſcripſit Homilias in ſingulos verſiculos Pſalmi. 50.

F. Franciſcus Zichenius Teutonicus edidit in ſeptem verba, quæ Chriſtus in cruce protulit, breuem & piam explicationem pro concione habitam, concionem de eleemoſynæ efficacia ad maximè pium Ceſareæ Maieſtatis eleemoſynarium, cuius initium eſt. Haud potuiſſet: ſuper Thema, Beatus qui intelligit ſuper egenum, anno 1556.

FRATER Gabriel Brunus Venetus Terræ ſanctæ Prouincialis ordinauit tabulam alphabeticam ex ſingulis libris & capitibus tam noui quàm veteris teſtamenti, pro quacunque materia vel hiſtoria in quocunque locorum Bibliæ poſita incipiendo quandoque à vocabulis quandoq; à verbis & nonnunquam etiam à proprijs nominibus, non minus facilimè, quàm copioſiſſimè. Quod ſi vna & eadem hiſtoria diuerſis vocabulis repetatur, in quo videatur ſcriptura contradicere, ea accommodat. Floruit anno 1490.

F. Gabriel Spoletinus Philoſophus, Theologus, & prædicator inſignis tempore Diui Bernardini, ſed non in pari ſanctitate. Senis habuit publicam diſputationem in qua egre ſe probauit.

F. Gaſpar Scatzgerus ſcrutinium ſcripturæ, de libero arbitrio, de Miſſa contra Lutheros, de matrimonij indiſſolubilitate, præcipuè verò ſtrinxit calamum in peſtiferos Lutheranorum fœtus: ſcripſit de triginta articulis controuerſis: defenſionem vitæ monaſticæ, multa quoque germanica lingua edidit. Floruit in Conuentu Monachi Bauariæ, anno 1525.

F. Garganus Senenſis ſcripſit libros duos de auctoritate protectoris Religionis. Floruit ſub Iulio II. Pont. Max. anno 1507.

F. Gentilis Cingulanus tranſtulit ex græco in latinum Ioannem Climacum: dialogum Macharij, & librum quendam D. Ioannis Chryſoſtomi.

F. Gentilis de Monteflorum Picens S.R.E. Cardin. ſcripſit multa opuſcula, quibus ad Cardinalatus faſtigium euectus eſt.

F.Georgius Benignus Raguſinus, Archiepiſcopus Nazarenus, edidit Quæſtiones de natura Angelica, quæ habentur Florentiæ in Bibliotheca Sancti Marci.

F.Georgius de Pera prouinciæ Sancti Angeli, edidit Quæſtiones quaſdam.

F.Germanus quidam, cuius cognomen ignoro, ſcripſit Centurias inſignium mendaciorum Lutheranorum: Conciones ſex, prima eſt de Matrimonio, ſecunda de vita monaſtica, tertia de vitijs vtriuſque vitæ, quarta de oratione Dominica, quinta de diſcrimine veteris, & nouæ fidei, ſexta de ſumma præcipuorum capitum fidei.

F.Gilberti de Tornaco Gallici Sermones dominicales, item Sermones ad ſtatus, habentur Florentiæ manuſcripti in Bibliotheca ſanctæ Crucis. initium quorum, Rogatus pluries, & vani ſunt amantium affectus. Hic cum nobilibus parentibus eſſet ortus in primo ſuæ ætatis flore tradidit ſe religioni, & literis imbuendum.

F.Girardus Odon, de quo ſupra.

F.Girardus quidam Teutonicus ſcripſit quędam docta, & laude digna opuſcula.

F.Gonſaluus Generalis, & ſcriptor clariſſimus, de quo ſupra diximus.

F.Gratianus Brixianus in Academia Patauina Theologiæ profeſſor edidit ſuper ſecundum Scoti lecturam eruditam & diſtinctam ad Albertum Pium Carpenſium Principem, cuius initium: Vtrum primaria cauſalitas.

F.Grazias, edidit compendium de obſeruantia Regulæ Seraphicæ, diſtinctũ per capita.

F.Griphon Flandrenſis ſacræ Theologiæ profeſſor in vniuerſitate Pariſienſi, zelo fidei ductus viſitauit Terram ſanctam, poſt multos labores perpeſſos in interpretatione ſacrarum literarum, prædicauit in Oriente publicè damnans errores Græcorum, & diſputauit aduerſus Marcionitas acerrimè, eoſq; deduxit ad obedientiam S.Romanæ Eccleſiæ, anno 1450. vnà cum fratre Franciſco Barchinonenſi, qui linguam prouinciæ Franciæ & Montiſlibani, vbi habitabant Marcioniſtæ, optimè callebat, à Calixto Tertio Pōtif. Maximo electus eſt, & conſecratus Patriarcha illius prouincię, qui maxima charitate afficiebatur erga animas, omniq; cōtendebat ſtudio vt ad fidem ſanctā deduceret, quam ob rem cum vellet trāſire ad alias nationes, vt animas Chriſto lucrifaceret, obijt anno 1475. ſcripſit multa opuſcula, & præſertim Itinerarium Terrę ſanctæ.

F.Gualterius Catton Anglus, ſcripſit in quatuor Sent. libros, Quæſtionum lib. vnum, anno 1330. Ant.par.3.ti.24.

F.Gualterius Epiſcopus Pictauienſis vt ſupra, ſcripſit ſuper quatuor libros Sen. iubente Alex.4.Pont.Max.& Quolib.lib.1. de quo agit Anto. qui pro iure eccleſię, cui pręerat, habuit litem cum Clemente V. vt ſuperius retulimus.

F.Guido Brianzonus Aquitanus ex conuentu Aurelianenſi, edidit in quatuor Sen. opus ſanè diſtinctum, 1488.

F.Guido Lector Fulginas, edidit ſermones feſtiuos, quorum initium eſt, Hoc opus eſt de feſtiuitatibus Sanctorum.

F.Gulielmus Almoic, edidit Quæſt.28. quarum exordium, Vtrū gaudium accidentale. edidit quoque in Apoc. his verbis Spiritu magno vidit.

F.Gulielmus Alneuuier Northumber, ſcripſit ſchiſmatum elenchos, in Philoſophiam naturalem lib.8. lecturam Sent. lib.4. anno 1360.

F. Gulielmus Bernardi de ſacrarum litterarum Communicatione, earumque ſenſu germano.

F.Gulielmus Cremonenſis Epiſcopus Ticinenſis, edidit in quatuor lib. Sent.

F.Gulielmus de Falgario Doctor Theologus, & ſocius D. Ludouici.

F.Gulielmus de Centuerijs Ticinenſium Epiſcopus, ſcripſit ſuper quatuor lib. Sen. Cremonę ad Minores ſepultus.

F. Gulielmus Farinerius Generalis multa cudit opuſcula lectu digna, tū in philoſophia, tum etiam in Theologia.

F.Gulielmus Fulginas D.Bonauenturæ opera in compendium redegit.

F.Gulielmus Lamarenſis Anglus, ſcripſit ſuper quatuor Sent. Correctorium contra D. Thomam, additiones in S.Bonauenturam, lecturas Scholaſticas, anno 1340.

F.Gulielmus de Militona, Lector Pariſij, vir doctus, ad quem ſe contulit frater quidam, qui referente Alexandro de Ales, dubitans de realitate ſacramenti Euchariſtiæ, feruenti oratione meruit videre in eleuatione hoſtiæ quaſi puerum in magna quantitate contineri.

F. Gulielmus Ocham Anglicus, Ioannis Scoti auditor, eiuſque doctrinæ oppugnator acerrimus, iuxtà nominis etymologiam bellicoſus, cum Galeæ nomenclaturam contineat primo Prouincialis Angliæ, inter cæteros Familiæ Franciſcanæ alumnos ob ſingularem eius doctrinam, & eruditionem, flos modernorum, & venerabilis incæptor appellari meruit. fuit enim caput Nominalium, & doctrinæ illorum propugnator, Doctor ſanè clariſſimus, cuius doctrinam æmulatus eſt ferè in omnibus (ipſo teſte) Gabriel Nominalis. Fuit autem Gulielmus vir in diuinis ſcripturis eruditus, in philoſophia, & liberalibus diſciplinis ita præſtitit, vt ſuo tempore non haberet æquales, pręſertim verò in ſacris literis, atque demùm in ſacra Theologia non modò verſatus, verũ etiam fuit nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio. Hic contra Ioannem X X I I. hęreſim Fraticellorum damnantem ſtetit vnà cum Petro Corbarienſe, quem Ludouicus Bauarus in Idolum erexerat, eum propterea hæreticum eſſe Papa pronuncians excommunicauit, qui ad Ludouicum fugiens dixit, Imperator defende me gladio, & ego defendã te verbo. Qui tamen à Ioanne Vvalſinghã, Ricardo Conyngton, & Gulielmo Exceſtrio, ſimiliter Anglis (qui Papæ aliàs parati fuerunt defenſores) diſceptando victus ceſſit, & abſolutus ab excommunicatione, quæ in illũ exierat literarum cauſa, ſuo loco reſtituitur. Obijt Capuę tumulatus in choro in pauimento lapide marmoreo ſuperpoſito cum ſubiectis verbis.

Ioan. Lelãdus li. Antiquitatũ Britanniæ.

Epitaphium Gulielmi Ochã Capuæ tumulati.

Hic iacet corpus Excellentiſsimi Doctoris, & Inceptoris Ocham Anglici Ordinis Minorum, qui obijt hic tempore Domini Ioannis X X I I. & Domini Regis Ruberti, & hic compoſuit Dialogum de poteſtate Eccleſiæ, obijt autem die xx. Septembris, an. 1320.

Notat Abbas Tritemius obiiſſe in Norica prouincia, quam Bauariam vulgò appellamus, quod dictum minimè conſtat ex eius tumuli inſcriptione verum. Scripſit in quatuor Sentent. lib. in vij. Phy. cuius initium, Ea de re. De Sacramento altaris ſubtiliſſimas quęſtiones, & alia. ſcripſit quoq; Dialogum de hęreticis, opus prolixum, & ſcabroſum, vt legentium animos afficiat, & diututna fluctuatione ſuſpendat. Contra quem ſcripſit Henricus de Zoemeren ſacræ Thologiæ profeſſor ſuaſu Beſſarionis Cardin. Niceni Legati in Alemania, & Germania.

F. Gulielmus Hicetus, Doctor inſignis, obijt Pariſijs, cuius hoc extat epitaphium.

Epitaphium.

Hic tegitur paſtor longè vigilantior Argo,
Quem reuocant plebes, & Minor Ordo gemit.
Vox populo dulcis, doctrina, modeſtia, iuris
Diuini interpres, Theologusq́, iacent.
Hoc ne terra foret cœleſti clarior aula,
Eſt celeri in ſup eras nube receptus opes.

FRATER Gulielmus Rubion ex Villa Franca Aragonenſis, ſcripſit ſuper quatuor en. lib. claruit anno 1333.

Gulielmus de Ocena, corrupto vocabulo Vuaro, conſueta Tranſalpinarum appellationũ in Italia deprauatione, cognomen accepit ab eiuſdem nominis oppido, quod viginti paſſuum millibus diſtat à Londino. Tanta floruit ingenii præſtantia, vt Doctoris titulo honeſtatus, primum Oxonij in Anglia, deinde Pariſijs ſcholaſticæ præfuerit lectioni. In philoſophia Ariſtotelica Theologorum eius temporis more longo ſtudio euaſit peritiſſimus, Inter diſcipulos, quos tunc habuit frequentiſſimos, Ioannem Scotum eruditiſſimum produxit diſputatorẽ, ſcripſit in 4. lib. Sentent. opus omni laude dignum. A Ioanne Pico Mirandulano in Heptaplo celebratur, floruit anno 1270.

Ex Commentario [illegible] tiquitatũ Brita[illegible] manu [illegible] ript

F. Gulielmus Vorilion Britto, Conuentus Diuanni, ſcripſit in 4. Sent. opus præclarum in quatuor lib. Sententiarum iuxta doctrinam S. Bonauenturæ, & Scoti, ſcripſit quoque

Reper-

Repertorium propoſitionum quæ ſunt extra Scotum, quod inſcribit Vade mecum. Canonici iuris non ignarus, & quædam alia. Hic ſiquidem in diſputatione de ſanguine Chriſti, quæ vertebatur inter Prędicatores, & Minores tempore Pij II. ex Gymnaſio Pariſienſi ac citus tanquàm monarcha in doctrina Theologica, nam veluti quoddam numen admirabantur, quamuis in illa diſputatione nihil diceret auditu dignum, paulo poſt certamen obijt Romæ ſub Paulo Secundo Pontif. morbo correptus. corpus eius in Ara cæli conditum eſt. Cuius vita, & doctrina caſta, & laudabilis fuit ſemper.

F. Gulielmus Vvoderfordenſis Anglus ſcripſit aduerſus Vviglefſum declarationum lib. vnum, contra 18. articulos, & alia præclara opuſcula, anno 1396.

F. Gulielmus de Solāgā agri Patauini, ſcripſit peregrinationē Beati Odorici Nauonēſis.

F. Gulielmus Superbius Tureienſis Cōuentus Baiocenſis Normaniæ cuſtos regens Pariſijs nō minus literis, quā bonitate morū clarus vixit, edidítq; nō nulla, quæ latēt & deſiderantur. Obijt Pariſijs, ſepultus in æde S. Frāntra colūnā, & parietē Sacrarij, cuius epitaphiū ſic legitur: *Flebile tempus adeſt, ploret gemebunda Minorum*
Turba; virum extinctum defleat omnis homo.
Flere licet, plorare poteſt Normanna propago,
Quæ dederat nobis hunc probitate virum.
O truculenta nimis, mors o ſæuiſsima, nempe
Quæ ingenio claros non ſinit eſſe diu.
Hic poterat longos vitam proferre per annos,
Hunc cupiente Deo ſed rapis ante diem.
Semper adhuc viuas, viuas Guilelme ſuperbi
Quo illuſtrata fuit religioſa domus.

F. Guillibertus Tornacenſis edidit pulchros ſermones, præſertim de ſacramento altaris anno 1540.

F. Gutierius Treius Placentiæ Hiſpanię oriundus elaborauit commentarios in Euangelia anno 1550.

F HAYMO de Feuersham Anglus, Ordinis Generalis, vt ſupra, vir ſummæ eruditionis, qui inter peripateticos ſui temporis primū locum obtinuit, fuit ſcriptor celebris & a Gregorio X. Pont. fuit legatus ad Gręcos miſſus. Anagniæ obijt.

F. Helias Annibalis Cardinalis, & ſcriptor, vt ſupra.

F. Helmanus Teutonicus de Neeſemburg, ſcripſit ſermones de tempore.

F. Henricus Cremonenſis redegit in Epitomen 4. lib. Sen. & li. naturales Ariſtotelis iuxta principia Scoti.

F. Henricus Archiepiſcopus Maguntinus a teneris incubuit literis, qui ob ſingularem eruditionem Rodulpho Cæſari charus fuit. Floruit anno 1274. & apud Baſilienſes in ſacris concionibus multum profecit.

F. Henricus Harphius vel de Hiarph prouincię Colonię, ingenio præſtans, & clarus eloquio, iuris pontificij non ignarus, ſcripſit de Myſtica Theologia tam ſpeculatina, quam affectiua, & libros de decē præceptis, quorum initium eſt, Inuenio aliam legem. Speculū ſectionis, & quædam alia. Claruit ſub Federico an. 1460. ſcripſit autem in Monte Aluo de Myſtica Theologia.

F. Henricus Helmeſius Germipolitanus, ſummæ Colonienſis Eccleſię concionator . . gnis, conſcripſit in omnes epiſtolas, & euāgelia tomos quinque miro artificio, fuitq; eruditione non vulgari ornatus anno 1550.

F. Henricus de Merburgh edidit ſummam caſuum, cuius initium eſt, ſicut &c.

F. Henricus à Monte Iardino Genuenſis edidit commentarios in Ioā. & Euangelia: edidit quoque quinque Quadrageſimalia, initium primi, Aſſumpſit Ieſus duodecim Diſcipulos. initium ſecundi, Conuertimini ad me. Initium tertij, cum ieiunatis. initium quarti, ſapiens Magiſter. initium quinti, erant mirantes.

F. Henricus Regius Parderbonenſis redegit Biblia quodam ordine alphabetico.

F. Henricus de Vercklera, vel Verchleir Teutonicus Prouinciæ Colonienſis, & euiſdem

vniuerſitatis

vniuerſitatis Doctor inſignis, edidit Quæſtiones quaſdam in vniuerſalia Porphyrij, ſcripſit quoque ſuper quarto Sententia. de poteſtate Eccleſiæ, ſermones varios, & alia plura, anno 1490.

F. Hermanus Brucken, Northuſianus edidit ſermones de tempore proprios & communes anno 1376.

F. Hieremia Vtinenſis, vir facilis, & ardentis ingenij, edidit expoſitionem lucidam in quoſdam Pſalmos, in orationem Hieremię Prophetæ, & in cãticum Zachariæ ſermone vernaculo, viuit hoc tempore 1578.

F. Hieronymus Aſculanus memoratur ſupra.

Hieronymus Ballanus, edidit Conciones 10. lingua Hetruſca, & tractatũ de oratione.

F. Hieronymus Briſigellenſis, edidit concionem quandam ſermone vernaculo de vero Iubilei anno. Viuit hoc tempore 1580.

F. Hieronymus de Sancto Marco in ampliſſima Vniuerſitate Ononienſi Baccalaureus edidit compendium, quod inſcribitur Parua Logica.

F. Hieronymus Gadius Bononienſis ſcripſit luculenter in quolibeta Scoti anno 1524.

DE F. HIERONYMO GIRELLO.

Brixia quo gaudet pauca hæc monumenta Girelli
Lector habes, doctis cætera nota viris.

FRATER Hieronymus Brixianus Hieronymi Gadij Bononienſis auditor, & præceptor meus Paduæ, anno 1563. Theologus, & Philoſophus inſignis, ſcripſit de primo cognito, & de ſpeciebus intelligibilibus, & expoſitionem lucidam in diſputationes Auerrois contra Algazelem, quæ adhuc deſiderantur. Floruit anno 1563. Paduæ. Brixiæ, podagræ, vel arthritidis dolore per diem noctemque oppreſſus obijt anno lxxiij. die v. Martij, anno verò ætatis ſuæ lxxxiij. Mag. Maximianus Beniamus Cremenſis eius alumnus Epiſcopusque Clodienſis, Paduæ autẽ hæreticæ prauitatis Inquiſitor dũ eſſet, grati animi ſui monumentum Paduæ in Aede Diui Antonij erexit, eiusque eruditionem breui Panegyrico celebrauit his verbis:

Hieronymus Girellus nobilis Brixienſis ordine Franciſcanus poſt naturalem Philoſophiam, & Metaphyſicam prius Bononiæ ac Ticini explicatam Paduã vocatus ad ſacramq; elatus Theologiam 25. annos publicè eſt interpretatus. At non contentus eam in riuulis deguſtare, fontem viuum quærens vitam hanc virtutis in eam gloriæ commutauit.

F. Hieronymus Leopolitanus, Eccleſiaſtes, & Lector in Vrbe Cracouia Regis Polonici, ia, omnes Bibliæ libros Polonica lingua conuertit. Claruit ſub Carolo v. an. 1536.

Hieronymus Melpiglia ſacræ Theologiæ Baccalaureus Pariſienſis in Philoſophia, & ologia eruditus, quo die erat laureandus obijt, anno 1506. die 2. Octob.

F. Hieronymus Maripetrus Venetus edidit ſpiritualem Petrarcham, & viginti Seraphicas carmine erudito cantauit in vitam Beati Franciſci, ad Clementem Septimum Pontif. Maximum, vir hoc noſtro tempore à natura progenitus ad cantanda ſacra carmina.

F. Hieronymus Mengus Vitellianenſis edidit Compendium de arte exorciſtica ſermone vernaculo, quod flagellum Dæmonum inſcribitur.

F. Hieronymus Piſtorienſis edidit opus ſuper formalitates Scoti interrupto dialogo, & quaſdam conciones lingua Hetruſca.

F. Hippolytus Pantotius Delphicus Peruſinus, vir ad cantanda carmina aptiſſimus, edidit Grittiaden ad Andream Grittum ſereniſſimum, & auguſtiſſimum Venetorum Principem,

pem: & Feltriadem ad Guidum Vbaldum Illuſtriſſimum Vrbinatum Ducem: eiuſdem circunfertur Panegyris ad Rodulphum Pium Cardinalem de Carpo, & ad Diuum Marcum gratulatio.

F. Homerius ex nobili familia Guondaluporum à teneris annis Franciſcanam familiam profeſſus per omnes gradus incedens à Gregorio X. Placentino, Epiſcopus Auienſis creatus eſt, apud quem in pretio fuit: ab eodem miſſus eſt ad Genuenſes & Venetos ad componenda pacis fœdera, qui in Concilio Lugdunenſi, vbi interfuit Paleologus, multa pro fide Chriſti ſuſtinuit.

F. Hugo de Caſtro nouo edidit de finali iudicio, in Theologia, & de Antichriſto, & in quatuor libros Sent.

F. Hugo de Digna edidit notabilem expoſitionem ſuper Regulam Beati Franciſci, cuius initium eſt, Propoſitum regulæ.

F. Hugo de Mauceſtria Anglus prouincialis Angliæ ſcripſit contra quendam impoſtorem iuſſu Philippi Francorum Regis: & compendium Theologiæ anno 1294.

F. Hugo Panzera Etruſcus edidit tractatum in duodecim capita diſtinctum de contemptu mundi lingua vernacula. floruit anno 1312. fuit vir multæ ſimplicitatis & contemplationis; annos quadraginta ad viuas carnes detulit thoracem ferreum, eaque ratione ſortitus eſt vulgò cognomen Panzeræ. miſſus fuit ad Tartaros vnà cum aliis probis viris vt reducerent illos ad fidem Chriſti. vbi obierit non inuenio.

F. Hugo de prouincia Prouinciæ, quam Galliam Narbonenſem appellant, edidit quædam, & præſertim quandam lecturam in ſecundum, cuius initium, Mirabilia opera tua. Vidi apud Dominicum Card. Grimanum.

F. Hugarius Peſthienſis edidit ſermones, qui inſcribuntur, Biga ſalutis: cuius ſuperius ſub incerto auctoris titulo meminimus, anno 1497. de titulo eius libri extat Diſticon.

Terrigenis poßit cunctis conferre ſalutem.
Hic codex nomen Biga ſalutis, habet.

F. Hugo Sletſtadt Teutonicus B. Bonauenturæ interpres.

F. Hugolinus Ferrarienſis edidit ſuper epiſtolas totius anni: Initiũ, vt ait B. Hieronymus.

F. Iacobus Alexandrinus edidit in naturalem Philoſophiam Ariſtotelis, & poſt illam quadrageſimalem. Initium, Poſt ſapientis Medici.

F. Iacobus Aſculanus Picens, vulgò dictus de Marchia, Theologus, & ſacrarum litterarũ peritus, & Prædicator inſignis varia edidit opuſcula. Collegit enim ex Summa Piſanella centum & tredecim errores, non intendens vt ipſe proteſtatur, detrahere ſententiæ auctoris, ſed pro ſua ſententia. Scripſit ad hunc Pius II. Pont. Max. in materia ſanguinis Chriſti, quam ipſe publicè tractabat, quemadmodum in primo libro explicauimus. Extat tranſumptum Bullæ Bononiæ apud Minores de Familia in Conuentu S. Franciſci de Monte, cuius initium eſt, Dilecte fili &c. Floruit anno 1466.

F. Iacobus de Blanchis de Alba Ligur, vel (vt alijs placet) Alexandrinus, edidit opuſculum per Concluſiones in omnes libros Ariſtotelis. Item de Cœlo, & mundo, de generatione, & corruptione ad preces Regis Roberti.

F. Iacobus de Caſa edidit tractatum de conceptu Virginali opus ſanè variæ lectionis, in quo mirificè oſtendit ingenij ſui felicitatem.

F. Iacobus Florentinus præter alia ingenij ſui opuſcula correxit Summam Raymundi Piſani, atque ad meliorem formam redegit.

F. Iacobus de Laudo Theologus, & Summiſta clariſſimus, citatur ab Angelica.

F. Iacobus Vngarellus Patauinus ſacræ Theologiæ, & Canonici Iuris peritus, condidit Additiones in Summam Angelicam.

VERA F. IACOBINI BARGIENSIS EFFIGIES.



Clara Iacobinum colit vrbs Antenoris, huius
Eloquij æterno fonte rigata diu.

DE F. IACOBINO BARGIENSE.

FRATER Iacobinus, cognomento Malafoſſa, Bargienſis, Pedemontanus, Magiſtri Lazari Vicentini alumnus, Metaphyſicus, & Theologus egregiè doctus, præceptor meus Paduæ, ex cuius vberrimo fonte riuulus quoque noſter emanauit. Qui in inclyta Academia Patauina an. xlv. ſumma cum laude, & felicib. auſpiciis, exhauſta æmuli ſui ſcholà, profeſſus eſt. Fuit ei ingenium ſubagreſte, atque ideo ad lucubrationum labores maximè validum. Quæ ipſe declarabat, quodam lepore condiebat, vt omnibus redderetur gratus: ſed adeo graui, ac ſedata voce, ſuperfuſoque facetiarum ſale exprimebat, vt auditores, qui certatim ad eum confluebant, in ſubſellijs ſcriptitando explicatas ſententias notis exciperent. In diſputando acer fuit, vt aduerſarios clauderet: ſi quidem vel ſubita uarietate ad ciendum riſum auditores excitabat, vel mordaci & contentioſo dicterio (vt potè qui aliena ſatyrico dente facile perſtringeret) alienæ famæ nomen inobſcurare contenderet. Sed concidente Patauino Gymnaſio, Taurinum à Sabaudiæ Duce magno accitus ſtipendio, ad extremum non multo pòſt repètino corporis tumore ereptus eſt: atque Bargij apud Fratres tumulatus: quem locum iampridem (imminentibus bellis) à Gallis militari vi deſtructum reſtituerat. Fertur quendam eum ægrotantem interrogaſſe, an libenter ab humanis decederet, cui extemplo reſpondit, vt erat perfaceto ingenio, Nondum acquiſiui moriendi habitum; eſt enim habitus corroborata quædam ex uſu, & plena perfectio: ſed hoc relinquo in medio. Fato itaque ceſſit anno ætatis ſuæ 82. plus minusve relinquens poſt ſe clariſſima ingenij monumenta, egregios Commentarios in primũ Sent. librum Scoti, cuius doctrinæ æmulator fuit. ſcripſit quoque orationem ad Patres in Synodo Tridentina, & explanationem lucidiſſimam in ſecundum, tertium, & quartum Scoti: & quæſtiones in Metaph. Ariſt. quæ tamen deſiderantur. Ingeniũ Iacobini Bargienſis.

F. Iacobus Mantuanus ſcripſit quædam Collectanea lectu digna.

F. Iacobus de Maſſa ſcripſit hiſtoriam montis Aluernę.

F. Iacobus de Odo prouinciæ S. Franciſci compilauit Speculum Minorum, & Franciſchinam, quæ babetur Aſſiſij in loco S. Mariæ de Angelis.

F. Iacobus Paniſcocti Melfitenſis ſcripſit opus prolixum in Pſalmum xiiij. interrupto dialogo: Item de articulis fidei. Claruit anno 1535.

F. Iacobus Pictouenſis edidit quoſdam ſermones.

F. IACOBVS Roſeus Theologus litteris cultus, ſed moribus cultior, R. Cornelij Muſſi nutritius, obiit Paduæ, in cuius memoriam erexit monumentum Cornelius ijs uerbis: Epitaphium.

Iacobo Roſeo Theologo Minoritæ, patria Dandaco, natione Siculo, animi candore, Chriſtianæ religionis ſtudio, morum integritate, doctrina, prudentia, et charitate inſigni, qui varijs laboribus, ærumnis, et morbis in Concilio Tridentino confectus, hic tandẽ, quod ſemper optauerat, dormiuit in Domino.

Cornelius Muſſus Placentinus Epiſcopus Bitontinus illi vni proximè, et ſecundum Deum, virtutes, honores, fortunas, omnia demq; accepta referens, tanquã patri de ſe benemerito perpetuũ ſanctiſſimæ educationis monumẽtum poſuit. Vixit annos 75. menſes 20. obijt anno Domini 1548. 16. Kal. Iunij.

F. Iacobus de Sancto Geminiano conſcripſit ſermones de tempore.

F. Iacobus à Spinello edidit ſuper 4. lib. Sent. & in totam Bibliam.

F. Iacobus Teſtoris Senenſis edidit Tabulam generalem in conflatum Franciſci, & quædam ſermones de Conceptione B. Virginis, quorum initium eſt, Necdum erant abyſſi.

F. Iacobus à Triſanto elaborauit 32. Quadrageſimalia, & multos ſermones, tam Dominicales, quàm de tempore, & de Sanctis.

F. Iacoponus Tudertinus, de quo ſuprà, multa edidit opuſcula, licet inculto & nouo ſtylo. epiſtolas plures, & carmina ſentẽtiarũ grauitate referta, abſq; tñ verbòrũ ornatu & lepore.

F. Ianus Lacinius Calaber Plycronęus edidit pretioſam margaritam nouellam de pretioſiſſimo Philoſophorum lapide Chymiſtis vtiliſſimam, nòn triuiali indagine elaboratam, ſed Philoſophicis ſententijs conſtructam.

F. Ioãnes Anglicus tẽpore Innocẽtij III. Sũmi Pont. legatus Papę in Anglia vir doctus.

F.Ioannes Anglicus expoſuit vniuerſalia Scoti: cætera eius non vidi.

F.Ioannes Anglicus edidit ſummam vulgò Ioanninam à nomine auctoris. Diu profeſſus eſt ſacram Theologiam in Vniuerſitate Pariſienſi, ſcripſit ſuper Magiſtrum, & de perfectione Euangelica. ſcripſit Manipulum florum ſuper Apocalypſim, & varios ſermones.

F.Ioannes Aquilanus à Sancto Demetrio edidit conciones quaſdã ſermone vernaculo.

F.Ioã.Argumanos Hiſpanus cõpilauit tractatũ de valore indulgẽtiarũ lingua Hiſpanica.

F.Ioannes Baſolius ſcripſit candidiſſime ſuper 4.lib. Sent.

F. Ioannes Bruncaldal vel Blomendal, Teutonicus, Philoſophus, & Prædicator egregius, ſcripſit ſermones de tempore librum vnum, de ſanctis librum vnum, per Quadrageſimam librum vnum: claruit anno 1330.

F. Ioannes de Cambia, vel de Combis (vulgo Gantois) inſulenſis Picardus edidit theſaurum Theologorum: fuit enim lector Conuentus Lugdunenſis, & vir eruditionis ſolidę.

F. Ioannes de Caulibus de Sancto Geminiano quondam Mediolani lector edidit tractatum eruditum de triplici via ſapientiæ.

F. Ioannes Ricutius Vellinus Camers humanarum literarum non ignarus, & Poeta egregius, lector Viennæ clarus, commentarium edidit in tabulam Cebetis, ſcripſit annotationes, ſiue concordantias in Feneſtellam, caſtigationes Plinianas: primus enim conſcripſit Indicem in Plinium, in quo tabellæ pictæ inſtar mira literarum connexione complexus eſt Geographiam præter ea quæ toto Pliniano volumine continentur, ex quibus voluptas & vtilitas maxima excipitur. ex libris enim Gentilium maximas vtilitates colligimus, de quibus ſcribit Baſilius Magnus, in primis laudabili quodam pudore ſuffundemur, cũ nos Chriſtiani a Gentilibus aliquo virtutum genere ſuperari animaduertamus. ſcripſit alia quędam opuſcula vt commentarios in Solinum. floruit anno 1528.

F. Ioannes cognomento Canonicus, vel Marbres Ioannis Scoti auditor Philoſophus, Theologus, & Iuriſconſultus, ſcripſit in vniuerſalia pulchras quæſtiones, ſuper 4. Senten. & commentarios in lib. Ariſt. & alia anno 1320.

F. Ioannes Capiſtranus multa ſcripſit ſcitu digna, vt ſuperius memorauimus, & præcipuè ſtrinxit calamum aduerſus Ioannem Rochezana magna facundia, ſed ingenio peſſimo præditum. Is non probitate ſolùm vitæ, & religionis ſanctitate fuit venerandus, ſed ita etiã dicendi facultate pollebat, vt inter alios præcipuè eũ elegerit Pont. Summus Calixtus III. cui committeret, vt in Germania ſuis concionibus excitaret, hortaretur, ac perpelleret populos ad Crucem ſumendam, & armis vnanimiter reſiſtendum Turcis, & eorum impetum infringendum. Nam Calixtus III. vix ad ſummi Pontificatus ſacratiſſimam Sedem aſſumptus diſpoſuit (Deo adiuuante) reprimere inſolentiam, & ſupercilium Turcarum, & terras per vim occupatas reſtituere aut recipere. Qua de re lætati ſunt omnes Principes, miſerunt q; ad Summum Pontificem Oratores pollicentes ei ſubſidia ad reprimendam Turcarum impietatem, pro conſeruatione, & confirmatione pacis Italiæ, quos Pontifex libentiſſimè excepit, & ſumma liberalitate tractauit, qui menſe Iunij in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli diligenti examine præmiſſo Prælatos, & Fratres in diuerſas partes deſtinauit, conſtituitq; plures Prædicatores diuerſarum Religionum, qui diſcurrerent per ciuitates, & caſtella ad prædicandam Crucem aduerſus Turcas, tãquam fidei cultores, & præcipui propugnatores, concedens Indulgentiam plenariam peccatorum contritis, & confeſſis ſemel in uita, & ſemel in morte cuicunque eleemoſynam quinque ducatorum largienti, auctoritatem quoque abſoluendi, & diſpenſandi in multis caſibus. Vnde Minores, & maximè Capiſtranus non ſine labore, non ſine mirabili atque optatiſſimo ſucceſſu Chriſtianos ad tam inſigne opus ardenter commonuerunt, & commouerunt, vt in priori lib. de eo diximus.

Ioannes à Caſali varias contexuit quæſtiones in Philoſophiam, & Theologiam.

Ioannes de Colonia Agrippina Germanus edidit multa opuſcula laude digna, & tabulam in omnia Doctoris ſubtilis opera, edidit poſtillam hyemalẽ & æſtualẽ, & in 4.lib.Sent.

F.Ioannes Concilij multa concinnauit; interfuit ſacro Concilio Tridentino 1562.

F. Ioannes Crauendunck Teutonicus, vixit Maguntiæ: ſcripſit Poſtillam, quam ex aliorum libris collegit: ſucceſſit Ioanni Fero, ei planè diſſimilis.

F. Ioannes à Dauantria Miniſter Prouinciæ Coloniæ, edidit exegeſim abſolutiſſimam errorum, qui ſunt in confeſſione Lutherana, & Apologiam. floruit an. 1535. Scripſit quoque aduerſus Anabaptiſtas librum, cui titulus eſt Catapulta. vir diſertiſſimus, & à Germanis in pretio habitus. Eſt autem Dauantria nobile & præclarum Germaniæ oppidum.

VERA

VERA F. IOANNIS ANTONII DELPHINI EFFIGIES.



DE F. IOANNE ANTONIO DELPHINO.

FRATER Ioannes Antonius Delphinus à Caſali maiore ex oppido Rompeani ex Marco patre viro ſanè idiota, & ſimplici, qui à teneris annis Cremonam miſſus eſt., vt vacaret humanioribus litteris, quibus omni tempore vrbs illa floret, demùm Bononiæ ſolidioribus incumbens euaſit Magiſter inſignis, & tota in Italia celebris, vt eius monumenta clariſſimè demonſtrant, quibus ipſe ad poſteritatis notitiā nomen ſuum longè, lateq; tranſmiſit. ſcripſitque de rerum euentis, de cœlibatu, de prædeſtinatione Dei, de poteſtate Eccleſię, de cultu ſacrarum imaginum. Item de cœleſtibus globis, de methodo opuſcula quædam logicalia. Vltimo loco ſcripſit de agendis in ſacro Concilio Tridentino ſub Iulio III. Pont. Max. qui in Religione per omnes gradus ad generalem præfecturam ſumma cum laude euectus eſt. In quo munere obeundo notabilem modeſtiā adhibuit, ac lenitate vtebatur potius quàm ſeueritate (id quod plurimum ſapientes approbant) qua omniū animos in ſui reuerentiā flectebat, iuxta illud Eccleſ. Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper gloriā hominum diligeris. ſicut aūt erat turpitudinis hoſtis perpetuus, ita Religionis peramicus fuit, in omnibus geſtis compoſitus, iucundæ conuerſationis, dulcis eloquio, diſcendi, legendi, atq; ſcribendi auidiſſimus: ſomno, cibo, ac potu parcè viens, & minimam quamque temporis iacturam fugiens: condiſcipuli qui eius ingenium familiariter nouerant, ob eius in ſtudiis ſingularem continuationem, quia tempeſtiuè, & media nocte ad ſtudia ſurgebat, cum mediam noctem ioci cauſa appellitabant. Fuit Delphinus facie eleganti, & peruenuſta, capite magno, & caluo, barba prolixa, & procedente ætate canis conſperſa, qui à Pio IIII. Pont. Max. ad ſacrum Concilium Tridentinum accitus Bononiæ febre correptus obiit Vicarius Apoſtolicus, relicto poſt ſe magno ſui deſiderio.

F. Ioannes de Deſt oriundus de Brabantia, magnus Theologus, & Prædicator Crucis ſolennis, Guilhelmi Romanorum Regis Capellanus, & à conſilijs; ab Innocentio IIII. Pont. Luaricenſis Eccleſiæ Epiſcopus factus, in qua multum profecit, nam à Sabienſi Eccleſia, quam antè tenuerat, ad iſtam tranſlatus eſt, pro qua etiam plurima vtilia priuilegia impetrauit: tandem rediens ad Romanorum Regem, obiit circa partes Rheni in Eſſendia ſepultus. Hic reperit redditus menſæ epiſcopalis valde diſſipatos per Comites Holſatiæ Ioannem, & Gerardum: & propter penuriam, cùm non haberet vnde ſe ſuſtentaret cum familia, ceſſit ad integrum annum, & reuerſus conſecrauit plures eccleſias in Diœceſi & extra, vt illis velut quotidianis procurationibus ſuſtentaretur. Tandem conſiderans gentem grauem & aſperam redemit vexationes bonorum Eccleſiæ 800. marcis à Comitibus, & miniſterialibus, vt pacem inueniret, relaxauit, remiſitque Comitibus 200 marcas, & villam Hegmindorpe reſignauit, & villa Samkem commutauit, vt liberaret colonos Eccleſię vniuerſos à præſtatione collectæ, quæ dicitur Giouenſtath.

F. Ioannes Dudouet Dinnanicus in ſacra Theologia Baccalaureus collegit, atq; in vnum contexuit formalitates Antonij Syrretl, Antonij Trombetæ, & Stephani Bruliferi.

F. Ioannes patria Ferrarienſis compilauit multos tractatus admodū utiles, qui habentur Paduę in ſacra D. Antonij Bibliotheca: inter quos iſti circūferuntur de Cęleſti vita, de natura animæ rationalis, dę immortalitate animæ, de inferno & cruciatu animæ, de Paradiſo & felicitate animæ: vir excellentis ingenij, qui magnam ſui expectationem ſuſtinens videbatur plenus omni cognitione ſcientiarum.

Ioannes de Fano edidit tractatum de paupertate iuxta regulam S. Franciſci.

Ioannes de Labdone lector in culma prouincię Polonię, qui mira virtute & auſteritate ab auditoribus ſuis laudem & gratiam non mediocrem aſſequutus eſt. obiit anno die 7. Februarij.

F. Ioannes Mabræ ex Cathalonia edidit Quæſtiones in lib. Phyſic. circunferuntur manu ſcriptæ à F. Franciſco Bellunenſi, qui erat baccalaureus conuentus Mediolani anno 1468.

F. Ioannes Vvalendorpius ſcripſit de Paſſione Domini lingua Germanica conciones plures, & de iuſtificatione hominis impij.

F. Ioannes Franciſcus Faernius Doctor clarus, Orator, Philoſophus, & Theologus præſtantiſſimus obiit Bononiæ, dum in Quadrageſima ſacras ad populum conciones haberet.

F. Ioannes Vuala ita omnium diſciplinarum encyclopedia erat ornatus, vt in Academia Sarbonica ter maximus habitus ſit.

VERA IOANNIS PVLANII SIVE QVAIA EFFIGIES.



Doctrina inſignis, clarus virtute Polinus,
Qui dum vixit humi, fulſit imago Poli.

DE F. IOANNE POLINO *ſiue Quaia*.

FRATER Ioãnes Polinus qui & ab aliquib. Quaia dicitur & Geneſius, Parmẽſis, ſtatura corporis non magnus, vir ob ſingularem eius doctrinam toto orbe celebris. Nil ſanè huic viro niſi martyrij palma defuiſſe videtur, quam tamen ex tolerantia multorum laborum & corporis paſſionum meritò ſibi vendicare poteſt. Incredibile eſt illis temporibus, quibus bene viuendi ac religionis norma aliquantulum labefactata, ac deſtituta videbatur, tot tamq́ue excellentes virtutes in vno homine conuenire potuiſſe. In eo namque omnis religionis norma, omnis pietas diuini cultus, omnis ſacrarum ſcripturarum certiſſima doctrina, omnis deniq; ſanctiſſimæ vitæ lucidiſſimum exemplar ſitum erat. Scripſit Roſarium: in Geneſim: & conſortium Chriſti cum domina paupertate, opus non minus pium quàm luculentum: librum etiam de ciuitate Chriſti, cuius initium eſt, fundamenta eius in montibus altis.

VERA F. IOANNIS DVNS SCOTI EFFIGIES.



Scotus ſubtilis nomen ſubtilia donat
Quē veſtris vilis pes nudus, corda cor[illegible]

DE F. IOANNE DVNS SCOTO.

FRATER Ioannes Duns Scotus natus in vltima Britannia ad Calydoniam ſyluam (eſt enim Scotia in vltimo abſcondita Oceano) quamuis aliqui affirment fuiſſe genere Anglicum. ſiquidem ex catalogo illuſtrium ſcriptorum maioris Britanniæ colligunt humili loco natum in Villa Emylden, quod Oxonij conſtare dicunt ex antiquis codicibus Marſonenſis Collegij, vbi ille multos prælegit annos. Probatur quoq; ex ſcriptura Scoti. Nam in quodam antiquo codice leguntur hæc verba. Explicit lectura Doctoris Ioannis Duns nati in quadam Villa de Emylden vocata Bunſten contratæ Duns, quæ eſt in Comitatu Hortunbiæ. Vtcunque ſit, Vir fuit admirandæ eruditionis & ſubtilitatis, vt in grauiſſimis ſtudijs nullus vel acrior vel ſubtilior fuerit vnquàm. Cui ob excellentis ingenij ſubtilitatem, & ſubobſcuram differendi profunditatem græcè Σκοτιν nomen inhœſit verius quã à ſua regione, veluti Σκοτεινὸς dictus olim Heraclitus cognomento fuit; ita enim acris & vehemens diſputator erat, vt ſubtilis cognomen omnium eruditorum ſuffragijs, magniſque ſuis meritis conſecutus fuerit. Qui cum nondum ex ephębis exceſſiſſet ſtatuto tempore probationis, quam in Religione Seraphica conſtanter promiſit, & conſtantiſſimè obſeruauit, ſtuduit partim Oxonij, partim Pariſijs, tantumque profecit, vt nondum ætatis ſuæ xxx. annum ingreſſus doctoris pallio tituloque inſigneretur. Nã Gonſaluus xv. à B. Franciſco Generalis, audita eius fama & præclara doctrina, dedit facultatem ſuſcipiendi doctoratus inſignia: Cuius rei venerunt ad manus meas literæ originales, quas hic ad literam ſubijciam.

Ioannes Lelãdus in libro de Britaniæ Antiquitatibus.

Scotus. n. græcè dicitur tenebra.

In Chriſto ſibi chariſſimis patribus Gulielmo Guardiano Pariſijs, vel eius Vicario, & Magiſtris. Frater Gonſaluus gaudens in Domino.

AD expeditionem dilecti in CHRISTO *patris Aegidij de Legnaco, de quo per literas veſtras certificatus ex iſto, cùm de alio (vt moris eſt) eodem calculo præſentando prouidere oporteat, & cum ſecundum ſtatuta ordinis, & ſecundum ſtatuta veſtri Conuentus, Baccalaureus huiuſmodi præſentandus, ad præſens debeat eſſe de aliqua prouincia aliarum à prouincia Franciæ, dilectum in* CHRISTO *patrem Ioannem Scotum, de cuius vita laudabili, ſcientia excellenti, ingenioque ſubtiliſſimo, alijſque inſignibus conditionibus ſuis partim experientia longa, partim fama, quæ vbiq; diuulgata eſt, informatus ſum ad plenũ, dilectioni veſtræ aſsigno poſt dictum patrem Aegidium principaliter & ordinariè præſentandum: iniungo nihilominus vobis ad meritum ſalutaris obedientiæ, quatenus præſentationem huiuſmodi, cum ſolennitate ſolita, ſine multo diſpendio facere debeatis. ſi tamen conſtiterit vobis, quòd Dominus Cancellarius velit duos ſimul licentiare de noſtris, volo & placet mihi, quòd frater Albertus Metenſis, ſi ad Conuentum redire poterit, cum præfato F. Ioanne debeat expediri. In quo nando & ordino, quòd dictus frater Albertus antiquitatis merito prius incipere debeat, dicto fratre Ioanne ſub eo poſtmodum incepturo. Valete in Domino & orate pro me. Datum in loco Aſculi prouinciæ Marchiæ Anconitanæ xiiij. Kal. Decembris, anno 1304.*

Scotus itaque primum Oxonij profeſſus eſt 4. lib. Sent. verè aureos, quibus tantum laudis, gratiæque conſecutus eſt, vt diſcipuli penè ex omni mundi angulo confluerent, quò eo magiſtro & duce vterentur & abditiſſima ſacræ Theologiæ archana, quæ diuino pectore promebat, profundius exciperẽt, & diligentius cuſtodirent. Vniuerſitatem Coloniæ inſtituit, & primus fundamenta iecit. Fertur cum in Coloniam Agrippinam miſſus eſſet, primores cum toto clero officij gratia obuiam prodijſſe, productumque eſſe in vrbem amplo

cum

cum honore, & omnium plauſu. Concurrebant ex finitimis cunctis ciuitatibus multi ad eũ videndum atque audiendum. Porrò nihil erat vel difficultate interceptum, vel denſa caligine inuolutum, quod Scoti ingenium non potuerit explicare & illuſtrare: ac mirũ, quòd cum ipſe fuerit ſubtilis, & natura audax, in nullo vel tantillo errore fuerit deprehenſus. fuit quoque veritatis præcipuus amator, in tertio Sententiarum inducit homines ad moriendum pro iuſtitia, & æquitate, ſicut Chriſtus mortuus eſt pro veritate dicenda. Ferunt per diem interdum & amplius immobilem ſediſſe omnibus ſenſibus ſopitis, aut certè à corpore procul aberrantibus: propterea cùm neſciret aut ſentiret, quid circa ſe ageretur exterius, ita poſtremò ab hominibus eius rei ignaris pro defuncto elatum: tanto enim meditationis deuotionisque exceſſu ſuſpendebatur, vt ſupra ſemetipſum raptus ſeorſum ab humano ſenſu videretur: ſicut de quodam presbytero Calamenſi narrat Beatus Auguſtinus, qui in contemplatione ita vehemens erat, vt interdum in terram rueret abſque aliquo ſpiritu vel pulſu. De Socrate quoque legimus, quòd ſpatio vnius diei atque noctis ita immobilis contemplabatur, vt morti propinquus magis quàm viuens videretur: quod & Herodotus de Atheo philoſopho ſcriptum reliquit. Ita Scoto eucniſſe comperimus. Scribit Paulus Iouius, nulla tamen ratione ſuffultus, tanquàm iudex iniquus in deſcribenda morte eius, apoplexia correptum nimis feſtinato funere pro mortuo tumulatum, & cum ad ſibi ferendam opem ſæpius (ſed fruſtra) conclamaſſet, tandem colliſo capite perijſſe; aduerſus quem his diebus ſe nauiter exercuit ex noſtris frater Ioãnes Stommelius Colonienſis, auditor noſter Bononiæ, in quadam ſua oratione Coloniæ pro roſtris habita, cuius initium eſt, Quod veteribus illis. re uera, ait, nihil impudentius, nihil inconſultius dici poteſt, nam ſibi vni laudationem, quam huic detraxit, deberi opinatus eſt. Nulla enim de re hac habetur mentio nec libris ſcripta, nec epitaphijs inſcripta. Sed potius fuit alius Scotus (referente Crinito) qui à coniuratis diſcipulis graphijs confoſſus fuit. Hic, rogatu Caroli Calui Frãcorum Regis, cùm è Gallijs reuocatus in Angliam apud Monaſterium Malmeſberienſe fuiſſet, contra ipſum diſcipuli, quos ipſe erudiendos ſuſceperat, conſpirantes graphijs (quod etiam de Beato Caſſiano Epiſcopo Forocornelienſi legitur) transfixerunt, atque illum ſæuiſſimè interemerunt. Quare Iouio viro alioqui erudito, ſed rei huius parum conſulto, illud (aiebat) obijcere poſſumus, quod Poeta lepido carmine cecinit.

Petrus Tartaretus in 3. pag. 148.

B. Auguſtinus de Ciuitate Dei.

Paulus Iouius errat de morte Scoti.

Quidam Scotus confoditur graphiis a diſcipulis.

Imbellis puer, atque impar congreſſus Achilli.

Fato itaque ereptus eſt Ioannes Scotus Coloniæ Agrippinæ amplificato ſibi ſubtiliſſimi ingenij merito, & ſummo doctrinæ honore parto, ſexto Idus Nouembris, & apud Minores conditus in medio Chori ad aram maiorem: cuius tumulo quidam pius Vates hoc Epitaphium æneis literis affixit.

Sepulchrum Scoti ad Minores Colon. cum expreſſa eius ad viuũ imagine.

Ante oculos ſaxum doctorem deprimit ingens,
Cuius ad interitum ſacra Minerua gemit.
Siſte gradum lector, fuluo dabis oſcula ſaxo,
Corpus Ioannis hac tenet vrna Scoti.
Anno milleno ter centum cumq; adderet octo,
Poſtremum clauſit letho agitante diem.

Habetur quoque tabula ibidem ab eius diſcipnlis his verſibus appenſa.

Pariſius plora, mæſtis incede lacenis
Hic perit, in toto quod volat orbe, decus
O Sorbona tuis humiles compone cathedras
Cultus ab ingenijs fons ſacer artis abeſt.
Straminis in vico placidi certaminis Ordo,
Ceſpitat, heu belli deſinit eſſe caput.
Pondere ſupremi valido componite luctus,
Doctiloqui pulſet triſtia corda pauor.

Hunc

Hunc poſito vultu leto deflete togati,
Diſcipulis labor hic omnibus vnus erit.

Congreſſio de Cōceptione B. Virginis.

Leguntur quoque & alia carmina, quib. explicatur pietas eius & maxima religio in B. & immaculatæ Virg. Couceptionem. Nam cùm Coloniæ Agrippinæ eſſet magna congreſſio de Conceptione B. Virginis inter diſcipulos Alberti cognomento magni, & Ioannem Scotum, tanta ingenij ſubtilitate, & rerum copia aduerſariorū tela reflectebat, & propriam ſuam ſententiam tot rationibus & argumentis corroborabat, vt ibi aſtantes ſumma omniū cum laude, & plauſu, doctorem ſubtilem extollendo conclamarent: in cuius laudem quidem hoc carmine cecinit.

Doctor ſubtilis ſoluens ſua luſtra Ioannes
Scotus, in obiectis vltima verba dedit.
Huic humilis caſto Franciſci cordula renes,
Strinxit, erat ſapiens, presbyter officio.
Feruebat ſtudio nulli virtute ſecundus,
Quod didicit, totum mox alios docuit:
Concepta eſt virgo primi ſine labe parentis.
Hoc tulit hoc dicto prælia dura dedit.
Inde genus meriti tantum ſibi papa refundens
Doctor ſubtilis dicitur inde dedit.
Quatuor in ſcriptis quæ ſunt diuina probauit,
Hinc reliquis vates lumine plus viguit.
Quin & ſancta mihi quę digna problemata liquit
Ingenijs noſtris fertiliora valent.
Artibus egit opem tuto nunc ille modernos
Proſequitur pandens quæ uia ſit veterum:
Tempora poſt Chriſti propria dulcedine lethum
1308 *Venit atrox raptim carcere compoſito.*
Dogmata qui quondam retulit non infimus orbi
Exiguus cunctis nunc ſilet exanimis:
Qui ratione ſtetit, non victor ſemper Achilles
Cano ſordidior, vincitur ille fimo.
Horrida iam ſacros trahitur ſub lite voranda
Hunc ſubeunt vermes (proh) noua pręda venit.
Ante gradus medios nola nunc vbi pendet ab alto.
Hic chorus in terris oſſa tenet tumulo;
Turba futura canet bona, quæ congeſſit in vnum
Singula quæ docuit, ſcripta relicta monent.
Flebile qui buſti preſens epigramma tueris,
Hanc animam ſociet poſce Deum ſuperis.

Altera tabula abraſa, & prope tēporis vetuſtate exeſa leguntur ſubiecti verſus Leonini.

Clauditur hic riuus, fons ecceleſiæ, via, viuus
Doctor iuſtitiæ, ſtudij flos, arca ſophiæ,
Ingenio ſcandens, ſcriptura condita pandens,
In terris quantus fuit ergo memento Ioannis;
Hunc Deus ornauit: fac cælitus eſſe beatum,
Pro patre tranſlato modulemur pectore grato,
Dux fuit hic cleri, clauſtri lux, & tuba veri;

Reliquit autem Scotus præter ingenij ſui monumenta illuſtria poſt ſe clariſſimos quoq; diſcipulos, qui in eius doctrina magnos fecerunt progreſſus, quos lactè ſuæ ſapientiæ aluerat, maximèq; inter alios claruerunt Franciſcus Maronius, Antonius Andreæ Aragonius, Gulielmus Ocham Anglicus, Aluarus Pelagius, Ioannes cognomento Canonicus, Ioannes Iandunus, & Burlęus. Quorum clariſſimis monumentis philoſophia, & theologia, mirandum in modum locupletata eſt.

F. Ioannes Durandus ſiue Duren Teutonicus edidit ſermones de tempore Quadrageſimali, de ſeptem peccatis mortalibus, & multa alia præclara opuſcula.

F. Ioannes de Erfodia natione Teutonicus edidit tabulam iuris, ſummam de caſibus cuius initium, Aaron quid iubet: in literis diuinis illuminatus & peritus fuit an. 1350.

F. Ioannes Eſculanus Picens edidit quædam, meminit huius viri Tritthemius.

F. Ioannes Egidius de Zamora miniſter Prouinciæ Luſitaniæ edidit librum de pręconijs Hiſpaniæ, & dedicauit Sanctio Caſtiliæ infanti.

F. Ioannes de Fabrica edidit tractatum de indulgentijs pro animabus in Purgatorio.

F. Ioannes Fanenſis edidit libellum lingua Etruſca aduerſus Lutheri deliramenta ad F. Paulum Piſotum Parmenſem: edidit quoque tractatum ſuper Regulam B. Franc. & de paupertate F. Minorum.

F. Ioannes Fedanzola Peruſinus miniſter terræ ſanctæ edidit opuſculum deſcriptionis terræ ſanctæ.

F. Ioannes Ferus Germanus latinè & Germanicè multa conſcripſit in lib. noui & veteris teſtamenti: cõciones in Iob, in Trenos Ieremiæ paſſionem, ſermones de tempore, de ſanctis precationes, in pſalmum 62. in primam Ioannis epiſtolam, & alia maiora editurus niſi mors oppreſſiſſet. Qui à primatibus hæreticæ prauitatis ſæpius fuit requiſitus, vt eorũ ſententiis, relicta vera religione & monaſtico cultu, adhæreret: ſed fruſtra illis nitentibus in fide catholica perſeuerauit: & annos xxiiij. ſummæ ædis Maguntinæ eccleſiaſtes honorificè fuit, & ibidem ſaxagenarius diem extremum clauſit. obiit an. 1554.

F. Ioannes Foreſt Anglicus in theol. exactè verſatus, à confeſſionibus D. Catherinæ Anglorum Reginæ, edidit de authoritate eccleſiæ, & Pont. max. cuius initium. Nemo ſibi ſumat honorem.

F. Ioannes Franciſcus Faernus Cremonenſis eccleſiaſtes, & Theologus, ſuo tempore clarus edidit varias orationes latinas; Quadrageſimale, & alia plura, quæ à ſtudioſis deſiderantur, obijt Bononiæ an. 1537.

F. Ioannes Franciſcus de Regio Iepidi Iuuenis bonæ ſpei, edidit carmen elegiacum: Item de ortu principis Hetruriæ, & de laudibus Villulæ Arientinæ.

F. Ioannes de fonte lector in Monte peſſulano edidit concluſiones in 4. Sent. lib.

F. Ioannes Gallicus edidit quoſdam ſermones.

F. Ioannes Gauinetus concinnauit librum, qui dicitur amicus Medicorũ, & opuſculum quod cœli enarrant, inſcribitur.

F. Ioannes Gariæ Tholoſanus doctor inſignis vniuerſitatis Tholoſanæ.

F. Ioannes Generalis ille Parmenſis de quo ſupra, fuit ſolidæ eruditionis, compilauit. n. officiũ paſſionis Chriſti cuius initium Regem Chriſtum Crucifixum. ſcripſit egregios Commentarios in 4. lib. Sent. de conuerſione Religioſorum: & tractatum inſcriptum ſacrum commertium B. Franc. cum domina paupertate de beneficijs Creatoris & quædam alia.

F. Ioannes Gritſch Baſilienſis ſcripſit ſermones de tempore Quadrageſimali, de pa[illegible] ne Domini, de Sanctis, & quædam alia, quibus nomen ſuum ad poſteritatis no[illegible] tranſmiſit, floruit anno 1430. viris doctis gratus, quibus nominis ſui gloriã poſt ſe r[illegible]

F. Ioannes Galenſis ſcriptor illuſtris vt ſupra ſuo loco retulimus.

F. Ioannes Krauenam Teutonicus quædam conſcripſit tempore Pij II. Pont.

F. Ioannes Lagienus illuſtrauit ſermones B. Patris Auguſtini.

F. Ioannes Mahuſius Louanii quendam lector, Dauantrienſis epiſcopus electus, ac ingenti corporis mole pergrauatus hidropiſi accedente moritur: ſcripſit epitomen in epiſtolas D. Pauli. obijt anno 1576.

F. Ioannes Mapellus Mediolanenſis fecit tabulam vtilem ſuper conformitates Bartholomęi de Piſis an. 1513.

F. Ioannes Meder edidit ſermones an. 1491.

F. Ioannes Merdigius Teutonicus concionator egregius ſcripſit ſermones de tempore

libros duos, de Sanctis libros duos, per Quadrageſimam librum vnum.

F.Ioannes de Mortegliano prope ciuitatem Foriiulij vir ſanè eruditus obijt in Conuentu ciuitatis Foriiulienſis cuius Epitaphium.

Currente Milleno Domini ſexto Sexageno
Anno Trecenteſſimo dieq; Septembris vndeno
Migrauit mitis Ioannes de Mortegliano
Deuotione ditis dum in corpore fuit humano,
Vas legis antiquæ, in Ordine ſacro Minorum,
Et gregis iniqui fuit ſtimulus hereticorum,
Docuit iſte frater virtutis prudentiæ forma
Et Obſeruator fuit hominum in ſua norma.
Tegitur hoc lapide peritia Theologorum,
Speculum munditiæ, ſolamen deſolatorum,
Creditur indubiè quòd fruitur luce ſerena.
Quam tribuat Chriſtus, nec requie caret. Amen.

F.Ioannes Naſus Germanus prouinciæ Argẽtinæ natus in Diœceſi Herbipolenſi in Frãconia ex ciuitate Helman nunc Suffraganeus Eccleſiæ Brixinẽſis à Gregorio XIII. Pon.maxi. Epiſcopus creatus eſt, fixit calamum egregiè contra Lutherum, ſcripſit poſtillam à paſchate ad Aduentum, ſcripſit multa vernacula lingua, centurias inſignium mendaciorum Lutheranorum, conciones ſex: prima eſt de matrimonio, ſecunda de vita monaſtica, tertia de vitiis vtriuſq; vitæ, quarta explicat orationem Dominicam, quinta de diſcrimine veteris & nouæ fidei, ſexta de ſumma præcipuorum capitum fidei Chriſtianæ: conciones duas de fructibus & proprietatibus veteris & nouæ fidei, conciones de Sacramento Altaris: & alia multa. acerrimus oppugnator hæreſum, atq; celeberrimus concionator in ciuitate Brixinẽſi. Opuſcula eius Germanica lingua edita à F. Io. Dominico Heſſio latinitate donata ſunt.

F.Ioannes Oliui ex prouincia prouinciæ Cuſtodiæ Narbonæ ex oppido Sirignani vel Serincani, vide infra frater Petrus Ioannes Oliui.

F.Ioannes Paulus Lector in Conuentu Thamenſi prouinciæ Argentinæ ſcripſit quoſdã ſermones, & librum cui titulus, ſeria & Ioci. vixit an. 1530.

F.Ioannes Paulus Palanterius ex Caſtro Bononienſi an. 1580. Baccalaureus Cõuentus magnæ Domus Venetiarum edidit quaſdam prælectiones in primum Ariſt. Poſt. & quendam tractatum de anima interrupto dialogo.

F.Ioannes Pechanus de quo vide in ſuperiori libro.

F.Ioannes Petrus Fortis Venetus elegiaci carminis non ignarus ſcripſit lingua Etruſca pſalmos Dauidis, quos vulgò pœnitentiales vocant, & de laudibus Montium, de quo ſcripſit Franc. Sanſonius magna cum laude excellẽtis eius ingenij. Obijt Venetijs. an. 1580.

F.Ioannes Perrinus Doctor Pariſiẽſis edidit de diſpenſatione Ordinis Minorum, anno 1495. aduerſus quem egregie acuit calamum Bernardinus Taruiſinus cognomento philoſophus hæreticæ prauitatis Inquiſitor in prouincia S. Antonij, & nos ſuperius memorauimus atque reiecimus.

F.Ioannes de Pizzano Anglicus Archiepiſcopus Cantuarienſis edidit in primum Sent.

[F].Ioannes Philippus Vicarius generalis in partibus Ciſmontanis edidit tractatum de [reco]rſu ad amicos ſpirituales.

[F.Io]annes Picardus edidit Theſaurum Theologiæ, in quo doctorum principales conclu[ſiones] continentur, vbi profunditas & ardor Seraphicus facile conſpicitur:

Qualis apes multis ſugens è floribus auctor
Compreſsit paruo hoc grandia quæque libro.

F.Ioannes Rennaman Teutonicus ſcripſit defenſorium ſui, de paſſione Domini ſermones varios, aliaque complura, anno 1460.

F.Ioannes Ricardi Epiſcopus Diaconenſis edidit compendium Theologiæ.

F.Ioannes Rigandus Gallus pœnitentiarius Clementis V. ſcripſit ſummam confeſſorum.

F.Ioãnes Rioche Britannus olim prouincialis illius prouinciæ ſcripſit compẽdium temporum, & Hiſtoriarum ab Aſcenſione Chriſti vſque ad an. 1576.

F.Ioan-

F.Ioannes à Ripa Tranſonum Picens, qui ſuo hortatu Græcos redegit in Sanctæ Sedis obedientiam,ſcripſit ſermones de tempore, & de Sanctis, ſcripſit quoque ſuper ſentẽtias, cuius initium,amice aſcende ſuperius.

F.Ioãnes Royardus Antuerpienſis ex veteribus Naruiis Flandriæ oppido, quod hodie Aldernerdum vocant, Antuerpiæ plures annos ſacris cõcionib. vacauit. ſcripſit Homilias iuxta literam in omnia Euangelia, Quadrageſimalia medio inter ueteres & ſcholaſticos ſtylo,anno 1540,

F.Ioannes de Rupela Aquitanus magiſter Pariſienſis vir inter doctiſſimos quoſque ſui temporis celebris,ſcripſit quædam opuſcula,ſummam de anima,virtutum & vitiorum,ſermones Dominicales,floruit magna cum laude anno 1250.obijt an. 1271.

F.Ioannes Rondinchon ſcripſit in primum Sent.

F.Ioannes Rupeſciſſa tertius Epiſcopus Pariſij. præter ea quæ in lib. Sent. accurate ſcripta ſunt,multa prædixit euentura ſpiritu quodam prophetico cum Auinione eſſet carceribus mancipatus,quia acriter increpabat vitia illius temporis, prædixit de duplici aduentu Antichriſti,de conculcatione Eccleſiæ,& de conuerſione,floruit an. 1340. circunfertur ſecretò eius nomine libellus de quinta eſſentia manuſcriptus lõgè diuerſus ab eo,qui impreſſus eſt noïe Raymũdi Lullij,in quo ſanè libello apparet non vulgaris ſed abſtruſæ doctrinæ peritum fuiſſe:indicatq; Frãciſcano ſe inſtituto fuiſſe addictũ, nec non decẽnium ſe in Tholoſano Gymnaſio magno ſtudio verſatum, meminit etiam illius maximę peſtilentiæ, quæ ſæuiit an. 1348. in qua periiſſe Io. Andream iuris Canonici prudentiſſimum ſcribit Ioãnes Calderini eius filius adoptiuus,in c.veſtra.de cohab.cler.& mul.

F.Ioannes de Sancto Geminiano edidit quaſdam meditationes in Euangelia.

F.Ioannes Salon Valentinus edidit tractatũ de emendatione Romani Calendarij, & de Paſchatis ſolennitatis reductione, quæ poſtea Gregorius XIII. Pont. Max.an. 1582. expoſita eulgauit obſeruariq; iuſſit.

F.Ioannes à Saxonia Teutonicus iuris vtriuſque doctor edidit ſummam iuris cuius initium,Rogatus à fratribus,ſermones de tempore,& de Sanctis,anno 1350.

F.Ioãnes Stãditius Anglicus ſcripſit aduerſus Eraſmi verſiones noui teſtamẽti.an. 1520.

F.Ioannes Tiſarandi ſcripſit officium quinque Martyrum.

F.Ioannes Tiſſynction Anglicus ſcripſit contra Vuicleffi confeſſionem, de ſacramẽtis librum vnum, de confeſſione auriculari & alia an. 1392.

F.Ioannes de Treuio procurator Ordinis prouinciæ S. Franc. prouincialis,& generalis Vicarius in toto Regno Siciliæ ſcripſit compendium Theologiæ, quod manu eius ſcriptũ habetur Treuij,& mare, magnũ imprimẽdũ curauit, floruit an. 1478. quo tẽpore erãt multi Vicarij generales,vt F.Decius Nolanus Regaliũ prouinciarũ generalis Vicarius, honeſtatis feruidus amator,& orator aſſiduus,qui obijt Sueſſæ,& ibidẽ tumulatus ad maiorẽ aram.

F.Io.Vallonus à Iuuenatio Apulus edidit declarationes marginales in formalitates Scoti.

F.Ioannes Vigerius Gennenſis,qui vt ſuprà generalis,& ſcriptor doctus fuit.

F.Ioannes de Vuerdena Teutonicus ſcripſit ſermones de tempore duplices, de Sanctis per Quadrageſimam.

F.Ioannes Antonius à Caſali maiore,de quo ſuprà.

F.Ioannes Antonius Faueutinus Eccleſiaſtes noſtro tempore 1577. clariſſimus edidit quaſdam meditationes ſermone vernaculo,non minus doctas, quàm vtiles, & alia.

F.Io.Maria Velmatius Bagnacauallen.edidit opus metro exametro inſcriptũ Chriſtiad

F.Ioſephus Accetta Andrius Apulus vir ad cantanda carmina ab ipſa natura proge: ſcripſit carmine latino vitam & miracula S.Fr.decẽ libris, & alia nõ cõtemnẽdæ lecti

F.Ioſephus Angles Valentinus prouinciæ S. Iacobi Epiſcopus Boſæ edidit flores logiæ, quæſtionum in 4.Sent.Tom. 2.cuius initium eſt Variè à doctoribus.

F.Iulius à Corrigio Symbolum Apoſtolicum,& dialogũ de Sacramento Altaris edidit.

F. Lactantij Arctari Croponitani Calabri theol. & concionatoris celebris extant plura opuſcula, cõciones vernaculæ,poemata vernacula & latina,libri duo de eccleſiaſtica Monarchia : item libros de prædeſtinatione, modum componẽdi conciones vernacula lingua, repertorium patrum, & conceptus Quadrageſimales.

F.Landulphus Caracciolus Neapolitanus Archiepiſcopus Amalphitanus ſcripſit ſuper 4.Sent.cuius initium eſt,fundamentum primum lapidis Saphiri, ſuper quatuor Euangelia, in Epiſtolam ad Hebræos,in Zachariam Prophetam,& ſermones de tempore. tenuit cathedram magiſtralem Pariſijs magno omnium applauſu tempore Ioannis XXII. Pont.

F.Iuo Magiſt.Bituricẽſis Gallus edidit his dieb. ocularia ſiue Manipulum Minorum,cuius ineptias multi damnarũt,vtpote quia ſe in exemplum cæteris proponit, quaſi ex ea re ampliſſimum fructum ſint omnes conſecuturi.

F.Laurentij Brixiani formalitates extant.

F.Laurentius Corraducius Fabrianenſis edidit ſermones feria les, & feſtiuos prædicabiles.Vidi Fabriani in Conuentu S.Franciſci.

F.Laurentius Gulielmus de Trauerſagnis Saonenſis Sixti IIII. Pont.alumnus,ſub cuius ferula annis quinque Paduæ & Bononiæ militauit, ſcrip ſit Rhetorica pro iunioribus de vita æterna,& de vera felicitate interrupto dialogo.Item quinq; triũphos Ieſu Chriſti,nẽpè de ſapientia,de fortitudine,de iuſtitia,de clementia,de amore qui xv.libris cõtinentur. Itẽ de pudicitia B.Virg.metro heroico: habẽtur eius monumenta Saonæ in loco Fratrũ Minorum ab eodẽ auctore ſcripta ętatis ſuę an.71.menſe tertio die 5.Floruit an.1495.dum Italia quateretur multis bellis tam inteſtinis, quã Gallorũ militantium ſub Sereniſs. Rege Francorum Carolo quondam Illuſtriſſimi Regis Ludouici de Valoys idẽtidem Chriſtianiſſimi Regis Francorum.

F.Laurentius Maſterillus Fulginas opus Hymnorum ſacrorum edidit.

F.Leo de Perego aliàs Valuaſorius Theologus,& magiſter inſignis,Archiepiſcopus Mediolanenſis,floruit an.1239.rexit eccleſiam Mediol.an.xviij.

F.Leonardus Gyphonenſis Cardinalis vt ſuprà.

F.Lucas Aſſiſias edidit opuſculum quoddam cum eſſet Regens Pariſijs, floruit Cuſtos Aſſiſij,anno 1440.

F.Lucas Bitontinus edidit ſuper Euangelia & Epiſtolas Quadrageſimales, cuius initiũ eſt,diuerſæ viæ Dñi: alios ſermones quorũ initiũ, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſermones de Sanctis, facies Leonis à dextris hñr.Florẽtiæ manuſcripta in Bibli. S.Crucis,

F.Lucas de Subereto Etruſcus edidit quædam opuſcula laude digna, & quædam alia deſiderantur.

F.Lucidus Veronenſis cõcionator ſuo tempore clarus edidit quoſdam hymnos rudiori,ſed ſatis pio ſtylo in laudem B.Franciſci.

F.Lucas Paciolus ex Burgo S.Sepulchri omnem penè rationem Mathematicæ diſciplinæ complexus eſt: de diuina proportione, compendium de Arithmetica, de proportionibus & proportionalitatibus egregium opus & eruditum lingua vernacula, ſed rudi,ad Illuſtr.Guidubaldum Vrbinatum Ducem.

B.Lucas Paduanus ex nobili Belludorum familia.D.Antonij diſcipulus iugi ſtudio exercitatus ſcripſit ſermones de tempore tam in Euangelia,quàm in Epiſtolas,& de Sanctis,cuius initium eſt. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. Habentur Paduæ manuſcripti in Bibliot.D.Antonij,anno 1232.

F.Ludouicus (cognomento non addito) edidit ſermones feriales per totum annum, commune Sanctorum, & multa alia.

F.Ludouicus ex Filicaia Florentinus edidit vitam B.Franc.carmine Etruſcò.

F.Ludouicus à Flumine ſeu Bagelardus Paduanus,cuius corpus tumulatũ eſt Paduę ante ianuam chori,cum ſubiecto epitaphio pedum attritu ferè deleto,doctor Pariſinus inſignis eccleſiaſtes.

Religio quem flet fratrum veneranda Minorum
Fluminis à clara Ludouicum ſtirpe creatum
Regalis Patauì clauſit mors vltima rerum,
Hunc iam maiorem prouincia tota miniſtrum
Pariſij ciuitas Sophię quem ſacra magiſtrum
Fecerat, hoc buſto corpus, mens ſiſtit in aſtris.

F.Ludouicus Hilberg antea Ioannes cognomento Vuolgemuth ex Pruſia edidit inſigne opus,quod inſcribitur Trilogiũ animæ in tres partes diſtinctũ incipiẽs, Deus omnipotens.

F. Ludouicus Imolenſis Prouincialis prouinciæ Bononiæ edidit orationẽ, quam recitauit coram Sixto IIII. Pont. in die Prothomartyris Stephani, & alteram coram Innocentio VIII. de nomine Ieſu.

F.Ludouicus à Turre Veronenſis ſcripſit inſignem defenſionem de Conceptione Deiparæ

paræ Virginis,& habetur Coloniæ in bibliot. Franciſcana.

F. Ludouicus Vicentinus ſcripſit vitam S.Bernard. Senenſis ad Cardinalem Agrienſem.

F. MAmotreptus à Regio Lepidi edidit Dictionarium totius Bibliæ,quod rudibus clericis veluti mamma exhibuit.

F.Marcus Blancus Salodienſis Alumnus Franciſci Lacheti compilauit tractatum de ſecundis intentionibus ad Albertum Pium.

F.Marcheſinus Petor edidit tractatum de peccatorum pœnis,cuius initium, Pœna debita: & tractatum de paſſione Chriſti,cuius initium,Paſſio Domini noſtri.

F.Marcus Vlyſſiponenſis iuſſu Fratris Andreæ Inſulani Generalis regularis obſer.peragrauit totam Hiſpaniam,Galliam,Italiam,&Alemaniam,edidit Chronicam Religionis lingua Hiſpanica digeſtam in tria volumina,quam demum in linguam noſtram Italicam tráſtulit Horatius Diola Bononienſis, à Gregorio verò Portuenſi eccleſiæ præficitur.

F.Marcus de Summa Ripa conuentus Albenſis lector vniuerſalis Taurini edidit Quadrageſimale,quod inſcribitur Bonum quaternarium. Summę Ripæ fato ereptus eſt. floruit autem anno 1419.

F. Marcus Vigerius Cardinalis,vt ſupra.

F.Marcus Vlmenſis Hermannus edidit Dictionarium in ſcriptura ſacra.

F.Marianus de Florentia edidit Sermones plures, collegit vitas Sanctarum mulierum Secundi Ordinis 159. floruit an. 1404. habentur eius ſcripta Florentiæ in bibli. S.Crucis.

F.Marinus Maurus Venetus Eccleſiaſtes,& Theologus non obſcurus Cornelio Muſſo per omne tempus charus fuit,cuius monumenta tum latino,tum etiam vernaculo ſermone ab eodem Cornelio cóſcripta ab omnibus ſtudioſis deſiderata,ſummo ſtudio,& induſtria è tenebris reuocauit,vt in lucem prodirent. collegit inſuper ſummam non aſpernandæ lectionis in doctrinam D.Thomæ.

F.Matthæus de Aqua ſparta,vt ſupra ſcripſit.

F.Matthæus Corradonus de Silento edidit tractatum de Confeſſione, cui titulus eſt Speculum Confeſſorum,& lumen conſcientiæ.

F.Matthæus Siluagius Catanenſis Siculus edidit compendium in omnes libros naturales Ariſt.Item de nuptiis animæ cum ſponſo eius Chriſto, de gratia,& de remediis,ac alia opuſcula,eius initium eſt,Philoſophi ſententia.

F.Matthias Bellintanus Salodienſis,vir ſanè hoc tempore probitate doctrinaq; clarus, & in ſacris concionibus habendis ad populum cunctis admirabilis,edidit lingua vernacula de oratione mentali vtilem tractatú: ſuper S. Bonauenturam opus eruditum hoc titulo, In ſermones S.Bonauenturæ, & in Euangelia totius anni ſcripturales introductiones. Parat præterea alia expetendæ lectionis.

F. Matthias Doringus vel Dorink prouinciæ Saxoniæ Prouincialis edidit replicas ſiue notu las defenſiuas pro Nicolao Krenſi, cuius auditor fuit, cóntra Paulum Burgenſem.

F.Matthias Feliſius Brouers vel Breuuer Danius prouinciæ inferioris Germanię Miniſt. edidit eruditam & catholicam elucidationē inſtitutionis Chriſtianæ optima methodo per loca communia diſtributam.Floruit anno 1573.

F.Matthias de veſtis compilauit opuſculum de accentibus.

F.Maturinus Lebreth edidit declarationem in lib.Sententiarum Scoti.

F.Maturinus Quadratus Ebroicus doct. Pariſijs, edidit Homilias in Iohelē Prophetam

F.Mauritius de Porta Hibernas Archiepiſcopus Tuanēſis poſtillauit totam doctrinam Ioannis Scoti,& eius Vniuerſalia ſubtiliſſime commentatus eſt. Item epitomata in formalitates Scoti.Edidit etiam Dictionarium ſacræ ſcripturæ : necnon librum diſtinctionum nu ſcriptum:vidi Rauennæ in conuentu S.Franciſci: edidit quoque enchiridion fidei. compendium veritatum in quatuor libros Sententiarum carmine Leonino.

F.Mauritius,cognomento non addito,edidit Diſtinc.lib.cuius initiú.Circa obiectionē.

F.Maximianus Beniamus Cremenſis,primò hæreticæ prauitatis Inquiſitor Paduæ, demum à Sixto V.Pon.max. Epiſcopus Clodiēſis,quæ olim foſſa Clodia dicebatur, effectus, edidit quaſdam orationes ſtylo non minus eleganti,quàm erudito.

F. Maximianus Volaterranus edidit lecturam,floruit an. 1405.

F.Melchior Frizola Parmenſis edidit libros tres de Anima, interrupto dialogo lingua Etruſca,ad inuictiſſimum Ludouicum Mariam Mediolanēſium Ducē:& librum pſalmorú, & alia.obiit Parmę die xj.Ian.an. 1520.in eccl. S.Fran.cōditus eſt,cuius Epitaph. cernitur.

LLL 3 Stigmiferi

Stigmiſeri normam, gens FriZola, Melchio nomen,
Extitit amplexo patria Parma mihi:
Doctrina & ſenio rutilans tria ſcripta peregi,
Pſalmorum; & animæ, ſpirituumq́; ſimul

F.Melchior Flauius Guardianus Conuentus Tholoſoni, concionator Chriſtianiſſimi Regis Galliarum, edidit Reſolutiones in 4. lib. Sen. Io. Scoti floruit anno 1580.

F.Michael de Carchano Mediolanēſis, Theologus, & declamator celebris, in ſermonibus vehemens, edidit de decem præceptis, & ſermones vtiles de Aduentu, de tempore, & alia. Obijt in ciuitate Laudis Pompeiæ vulgo Lodi.

F.Michael de Prouincia Prouinciæ edidit opus de Manſionibus filiorum Iſrael.

F.Michael Medina Hiſpanus Theologus regius edidit Chriſtianam Paręneſim, & tractatum de Indulgentijs, & in quatuor articulos Symboli Apoſtolorum, & de purgatorio, de recta fide, & alia multa.

F.Michael Menatus Theologiæ profeſſor in Pariſienſi Acad. edidit ſuccinctos ſermones in Epiſt. & Euangelia Quadrageſimalia. Floruit an. 1517.

F.Monaldus Iuſtinopolitanus Dalmata, Theologus, & Iuriſconſultus, Archiepiſcopus Beneuentanus ſcripſit ſummam iuris Canonici, initium eſt. Quia ignorans ignorabitur, ſummam caſuum, hic primo agendum eſt de Abbate. Quæſtiones, in 4. Sen. ſermones varios, librum vnum, quæ longo iam vſu comprobantur. Floruit anno 1332.

F.Neſtoris Dionyſij Nauarenſis Dictionarium alphabetico ordine habetur Paduæ, in Biblio. D. Anto.

F.Nicolaus ab Aqua Villa edidit ſermones de Natiuitate, de Sanctis, & per totum anni circulum.

F.Nicolaus ab Auximo Picens compoſuit ſupplementum ordine alphabetico, & ſummam, ſcripſit quoq; ſuper præcepta Regulæ ſermone vernaculo. Vir ſanè doctus in vtroque iure, & prædicator inſignis, nobiliq; genere natus: redegit ī epitomē libros canonicos, & inſcribitur, liber legis Canonicæ, compoſuit notabilem librum Sermonum, & interrogatorium confeſſionum, ſupplementum ſuper ſummam Piſanellam. Fuit miſſus Hieruſalem à Martino V. Pont. Max. triennio pòſt venit Romam, ibique incidit in grauem morbum quo obijt, & ſepultus in Ara Cœli.

F.Nicolaus de Biordo ſcripſit diſtinctiones in quatuor libros.

F.Nicolaus de Bitonio Prouincialis S. Franciſci, anno 1413. edidit Quadrageſimale.

F.Nicolaus Bonetus edidit philoſophiam naturalem.

F.Nicolaus Bryſo Innocentij IIII. confeſſarius, tum ciuitatis Aſſiſii Epiſcopus vir ſanè doctus floruit an. 1245.

F.Nicolaus Goran Miniſter prouincialis Franciæ ſcripſit docta quædam in lib. Sent. & in ſacram ſcripturam.

F.Nicolaus Grandis Lutetiæ Pariſiorum ortus multis ſtudiis, vigiliis, & prælectionibus in Pariſienſi facultate doctoratus gradum promeruit, ac diu retinuit ſumma cū laude, ſcripſit doctiſſimos in Epiſtolas ad Roman. & Hebręos cōmentarios, quos ad Frāciſcum Gallum Regem nuncupatoriè applicuit: floruit an. 1546. Fuit etiam vir in rebus agēdis pru[dens], qui cum F. Gulielmo Hugoth Meldenſi iecit fundamenta illis ſtructuris atque ædifi[ciis q]uæ ſuperaddita ſunt Monaſterio noſtro Pariſienſi, quod ampliſſimum eſt, ac primò [con]ſtructum ſumma liberalitate S. Ludouici & Blancæ pientiſſimæ matris. ſtat quidem [mir]o artificio & expenſis, protenſumq́ue latè eſt ſuis membris annexis, ac officinis cohæ[ren]tibus, circunfuſæ innumeræ cellæ & dormitoria: illic aula in amplum ſpacium porrigitur, q̄ ante annos lx. totius collegij ſchola Theologica fuit: è qua velut ex equo Troiano plurimi, & ij quidem ſpiritualibus armis inſtructiſſimi milites, ác fidei catholicæ acerrimi propugnatores exiere, qui tum in eadem vrbe regia, tum in cunctis alijs exteris finib. graſſantibus hæreticis conſtanter ſe & glorioſe oppoſuerunt, quorum reminiſci nec expedit, nec vacat.

Monaſterii Pariſienſis magnific[entia] dioſis [...] artium [...] diſſimu[...]

F.Nicolaus Graſcllus Patauinus, acceptis prius in ſeculo de more doctoratus inſignib. amore Chriſti accenſus, relictis omnibus, Franciſcanæ Religionis habitum aſſumpſit. Qui edidit opuſculum de gradibus affinitatis & cōſanguinitatis, cuius titulus talis eſt, breuis & compendioſus tractatus.

F. Nicolaus Herbon Guardianus Cõuentus Brulenſis, & Commiſſarius Generalis Ciſmontanus, ſcripſit Latino ſermone enarrationes Euangeliorum Quadrageſimalium, apud Coloniam Agrippinam Germanica lingua declamatas: item in Pſalmum 78. enarrationẽ lamentatoriam: Paradoxa Theologica, librum vnum, Quis hoc ignorat? Enchiridion locorum communium: de tribus votis, & de obedientia Religioſorum. Floruit anno 1525.

F. Nicolaus Lackman Teutonicus edidit in 4. Sent. de tempore, & alia plura non abijciendæ lectionis anno 1440.

F. Nicolaus à Lyra Normanniæ oppido, genere Iudæus, Hebraicarum litterarum ab incunabulis ſtudioſus, & plenè inſtructus, Bibliorum ſubtiliſſimus expoſitor, quæ vera, pura, & germana intelligentia edidit lib. 85. Claruit anno 1320. obiit Pariſijs ſepultus in capitulo Conuentus 1349. die 14. Octobr. cuius ſepulchro affixa ſunt hæc carmina. *Vide Ioannẽ Roy che pag. 365.*

Lyra breuis vicus Normanna in gente celebris
Prima mihi vitæ ianua, forsq; fuit.
Nulla diu iam me tenuit Veſania natum
Protinus euaſi relligione Minor.
Vernolium admiſit currentem ad ſacra tyronem
Et Chriſti docuit me domitare iugo.
Vt tamen ad mores legis doctrina beata
Addita planaret ſimplicitatis iter.
Artibus ipſe pijs, & Chriſti dogmate fretus
Pariſijs excepi ſacra magiſterij.
& ſequitur
Omnipotens Dominus quo ſumus & morimur.
A Cruce tu cuius numeres ſi mille trecentos
Adiungens vnà quatuor & decades.
Illo me rapuit mors omnibus æmula ciclo
Cum micat Octobris terna vigena dies.

Vixit in Religione annis 48. plenus annis obiit: ipſemet citat ſe annis plenum ſuper Gen. 1.

F. Nicolaus Mutius Venetus edidit ſuper Gregorium opus diſtinctum per materias. Claruit anno 1238.

F. Nicolaus de Nyſe Gallus, concionator ſuo tempore celeberrimus, ſcripſit compendiũ ſuper quatuor Senten. libros, ſermones de tempore, gemmam prædicantium, & ſpeculum mortalium. floruit anno 1475.

Frater Nicolaus de Orbellis, ſiue Dorbellus Andegauenſis prouinciæ Turoniæ, ſcripſit præclara quædam in 4. lib. Sent. item Commentarios penè in omnes Ariſt. libros, & de caſibus conſcientiæ, ſuper ſummulas Petri Hiſpani, & alia. claruit anno 1455.

Frater Nicolaus Bocham ſcripſit de Concilijs generalibus ſermones, & quædam alia.

Frater Nicolaus Tucitus Zegeuus ex Dyſtemio oppido Brabantiæ, edidit ad Iulium I[illegible] caſtigationes in nouum Teſtamentum ſub titulo Epanorthotes: item ſcholia in no[illegible] Teſtamentum. ſcripſit quoque librum Adagiorum. floruit anno 1555.

Frater Nicolaus Teutonicus Miniſter Saxoniæ, Philoſophus & Theologus inſig[illegible]que in diſputationibus acerrimus oppugnator, in ſacris concionibus mirabilis, ſcr[illegible] per Sententias libros tres: de varijs quæſtionibus librum vnum: ſermones de tem[illegible] & de Sanctis. floruit in ſacro Concilio Baſileæ, in quo apud bonos omnes fuit magnu[illegible] habitus anno 1431.

Frater Nicolaus de Torga ſcripſit de adoratione nominis Ieſu Chriſti aduerſus Petrum Vigmanum Monachum Vratislauienſem.

Frater Nicolaus Veronenſis Vmber edidit Quadrageſimale, & dictorum ſalutis ſuper epiſtolas Quadrageſimales.

Aſtra tenet, quoniam pacem dilexit, & illam
Seruari monitis ſanxit in Vrbe ſuis:
Cuius multa licet fuerint præconia, ſaltem
Hæc tibi quæ referas, accipe poſteritas.
Vir fuit in Latio vita longæuus honeſta
Aſsiduus norma dogma tenere ſua.
Dulcibus eloquijs cui perſuadere quietem
Ciuibus, & patriæ ſedula cura fuit.
Pacifer hic Patauæ ſedauit ſcandala terræ,
Exulibus patrios, reſtituitq; lares.
Fœdera dum Regi ferret laudanda Boemo,
Vrbe Tridentina turbine febris obit.

F. Petrus Aluernus edidit Quæſtiones quolibetales: habentur Paduæ in Bibliotheca ſacra D. Antonij.

F. Petrus de Cruce Luſitanus edidit quæſtionem de entibus rationis ad mentem Scoti.

F. Petrus de Orbellis ſcripſit ſermones Quadrageſimales.

F. Petrus Galatinus vir elegantis ingenij de prouincia S. Nicolai Hebraicarum litterarũ non ignarus, Laurentij Pucij Cardinalis domeſticus, à quo magno habebatur in pretio, ſcripſit elegantes Commentarios de Arcanis Catholicæ veritatis contra Hebræos an. 1518.

F. Petrus Ioannis Oliui de Bituris ex Caſtro Semicani, Cuſtodiæ Narbonæ, vir magnæ prorſus ſubtilitatis & eruditionis, Baccalaureus formatus edidit poſtillas in omnem ferè diuinam ſcripturam, ſcripſit in Euangelium Matthæi, incipiens, Quatuor facies vni, & Quodlibeta, exordium eſt. An Deus poſſit in vno inſtanti transferre in aliquam rem: & quædam alia, quæ à F. Bonagratia Generali cum conſenſu Arlotti Pratenſis, Ricardi Mediauillani, & aliorum fuerunt reprobata: vixit anno 1283. Cùm ſemel F. Arlotus Generalis Pariſiis exiſtens, cum Fratre Richardo, & F. Ioanne de Muro deambularet per clauſtrum, conſultò vocauit illum ad ſe, & dixit: Frater Petre quædam ſingularia dicis de diuina eſſentia, repete modò nobis: qui ſtatim reſpondit omiſſis Sanctorum auctoritatibus, dicam vobis ad præſens ſeptem rationes principales, quarum quælibet habet ſeptem rationes annexas, quibus roboratur: incipiens itaque a prima vſque ad vltimam perſecutus eſt feliciſſimè: quibus auditis ſubriſit Generalis, & dixit duobus illis Fratribus, qui opinioni illius aduerſabantur: Frater Richarde, & Frater Ioannes reſpondete illi, & nullus auſus eſt reſpondere: hoc ipſum fuit de alijs quæſtionibus, ita quòd nemo poterat reſpondere ſapientiæ, & reſiſtere ſpiritui, qui loquebatur: ipſe enim erat tanquam lux in lucem reducens dubia, ideo eum æmuli inſequebantur acerbè. nam verum eſt illud,

Summa petit liuor, perflant altiſsima venti.

F. Petrus Paulus Caporella de Potentia Apulus, Epiſcopus Cotroni, edidit quandã quęſtionem de Matrimonio, & tractatum de operibus, cętera eius non vidi: ſcripſit quoque de Purgatorio.

F. Petrus Montanus edidit enarrationem in paſſionem Chriſti, cuius initiũ eſt, Hymno dicto. nunc profitetur Theologiam in vniuerſitate Louanij, vbi antea Franciſcus Titelmanus, & Adamus Sasbaldus profeſſi ſunt.

F. Petrus cognomento non addito, Patauinus edidit ſermones Dominicales per circulum: habentur manuſcripti in bibliotheca D. Antonij Paduæ, initium operis, Induimini Dominum noſtrum depoſita vitiorum multitudine.

F. Petrus Reginaldus edidit Speculum finalis retributionis, de gaudijs Piorum, & pœnis malorum. & exactæ doctrinæ egregia documenta reliquit.

F. Petrus Marſæus Cratapola Baccalaureus edidit Catalogum electorum Eccleſiaſticorum. i. Colonienſium, Maguntinenſium, ac Treuirenſium Archiepiſcoporum, à primis vſq; ad eos, qui iam præſident, ſuccincta rerum à ſingulis geſtarum narratione. in quo opere ita ſtylum contemperauit, vt paucis multa complectatur.

VERA F. PELBARTI THIMESVAR EFFIGIES.



Non me Pelbartum fama, ſed peṅna potentem
Laude facit paſſim, ſcripta probata ſerens.

DE F. PELBARTO THIMESVAR:

FRATER Pelbartus Thimeſuar, vel Temeſauuar edidit ſermones dé tempore Dominicales: de Aduentu: de Peccati ſtipendio, & gratię pręmio: de Sanctis Quadrageſimale triplex, quod ſtellarium inſcribitur, Roſarium in tres libros Sententiarum, de cuius doctrina quidam carmine cecinit:

Hac ſi Pieridum oblectant pomœria ſacra,
Carpe (ſinit Phœbus) quæ tibi poma placent.

F. Peregrinus Bononienſis edidit Chronicam Ordinis, floruit anno 1249. ſub F. Ioanne Parmenſi Generali.

F. Petrus de Aluernia edidit Quæſtiones in Metaphyſica.

F. Petrus de Aquila Baccalaureus Pariſinus edidit in Epitomen doctrinam Scoti in quatuor libros Sententiarum, & aliam lecturam pulchram, & diu deſideratam. Item in quatuor lib. Sententiarum Epitomen, & expoſitionem ſuam in libros de anima Ariſt. cuius initium, Anima naſcitur ſicut tabula raſa.

F. Petrus Triniauella Narbonēſis edidit quæſtiones in quatuor lib. Sent. habetur Paduę.

F. Petrus Aureoli Verberius primo Prouincialis Aquitaniæ electus, deinde Archiepiſcopus Aquenſis, & Cardinalis, vt aliis placet: Dialecticæ, & Theologiæ doctiſſimus ſcripſit ſtylo ſcholaſtico compendium omnium Sanctorum voluminum, Venite aſcendamus ad montem Domini: ſuper quatuor Sent. ſermones de tempore: Item librum, qui inſcribitur, Roſæ diſtinctionum; & tractatum de paupertate, & vſu paupere rerum: eius ſcripta habentur in Conuentu Sagienſi cuſtodiæ Normaniæ. claruit anno 1317.

F. Petrus de Candia Alexander V. vt ſuprà multa ſcripſit opuſcula obligationis, & in qualibet alia facultate.

F. Petrus Caruel edidit Directorium Iuris citatur in Angelica.

F. Petrus de Colle Teutonicus ſcripſit de auctoritate Concilij: in lib. Sent. ſermones varios. claruit anno 1440.

F. Petrus de Cornibus Doctor Pariſienſis multa ſcripſit, quæ tamen deſiderantur. floruit anno 1555.

VERA F. PETRI RODVLPHII TOSSINIANENSIS EFFIGIES.



Plura darē, at ſpatijs, quæ nunc diſcluſus iniquis
Prætereo, forſan poſt me alij illa dabunt.

DE F. PETRO RODVLPHIO TOSSINIANENSI.

FRATER Petrus Rodulphius Toſſinianenſis profeſſione,& ſi non condigna imitatione, Frãciſcanus Conuentualis,eccleſiaſtes,& Theologus minimus,Bononiæ primo in Florentiſſimo D.Franc.Gymnaſio Regens tum Venetijs in Magna domo prçlectore, Hiſtoriæ huius conſarcinator (ſi tamen licet patrum more obſcuri nominis mei memoriam huic catalogo inſerere) Ex Petro itaq; Rodulphio,& Gallitia Pogia originẽ duxi parentib. quidem modicis,ſed ingenuis,legitimeq́; coniunctis. Rodulphus Auus meus miles,& cuſtos Arcis Foriliuij ſub Catherina Sfortia,quæ Forumliuij, & Forumcornelij obtinebat, mulier vidua, quæ milites quatermille ſuis in oppidis,atq; finib. habebat. Toſſinianũ Aemiliæ nõ parui nominis oppidum in agro Imolẽſi ad radices Apennini mõtis prope Vatranũ amnem Padi oſtium, qui fluẽs præcipiti lapſu ſaxa etiam rotat,eſt mihi patria: cuius agri,etſi magna pars præruptis, & aſperis montibus contineatur, nihilq́ue niſi magno labore quæſitũ ferat,locus tamen non obſcurus eſt,lætaq; temperie ferax: qui ſi nobilitate, literis,atq; arte militari magnis oppidis conferendus non ſit,non cedit tamen aeris ſalubritate,nec loci amænitate. Illud tamen inter minima non eſt. Habuit.n. hæc patria mea Ioan. X.Pont.Max.B.Ioannem Ferrariæ Epiſcopum creatum ab Eugenio IIII. Pont. Max. An. 1431. Fratrem Nicolaum Sartonicum,qui obijt non ſine opinione ſanctitatis: Magiſtrum Franc.Riuerium,ambos ex Ord.Minorum: Petrum Corialtũ Medicum celebrem,vt clariſſima eius monumenta in problemata Ariſt. & de morbo epidemiæ teſtantur, Petrum ſtrenuum militem apud Marchionem Hetruriæ Ioannem Abbatem S. Ambroſij in nemore Mediolani.Io.Baptiſtam Nardum I.Vt.Doct. egregium.viuit hodie Acariſius Squarzonius cauſarum auditor Cardinalis ab Alta emps,vir,& vitæ probitate, & literis clarus,ſuaq; humanitate omnib. gratus. Scripſi itaq; ad preſentẽ ætatis meç annũ quinquageſimũ hãc Seraphicam Hiſtoriam: Dictionarium latinum Bononiæ,& Lugduni impreſſum: conciones viginti ſermone vernaculo in præclaris Italiæ vrbibus habitas. Item de paſſione Chriſti, & ſuper canticum B.Virg.vernaculo ſermone: Homelias centũ latinas in ſeptẽ Pſalmos Dauidis, quos de pœnitentia vocant: libros tres de chriſtiano oratore, vbi diuerſa Themata ad mores inſtituendos tractantur, citatis hinc inde locis ex ſacris Biblijs, & inſignioribus patribus: Alia quoque in dies molior pro communi quidẽ vtilitate & ad Chriſti Ieſu gloriã.

Dulcis amor patriæ.

F.Petrus de Saxonia edidit ſummã caſuum: ſermones de tẽpore: & de Sanctis librũ vnũ.

F.Petrus Scotellus de Aquila Epiſcopus S. Angeli edidit compendium ſuper quæſtiones Magiſtri Sent.cuius initium: in iſta prima Diſtinctione, quæ eſt quaſi proœmialis, edidit quoque quæſtiones valde reſolutas in 4.Sent.lib. Doct.ſubtilis.

F. Petrus Thomas edidit tractatum formalitatum ad mentem Scotiſtarum: & quãdam Epiſtolam ad infantem Aragoniæ de Conceptione B.Virg.& tractatũ de eſſe intellectuali.

F.Petrus de Trabib. edidit ſuper primũ lib.Sen.cuius initiũ,ad dñm ponã eloquiũ meũ.

F.Petrus de Vtino edidit librũ,cui titu. eſt, Biblia pauperũ ſeu exẽplariũ ſacræ ſcripturç.

F.Philippus Diez Luſitanus prouinciæ S.Iacobi edidit Quadrageſimale,ſanctuarium,& Dominicale, eruditum opu & morale, quo exprimit chriſtianæ vitæ formam.

F.Philippus Peruſinus vir eruditus, qui Pariſijs mandato Dñi Raynaldi, qui fuit nepos Gregorij IX.& poſtea Alex.IIII. quadriennium ſtuduit,& multum profecit: ſcripſit hiſtoriã Religionis ſui temporis, & quæ in ordine cõtigerunt, ob cuius ſingularem eruditionem & probitatem vitæ Ioannes Caietanus poſtea Nicolaus III. in ſuam clientelam ſuſcepit quoque charus Matthæo Rubeo Cardinali.

F.Philippus à monte Calerio cum carceribus detentus eſſet, ſcripſit pro vtilitate & inſtructione prçdicatorum,ſermoes de tempore,de Sanctis, & Quadrageſimale tos commentarios in ſacris literis.

F.Philippus Varagius edidit flores totius ſacræ Theologiæ. Floruit anno 1502.

F.Philippus Vlteram edidit concordantias Euangeliorum,& homilias 14. habetur manuſcriptum Florentiæ in Biblio.S.Marci.

B.Pontius Carbonellus de quo ſuprà.

F.Raphael Suninus theol. inſignis & orator Euangelicus: Nulla ciuitas fuit quæ laudes eius diſſimularet.

F.Raymundus Augerii ex ciuitate Miniatenſi edidit in Politica Ariſt.

F. Raymundus Rigaldus Gallus edidit ſermones feſtiuos, initium eſt, Aſcendam in pal mam. ſuper Sent. initium, Quæritur vtrum ſint plures veritates ab æterno.

F. Reginaldus Archiepiſcopus Rothomagenſis, & Card. vt ſuprà, ſcripſit ſuper iiij. Sent.

F. Richardus Cenomanus, Conuentus Carnotenſis, Doctorq; Pariſienſis eruditiſſimè ſcripſit in Pſalterium Dauidis, & alia nonnulla: proſequutusq; eſt varia lectione commentarios, quos in Epiſtolas ad Rom. & Hebr. doctiſſimè cōfecit Nicolaus Gradis, de quo ſupra.

F. Ricardus de Cornubia Anglus ſcripſit ſuper Sent. initiū, Secundū Hug. de S. Victore.

F. Ricardus Mediauillanus in ſacris litteris, philoſophia, & iure canonico egregie doctus, Doctor eximius, copioſus, & ſolidus, ſcripſit luculenter ſuper 4. Sent. quæſtiones quolibetales, librum vnum ſuper diſtinctiones Decretalium, librum vnum de Ordine iudiciorum, in Epiſtolas Pauli lib. 14. in quatuor Euangelia libros quatuor, de Conceptione B. Virginis, & quædam alia anno 1290. vnde illud poeticum carmen emanauit.

Sacra refert celebris Ricardus dogmata, quondam
Quem genuit Media uilla decora virum.

F. Ricardus Archiepiſcopus Remenſis ſcripſit ſermones de tempore anno 1270.

F. Ricardus Ruffus Anglicus edidit ſuper Sent. compilationem factam Pariſijs, initium cuius, Totalis libri præmittit mihi prologum.

F. Ricardus de Saxonia ſcripſit librum deuotum de ſalutatione Angelica.

F. Robertus de Baſſia Aquitanus ſcripſit ſuper 4. libros Sent.

F. Robertus Couuton Anglicus ſcripſit Quæſtiones Sent. & Quolibeta anno 1240.

F. Robertus Concio doctor Pariſienſis edidit in 4. lib. Sent.

F. Robertus Caracciolus à Licio Epiſcopus Licienſis ſcripſit multa præclara opuſcula, ſermones de tempore, de laudib. Sanctorū, de pœnitentia, de peccatis; fuit.n. in concionādo ita egregius, tantaq; eloquentia, & morum grauitate præditus, vt omnes in eadē arte & pronunciationē & geſtus eius imitari conarētur, exordiēdiq;, exclamandi, cōmiſerandi, digrédiendi, epilogandiq; viā ſequerentur. Scripſit ad eū Sixtus IIII. tunc Generalis his verbis.

Epiſtola Sixti iiij. ad Robertum Licienſem.

Egregio Theologiæ profeſſori, Magiſtro Roberto de Licio, diuini verbi Prædicatori famoſiſsimo, fratri in Chriſto dilecto.

EGREGIE Doctor poſt ſynceram cordis affectionem: Ex litteris veſtris ad me delatis nuperrimè intellexi vos de mandato Sanctiſſimi Domini noſtri è cōuentu noſtro Venetiarum receſſiſſe, ac per hoc vos ipſum tranſtuliſſe ad Conuentum Ferrariæ, in quo cupitis prædicare futura Quadrageſima: non accepi breue, neque copiam breuis, ex quo fit, vt ignarus ſim citationis vel vocationis veſtræ, cupiens tamen, vt conuentus Ferrariæ prouideatur de prędicatore, vos inſtitui Prædicatorem illius Conuentus, ſicut ex litteris intelligetis, hac lege & conditione ſ. q. per noſtrā inſtitutionem nō intendo cōtraire, neq; quouis modo reſiſtere, vel derogare ſaluberrimis monitis Sanctiſs. Domini Pauli II. ſicut non debeo, nec poſſum. immo vos hortor, & pręcipio vobis ſi poſsū, vt ſi vocatus eſtis ad eandem ſuam Sanctitatem conferatis vos ſine mora. Valete Bononię die 3. Febr. 1465.

F. Robertus Maſſier prouinciæ Franciæ, Miniſter, & conuentus Pariſij commiſſarius, edidit ſermones vtiles ſuper Epiſtolas, & Euangelia Quadrageſimalia.

F. Robertus de Ruſſia, quę olim ſuperior Myſia dicta eſt, ſcripſit ſuper 4. Sent. libros, declarauitq; egregiè Regulam, quam ſic declaratam miſit Generali Ordinis. obijt anno 1272.

F. Rodulphus Rodimpton edidit multa opuſcula tam in Theologia, quàm in ſacris litteris quibus nomen ſuum propagauit.

F. Rufinus Luparus Patauinus Eccleſiaſtes fuit, & Theologus clarus, præter peritiam humanarum, diuinarumq; literarum, qua præſtabat.

F. Rodulphus Erphodienſis Epiſcopus cum alio Fratre Rodulpho magiſtri inſignes in litteris, antequam acciperent togam ſanctæ conuerſationis, ſcientia & morib. Angelis imbuerunt. Hic ſemel vidit B. Franciſcum ante Crucifixum ſublatum.

[illegible] ſor eſt [illegible] ander.

F. Rodulphus Colemburgius Oxonij primò, deinde Pariſiis magna cū laude profeſſus eſt Doctoris officium: de quo honorifica extat memoria. floruitque anno 1270.

F. Roricus de Vuitten ſcripſit poſtillam de tempore ab Aduentu ad Paſcha.

F. Rogerius Bacchonitanus Doctor Oxonienſis, in omni ſcientiarum genere eruditiſſimus, ſcripſit ſuper 4. lib. Sent. in libros naturales & morales Ariſtot. compendium ſtudij

Theologici,

Theologici, de necromanticis imaginibus, prognoſtica de ſyderum curſu, regimina cœleſtium, de vera Aſtronomia, & perſpectiua, cuius initium, Hic aliqua ſunt dicenda. quæ à fratre Hieronymo Aſculano Generali fuerunt improbata, multorũ fratrum conſilio prius explorato. anno 1280.

F. Rugerius Rugoſus Anglicus edidit ſuper Sent. initium eſt, vtrum aliquis in caſu poſſit obligari ex præcepto. Item tractatum de maximo & minimo.

F. Rugerius Royſeth edidit ſuper Sent. cuius initium Amice aſcende ſuperius.

F. Salimbenus de Salimbenis Parmẽſis contexuit hiſtorias ſui temporis, & Chronicã Italiæ vſque ad annum 1280. (quo tempore vixit) multis theologicis admixtis.

F. Saluator Bartolucius Aſſiſias, in inclyta Patauina Academia publicus Metaphyſicus, & Theologus clarus & apertus, ſcripſit lucidã expoſitionẽ in formalitates Scoti, & Apologiã pro Scoto, & ſyllabũ generalẽ in 4. lib. Sen. Scoti, & Quolibeta, viuit hodie 1586.

F. Samuel Caſſinenſis edidit opus inſcriptum, liber Iſagogicus.

F. Sanctes Boncordis Theologus edidit de firma fide ad Fridericum Comitem Vrbini, Montis Feretri, Durantiſque Dominum: vidi manu ſcriptum apud Serram Petronum Camertinæ ditionis oppidum.

F. Sebaſtianus Pepulus Bagnacauallenſis in præcipuis Italiæ ciuitatibus concionator celeberrimus, prouinciæ Bononiæ his prouincialis an. 1477. an. verò ſuæ ætatis 65.

F. Seraphinus Cumiranus Feltrenſis edidit tomos duos contradictionum veteris & noui teſtamenti anno 1550.

F. Seraphinus S. Marama Aretinus edidit libellũ de conceptione ſermone vernaculo.

F. Seraphinus Caietanus præceptor B. Iacobi de Marchia & Antonij Bitontini vir doctus & inſignis.

F. Syluester Roſſanenſis edidit tractatum contemplatiuum de ſanguine Chriſti.

F. Syluester Senenſis edidit librum de Iuſtitia & quædam alia.

F. Seruaſanctus edidit ſummam de pęnitentia, quæ habetur Paduæ.

F. Simon Ardæus in Florentiſſimo Gymnaſio Patauino doctor illuſtris, multa ſcripſit, quæ deſiderantur obiit Paduæ an. 1537. die 28. Aprilis. Bernardinus Ardęus viro beneme rito hoc epitaphium beneficiorum memor affixit.

Simoni Ardæo Veneto, Minoritanæ Religionis ſplendori, qui dum ex Patauinis Athenis omnes terras illuſtraſſet philoſophorum, theologiam Chriſtianorum ſumma cum laude, omniumq; inuidia ſuperata profeſſus. viam tandem vniuerſæ carnis ingrediens dormiuit in Domino. F. Bernardinus alumnus, rerum & cognominis hæres non ingratus poſuit. Obijt anno MDXXXVII. ætatis ſuæ lxvij. Kal. Maijs.

F. Simon Fõtanus Senonẽſis doctor Pariſien. edidit hiſtoriã catholicã huius tẽporis 17. libris digeſtã ab an. 1546. Vbi res geſtas pulcherrimo & dilucido ordine complexus eſt in quo vel noſſe vel ſcribere illa volentibus longæ inquiſitionis laborem ademit: edidit Dialecticam, & varia opuſcula, vt paraſceuen ad Rethoricam, obijt Pariſijs eiusque ſepul chro affixum eſt hoc carmen.

Fons ego cœleſti manans de fonte profundo
Quas poto è ſacri gurgite fontis, aquas.
Has tibi dum ſitiens haurit fons, areo, ſed ſic
Vt redeam ad fontis prima alimenta mei
Iam raptus viuo CHRISTI me proluo fonte
Quo mihi quæ fuerat deſinit eſſe ſitis.

F. Staniſlaus Vopolnus Polonus ex conuentu Cracouienſi, prouincialis prouinciæ Poloniæ, edidit libellum de Sacramento Euchariſtiæ aduerſus Hæreticos, lingua Polonica; circunferuntur eius opuſcula Cracouiæ.

F. Stephanus Burlifer almæ vniuerſitatis Pariſienſis doctor, auditorque Gulielmi Vorilionis, ex ciuitate Maclouinenſi in minori Britannia oriũdus, ſcripſit reportata in 4. ſententiarũ, lib. D. Bonauent. de timore ſeruili, & alijs donis Dei. Item de Trinitate, vbi docet

rn

multa contra pictores pingentes Trinitatem vario modo. habuit concionem aliquando in Synodo Maguntina, vbi doctiſſimè diſſeruit de valore Miſſarum: ſcripſit quoq; tractatum defenſorium aduerſus quendam Epiſcopum eiuſdem Ordinis damnantē Fratres de Obſeruantia, vtpote quia contra formam regulæ audentes ſe nominare alio nomine, quàm regula ipſa expreſſerit. Obijt in Conuentu Bernonis prouinciæ Britanniæ.

F. Su pramons de Varſio primo Miniſter totius Lombardiæ, ſcripſit ſermones prædicabiles per anni circulum.

F. Theobaldus de Vigone Narniȩ compilauit tractatum primi & ſecundi libri Magiſtri Sententiarum.

Frater Theodoricus de Obſembruek Teutonicus prouinciæ Coloniæ edidit de Paſſione Domini: Manuale ſimplicium de exercitio interiori. ſcripſit quoque librum precationum per capita diſtinctum. anno 1498.

F. Theophilus Borgundus Rhodigienſis Regens, & Inquiſitor Taruiſij, ſcripſit ſeptem viſiones in Apoc. Ioan.

F. Thomas de Ales Anglicus, Doctor Pariſienſis, ſcripſit diſputationes ſcholaſticas, ſermones Dominicales, & vitam B. Mariæ Virginis anno 1340.

F. Thomas Britto edidit poſtillam de communi Sanctorum, & in Euangelia Quadrageſimalia, in quibus initium eſt, Tempus occidendi, & tempus ſanandi.

F. Thomas de Cellano prouinciæ Pennenſis edidit duas ſequentias, quarum principia ſunt. vnius, Fregit victor virtualis: alterius verò, Sanctitatis noua ſigna. Hic etiam conſcripſit librum de vita & miraculis B. Franciſci, quem approbauit Gregorius IX. Pont. quem etiam imitatus eſt Ioannes de Ceperano Notarius Apoſtolicus.

F. Thomas Ilyricus ab Auximo, Picens, ſcripſit Quadrageſimale, & clypeum Eccleſiæ, & quædam alia anno 1524.

F. Thomas Murner Argentinus, Baccalaureus Cracouienſis, multa edidit opuſcula, præſertim Calendarium, in quo Lutheranorum mores ſecundum circulum Zodiacum graphicè depinxit anno 1536.

F. Thomas Bourchier Anglus edidit hiſtoriam Eccleſiaſticam F. Minorum in Belgio, & Hybernia martyrio coronatorum, ab anno 1536. vſque ad hunc noſtrum.

F. Thilmanus de Nachenberg Teutonicus ſcripſit ſermones de Sanctis, & alia.

F. Trebatius Marechoctus Picens, ex Penna Sancti Ioannis, edidit Pentelogium in aliquot Auerroiſtas. 1580.

F. Valerius Polydorus Patauinus edidit Practicam Exorciſtarum, 1582.

F. Vbertinus à Caſali ſcripſit in Monte Aluernæ volumen ingens, quod prȩnotauit Arborem vitȩ Crucifixi ad vniuerſos Chriſti fideles: in Apoc. de ſeptem ſtatibus iuxta ſeptem viſiones: ſcripſit quoque multos ſermones, & epiſtolas. refert ipſe ſub Fratre Ioanne Parmenſi Generali ſuſcepiſſe habitum annum agentes 14. Floruit anno 1330. Qui cùm eſſet carceribus detentus à Benedicto X. dicto XII. à Peruſinis, à quibus magnopere diligebatur, ſupplicatum pro eô fuit Pontifici. Nam cùm Nuncij duo à Summo Pont. petiiſſent, vt ſcilicet F. Vbertinus ſibi daretur, & ꝙ ſua Sanctitas vnà cum Cardinalibus dignaretur adire Peruſium, & illic commorari, ſubtiſit Pontifex, ergo ne inquiens, præpoſuiſtis F. Vbertinobis? mox illi, Nòs, Pater Sancte, libenter ſpiritualia temporalibus anteponimus. at in ſuo opere B. Angelum de Fulgineo ob vitæ eius ſanctitatem: Ioannis Oliuæ dilus fuit: Pariſijs ſtuduit annos nouem; & per quatuor annos fuit lector: in prȩdicatiotus, euaſitq; egregius Prȩdicator: de eo dicebatur, ꝙ ſi vita doctrinȩ fuiſſet conform mundum conuertiſſet. ipſe fatetur ob perſecutiones ſacris concionibus impoilentium. Fuit vir deuotus Reg. Obſer. habitans in Monte Aluernæ prouinciȩ Tuſciȩ ris Prȩdicator Euangelicȩ veritatis, multos in religione, & præſertim in prouincia Tuæ, & S. Franciſci, & Marchiæ, vitæ exemplo, & verbi virtute ſuſcitauit, & inflammauit ad puram, & fidelem obſeruantiam promiſſæ perfectionis. Quidam de ſecta Apoſtolorum (erant autem Apoſtoli hæretici, qui ſe Apoſtolos vocabant) in prouincia S. Franciſci Ordinem nerauit, qui exterius tantam morum honeſtatem oſtēdebat, vt plurimos ſanctitatis fama ad ſe traheret. Quem cùm Vbertinus vidiſſet ſuperba quadam exiſtimatione de ſe ipſo pr umere, volens tortuoſos eius greſſus detegere, oſtendit ſe auidum eius doctrinȩ auditor, vt induceret illum ad euomendū lethale virus, quod abſconditum gerebat in pectore,

& hac

& hac arte inſidias illius detexit, & errores ſtrenuè confutauit. Hic etiam iubente legato Pont. tempore Philippi Regis Galliarum confutauit errores Almerici, quos in partibus Franciæ diſſeminabat. tandem quia inſurrexit aduerſus Ordinem, tanquam membrum putridum abſciſſus fuit, & factus eſt monachus albus in partibus Alemaniæ.

F. Vitalis à Furno Sanctæ Rómanæ Eccleſiæ Cardinalis de quo ſuprà, ſcripſit multa præclara opuſcula, & præſertim de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, quod habetur in Vaticano: habuit præceptorem in ſacra Theologia Magiſtrum Iacobum de Canzeto. fuit lector in Montepeſſulano tempore F. Iacobi de Fabriano.

F. Vitus Piza Siculus Claromontanus ſcripſit de diuino & humano intellectu iuxta Peripateticorum ſententiam.

VERA F. VRBANI BOLZANII EFFIGIES.



Graciane Vrbanum mundo Latiumvè crearit,
Ambiguum; tam ore is nouit vtroq; loqui.

DE F. URBANO BOLZANIO.

FRATER Urbanus Bolzanius Bellunenſis Leonis X. Pont. Max. præceptor vir doctiſſimus, & græcarum literarum peritiſſimus, qui edidit decem Ordine, & eleganti ſtylo inſtitutiones grammaticas in linguam græcam, quæ quibuſque doctoribus atq; diſcentibus maximo vſui ſunt, nam ſiquis diligenter lectitauerit, non dubium eum ad optimam frugem breui peruenturum, ſi quidem grammaticæ præcepta tam optimè diſpoſita, tam apertè ſunt declarata, vt quiuis, vel ſine præceptore, eam facultatem facilè ſibi queat comparare, de quo quidam carmine cecinit. F. Vrbanus græcarum literarum peritiſſimus.

Proin Vrbane tuo
Fruitur merito gens latina; literas
Dum colat Argolicas.

Nam Vrbanus annos triginta natus (obijt Vrbanus ſenio confectus accumulato felicis ingenij honore) remiſſis ſeuerioribus ſtudijs, ad perpetuos, & lympidiſſimos Græcorum fontes toto animo ſe cōtulit. Is cum Andrea Gritto, qui poſtea fuit Venetiarum Princeps, Bizantium profectus, totam fere vrbem cum eo peruestigauit, cumque alia loca, & regiones videndi ſtudio teneretur, in Græciam tranſuolauit, vbi nil aliud dies, noctesq; cogitabat, quàm quo pacto ſtudioſis omnibus prodeſſe poſſet. Inde in Siciliam diuertens Conſtātino Laſcari, qui Meſſanæ Græcè profitebatur, operam dedit. Pierius Valerianus poeta inſignis, & Hierogliphicorū peritiſſimus, optimo inſtitutori, Venetijs ad fores eccleſiæ Magnæ domus ſubiectum epitaphium inſigne tanti viri elogium affixit. Pierius Valerianus eius nepos.

Vrbano Bolzanio Bellunenſi Minoritanæ Familiæ ſacerdoti ſummæ integritatis, & innocentiæ, qui græcas literas extorres iampridem, et procul à terra Itala exulantes nobis ſumma tum docēdi, tum ſcribendi cura Princeps aſſeruit: Pierius Valerianus Bolzanius ex fratre nepos, inſtitutionis, educationisq; memor poſuit. Vixit annos 81. menſes tres dies 12. in voluntaria paupertate feliciſsimus, in omnes quoad potuit ſemper officioſus, nulli vnquam iniurius. MDXLV. Menſe Aprilis. Epitaphium.

Vrbanus ex hac peregrinatione grauis literis optimè excultis, & bona librorum ſupellectile ſibi comparata, Venetias reuerſus eſt, qua in vrbe Homerum magna auditorum frequentia interpretatus eſt. Manſit aliquod tempus in loco D. Nicolai magnæ Domus ordinis, vbi relaxandi animi gratia hortulum excoluit topiario opere, pyramidibus, vaſis buxeis lepidè exornatum. In eodem loco multos tum græcos tum latinos libros reliquit, & inter cætera monumenta manuſcripta Iliadem Homeri veneranda vetuſtate deſcriptam.

F. Vrbanus de Idrompto Epiſcopus Caſtri edidit opus de Antichriſto, de Natiuitate Domini, de animæ immortalitate, ac alijs, opus ſanè vtile, quod negotium inſcribitur. Vidi Venetijs in Bibliotheca Sancti Dominici à Caſtello. Initium libri eſt Ideo.

VE

PERORATIO.

Operis vſus oſtenditur, ſcopus Auctoris, & aguntur Deo gratiæ.

VITAS illuſtrium Seraphici Ordinis virorum, & inſignium mulierum, prouinciam variam atque difficilem, quanta potui fide ac diligentia, executus ſum. Quod opus ſanè ob nobilem venerandamque materiam, & ob rerum in eo complexarum & memoratu dignarum notitiam præclarum, non immeritò (ni fallor) exiſtimari poteſt Chriſtianis hominibus non periucundum modò, ſed etiam vtiliſſimum futurum, quod tanquam ſuis coloribus expreſſa pictura, præſtantiſſimorum animi virtute hominum vitas, exemplaque ob oculos ponat, quæ tanquam ſimulacra quædam animata piæ religioſæque conuerſionis, debent ad bonorum operum, ſtudiorumque imitationem eſſe propoſita. Enimuerò cùm in tres potentias diſtincta ſit anima, quarum alia dicitur rationalis, alia iraſcibilis,

Plato in Dial. de Rep.

& concupiſcibilis alia, ad earum ſimilitudinem & congruentiam perſpexerunt magni Philoſophi tribus quoque generibus diſtingui hominum mores & vitam, ita vt colentium quidem rationem Philoſophorum ſit genus, iraſcibilem verò ſectantium ſit ambitioſorum ſiue potentium, concupiſcibilem verò fouentium ſit eorum, qui lucra, commoda, & voluptates perquirunt. Quòd ſi iraſcibilis ipſa vis & concupiſcibilis ductum ſequatur, imperiumq; rationis, æquè ex iis triplex quoque proficiſcitur honeſtę probatæque vitæ genus, nimirum philoſophicum, politicum & œconomicum. Quam quidem diſtinctionem etiam ſequutus

Cic. 1. Offic.

eſt Cicero aliis verbis, qui hominum alios ait ad publica negocia, magiſtratusq; gerendos accedere, alios à negociis publicis ſe remouentes quietem expetere, & doctrinis ſe in ocio dedere: illos potentiæ cupidos appellat, hos verò Philoſophos: alios rurſus interiectos inter Philoſophos & eos, qui Rempub. adminiſtrant, qui delectentur re ſua familiari eam nõ omni quidem ratione exaggerantes. Itaque nobis hoc quidem propoſitum fuit, vt ad hæc tria vitę genera reſpicientes, conſentaneam eis materiam huius operis tribus quoque libris partiremur. Quocirca quæ in libro ſecundo tractauimus, quis non videat proportione quadam & vniformi ſimilitudine reſpondere politicæ & œconomicæ gubernationi? quę item in primo & tertio libro, ea manifeſtè referre ac ſignificare philoſophicum viuendi genus?

…m 1. Offic.

nam Philoſophi mente ſe rationeq; regi profitentur: Vis autem rationis & cogitatio omnis aut in conſiliis capiendis de rebus honeſtis & pertinentib. ad bene beateq; viuendum, at… ſtudijs ſcientiæ cognitionisque verſatur: quæ expoſuimus in primo & in tertio libro ſu… …pectiuè eiuſmodi: ergo ij duo libri ea continent, quæ faciunt ad philoſophicum vitæ… …s. Rurſus eadem ipſa alio modo ſic probantur. Virtus (quæ propriè virtus ſolet dici) no… corporis, ſed animæ eſt: anima primò in duas etiam diſtribuitur partes, quarum altera

…Ethic.

e… …ionis particeps, altera expers. Diuiduntur pariter hac ratione virtutes: nam alię mẽtis & …ionis dicuntur, quæ ſpeculationis & ſcientiæ ſunt, aliæ verò moris & conſuetudinis qu… Ethicæ ſunt. Porrò Philoſophorum proprium inſtitutũ eſt, per omnem vitam virtutes ex… …ere ſcilicet doctrinas & bonos mores. Exhibuimus autem priori libro exempla virtutis moralis, tertio autem virtutis cognitionis. Ergo totius Philoſophorum inſtituti ſummas exempla complexi. Præterea de ordine librorum & hæc pauca intelligenda. Hac enim ratione priori libro quæ ſunt Ethici generis præpoſuimus, propterea ꝙ hominis prima & pu…lis inſtitutio à morib. exordium habet, eaq; per omnem vitam omni cura ſeruanda eſt: …e quæ politiæ & œconomiæ ſunt, in ſecundo diſpoſuimus; in tertiũ quæ ſpeculationis …iecimus; quoniam vbi adoleuerit homo tunc ſibi eligendum eſt atque inſtituendum …us. in … capeſſendo naturæ maximè habetur ratio. Itaq; ij qui habẽt à natura … …rendarum, negocijs ſe vel publicis uel priuatis accommodant: quibus … …e ingenium eſt ac inueſtigationibus aptum, ij ocio ſe doctrinæque dedunt: vel qui …ualent, vtroque in genere poſſunt elaborare. Quamobrem habet uirtutis ſtudio… …ia, quæ ſibi petat, plurima exempla, tum quibus ſe hortetur & excitet ad …em optimarum rerũ, tum quibus ſua ſtudia dirigat & promoueat. Deo itaq; ſem… …or & gloriũ, & clariſſimo ſanctitate viro B. Patri FRANCISCO, in cuius un… …oc ar… …um opus non ſine benigno Dei auxilio, & laborioſo noſtro conatu, adu… ne… …tum eſt. Atque hæc de Seraphicæ Religionis Hiſtoria dicta ſint.

Finis xij & vltimi libri Hiſtoriarum Seraphicæ Religionis.

BIBLIO… CA… ROMA VITTOR… EMANUEL…

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM.

Omnes ſunt Terniones, præter A, L, & CC, qui ſunt Duerniones.

VENETIIS,
Apud Franciſcum de Franciſcis Senen
MDLXXXVI.

V. CICCARELLI

Digitized by Google